



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Datur scitum quo modo sicut pectora predictarum
cum ad patrum monumenta venturis effigie / 280 /



T. IV

DES. BRASMI ROT. OPERVM

QVARTVS TOMVS

QVAE AD MORVM INSTITVTIO-

NB PERTINENT COMPLECTBNS.

quorum catalogum uersa pagina doceat.

Ex Augusta Bibliotheca Thuana.



BASILEAE EX OFFICINA FROBENIANA

ANNO M D XL.

Q V A R T V S T O M V S O P E R V M D E S.

Erasmi Roterod. continet sequentes libros.

Ex Plutarcho uersa

	pag.
De discrimine adulatoris & amici	5
Quomodo utilitas capiatur ex inimicis	26
De tuenda bona ualeudine	31
Cum principibus philosopho maxime disputandum	46
Animi an corporis morbi grauiores	48
Num recte dictum sit, λόγεις βιώσεις	50
De cupiditate diuitiarum	52
De cohibenda iracundia	57
De curiositate	67
De uitiosa uerecundia	73
Apophthegmatum libri octo	34
Μωρίας ἐγκάμπον. Stultitiae laus	353
Ad Philippum Burgundionum principem panegyricus	390
Ad Philippum eudem carmen gratulatorium	428
Institutio principis Christiani	433
Isocratis de regno administrando, uersum	474
Declamatio, De morte	479
Declamatiuncula gratulatoria	484
Querela Pacis	486
Lingua	503
Xenophontis Hieron	583
Carmen de Senectute ad G. Copum Basiliensem	595

IN VICTISSIMO ANGLO RVM

REGI HENRICO OCTAVO DES. ERA/

simus Roterodamus S. D.



ICVTI non alia res, uel ad uitæ consuetudinem iucundior, uel ad obeunda negotia magis necessaria, quàm syncerus ac uere liber amicus: ita nihil omnium solet homini rarius contingere: quemadmodum & alias præstantissimarum rerum summa raritas esse conseruit. Verū ut scite differit Hieron ille Xenophonticus, hanc tantā felicitatis partē nulli magis desiderat, quàm principes alioquin felicissimi, quum nulli magis habent opus amicis uel pluribus, uel syncerioribus. Etenim plurimum perspiciat oportet is, qui unus tot hominum milibus prospicit. Proinde multis oculis, hoc est multis prudentibus ac fidis amicis præditum esse principem decet. Quod quidem prudenter intelligens Darius Persarum rex, oblato malo punico quopiam, insigni magnitudine, tantum optauit Zopyrorum, quantum inesset in eo granorum. Erat is Zopyrus uir egregie probus, regiç amicus, unde illum rex non iniuria tanti fecit, ut diceret se malle Zopyrum unum integrum, quàm centum capere Babylonias, palam testificans, nullum esse thesaurum, quo non sit amicus preciosior. At huius filius Xerxes, Græciam inuasurus in tot hominum milibus, quot nullus adhuc hominum ausus est credere, unum reperit Demaratum, à quo libere & amice moneretur: sed cuius fidem nō prius intellexerit, quàm euentu compertam. Quod ipsum usū uenit & Crœso Lydorum regi in Solone. Alexander item Magnus in tam numerosa conuictorum turba, unum habuisse Calisthenem legitur, Aristotelis discipulum, & hunc tamen liberum magis quàm amicum. Dionysio Syracusano solus aderat Dion & Plato, Neroni Seneca, cuius consilij si paruissest, & imperium habuissest diuturnius, & inter bonos principes numerari potuissest. Sed horum fortasse mores & ingenium ingenuos amicos non recipiebant. Quāquam etiam si facillima sit natura principis, planeç tua, qua nihil cogitari potest facilis, tamen fortunæ splendor, qui turbam amicorum alet, idem obstat quo minus queat uerus amicus à fucato dignosci. Neque enim temere dictum est illud, Amicos secundæ res parant, aduersæ probant. Atqui sententia quo melior est possessio syncerus amicus, hoc nimurum est pestilentior qui hoc titulo personatus obrepit. Itaque cum coticulis diligenter exploremus aurum, primum sit an secus, neque defint notæ, quibus natuam gemmam à factitia secernamus, nonne uehementer absurdum sit, in re tanto maioris momenti parem diligentiam non adhibere, uidelicet ut assentatorem ab amico, hoc est, rem omnium longe pestilentissimam ab omnium saluberrima dignoscamus? Verum ne cui ceu similitudo uenenum gustu, sic amicum experimento, magno suo malo deprehendere sit necesse, Plutarchus autor, inter Græcos sine controversia doctissimus, miram quan/ dam rationem prodidit, qua facile possit ingenuus ac syncerus amicus à persona/ to fucatoç distingui. Iam uero quoniam in admonendis amicis, uelut in medi/ cando non sat est adesse fidem, uerum & prudentiam adhibere conuenit, ne dum Coronidem parum apte mederi studemus erratis amici, subuertamus amicitiam, & hanc adic/ cit

cit coronidem, docens qua mōdératio hē sit admonendus amīcus , siquid extiterit
admonitione dignum. Tam frugiferum igitur opus in maiestatis tuæ gratiam la-
tinitate donauimus, quo idem studium cūndem anūnum quem tibi
olim amplissimæ spci puerō testati sumus, nunc regi
regum omnium florentissimo testare,
mur. Bene uale.

5

SEX PLVTARCHO

VERSA PER DESP ERASMVM RO-

TERODAMVM, AC POSTREMVM RECOGNITA
per eundem, ex Græcorum uolumi-
num collatione.

QVO PACTO POSSIS ADVLTORVM
ab amico dignoscere.



VI FATEATVR sese plurimum amare seipsum, Antioche Philopappe, huic omnes ueniam dare solent, quemadmodum inquit Plato. Quum tamen ea res, præter alia multa uitia, illud quoq; grauissimum gignat in homine malum, quod nō potest esse sui iudex, æquus & incorruptus. Quis quis enim amat hallucinatur ac cæcutit in eo quod amat, nisi quis doctrina consuecat, ea magis habere in precio, scitacq; quæ sint honesta, quam quæ cognata, domesticæ. Atq; id quidem amplum locum ac spatiū inter amicos præbet assessori, quippe cui facilem & cōmodum in nos adiutum aperit, amor nostri, per quem, quando sibi quisq; adulator est, primus ac maximus, haud grauatim admittit & alium, si eorū quæ appetit ac uult, sibi testis simul & astipulator accedat. Siquidem qui contumeliae causa dicitur philocox, hoc est gaudens assessoribus, is uehementer est amans sui, ac propter benevolentiam, qua seipsum prosequitur, nihil non adesse sibi, non solum cupit, sed etiam arbitrat. Quanquam hominum huiusmodi, cupiditas quidem haud quaquam absurdâ, ceterum opinio periculosa est, quæ multam desideret cautionem. Quod si diuina quedam res est ueritas, ex qua ceu fonte, dījs pariter atq; hominibus omnia bona profiscantur auctore Platone, cōsequens est, ut adulator cū dījs omnibus sit hostis, tum uero maxime Apollini pythio: Semper enim illi repugnat oraculo, nosce te ipsum, id inferens in animos mortaliū, ut unusquisq; fallat seipsum, ignoretq; sua ipsius bona, ac mala: Bona quidem multa reddens, & imperfecta, mala uero prorsus inemendabilia. Ergo si, quemadmodum cetera ferè faciunt mala, sordidos & humiles duntaxat impeteret adulator, haud esset, res perinde pestilens, nec æque uitatu difficultis. At posteaquam uti teredines lignis tenetis ac dulcibus potissimum innascuntur: sic ingenia generosa, gloriæq; cupida, proba & humana, recipiunt adulatorem, & adnascentem alunt. Ad hæc quoniam (ut inquit Simonides) quemadmodum morbus alendi equos, non Lecythum comitari solet, sed arua frumentifera, sic uidemus adulatio nem nō esse comitem, pauperum, aut ignobilium, aut parum potentium, sed ingentium familiarum ac negotiorum ruinam ac morbum existere, adeo ut sāpenumero regna quoque subuertat & imperia, non mediocris est negotij, neque uulgarem postulat curam & prouidentiam, si quis de ea uelit expendere, quibus rationibus fieri possit, ut quum maxime se circumagat, ac penetret in omnia, tamen amictiam non lædat, neque traducat. Nam pediculi discedunt a morientibus, & corpora relinquent, simul atque sanguis extinctus fuerit, quo nutriti solent: assessores autem uideas, nec attingere prorsus res aridas ac frigidas, nobilibus ac potentibus imminent, hisq; aluntur. Sed h̄dem rebus commutatis statim auolant, Verum haud oportebit illius temporis experimentum expectare, tum quidem inutile, uel potius noxiū, neque periculo uacans. Graue siquidem est, in eo demum articulo sentire, qui non sint amici, quo amicis est opus, quum non liceat iam, incertum & insyncerum amicum, cum certo synceroq; permittare. Quin magis ut nummum ita amicum habere conuenit nempe probatum antequam eo sit opus, non usu ipso deprehensum. Neque enim oportet intelligere postea quā malum acceptum est, sed ne quid accipiamus malū, experimentum adulatoriis est capiendum, & animaduersio. Alioqui idem nobis accidet, quod solet his, qui letale ue-

philocox

Simonides

similitudo

nenum non aliter sentiunt, nisi quum p̄tagustarint, suo ex̄s̄o iudicantes. Neque hos sānē probamus, neq; rursum illos, qui amicos honesto metientes & utilitate, protinus ipsa re deprehendisse se putant assentatores esse, quorum consuetudo iucundior est, & blādior. Nec enim insuaus res est amicus, nec incondita, neque quisquis asper est & āgrestis hoc ipso amicus est, quod seuerus & austerus, uerum ipsum amicitia decus; & grāuitas, suauis est & amabilis.

Hanc iuxta Charitesq; & amor sedem posuere.

Nec enim afflīcio solum dulce est, uultum intueri uiri benevolentis, quēadmodum inquit Euripides, uerum in utraq; fortuna p̄aestō est amicitia, non mīnus uoluptatē & gratiam addens bonis, quām malis molestiam adīmens, ac desperationem. Et quemadmodum Eueni sententia, condimentum potissimū est ignis ipse: sic deus qui uitæ mortalium amicitiam admīscuit, omnia lauta, dulcia, grataq; reddidit, hac p̄aſeante, simulq; res condīente. Alioqui quomodo per delectationem inſinuaret ſeſe adulator, ſi conſpiceret amicitiam, nequaquam admīttere uoluptatem: certe nullo pacto. Sed uti quæ nō aurez ſunt, ſed aurum arte mentientia, facticiacq; ſolum ſplendorem ac nitorem imitantur auri: ſic adulator amici iucunditatē ac festiuitatē effingēs, omni tempore ſeſe hilarem ac blādum exhibere uideatur, nusquam repugnans, nusquam obſiſtens. Vnde qui nos laudant, non eos protinus ſuceptos adulatiōnis habere conuenit. Siquidem non mīnus eſt amici, laudare in loco amicum, quām reprehendere. Quin portius prorsus eſſe morosum ac querulum, alienum eſt ab amicitia, mutuaq; uitæ conſuetudine. Verum candide libenterq; recte facili ſuam laudem tribuētem benevolentiam, facile cītrāq; molestiam ferunt, rurſus & admonentem, & libere loquentem, dum & in bonam accipiunt partem, & credunt, qui libenter laudat, eundem non niſi necessario reprehendere. Ergo diſixerit aliquis, assentatorem ab amico diſcernere, ſiquidem neq; delectando diſferunt, neq; laudando. Nam in officijs & obsequijs ſæpen numero uideſe licet, amicitiam ab adulatio- ne ſuperari. Cur uero non magis, dixerimus utiq; uerum adulatorem & cum calliditate & arte rem tractantem perſequimur: ac non quemadmodum uulgus hominū facit, adulatorēs existimamus, iſtos quos autolecythos ac mensarios uocant, quiq; tum audiuntur, poſtquam manibus infusa eſt aqua, ueluti dixit quidam, Siquidem horum ſordidum ac ſeuilem animū, in unico calice, ac patina, ſcurrilitas & nugacitas prodiſ & arguit. Nec enim opus fuit Melanthium, Alexandri Phereti paraſitum deprehendere, qui interrogantibus quomodo fuifet interficiſ Alexander, per coſtam, inquit, in meū uentrem. Nec hos qui mensas opulentas cīngunt, quos nec ignis, nec ferrum, nec æs prohibet, quo mi-

Ex poeta quo nus ad coenam uentitent. Neq; rurſus Cyprias illas assentatriculas, quas, quū in Syriam piam transiſſent, gradulos appellabant, quod regum uxoris in currum ascensuris, inclinatae ceu gradus p̄aſerent. A quonam igitur cauendum eſt: Nimirū hoc qui non uideſur adulari, neq; p̄aſe fert adulatorem, quem non reperias circa culinā, neque deprehenditur umbram dimetiens, uti coenæ tempus cognoscat, neque temere cadit uino temulentus, ſed plerunque ſobrius eſt, curiosus eſt, ad rem pertinere putat, ut negociorum tuorum ſit particeps, uult arcanorū fieri conſcius: in ſumma tragicus eſt amicitia histrion, non satyricus, aut comicus. Nam uti Plato dicit, extreſum iniuſtitiae genus eſſe, iuſtum haberi qui iuſtus non ſit: ita ſentiendum eſt, & adulatiōneſ eſſe periculofam, quæ lateat, non eam quam aliquis p̄aſe ferat. Neque eam quæ ludicra ſit, ſed quæ ſeria, propterea quod hæc facit, ut uerae quoque diſfidatur amicitia, cui multa ſæpe cum illa conueniunt, ſi quis animaduerterit. Gobryas igitur, quum forte in idem incidiſſet domicilium obſcurum, in quod fugerat magus, iam que cum eo colluctari coepiſſet, Darium imminenteſ & ambigenteſ, iuſſit utrumque tranſodere. Nos uero quandoquidem minime probamus dictum illud, ualeat amicus cum inimico, & adulatorem cum amico multarum rerum ſimilitudine connexū, diſtrahere conatur, diligenter cauere debemus, ne quando uel una cum malo enīciamus id quod eſt utile, uel parcētes ei quod ad rem pertinet, incidiamus in id quod noxiū eſt. Nimirū ut inter agrestia ſemina, quæ forma ac magnitudine ſimilia ſunt, frumentis admixta, diſſicile repurgantur, aut enim non excidunt per anguſtiora foramina, aut ſimul excidunt per ampliora: Sic adulatio diſſicile ſeparatur ab amicitia, quippe quæ ſeſe in omnem affeſtiū, in omnem animi motum, utilitatem,

Gobryas ſit, ſed quæ ſeria, propterea quod hæc facit, ut uerae quoque diſfidatur amicitia, cui multa ſæpe cum illa conueniunt, ſi quis animaduerterit. Gobryas igitur, quum forte in idem incidiſſet domicilium obſcurum, in quod fugerat magus, iam que cum eo colluctari coepiſſet, Darium imminenteſ & ambigenteſ, iuſſit utrumque tranſodere. Nos uero quandoquidem minime probamus dictum illud, ualeat amicus cum inimico, & adulatorem cum amico multarum rerum ſimilitudine connexū, diſtrahere conatur, diligenter cauere debemus, ne quando uel una cum malo enīciamus id quod eſt utile, uel parcētes ei quod ad rem pertinet, incidiamus in id quod noxiū eſt. Nimirū ut inter agrestia ſemina, quæ forma ac magnitudine ſimilia ſunt, frumentis admixta, diſſicile repurgantur, aut enim non excidunt per anguſtiora foramina, aut ſimul excidunt per ampliora: Sic adulatio diſſicile ſeparatur ab amicitia, quippe quæ ſeſe in omnem affeſtiū, in omnem animi motum, utilitatem, & con-

& consuetudinem cum illa commisceret. Iam quoniam omnium rerum iucundissima res est amicitia, nec est aliud quicquam quod aequum delectet, ob hoc & adulator uoluptatibus irrepit, & uoluptati esse studet. Rursum quoniam gratia & utilitas consequitur amicitiam, unde dictum est etiam illud, amicum magis esse necessarium, quam aquam, aut ignem: ob id adulator ingerens sese ministerij, & obsequijs, uehementer dat operam, ut diligens, im est necessarius piger, ac promptus esse videatur. Porro quoniam morum ac studiorum similitudo praec quam aqua pua res est, quae conciliat & contineat amicitias, & in summa, iisdem gaudere, eadem fuit aut ignis gere, primum in unum committit & copulat per affectuum concordiam: id perspiciens a Morum et studi dulator, sese ceu materiam quandam componit ac format, accommodare sese studens, & diorum simili adaptare, quoscumque fuerit aggressus, effingens & imitans illos, quum sit uetus ac molitus, idoneusq; qui quiduis probabiliter exprimat & imitetur, ut illud possis dicere:

Es ipse Achilles, non Achillis filius.

Ad hanc autem quod est omnium in adulatore astutissimam, quoniam intelligit loquendi libertatem tum dici, tum uideri propriam amicitiae uocem, uelut animantia cuiuspiam, quendi contra non libere loqui, & ab amicitia, & ab ingenuis moribus alienum, ne hanc quidem priam amicitie inimitatam relinquat. Verum non aliter atq; callidi obsoniorum artifices amaris succisi, & austerioris utuntur condimentis, quo dulcium satietatem adimant: sic assentatores haud ueram illam nec utilem, sed uelut e superciliosum promicantem, palamq; titillantem adhibent libertatem. His itaq; de causis difficultatum est hominem deprehendere, quod quidem accidit & in animantibus, que colorum mutare solent, & rebus ac locis subiectis, similia reduntur. At quoniam ille fallit & obtutus similitudine, nostrae partes sunt ostensis discrinum notis, eundem retegere ac renudare, alienis coloribus ac formis, quemadmodum inquit Plato, propterea quod proprijs careat, ornatum. Protinus igitur a principio rem Principium consideremus. Principium autem amicitiae plerisque mortalibus esse dictum est, affectum in amicitie genique similitudinem, mores eosdem, eandemq; uitae rationem libenter amplectentem, iisdem gaudenter studijs, negotijs, exercitamentis, quibus de rebus dicta sunt & illa.

Seni Senilis lingua iucundissima est.

Puero puellus, mulier apta est mulieri.

Aegrotus aegro, quem tenet sors aspera.

Multis malis exercito est accommodus.

Ergo perspiciens adulator, insitum esse nobis consumilibus gaudere & uti, eaq; libenter amplecti: hac uia primum ntitur unicuique semet adiungere, & in familiaritatem insinuare, non secus atq; hi faciunt, qui beluam aliquam immanem alunt, iisdem studijs & exercitamentis, earundem rerum cura, tractatione, paulatim accommodans sese, & in eundem transformans uitae colorē, donec ille ansam aliquā præbuerit, ac mansuetus iam palpanti, familiarisque reddatur: interea uituperat ac damnat, et res, & instituta uitę, & homines, qui buscuncū senserit illum offendit. Rursum quae placent, ea laudat haud moderate, sed ita, ut cum stupore & admiratione, supra modum efferte uideatur. Porro quod amat & odit, id confirmat a iudicio proficiisci potius quam affectu. Qua nam igitur ratione deprehenditur, aut quibus discriminum notis capit ille qui nec est, nec fit similis, uerum se similem mentitur. Primum illud animaduertendum erit, num simile sit uitae institutum, & num similitudo perpetua sit & continens, num semper eisdem gaudeat, eadem laudet, num ad idem exemplar uitā suam dirigat, componatq; sicuti dignus est ingenuo, cui uera cordi est amicitia, uitęq; cōsuetudo, morum similitudine cohærens. Nā huiusmodi est amicus. Ast adulator qui nullam morum stabilem habeat sedem, nec ullum uitę genus sibi præscriperit, sed nunc his, nunc illis accōmodet sese, & affingat, haud quaq; simplex est, nec unus sed in quamvis mutabilis speciem ac uarius, alio atq; alio subinde habitu, aquarium in rem semper transiunt, ac præterfluentū, quae ad subiecti soli specie transmutantur. Nam simius quidē ut uidetur, hominē imitari studens capi solet, dum unā cū illis mouetur ac saltat. Cōtra assentator, ultro alios illicit ac fallit imitando, non quidē eodem modo omnes, sed cum hoc quidem unā saltans ac cantās, cum illo collectans & cōficiens. Porro natus hominē uenandi studiosum, sequitur tantū non exclamās ea quae Phœdra dicit in Tragœdijs. Per deos gestio canibus dilacerare, ceruos maculosos, casibus implicās. Atqui nihil ille molitur in feram, sed ipsum irretit ac circumuallat uenatorem. Quod si

Simius hominē
nem imitatur

DE DISCRIMINE

suuenem uenetur, & captet, literarum ac discendi cupidum, rursum in libris est totus; barbam ad talos usque demittit, amicitur pallio, in uictu nullus delectus, tum in ore habet, numeros, rectangulos, & triangulos Platonicos. Rursum si quis solutio in eum inciderit, & compotationibus gaudens, ac diues,

Homeri Deinde quidem pannis uafer est exutus Vlysses.

uersus Abiicitur pallium, detondetur barba ceu messis infrugifera, poscuntur delicate uascula, refrigerando uino, & phialæ, profertuntur risus ac ioci in deambulationibus, iaciuntur discrieris in philosophos, id quod accidisse narrant Syracusis, quum illuc aduenisset Plato ac Dionysius miro quodam ardore philosophiæ teneretur, ne inpe regiam puluere fuisse refertam, præ turba geometricas pingentiū figuras. At simul atq; iam offendisset Plato ac Dionysius relæta philosophia, rursus ad compotiones, ad mulierculas, ad nugas, ad lasciuiam præceps raperetur, statim uniuersos, perinde quasi Círces poculis transformatos literarum odium, obliuio, uitæq; mollicies occupauit. Testantur autem & magnorum a-

Alcibiadis dulatorum facta, & eorum qui rem publicam administrant, quorum summus Alcibiades, mutatio is Athenis dicteris ludebat, alebat equos, comemq; quandam & festiuam agebat uitam. Idem apud Lacedæmonios ad cutem usque radebatur, gestabat pallium, frigidalem uabat. Rursus in Thracia belligerabatur ac potabat. Porro quum peruenisset ad Tisanphernem, delicijs, molliciei, fastuiq; se dedidit. Atq; ad hunc modum effingens se, & ad omniū mores accommodans plebem sibi conciliabat, & in consuetudinem ac familiariitatem se insinuabat. At non talis fuit Epaminondas, nec Agesilaus, qui tametsi cum pluribus hominibus, ac diuersorum institutorum ciuitatibus haberent consuetudinem, tamen ubiq; mores se dignos, & amicū & uictu, & oratione, & uita tuebantur. Sic & Plato non aliis fuit Syracusis, q; in Academia, nec aliis apud Dionysium quam apud Diogenem. Ceterum adulatoriis ueluti polypi piscis mutationes facillime deprehendere licebit, dum idem in diuersa uerti uidetur, uistuperans quā prius laudauerat uitam, rursum approbans facta, uitæ rationē, dīcta, perinde quasi placeat quibus antea offendebat. Videbis enim illum haud quaq; stabilem, ac suum, nec proprio affectu diligentē, aut odio habentem, gaudentem, aut dolentem, sed speculi ritu, extenorū affectuum, uitarum ac motuū imágines in se recipientem. Talis enim est, ut si uerbotenus amicū aliquem apud illum uituperes, dicat, sero tu quidem hominē pernosti. Nam mihi nec initio placebat. Rursum si mustata fententia laudes, per Iouem gratulor inquiet, & illius nomine gratiam habeo, planeq; uera credo quæ dicas. Quod si dixeris diuersum uitæ genus esse suscipiendum, tanq; à rei publicæ negotijs digressus, ad tranquillā, & à negotijs alienam uitam te uelis conferre. Iam olim, inquit, nos ab his tumultibus, & inuidentijs liberari conueniebat. Quod si rursum ad negotiā, & agendas causas propensus uidearis, statim acclamat, digna te cogitas: nam à negotijs abesse, iucunda quidem res est, sed humili & ingloria. In hunc igitur pretinus illud dicere conueniet:

Homeri Hospes nunc alius mihi quam prius esse uideris.

versus Nihil opus est amico, qui mecum mutet locum, qui mecum annuat, quandoquidem ista multo magis facit umbra, sed eo qui mecum uera loquatur, qui mecum dijudicet. Atque una quidem adulatore deprehendendi ratio hec est. Alterum autem discrimen quod obseruandum inter similitudines, hoc est. Qui uerus est amicus, is nec imitatur omnia, nec facit laudat omnia, sed optima tantum.

Nam socius esse amoris haud cursus solet, quemadmodum inquit Sophocles: immo per Iouem, in recte factis, in honestarum rerum studio socius est amicus non in peccando, nec in facinoribus, nisi si quis insciens uitium & improbitatem ex conuictu & familiaritate sibi contraxerit, quemadmodum oculorum morbus contagio serpit & inficit uicinum. Sic enim ferunt Platonis familiares cōtractos humeros expressisse, item Aristotelis amicos, balbutiem illius imitari solitos. Rursus Alexandri regis familiares ceruicem inflexam, & in dīcendo uocis asperitatem reddidisse. Adulatorcba sunt enim nonnulli, qui non sentientes ex alienis moribus & ingenij multa in se recipi, inleconti simiunt. Verum adulatori prorsus id accidit, quod solet chamaeleonti. Siquidem & ille colorum omnium exprimit similitudinem, præterq; albi. Itidem adulator quum se se similem præstare nequeat in his, quæ digna sunt studio, nihil in turpibus inimitatū relinquit. Sed quemadmo-

quemadmodum imperiti pictores, quum quae pulchra sunt, assenti nequeant, in rugis, ac lentiginibus, & cicatricibus similitudinem repræsentant: Sic assessor, imitatur intemperantiam, superstitionem, iracundiam, acerbatem in famulos, dissidentiam erga domesticos & cognatos. Nam preterquam quod est suapte quoque natura proclius ad deteriora, uidetur sibi ita longissime abesse a uito reprehensionis, si turpia imitetur. Suspecti sunt enim, qui querunt meliora, quicque amicorum erratis offendit, eaque moleste ferre uidentur. Quae quidem res, & Dionysio Dionem, & Samium Philippo, & Cleomenem Ptolemaeo suspectos & inuisos reddidit. Adulator autem, simul & iucundus uideri studet & fidus, quasi præ magnitudine amoris, ne malis quidem offendatur, sed in omnibus hsdem duca tur affectibus, & ingenio consentiat. Vnde tales nec fortuitarum rerum, quæque citra nostrum accidunt consilium expertes esse uolunt, quin & similis morbo teneri se fingunt, assentantes ægrotantibus, & nec acute cernere, nec audire, si cum lusciosis ac surdastris agant. Quemadmodum Dionysio cæcutive adulatores illius, alius in aliis impingentes, & patinas inter coenandum deñcentes, simulabant & ipsi cæcutive amici. Nonnulli uero magis etiam penetrantes in affectus, interius & altius insinuant sese, & usque ad arcana, similitudinem affectuum commiscent. Etenim quum senserint aliquos infelicitate duxisse uxorem, uel de filijs aut domesticis male suspicari, ipsi suis non parcunt, sed queruntur de liberis proprijs, aut uxore, aut cognatis, aut familiaribus, arcana quædam crimina proferentes. Siquidem similitudo facit, ut magis affici tangique uideantur amici malis, iamque illi ceu datis obſidibus, effutiunt uicissim arcanarum rerum quippiam. Ast ubi effutierint, utuntur illicis, metuuntque fidei desertores uideri. Ego uero noui quendam, qui uxorem suam eiecerit, ut amicus item suam repudiauerat: deprehensus est autem clanculum ad illam commeare, uel ad sese accersire, id quod etiam ab amici uxore animaduertsum est. Vsque adeo non nouerat adulatoriis ingenium, qui credidit hos uersus Iambicos magis conuenire cancro quam assessori.

Est uenter omne corpus, undique obtuens

Oculus, suisque bestia replet dentibus.

Nam huiusmodi quidem est imago parasiti, & amicorum qui patellam sequuntur, & ad prandia praesto sunt, quemadmodum inquit Eupolis. Verum haec quidem omittam in præsentia, suo dicenda loco. At aliud adulatoris artificium haud est prætermittendum, quod si quid etiam imitatur honestum, in eo quem assentando captat, tamen illi cedit uictoriā. Inter hos enim qui ueri sunt amici, nec ulla intercedit æmulatio, nec inuidia, sed siue pares fuerint in recte factis, siue imparés, æquo animo ferunt. At assessor, cui semper curæ est secundas agere partes, sic imitatur æqualitatem, ut superetur, sitque inferior omnibus in rebus uincī sese dicens, præterquam in malis. Porro in malis haud concedit illi primas, uerum si fuerit ille morosus, sese prædicat atræ bili obnoxii esse: si ille fuerit supersticiosus, se dicit numine quopiam afflari rapique: si amat ille, se dicit insanire. Immodice inquit risi, at ego inquit præ risu emoriebar. In bonis autem rebus contra facit. Nam se quidem ait currere uelociter, sed illum uolare, se quidem equitare mediocriter. Sed quid inquit ad hunc Hippocentaurum: Poeta sum non infelicis ingenij, nec pessimos omnino facio uersus, tonare uero non meum est, sed Iouis. Et sic adulatur, ut ostendat sibi conatum honesti non defuisse, quum imitetur, sed dum non assequitur uiribus destitui. Quantū igitur ad similitudinem attinet, huiusmodi notis dignoscere possis adulatorem & amicum. Ceterum quoniam uti iam dictum est, delectatio quoque communis est amibus. Nec enim minus uir bonus delectatur amicis, quam malus assessoribus: age distinguiam & hanc partem. Est autem distinguendi ratio, ut ad suum finem delectatio referatur, id quod hunc ad modum consideres licet. Habet unguentum fragrantiam, habet & pharmacum, sed hoc interest, quod illud ad nihil aliud quam ad delectandum paratum est, in hoc uero quod purgat, quod calefacit, quod carne uulnus obducit, præter hanc vim, obiter etiam bene olet. Rursum pictores floridos colores ac tinctorias miscent. Sunt autem & medicorum nonnulla pharmaca, aspectu florida, coloribus que non inamoenis. Qui differunt igitur: Nimirum hoc, quod usus fini discernuntur. Ad consimilem ergo modum, amicorum mutua benevolentia in re quapiam honesta frugiferaque habet quidam quod oblectet, uelut florulentum. Aliquoties autem lusibus, coniuixis, uino sese oblectant

oblectant, nonnunquam iocis ac facetijs, inter se ueluti condimentis honestarum ac seriarum rerum utuntur. Vnde & illud dictum est,

Oblectant animum uario sermone uicissim. Et illud,

Indiscretus amor fuit, indiscreta uoluptas.

Verum unum hoc agit adulator, unum hoc spectat, ut semper uel lusum aliquem, uel rem uel orationem ad uoluptatem comminiscatur, & arte conditat. Sed ut rem in pauca confiram, adulator quo delectet, nihil non faciendū sibi putat. At amicus semper faciens quod oportet saepe iucundus est, saepe molestus, non hoc uolens, nec uero fugiens, siquidē esset utilius. Sicut enim medicus quum expedīt crocum & nardum immiscet pharmacis, atq; adeo saepenumero & lauat placide, & alit benigne, nonnunquam his prætermis̄s, castorium immittit,

Aut graue olens polium, uirus inamabile cuius,

Aut tritum elleborum cogit eibere, nec hic molestiam nec illic iucunditatem ceu finem spectans, sed utriscq; modis ad idem tendens, nempe ut eum quem curat, ad meliorem adducat ualetudinem. Itidem amicus, nonnunquam efferens ac delectans amicum, laude & beniuolentia, ad honestum adducit, uelut ille apud Homerum,

Teucer amice mihi Telamonie, duxor Achiuū

Fac isto faculere modo.

Et illud,

Post equidem quinam diui obliuiscar Vlssis:

Rursum quum cohertione est opus, tum sermone mordaci, castigatoriæ libertatem tangens, ait, Insanis Menelae, nec hęc dementia quicquam, Profuerit tibi. Nonnunquam facto simul & dictis corripit. Quemadmodum Menedemus Asclepiadis amici filium luxuriosum & incompositæ uitæ, excludens, nec alloquens, sobrium reddit. Et Battō scholam interdixit Arcesilaus, quum uersum in Cleanthem fecisset in comœdia. Cæterum postea q; Cleanthi satisfecisset, factiq; pœniteret, recepit hominem in gratiam. Oportet enim sic amicum contristare ut proſis, non oportet autem contristando tollere necessitudinem, sed dolore ceu mordaci pharmaco conueniet uti, quod seruet & in columem reddat eum qui curatur. Vnde sicut Musicus, itidem & amicus, ad honestatem & utilitatem utens mutatione, dum quædam concedit ac remittit, quædam intendit, saepe quidem iucundus est, semper autem utilis. Contra affentator, semper eadem formula, eodemq; tenore, quod delectat, & ad gratiam facit aſſonare ſolitus, neque factio nouit repugnare, neque dictio molestus eſſe, tantum quod illum uelle uiderit, id ſequitur. Semper ad illius uocem concinens & concordans. Quemadmodum igitur Xenophon narrat, Agesilaum libenter ab his laudari ſolitum, qui non dubitarent & uituperare: ita putandus eſt amice iucundus & blandus eſſe, qui quandoque poſſit contristare amicum, ac reſiſtre. Consuetudinem autem perpetuo iucundam, & ad immodicam gratiam obſeruentem, omniq; carentem mortu, ſuſpectam habere conuenit. Atque adeo Laconis illud, in promptu habere, qui, Charillum regem laudante quopiam, quonam inquit pacto, hic bonus eſſe poſſit, qui ne malis quidem acerbus eſt. Aiunt itaque tauris œſtrum in aurem ingredi, & canibus item uermiculum quem crotonem uocant. Adulator autem ambitorum aures laudibus occupans, & affixus, haud facile excutitur. Vnde iam maxime uigilanti iudicio fuerit utendum & obſeruandum, utrum ea laus rei tribuatur, an homini. Rei tribuitur, ſi magis laudent abſentes quam praefentes, ſi ijdem uelint eadem, ſuſpicientes non nos ſolum, ſed quoscunque conſimiles, ac non modo hęc, modo diuersa tum dicant, tum faciant. Ad hęc, quod eſt omnium maximum, conſiderandum eſt, ſi non ſenſerimus ipſi noſmetipſos uel pœnitere, uel pudere eorum, de quibus laudamur, ac non optare potius diuersa à nobis facta dictaq; fuſſe. Si quidem domesticum animi iudicium reclamans, nec agnoscens eiusmodi laudes, haud corrumpitur, aut tangitur aſſibus, nec affentatoribus capi poſteſt. Verum haud ſcio quo pacto complures in rebus quidem aduersis conſolationem non ferunt, ſed magis hos admittunt, qui una ſecum lamentantur ac deflent. Porro cum errauerint ac deliquerint, ſi quis eos coarguerit, mordaciq; reprehenſione pœnitudinem inducere conetur, hunc hostem & criminatorem eſe ducunt. Qui uero collaudet ac prædicet quæ fecerint, eum amplectiuntur, hunc benevolum & amicum eſſe putant. Iam uero qui faciūt aut dictūt quicquid illud fuerit, quod uel

uel serio dixerit, vel false in quempia luserit, laudant & applaudunt, si solum ad praesens, ac statim noxi deprehenduntur. Ast qui laudatio penetrant ad ipsos mores, & per ipsos adulantur, perinde faciunt ac famuli solent, qui non de aceruo, sed de semine furatur. Nam dum uirtutis uocabula, uitij tribuunt, nimirum insciunt affectum actionum seminarium, & habitum animi, unde ceu fonte omnia uitae officia proficiscuntur. Scribit enim Thury cydides in seditionibus ac bellis, solitam uocabulorum dignitatem, non his tribui factis quibus oportebat, sed accommodari his quae siebant. Siquidem audacia temeraria, fortitudo contentiosa iudicabatur, contatio prouida, timiditas decora. Contra modestiam no mine praetexebatur ignavia, & diligens in omni re prudentia, segnies habebatur. Ceterum in adulacionibus perspicere & cauere conuenit luxum liberalitatis nomine fucatum, timiditatem cautelae, temeritatem celeritatis. Rursum sordes frugalitatis palliatae uocabulo, tum eum qui foedis amoribus est deditus, appellatum comem & amantem, iracundum autem ac praeferozem, dictum magnanimum. Porro uilis abiectus animi hominem, uocatum humanum. Quemadmodum alicubi scribit & Plato, amantem, quoniam adulator est ijs quos amat, eum qui simis est naribus, amabilem appellare: qui naso sit adunco, regalem: qui nigri sint uiriles: qui candidi, deorum filios. Porro mellei cognomen, prorsus amantis esse fucum, diminuentis, facileque ferentis amati pallorem. Quanquam cui persuasum est, ipsum esse formosum, quoniam sit deformis, aut procerus esse, quoniam sit pusillus, is nec diu tenetur hoc errore, & leui afficitur incommodo, nec eo quidem immedicabilis: uerum quum uitia uirtutum nominibus laudantur, ut iam pecces, non mordo, non dolens, sed gaudens etiam, detrahiturque peccatis pudor, ea nimirum res. Siculos subuertit, quod Dionysij Phalaridisque crudelitatem, iustitiam, & scelerorum odiuta uocarent adulatores. Eadem Aegyptum perdidit, quod Ptolemæi muliebritatem, afflatus, eiulatus, liliorum ac tympanorum insculpturas, religionem deorumque cultum appellarunt. Eadem Rhomanorum mores tam integros, ad nihilum redigit, ac suftulit, quod Antonij delicias, libidines, ac uiscerationes, ita blandientes extenuarent, ut humilitatem & hilaritatem uocarent, indulgenti illi potentia fortunaque. Porro quænam alia res Ptolemæo capistrum ac tibias addidit: Quid aliud Neroni Tragicum addidit ornatum: quid personam & cothurnos induit: An non assentatorum laudatio: Iam reges plerique, nonne si quum musicantur, uocantur Apollines, quum inebriantur, Bacchus, quum luciantur, Hercules, in omne dedecus, gaudentes adulazione abducuntur: Quapropter potissimum in laudibus cauendus erit assentator, id quod nec illum ipsum fugit, sed miro artificio cauens, ne suspectus sit, si quem naestus fuerit splendide cultura gloriosum, aut agrestem, crassa uestitum tunica, tum toto uititur naso. Quemadmodum Struthias insultans Bianti, ac laudibus in stuporem illius debacchans: Plus, inquit, bibisti, quam rex Alexander. Item quum risu Cyprium incesseret. Quod si uiderit eos nasutiores, maxime si conspicerit animaduertentes, ac regionem hanc, ac locum, ne posset adulator occupare, custodientes, tum non e direcio laudem inducit, sed procul discedens, longisque circumactus ambagibus, tandem accedit, nullo strepitu ceu beluat magno contrectans ac palpans, tentansque. Interdum enim aliorum de illo laudes renunciat, rhetorum exemplo, alienam inducens personam, dicens in foro se hospitibus quibusdam, aut senibus admodum libenter astitisse, multa, & ea quidem bona de illo referentibus, & illius uirtutes admirantibus. Rursum aliquoties leibus quibusdam & falsis criminiibus confictis, & in illum compositis, perinde quasi ea ab alijs audierit, accedit festinabundus, ac serius rogans, ubi nam hoc aut illud dixerit feceritque: tum ubi negarit ille, sicuti consentaneum est, hac ipsa occasione tenens hominem, in laudes coniicit. At ego mirabar, inquit, si tu cuiquam amicorum maledixisses, qui ne inimicis quidem soleas. Mirabar si tu occupasses aliena, qui tam multa largiare de proprijs. Rursum alij pictorū in morem, qui quo quædam illustria reddant, ac splendidiora, addunt in propinquo umbrosa quædam & obscura, ita clam laudant & alunt eorum uitia quibus adulantur, dum his contraria uituperant, insectantur, carpunt ac derident. Siquidem apud luxuriosos, auaros, ac sceleratos, improbos, quique sibi diuitias foedis modis pepererunt, frugalitatem rustici tatis nomine uituperant, sua contentum esse sorte, iustitiamque, hominis nihil audentis esse dicunt, quicque sit imbecillis ad capessenda negotia. Ceterum ubi uersantur cum inexhibitis

tibus & ocio deditis, ac medium ciuitatis lucem fugientibus, non pudet illos reipublicæ administrationem, alienorū negotiorum laboriosam gestionem appellare, & magistratus honorē, inanem uocare gloriā ad nihil utilem. Iam uero nonnunquā & rhetorica adulatione traducunt philosophū, & infamāt, & apud lascivas mulierculas magni fūt, dum matronas uno contentas, & uirorum amantes, rusticas & alienas à Venere uocant. Est autem illud omniū sceleratissimū, quod nec à seipsis temperant adulatores. Nam quemadmodum luctatores suū corpus humiliant, ut deſciant alios, sic illi uituperādo seipſos, clanculum huc irrepunt, ut alios laudent. Timidū inquiunt ſum mancipiū in mari, à laboribus abhorreo, insano fracundia, ſi quis mihi maledixerit. Verum in hoc quidem, nihil eſt mirum, neq; uitio tribuendum. Quanquam is qui uere ſit homo, cuncta placide, citraq; moleſtiam tolerat. Quod si quis fuerit, qui ſibi plurimum ſapere uideatur, & cupiat ſeuerus ac rigidus uideri, ſemper Homericum illud ueluti p̄ræ reſtituſiue quadam animi in medium adferens,

Tytide, neq; ualde probes, neq; uituperes me,
Hunc non hac artifex affentator aggreditur uia, ſed eft alia quædam ars qua captet hominem. Accedit enim de ſuis ipſius negoſijs, ut uidelicet prudentia p̄ſtantiorem, conſulturus: & ſe quidem alios familiariores habere dicit, cogitamen, ut illi negoſium exhibeat. Nam quo confugiamus inquit, quum opus eſt conſilio, aut cui fidem habeamus. Deinde poſte aquā audierit, quicquid illud ſit quod ille dixerit, ita diſcedit, ut confirmet ſe oraculum accepiffe, non conſilium. Quod ſi quem uiderit, qui facundus & eruditus haberi ſtudeat, huic aliquid ſuorum ſcriptorū exhibet, orat uti legat & emendet. Porro Mithridati regi rei medicea ſtudioſo, quidam amici & ſecandos & urendos ſeſe p̄buerunt, factis non uerbis adulantes. Siquidem testimonium eſſe uidebatur artis quod illi crederent.

Sanè uaria eſt forma deorum.

Cæterum illud diſsimulatum laudationis genus, diligentiorem requiriſ cautionem, arguendum & aperiendum eſt, quod data opera, absurdā quædam profert consilia montrat, & correctiones nihil ad rem pertinētes: Etenim dum nihil refellit, omnibus annuit, approbat omnia, & ad ſingula ſucclamat, bene dictum, ſatis factum, nimirum palam intelligitur, rogare studio, cæterum aliquid persequens hoc agere, ut laudet, ac laudatum ut inflatum reddat magis. Ad hæc, ſicuti quidam picturam definierunt, tacentem eſſe poeticam, ſic & adulatio nonnunquam tacendo laudat. Ut enim qui uenantia magis fallere ſolent quæ captant, ſi non hoc agere, ſed uel iter facere, uel pascere greges, uel agricolare uideatur: ſic adulatores tum maxime mouent laudando, quum uidentur non laudare, ſed aliud quiddam agere. Nam qui locum cedit ad conſellum uenienti, & qui loquēs apud populum aut in curia, ſi ſenſerit diuitiem aliquem uelle loqui, obſticeſcit interim, locum ſimul & orationem illi cedens, filēdo magis declarat, quālius clamore, quod illum ſuperiorem & ſapiencia p̄ſtantiorem existimat. Vnde cernere licet iſtos prima ſedilia in recitationib⁹ & ſpectaculis occūpantes, non quod ipſiſe diognos his arbitrētur, ſed quo cedentes diuitiib⁹, eis adulentur. Item uidere eſt illos in comitijs & concilijs primas dicendi partes occupare, mox eas concedere potentioribus, ac facillime in diuersam ire ſentētiā, ſi potens, aut diues, aut nobilis fuerit qui contradicit. Atq; hac nota potiſſimum iſtiusmodi confeſſiones illorum & delationes oportebit deprehendere, quod haud confeſſant uſui rerum, neq; uirtuti, neq; ætati, ſed opibus, & nobilitati. Nam Apelles p̄ictor affidenti ſibi Megabyzo, & nescio quid de lineis & umbris loqui conāti, uides inquit hos pueros Melidem colorem terentes: hi tacentem te ſuſpiciebant, purpuram et aurum admirabantur, at iſdem nunc derident, poſte aquā de his loqui coepiris, quæ non dīdicisti. Et Solon Croeso de felicitate percontanti, Tellum quempiam Atheniensem obscurum hominē, ad hoc Bitonem & Cleobim, pronunciavit eſſe feliciores. At affentatores, reges, diuities, ac primates, non felices tantū ac beatos prædicāt, ſed iſdē & in prudentia, in artificio, in uirtute primas tribuūt. Hæc quū ita habeant, ſunt qui Stoicos nec audire ſuſtineant, quū ſapiencem ſimul & diuitē & formosum, & clarū, & regē appellāt. Adulatores aut qui diues ſit, eū ſimul & rhetore & poeta, quod ſi uifum ſit, etiā p̄ictorem ac tibicinē faciunt. In ſuper & pedibus celerē, & robustū,

Apelles

Solon

dum

dum illi succumbunt inter lucrandum, & in cursu superantur. Sic enim Crisponus Himeretus cursu contendens cum Alexandro, data opera uincebat, quod quidem sentiens rex, indignus tulerit. At Carneades dicere solitus est, diuitum & regum filios, nihil recte neque bene dicitum. Cetero, præterquam equitare, propterea quod his assentetur præceptor in exercitatione literarum, usque laudans quicquid dixerint, aduletur & is qui colluctatur, cedes ac submittens sese. Porro equus haud intelligens neque cogitans, priuatus quis sit an magistratus, diues an pauper, præcipitat quisquis ignarus sit equitandi. Stulta igitur & aspernanda, quæ dicit Bion, Si quis agrum laudando feracem & frugiferum reddere queat, non uideri errare, qui id facere malit, quam fodere & fatigari. Ad eundem modum haud absurdum facere videatur, qui laudet aliquem, si ei quem laudat utilitatem ac frugem adferat laudando. Nam ager quidem nihilo deterior redditur quum laudatur. At qui hominem falso præterquam meritum laudant, timidum illum reddunt ac perdunt. Ac de his quidem hactenus satis dictum est, supereft ut de loquendi libertate uideamus. Itaque quædammodum Patroclus, Achillis induens arma & equos in pugna educens, solam hastam Peliacam non ausus est attingere, sed hanc omisit; sic conueniebat ut adulator, quum amici cultum & supelleculum ad umbrat, hucusque notas & insignia imitatus, solam loquendi libertatem, tanquam eximium amicitiae gestamen, graue uidelicet, ingens & ualidum, intactam & inimitatam relinques ret. Verum quoniā, cauentes ne in iocis, aut uino, dicterioribus & lusibus deprehendantur, iam ad supercilium & seueritatem rem transferunt, & adulantur austoritatis prætextu, reprehensionem quandam & admonitionem admiscentes, age ne id quidem inexploratum relinquam. Quemadmodum igitur in Menandri comedia falsus Hercules inducitur clauam gestans, non graue neque robusta, neque rigidam, sed molle quoddam & inane figmentum: sic arbitror assentatoris libertatem ipsis, qui capiunt experimentum, mollem uideri, minimeque grauem neque rigorem habentem, sed idem faciente quod ualent mulierularum capitibus impositæ struices, quæ quū uideantur earum capitibus, pati & resistere, cedunt magis & obsecundantur: itidem & ista fucata dicendi libertas, quū in se et falsam ac sanie plenam habeat modum, attollitur quidem ac tumet, ut subsidens & contrahens sese, capiat & pariter abripiat, in ipsam sese coniicientem. Nam uera & amica libertas, peccatis imminet, salutarem ac medicam adferens molestiam, non secus atque mel, quod ulcerosa mordet, ac repurgat, alioquin iucundum & utile. Sed huic rei suus dabitur sermo. Adulator autem in ceteros quidem, acerbis & uehementer asper & inexorabilis uidetur. Nam suis famulis grauis est, cognatorum ac familiarium errata, grauiter incessit, nec extenorum quenquam aut miratur, aut reueretur, sed fastidit ac despicit ignoscens nemini, sed deferens ac calunians, ut alios ad iram instiget, hoc modo captans famam & opinionem hominis uitiosi infesti, ut nec in hos uideat studio temperare à libera obiurgatione, neque quicquam ad gratiam uel facere, uel dicere. Deinde idem in ueris ac magnis eorum quibus adulatur peccatis, nihil se scire nec intelligere simulans, ad errata leuissima, nihil ad hoc pertinientia, mire cōcitat: magnoque lamore & acrimoniam iurgatur, si quod uas neglectum facere conspexerit, si parum splendide habitantem, si parum diligenter à tonsore curatum, si togam, canem aut equum parum, ut oportet, curatum uiderit. Cæterum parentum contemptus, liberorum neglegitus, uxoris cōtumelia, fastus in familiares, pecuniarum absumpcio, nihil hunc mouent, in his elinguuntur, in his timidus: perinde quam Aliptes, Athletam inebriari scortarique sinens, circa Lecythum & strigilem morosus sit: aut si grammaticus puerum de tabula, deinde styllo castiget, porro solo cōfismum aut barbarismum committente audire se dissimulet. Talis enim est adulator, qualis sit is qui in imperito ridiculoque oratore, nihilque dicente quod ad causam pertineat, de uoce cauilletur, & grauiter accuset, quod frigidam potans, cortupat arteriam: aut si iussus scripturam malam & imperitam, emendandi causa percurrere, causetur, quod crassior sit charta, ac non magis scriptorē ipsum malum ac negligentem appellat. Ad hunc modum adulatores, & Ptolemaeo, quum discendi cupidus uideretur, de lingua, de uerisculo, de historiola digladiantibus ad mediū usque noctem reluctabantur. At uero saeuenti, ferocienti, impanis utenti, uictigalibus oneranti populum, nullus est tam multis ob sistebat. Non aliter ergo, ac si quis hominis tubera fistulasque habentis, medico ferro, pilos incidat & unguies: sic assentatores, obiurgandi libertatem his ad mouent partibus, quæ non dolent neque molestiam adferunt. Quin etiam sunt & his astutiores nonnulli, qui ipsa reprehendendi libertatem, ad gratiam & uoluptatem utuntur. Quemadmo

Agis dum *Agis Argivus*, quū Alexander ridiculo cuidam ingētia daret munera, p̄rē inuidia ac dolore exclamauit, O reīn uehementer absurdā. At postq̄ Alexander ira percitus conuersus ad illum dixisset, & quid tu tandem aīs? Fateor, inquit, me moleste ferre & indignari quum uideā omnes ē Ioue prognatos, æque adulatoribus & ridiculis hominibus delecia. Siquidem & Hercules Cercopibus quibusdā, & Bacchus Silenis delectabatur, et apud te uidere licet, huiusmodi magni fieri. Porro quū aliquando Tiberius Cæsar in senatū uenisset, surgens adulator quidam, aīt hominibus liberis libere loquendum esse, nihilq̄ metu dissimulandum, neq̄ quicq̄ reticendum eorum que ad publicā utilitatem pertinerent. His uerbis quum omnes excitasset, factoq̄ silentio, & ipso etiam auscultante Tiberio: Audi Cæsar, inquit, in quo te quidem culpamus omnes, etiā si nemo palam audet dicere. Negligis teipsum, corpusq̄ tuum exponis pro nobis, sollicitudinibus & laboribus illud conficiens, nec interdiu nec noctu quiescens. Huiusmodi multa quum ille dixisset, aiunt oratorem Cassium Seuerum subiecisse, ista libertas hunc hominē exitio dabit. Atq̄ hæc quidem leuiora sunt, sed illa sane periculosa, & stultorum animos insufficientia, quoties diuersos morbos ac uicia criminantur his, quibus laboratis, cui palpantur. Quemadmodum assentator Himerius Athenis diuitem quandā sordidissimū, & auarissimū, ueluti per contumeliam luxuriosum, reicq̄ familiaris indiligentem appellauit, addens futurum, ut una cum liberis aliquando misere egeret. Aut rursus cum luxuriosis & profusis parsimoniam ac sordiciem exprobrant, ueluti Neroni Titus Petronius: aut quum principes crudeliter & acerbe subiectis imminentes admonent, ut abiçiant immodicam humanitatem, intem pestiuamq̄ & inutilem misericordiam. His affinis est & ille, qui stupidum ac bardum hominem, perinde cauere se se ac metuere simulat, quasi callidum quempiā ac uersutū: Item qui inuidum ac semper maledicere carpereq̄ gaudentē, si quando compulsus fuerit celebrem aliquem uirū laudare, reprehendit, eiq̄ contradicens, tanq̄ hoc uitio morboq̄ laboret, laudas inquit homines nihil: Quis enim est iste, aut quid unquam magnificent uel fecit, uel dixit? Porro in amoribus potissimum insidiantur his quos captant, quo magis accendant. Etenim quum germanos inter se dissidentes uiderint, aut à liberis parentēs haberi despectui, aut maritos male de uxoribus suspicari, tum nec admonent, nec accusant, sed magis ac magis instigant. Non sentis inquietum, teipsum harum rerum esse causam, qui nimium obsequentem ac modestum te illi præbeas. Quod si quis iracundia pruritus ex ira & zelotypia subortus fuerit in amicam, aut adulteram quam amat, ibi præsto est adulatio, splendidam imitans libertatem, ignem igni, quod aiunt, adjiciens. Accusat & in ius uocat amantem, quod multa parum amatorie, multa dura & reprehendenda fecerit. O ingrate, inquit, & immemor creborum suauiorum. Sic Antonio quum Aegyptiam amaret, & incensus esset, amici persuadebant, ipsum ab illa adamari, & conuicantes rigidum ac superbum uocabant. Mulier, inquietant, relicio regno tam opulento, tamq̄ felicibus familiaritatibus, amore deperit, tecum militat, concubinæ cultu specieq̄,

Pronerbiūm

Ast immota tibi duro sub pectore mens est Qui illam negligas afflictam.
 Ille uero nō illibenter admittens reprehensionē uelut illi faceret iniuriam, & sic huiusmodi gaudens accusatoribus, ut nō æque laudatoribus, haud sensit se se simulata reprehensionē, magis etiam deprauari. Talis obiurgandi libertas similis est lascivientiū muliercularū morsibus. Excitat enim tanitum ac titillat, & hoc ipso quod dolorem facere uidetur, deletat. Non aliter ac uinum alioqui remedium efficax aduersus cicutam, si pariter utrumq̄ cōmiserint, planè uim uenenī reddunt immedicabile, quod uini calore, celerius ad cor penetret: Ita callidi quidā intelligentes liberam admonitionem efficax esse remedium aduersus adulacionem, ipsi libertati monendi adulacionem admiscent. Proinde nec Bias recte dixisse uidetur, quū interroganti, quod esset animal omniū maxime noxiū responderet, inter immitia tyrannus, inter mitia adulator. Verius enim dixisset, quod inter adulatores mansueti sunt hi, qui in balneis & circa mensas uersantur. At uero qui in penetraliā, & gynæcea, curiositatem, calumniam, maliciam, perinde quasi retia quedam intendit, hic immitis, ac ferus, & intractabilis. Cæterū una cauendi ratio uidetur esse, si cognouerimus semperq̄ meminerimus, quod quū animus noster duas habeat partes, alteram ueram, honestis gaudentē, rationi obtemperantem, alteram rationis expertem, mendacij gaudentem, affectibus obseruentem, amicus quidem semper in potiorem partem consulit, & huic

huic patrocinatur, medicorum exemplo, quod sanum est id augens ac tuens. Adulator autem brutæ, & affectibus obnoxiae parti assidet, hanc scabit ac titillat, huic persuadet & abducit à ratione, perniciosem quandam mollicem illi moliens inducere. Ergo quæadmodum cibi nonnulli sunt, qui neque sanguini sunt adiumento, neque spiritibus, neque nervis, aut medullis uestigoris aliquid addunt, sed pudenda modo permouent, aluum tumefaciunt, & carnem gignunt suppitem & flacidam: sic assentatoris oratio nihil addit sobrietati, nihil prudenter, sed eum aut amoris delectatione quadam delinire, aut stultam incitare iracundiam, aut inuidiam irritare, aut animi fastum inducere, molestum & inanem, aut in dolore collachrymari, aut difficultatem morum, & illiberalitatem ac pertinaciam, semper delationibus quibusdam, & præfessionibus turbulentam ac suspicacem reddere, non ignorabit quisquis animaduerterit. Semper enim alicui imminet animi morbo, hunc premit & urget Bubonis in more, undique puris & inflammati animi partibus incumbens. Si irasceris, ulciscere inquit, si cōcupisces, fruere, si times, fugiamus, inquit, si suspicaris, crede inquit. Quod si in huiusmodi perturbationibus animi non queat facile deprehendi, propterea quod ratio uehem etia magni tudine cupitudinum excutiat, in alijs ansam magis præbebit, & in illis sui similis. Siquidem ubi contigerit amicū suspicari, ne quid peccarit crapula, aut si quid de balneo, deinde cibo dubitet, ibi amicus cohercet hominem, admonebit ut sibi caueat, ac uitet periculum. Contra adulator in balneum pertrahit, iubens ut superiori peccato nouum aliud addat, neque sinat corpus cohibitum segnescere. Quod si uiderit illum ad iter seu nauigationem, aut aliud quippiam agendum ob molliem parum animatum esse, non dicitur tempus, sed nihilominus effecturum, si uel differat, uel alium misserit. Porro si pollitus sit familiaris cuiquam se mutuo daturum aut largiturum pecuniā, & pœnitit quidem promissi, ceterum pudet negare: ubi adulator ad peiorum additus lancer, sententiam pro crumenis confirmat, & suo consilio bilancem impellens, uerecundiam illam excutit, iubens eum rebus suis parcere, quippe qui multa insumat, quicq; multis suppeditare cupiat. Vnde nisi ipsi non sentiamus nos ipsos cupidos esse, impudenter facere, ignauos esse, nihil nos fallat adulator. His enim affectibus ille semper patrocinatur, libere reprehendens ubi uelli ab his discedere. Atque hisce quidem de rebus hucusq; satis dictum est, deinceps ad utilitatem & obsequia nostra se conferat oratio, quandoquidem in his quoq; sic confunduntur omnia, ut difficilimum sit adulatorem ab amico distinguere, dum & ille uidetur impiger, & Euripidis sensus ad omnia promptus, nihilque recusans. Nam ut ueritatis iuxta Euripide, simplex est oratio, tentia sic & amici mores simplices sunt, synceris, fucocq; caretes: uerum adulatoriis mores, quum reuera morbi sint in ipso, multis ac doctis opus habent pharmacis, atque adeo nouis & exquisitis. Ut igitur in cōgressibus, sic se habet amicus, ut cum neque dicat quippiam, neque audiat, tamen asperlu risuq; benevolentiam, uerumq; pectoris affectum tacite dans ac uicissim accipiens prætereat. Ast assentator, currit, affectatur, salutat eminus, si prior uisus, appellatus fuerit, excusat sese testibus adhibitis, saepius & cum iureiurando: Sic & in negotiis, permulta prætermittunt amici minuta, non ex arte exquirentes, neque curiosi, neque se metipos in quoduis obsequium ingerentes. At hic in huiusmodi rebus, assiduus ac perpetuus, & infatigabilis, alij nemini locum dans, neque spacium inseruendi, sed exigens uti sibi mandet, & si mandatum non fuerit, moleste fert, uel potius prorsus exanimatur, & obtestatur deos. Ergo & ista quoq; significant his qui sapiunt non ueram, neque synceram amicitiam, sed meretriciam quandam, citius cōpletebantē his, quos id facere conuenit. Quanquam primum in pollicitationibus animaduertendum est adulatoriis & amici discrimen. Siquidem recte dictum est illud à nostris maioribus, hanc amici pollicitationem esse:

Homerus

Si præstare queam, & fuerit præstabile nobis.

Rursus adulatoriis hanc.

Dic quicquid ueras animo.

Tales enim inducunt comici:

Nicomache me fac militi isti opponite,
Flagris nisi illum, peponem totum fecero,
Reddideroq; illi os mollius uel spongia.

Adde his quod amicis nemo cōmodat operam in negocio peragendo, nisi prius suscipi enti negocij cōsiliū approbarit, sed ita demum postq; probarit, statueritq; rem uel ad

Tom. 4

b

2
honestas

Senarij uerius

honestatem, uel ad utilitatem pertinere. Contra adulator, etiam si quis cum de luscipiente
do negocio consulat, suamq; uelit aperire sententiam, is tamen quoniam non solum con-
cedere amico & gratificari studet, uerum etiam metuit, ne ueniat in suspicionem quod de-
trectet, fugiatque labore, accommodat sese ad illius cupiditatem, eamq; magis instigat.
Siquidem nulli diuitium neq; regum facile est dicere illud:

*Senarij ex tra-
gico quopiam*

Mendicus utinam sit mihi, uel si libet,
Mendicum & infra, qui mihi uolens bene
Timore posito, possit ex animo loqui,

Sed quemadmodum Tragediarum histriones egent amicorum choro concinentium,
aut spectatoribus applaudentibus, itidem & illi. Vnde Merope in Tragoedia monet
ad hunc modum.

Hos fac amicos, qui tibi concedere
Nolint, at istos improbos, ad gratiam
Inseruientes, ac uoluptatem, tuæ
Excludat & procul arceat claustrum domus.

At isti prepostere faciunt, dum eos qui non concedant in disceptationibus, sed resistunt
suadentes quod conducibilis est, abominantur & auersantur. Cæterum qui calli de ad
gratiā obsecundant abiectos & impostores, non solum intra domus septa, uerum eti-
am in affectus & arcana recipiunt negotia. Quorum qui simplicior est, censem haud con-
uenire, neque dignum se iudicat, qui in tantarum rerum consilium adhibeatur, sed minis-
trum & adiutorem se præbet. Porrò qui uersutior est, adeit quidem in deliberando, si-
mul adducit supercilia, simul annuit uultu, loquitur autem nihil. Quod si ille dixerit quid
sibi uideatur. Papæ inquit, paululo me anteueristi loquendo. Nam istuc ipsum ego di-
sturus eram. Sicut enim mathematici dicunt superficies & lineas, per se nec inflecti,
nec extendi, nec moueri, quum res sint intellectus, non corporeæ, cum corporibus
autem una flecti, & extendi, & loco moueri, quorum sunt extremitates: sic adulatorem
comperies semper cum alijs confidentem, sententiam dicentem, intelligentem, irascen-
tem, ut in his sane facillimum sit discrimen animaduertere. Sed multo adhuc facilius, in
inseruendi modo. Siquidem officium quod ab amico proficiscitur, ceu uiuum quoddam
animal, uires maxime proprias in intimis habet, nihil autem accedit ostentationis aut plau-
sibilitatis, quin s̄pē numero fit, ut quemadmodum fidus medicus, ægrotō nesciente
sanat, sic amicus proicit, uel congregiens, uel discedens, ignorante amico negotium
illius curans. Huiusmodi fuit Arcesilaus, tum in alijs, tum erga Apellem Chium, quem
ægrotantem quum egere quoque cognouisset, denuio reuisit hominem, & uiginti das
chmas adferens & assidens proximo: Hic inquit nihil est præter Empedoclis elemen-
ta uidelicet hæc,

Ignem & aquam, terramq; & spheras ætheris alti.

Ac ne cubas quidem satis commode: simulq; mouens illius ceruical, clanculum pecu-
niā subiecit. Quam simul atq; reperisset anicula quæ inseruiebat ægrotanti, & admirās,
quid esset, Apelli retulisset, ridens ille, Arcesilai, inquit, hoc furtum est. Et in philosophia,
sanè filij nascuntur similes parentibus. Lacydes enim Arcesilai familiaris, Cephi socratus,
laesæ maiestatis crimen deprecanti unâ cum reliquis amicis aderat. At quum accusator ar-
nulum postulasset, isq; tacite demisisset. Lacydes sentiens, imposito pede cōtexit. Erat au-
tem in eo anulo, quo coargui poterat. Post latam uero sententiam, quum Cephisocrates
iudicibus gratias ageret, unus quispiam illorum, qui sicuti uidetur, rem conspexerat, iusse-
sit uti gratias ageret Lacydi. & rem ipsam narrauit, quum Lacydes ipse nemini retulisset.
Hoc pacto deos etiam arbitror, plerunq; bene mereri de mortalibus, ut non sentiantur be-
ne mereri. & ob id ipsum benefacere, quod suapte natura gaudeant benefacere. Rursum
adulatoris officium, nihil habet iustum, nihil uerum, nihil simplex, neq; liberale, sed sudo-
rem, discursationem, clamorem, & uultus cōtractionem, quæ speciem & opinionem præ-
beat, rei laboriosæ, magnocq; studio curatae, non aliter quam operosa quædam pictura, co-
loribus impudentibus, uestibus inflexis, ac fractis, rugis & angulis id affectans, ut rem e-
uidenter repræsentare uideatur. Quin grauis etiam & molestus est, quoties errores quo-
sdam & curas pro illo suscepas commemorat, deinde similitates cum alijs susceptas, des-
inde

Andem molestias innumerabiles, & ingentia mala recenset, ut dicere possis, non tanti sunt illa, ut haec feram. Nam omne beneficium si exprobretur, molestem est, & gratiam perdit, nec ferri potest. At adulator non tam exprobret beneficium postquam praestiterit, sed tam quum praestat protinus exprobationem & pudorem admisceret. Amicus autem si neesse fuerit dicere, rem quidem ipsam modeste narrat, de se uero nihil loquitur. Sic & Lacedæmonij cum Smyrnæis egentibus commeatum misissent, atque illi beneficium cœpissent extollere, occupantes, nihil magni est, inquiunt, haec enim collegimus, unius diei prandio nobis & iumentis detracto. Siquidem huiusmodi beneficentia, non solum libetalis est, uerum etiam accipientibus iucundior, propterea quod citra magnum benemessentium incommode conferri uideatur. Ergo non in hoc potissimum possis hominis naturam cognoscere, quod adulator inseruit moleste, & pollicetur facile: sed longe magis hoc quod amicus inseruit in rebus honestis, adulator turpibus, hic ad gratiam, ille ad utilitatem. Siquidem amicus non quemadmodum censuit Gorgias, sibi quidem Gorgias in rebus iustis amicum obsequi uolet, inseruiturus tamen illi saepenumero in rebus etiam non iustis.

Nam falso adesse haud desipiscendi solet.

Itag; potius illum dehortabitur ab his, quæ non decent. Quod si non patietur ille, tum bellum erit uti eo, quod Antipatro dixit Phocion: Non potes me simul & amico uti, & adulator, hoc est, amico, & non amico. In factis enim adiutandus est amicus, non in maleficiis, & in consilijs, non in insidijs, & in testimonij, non in fraudibus, atq; adeo infortunij participem esse conuenit amico, sed non iniustiæ. Nam si nec conscientium esse turpitudinis amico conuenit, quanto minus decet illi turpiter agenti, & indecore se gerenti, commodare operam: Quemadmodum igitur Lacedæmonij prælio superati ab Antipatro, ita cum eo rem componebant, ut imperaret, quantumuis damno grauiacq; modo ne quid turpe: sic amicus, si qua incidenter necessitas, quæ sumptum aut periculum, aut laborem postuleret, cupit uocari primus, citraq; tergiuersationem & prompte negocium in se suscipit, tantum ubi res cum dedecore coniuncta est, detrectat obsequium, sibiq; parcit postulat. Adulator uero contra facit. In laboriosis quidem ac pericolosis officijs excusat. Quod si ceu uasa solemius, ita pulsu tentes hominem, causans aliquid insyncerum quendam & minime generosum tinnitus reddit. Cæterum in dedecorosis, sordidis & infamibus obsequijs, abutere calca, nihil illuc graue, nihil contumeliosum existimat. Videsne simiam? Comparatio non potest custodire domum, ut canis, non gestare sarcinas, ut equus, non arare terram, ut Simia adulator boues, & ideo tolerat iniurias, scurratur, lusus ac risus se præbet instrumētum. Sic & adulator, quoniam nec in dicendo, nec in consulendo, nec in certaminibus ac periculis adesse potest amico, quippe ab omnibus laboribus, omnique studio abhorrens, in negotijs subalariibus, id est quæ ad uoluptatem pertinent, nihil recusat, fidus amoris minister, & in adducendo scorno diligentissimus, nec indiligens ad ejciendam ex animo sumptuum conuicijs curam, neque segnis in coenis apparandis, obsequiosus in concubinassis affines auctem rigidus & impudens, si iubeatur in illos audere, aut uxorem domo ejcere. Vnde sit, ut nec in his difficile sit hominem deprehendere. Siquidem, si mandes quicquid libitum fuerit, rerum infamium & minus honestarum, paratus est, nihil sibi parcens, modo gravatum faciat mandanti. Quanquam non minus & hinc agnosci possit plurimum à uero amico dispare, quod longe secus erga reliquos amicos affectus est. Verus enim amicus quoniam nihil dicit iucundius, quam cum multis amare simul & amari, id agens perpetuo cum amico uersatur, ut quamplurimis amicus sit & charus. Etenim quum existimet res amicorum esse communes, nihil iudicat tam commune esse debere, quam ipsos amicos. At uero falsus amicus & adulterinus, ac factitius, qui maxime iam intelligat se in iuriam facere amicitia, quippe cuius ceu falsæ monetæ nomisma finxerit, natura quidem inuidus est, uerum hunc morbum exercet in sui similes, hos superare contendens scurrilitate, loquacitateq;: præstantiorem autem ueretur & timet, haud sane pedestri cursu prope trans ad Lydium currum, sed ad aurum purum, ut inquit Simonides ac purum, nihil in se Proverbij me plumbi habens. Ergo quum ipse sit leuis & inanis, factitiusq; & fucatus, si communis ex minit & Basi pendatur ad ueram, grauem ac solidam amicitiam haud sustinet, sed quum proditur lins idem facit, quod is qui gallos infeliciter pinxerat, puerom mandans ut ueros gallos procul

abigeret à tabula. Sic & adulator ueros abigit amicos, neq; sinit accedere propria. Quod si non possit, blanditur quidem palam, & affectatur, ac miratur, ceu præstantiores, clausulum autem subdit, ac subserit calumnias quasdam. Cæterū ubi clandestinus sermo, uel licauit hulcus, nec tamen omnino statim efficere potuit, tum memor obseruat quod Medius solet. Erat hic Medius inter adulatorum greges, qui cum Alexandro ueluti dux, ac magister antesignanus aduersus optimates oppositus. Iubebat igitur uti audacter calumnijs morderent & incesserent, docens, etiam si qui morsus sit, vulneri medeatur, cicatricem ramen calumniae relinquai. His sane cicatricibus, uel ut verius dicā, gangrenis & carcinomatis corrosus Alexander, sustulit Callisthenē, Parmenionem & Philotam. Ceterum Agnonibus, & Bagois, Agesijs, ac Demetrijs impune præbuit se se subuentum, dum adoratur, ac stolis amicitur, & ab illis ceu barbarica quæpā statua refingitur, Adeo magnam uim habet ad gratiā obsequi, & maximam, ut uidetur, in his qui maximū uidentur. Eténim quod sibi uidentur optimi, talesq; uelint uideri ceteris, ea res & fidem conciliat adulatori, & addit fiduciam. Nam loca quidem æditoria & excelsa, inaccessa, difficultiaq; aditu redduntur insidiantibus. At animus parum sapiens ob fortunæ successus, aut formam sublimis & elatus, pusillis & humilibus, maxime peruius est & expositus. Vnde quod initio sermonis admonebamus, idem & nunc iubemus, uti nostri amorem, & arrogatiōē de nobisipsis opinionem abscindamus, quæ nobis præblandiēs, molliores nos redit externis adulatoribus, utpote iam paratos ac prōptos. Quod si parentes deo, & oraculū, nosce te ipsum, uelut cuiq; utilissimum edocū, simul & naturam, & educationem & institutionem nostram reputemus, & contemplemur, quam innumera habeat admixta, ab honesto degenerantia, quamq; multa, & uitiosa & temeraria, idq; tum in factis, tum in dictis, tum in affectibus, haud facile nosmetipso præbebitus assentatoribus, ut suo arbitratu nobis insultent. Nam Alexander quidem duabus rebus commoneri se dicebat, quo minus fidem haberet his, qui se deum esse prædicarent, nempe somno & Venefis usu: quod in his degeneraret, plūsque solito afficeretur. Nos uero undique in rebus nostris foeda, multa molesta, multa imperficia, multa perperam facia, semper conspicientes deprehendemus nosmetipso, domi non belle habere: id que amico quopiam, haud laudante, & extollente, sed arguente, libere que reprehendente. Primum enim inter multos perpauci sunt, qui uelint & ausint amicum libere reprehendere, magis quam ad gratiam loqui. Rursum inter hos paucos haud facile reperias, qui id facere norint, sed ita se libere loqui putant, si conuientur ac uituperent. Atqui habet hoc ceu pharmacum non in tempore datum, intempestiu libertas, ut perturbet, ac molestiam adferat nulla utilitate, & idem quodammodo efficiat cum dolore, quod cum uoluptate facit adulatio. Læduntur enim non hi modo, qui laudantur quum non oportet, verum etiam qui uituperantur non in loco, atque hæc res facit, ut facilius ab assentatoribus captiantur, dum ab immodice resistentibus & aduersantibus, aquæ ritu, ad caua molliaque delabuntur. Quæ propter libertas iucunditate morum erit condienda, ea que ratione temperanda, ut ueluti lucis, sic immodicam ipsius uim auferamus, ne dum conturbantur molestiaq; afficiuntur, à quiduis reprehendentibus, & quibuslibet de causis incusantibus, ad assentatoris umbram configiant, & ad id quod molestia uacat, se se conuertant. Siquidem omne uitium Philopappe uitute uitandum est, non diuerso uitio quemadmodum nonnulli sentiunt, pudorem impudentia uitare oportere, rusticitatem scurrilitate. Cæterum ab ignavia, mollicie que mores ita maxime seiungi, si ad temeritatem & confidentiam quam proxime uideantur accedere. Sunt qui superstitionem ita fugiunt, ac deprecantur, ut nullos credant esse deos, & ita desinunt esse abiecti, ut incipient esse facinorosi, uitam non aliter ac lignum incuruum in diuersum torquentes, quod ignorantem artem corrigendi. Porro tutissimum est, hoc modo adulatioñis opinionem effugere, ut citra utilitatem molestus sis, atque ita uitare né in amicitia uidearis seruīlis & abiectus, ut in urbana, & ad consuetudinem proſsus inepta familiaritate, grauis sis & iniucundus: cuiusmodi libertinus inducitur in comœdijs, qui dum criminatur, ex æquo & blande se loqui credit. Quoniam igitur foedum est, dum placere studes in adulatioñem incidere: rursus foedum, dum adulatioñem uitas, immodica reprehendendi libertate, gratiam amicitiae simul que medeni di perdere utilitatem: sed neutrū est committendum, verum ut bona sit libertas, id est moderatio.

Medius

Qos amicos
Alexander su
stulit

moderatione sumendum, quemadmodum & alijs in rebus facere oportet: uidetur ipse sermo succedens poscere, ut hanc Coronidem addamus libello. Ergo quum uideamus reprehendendi libertati multas pestes adesse, primum illi detrahamus amorem sui, diligenter obseruantes, ne nostrapte causa uideamur obiurgare, uel quod offensi simus, uel quod doleat aliquid. Etenim si de teipso loquaris, uideris non ob benevolentiam, sed tracundiam dicere quae dicis, nec admonere, sed accusare querique. Nam admonitio libera, amicum quiddam habet, & graue. Contra querimoniam, sui amoreum, ac sordidum animum sapit. Vnde sit, ut libere increpantes revercantur a suspiciens, querulos autem & incusantes uicissim accusent contemnantesque. Quemadmodum Agamemnon Achillem mediocri in dicens utentem libertate non uult. Rursus quum Ulysses, increpat acriter ac dicit:

Perdite, diffusiles utinam moderere phalangas,

Homerus

Non has egregias,
cedit, animoq; temperat, emendatorio, cordatoq; sermone correptus. Nam hic quidem, quum nullam haberet priuatim irascendi causam, Graecæ nomine hac in illum utebatur. Libertate, ille vero sua ipsius causa potissimum indignari uidebatur. Quanquam Achilles episc, etiam si animo parum leni placidoq; praeditus, sed

Difficilis uir, qui haud dubiter culpare uacantem

Homerus

Culpa, Patrochum tacitus ferebat, multa id genus in se dicentem,

Non tibi eques genitor fuit immittissime Peleus

Nec Thetis est genitrix, glaucum te protulit æquor

Aeriaq; rupes, tibi nam durissima mens est.

Quemadmodum enim Hyperides iubebat Athenienses considerare non solum an esset acerbus, sed an gratis acerbus: sic amici admonitio, uacans omni perturbatione propria, severitatem habet & severitatem, ut non ausis contra tollere oculos. Quod si quis in obiurgando præ se ferat, amici in se delicta se planè prætermittere negligeréque, sed alia quedam commissa reprehendere, ob alia quedam obiurgare, nec amico parcere, inexpugnabilis est huiusmodi reprehensionis uehementia, quippe quæ suavitate momentis intendat & acuat acerbitatem & austernitatem admonitionis. Vnde dictum recte est illud: Quum irascimur aut diffidemus cum amicis, semper aliquid agendum ac sperandum esse, quod ad illorum pertineat utilitatem, aut honestatem. Cæterum non minus amicum est & illud, quum ipsi despici negligique uidebimus, super alijs neglegui habitis, amicum admonere, taciteque commonefacere. Quemadmodum Plato quum à Dionysio fastidiretur, parumque cum illo conueniret, poposcit congregandi copiam, ille putans Platonem aliquid de se questurum, dedit. Plato uero in hunc modum cum eo differuit: Siquem senseris inimicum in Siciliam appulisse Dionysii, qui magis candida li quippiam tibi facere uoluerit, cæterum non data opportunitate, nihil mali fecerit, Platonis oratione hunc fineres abire, citraque noxam dimitteres. Multum abest, inquit Dionysius, tio ut id faciam o Plato. Oportet enim hostium non facta solum, sed animi quoque propositum odisse, & ulcisci. Ergo si quis, inquit Plato, tuu amore, benevolentia que hoc profectus, boni quippiam tibi cupiat adferre, non faciat autem, te non præbente illi opportunity, num parest hunc nulla cum gratia contemptum abijcere? Hic quum Dionysius interrogasset, quis nam is esset: Aeschines, inquit, uir & moribus cum quoq; Socratis amicoru conferendus, & qui possit dicendo meliores reddere, cum quibus habeat consuetudinem: is quum huc, multu emensus maris ad nauigari, ut per philosophiam tecum haberet consuetudinem, neglegetus est. Hæc Platonis oratio, intantum commouit Dionysium, ut protinus ipsum amplectetur, benevolentia hominis animiq; magnitudine delectatur. Aeschinus uero honorifice splendideq; tractaret. Jam igitur secundo loco uelut expurgatus omnē contumeliam ac risum, dicacitatē & scurrilitatē ut mala condimenta, ab admonitione tollamus. Quemadmodum enim medico secante carnem, concinnitatē quandam & elegantia ad id faciendum conuenit accedere, cæteru saltatoria gesticulatione, superuacuaq; & curiosa mobilitate, carere debet manus secantis. Sic admonitio libera, dexteritas, admittit & urbanitatem, si sic tēperes iucunditatem, ut nō pereat grauitas ac severitas. Quod si accesserit impudens audacia, inanogenitas, & consumelia, hec prorsus uiant ac

Magnanimitas

or candida

Platonis oratione

tio

Simile

b 4 perdigne

perdunt admonendi libertatem. Vnde cantor ille, non inscite nec ineleganter silentium imposuit Philippo, de pulsandis fidibus sibi contradicenti, quum diceret: Absit à te tantum mali ô rex, ut hæc melius me scias. At nō recte Epicharmus, qui cum Hieron quosdam è familiaribus suis è medio sustulisset, paucisq; post diebus eum uocasset ad coenam, at nuper inquit, quum immolares amicos, non uocabas. Perperam & Antiphon, qui quum apud Dionysium quereretur, ac disputaretur, quod æris genus esset optimum, illud inquit, ex quo statuas Harmodij & Aristogitonis fecerunt Athenienses. Nec enim prodest in huiusmodi dictis acerbitas ac mordacitas, nec delestat scurrilitas ac iocus, sed est eiusmodi intemperantiae petulantiaeq; genus, simul ex malitia contumeliaq; & inimicitia commixtum, quo qui utuntur, in exitium cōjciunt seipso, plane saltationem illam saltantes, quam circa puteum proverbio uocant. Nam & Antiphon interfecitus est à Dionysio, & Timagenes à Cæsaris excidit amicitia, quum nullam unquam uocē liberā emisisset, sed passim in conuiujs & inambulationibus ad nullam rem seriam,

Sed fore ridiculum quodcumq; putasset Achiūs

Sententia ad criminandum illius amicitiam, ceu conuicium arte excogitatum, obijciebat. Quando quidem & comicí permulta solent in spectatores seuere ciuiliterq; dicta fingere, uerum quoniam illis ludicum & iocus admixtus est, non aliter quam cibis malum quiddam & insipidum intritum, elutam reddit & inutilem admonitionem. Itaq; & qui dicunt mordacitatis & scurrilitatis auferunt opinionem, & qui audiunt ex ijs quæ dicuntur, nihil capiunt utilitatis. Aliás igitur amicis risus ac iocus erat adhibendus. Cæterum admonitioneseria sit & bene morata. Quæ quidem si fiat de rebus grauioribus, talis sit oratio, ut affectu habitu, uehementiaq; uocis, & fidem meteat, & audientem permoueat. Porrò opportunitas non obseruata, quum omnibus quidem in rebus ingens adferat malum, tum uero maxime in admonendo detrahit utilitatem. Satis igitur liquet ab admonitionibus huiusmodi temperandum inter pocula, & in ebrietate. Primum quod serenitati nubilum inducat, qui inter iocos & hilaritatem amicorum, sermonem mouet, quo contrahatur supercilium, & frons obducatur. Repugnat enim is Lydio deo, molestiarum ac sollicitudinum funiculum soluenti, uelut inquit Pindarus. Deinde periculum ingens habet huiusmodi linguæ petulantia, propterea quod animi uino calescetes, proclives sunt ad iracundiam, ac sè penumero fit, ut ebrietas occupans admonendi libertatem, simultatem gignat. Despicit prorsus ignavum est, ac minime generosum & audax, eum, qui sobrius libere loqui non audeat, id in mensa facere, quemadmodum canes faciunt ignauij. Nihil igitur opus est de his sermonem in longum producere. Cæterum quoniam pleriq; amicos donec prosperæ res sunt, nec uolunt, nec audent corrigere, sed omnino felicitatem rem esse putant, ad quam admonitio non possit adire, nec pertingere, eosdem lapsos, ac deiecos inuadit & calcant, humiles iam & abiecos redditos, totam simul obiurgandi libertatem effundentes in illos, non aliter quam flumen, quod præter naturam uicit, occasione mutata fortunæ libenter utentes, ob pristinā illorum superbiam ac fastum, suamq; imbecillitatem, non inutile fuerit de his tam differere, & Euripi respondere, qui dixit,

Senarius

Quid opus amicis, quando res sunt prosperæ?

Sententia Quoniam quibus res secundæ sunt, ijs maxime amicis opus est, qui libere admoneant, & immodicum animi fastum subducant. Per pauci sunt enim, quibus contigit simul & felices esse, & sapere. At pleriq; mortales opus habent aliena prudentia, consilioq; aliunde accedente, quod illos à fortuna inflatos iactatosq; premat. Nam ubi fortuna fastum ac tumorē deiecerit ac sustulerit, tum rebus ipsis inest quod admoneat, ac pœnitudinem inducat. Vnde nullus tum usus amici libere monentis, nec opus est uerbis grauibus ac mordacibus, sed reuera in huiusmodi fortunæ commutationibus,

Senarius

Vultum intueri benevoli uitri iquuat, qui consoletur & addat animum; quemadmodum Clearchi uultus, quum in prælijs ac rebus afflicti, benevolus & humanus conspiceretur, fiduciam addebat periclitantibus, ut inquit Xenophon. At qui liberam & mordacem obiurgationem admouet homini, rebus aduersis afflictio, ceu pharmacū, quo solet acui uisus, oculo perturbato inflammatoq; nihil quidem confert ad sanitatem, nec ullam aufert doloris partem, quin magis iram addit dolor, & afflictum exacerbat. Proinde mox ubi redditæ est sanitas, nullus admodum indigne fert

ferit, aut asperet, virum amicum, reprehendentem Veneris usum, & cōpotationes, reprehendentem inertiam, aut exercitia, aut assidua balnea, & intempestiuas ingurgitationes. Aegrotanti uero intolerabili est, sed grauius est ipso morbo, audire, hæc tibi ex intemperantia uenerunt, ex mollicie, ex obsonijs, ex mulieribus. O hominē intempestiuum, scribo testamentum, & paratur mihi castorium aut scammonium à medicis, & tu me obiuras ac philosopharis. Sic igitur etiā res afflictorum, haud recipiūt obiurgandi libertatem, aut sententiarū recitationem, sed humanitatem & subsidiū desiderant. Si quidem & nutrīces ad pueros lapsos haud accurrunt cum conuiccijs, sed erigunt, abluunt & componunt, deinde obiurgant ac puniunt. Narratur & Demetrius Phalereus, quum exularet, & Thebis inglorius & humiliis uiueret, Cratetem adeuntem, haud libenter uidiſſe, quod Cynicam libertatem, & sermonē asperum expectaret ab illo. Verum ubi Crates illum placide Cratetis ad De conuenisset, deg̃ exilio differuerisset, quod nihil haberet miserum, neq; grauiter ferendum, metriū sermo quum esset à periculis negocijs & incertis liberatus, simulq; adhortaretur, ut in seipso, suog; animo fiduciam collocaret, exhilaratus ille, receptoq; animo, ad amicos inquit: Ma le sit negotijs & occupationibus, per quas huiusmodi virum non licuit cognoscere, Senarij

Etenim dolenti grata amici oratio est,

At monita sane despicienti nimis.

Atq; hic mos est ingenuorum amicorum. Contra uiles & humiles, felicibus adulantes, quemadmodū Demosthenes dixit rupturas & uulsuras, quoties corpori ma i quipiam incident, tum moueri, sic hi rebus in diuersum commutatis imminent, ueluti gaudentes ac fruentes. Nam si qua submoniti uacula sit opus in his, in quibus per se lapsus sit, re male p̃pensa, satis fuerit illud,

Haud ex mente mea, nam saepius ista monebam.

Homericus

Quibus igitur in rebus oportet amicum acrem esse, & quando conueniet acerba uti reprehensione? Quoties tempus hortatur, ut uoluptate, aut ira, aut ferocitate præcipitem coerceas, aut ut auaritiam cohubeas, aut ut aduersus stultum aliquem animi motum res monendum lucteris. Sic libere locutus est Solon apud Croesum, instabili felicitate corruptum actuū midū, iubens spectare finem. Sic Socrates compescuit Alcibiadē, ac ueras expressit lachrymas, quum illum coargueret, & cor illi funditus moueret. Huiusmodi Cyri dicta ad Cyaxarem, & ad Dionem Platonis, quem hic quum esset florentissimus, & ob pulchritudinem rerum gestarum atque magnitudinem, omnium in se uertisset animos, admonuit caueret ac metueret contumaciam, ut cuius comes esset solitudo. Scripsit eidem Speusippus, ne superbiret, quod magnificeret inter pueros & mulierculas, sed uideret ut Siciliam æquitate, iustitia, optimisq; legibus sic ornaret, ut celebrem redderet Acadēmiam. Rursum Euclius & Eulæus amici Persei, donec secundæ res fuerunt semper illi quemadmodum & cæteri blandiebantur, assentabantur, & obsecundabant. Cæterum ubi cum Rhomanis congressus apud Pydnam, concidit ac fugit, tum acriter insectantes illum obiurgabant acerbe, & commemorabant quæ peccasset, & ut quemq; fastidisset, exprobrantes, donec homo dolore pariter & ira uictus, ambos gladio peremit. At communis quidem admonendi opportunitas, ad hunc modum perpendi potest. Iam uero quas ipsi saepenumero ministrant amici, eas non oportet reijcere, cui curæ sit amicus, sed arripere atque uti. Nonnullis enim percontatio uel narratio quæ piam, uel similiū rerum in alijs reprehensio seu laus, uelut ansam præbuit libe: e monendi. Quomodo narrant Demaratum Corintho uenisse in Macedoniam id temporis, quo cum uxore filioq; dissidium Philippus habebat: hunc igitur quum rex esset complexus, rogassetq; quomodo inter se concordarent Græci, respondisse ferunt Demaratum, ut benevolum ac familiarem Philippo: planè Philippe, pulchre dicit te de Atheniensium Peloponnesiorumq; concordia percontari, quum tuam ipsius domum negligas, tanta seditione, tantoq; dissidio refertam. Scite & Diogenes, qui quum in Philippi castra uenisset eo tempore, quo parabat cum Græcis configere, adduclus est ad regem. Is quum eum non nosset, rogabat num explorator esset. Prorsus inquit, Philippe, explorator temeritatis & amentiae tuæ, per quam nulla adduclus necessitate huc ueneris, una hora de regno simul & de vita periculum subiturus, aleamq; faciurus. Quanquā id quicem acrius uideri potest. Sed est & altera admonendi occasio, quoties fit ut ab alijs affecti probris, sua

sua uitia exprobrantibus, submissi redditi fuerint & humiles. Hac scite uti poterit homo comis & urbanus, maledicos quidem refellens ac submouens, ceterum seorsum amicum taxans & cōmonefaciens, etiam si nihil esset aliud, tamen uel ob idipsum cauendum esse sibi, ne tantū audeant inimici. Quid enim est in quo possint os aperire, aut quid habeant quod in te dicāt, si ista quae tibi obijciunt, mutaris & abieceris. Fit enim ad eum modum, ut molestia imputetur conuicianti, utilitas admonenti. Non nulli uero uenustrius etiam de alijs uerba faciendo corripiunt amicum, dum inculpant alios, quae sciunt ab illo cōmitti. Noster autem magister & institutor Ammonius, quum in pomeridianā confabulatione familiarium sensisset quosdam pransos esse prandium haud simplex, sed opiparum & uarium, liberto mandauit ut suo filio plaga s impingeret, addens elogium. Non potest, inquit, prandere absq; aceto: simulq; in nos flexit oculos, ut increpatio tangeret obnoxios. Insuper cauedum erit & illud, ne coram pluribus obiurgemus amicum, ac Platonis illud habere cōueniet in animo. Nam quum Socrates acrius obiurgaret familiarē quempiam, in conuiuio cum eo disceptans, nonne satius fuerat inquit Plato, hæc illi seorsim dixisse? Et Socrates. At tu sane nonne satius fecisses, si seorsim ista mihi dixisses? Porro quum Pythagoras in familiarē quempiam asperius coram pluribus fuisset inuectus, adolescentem laqueo præfocasse guttur aīunt, ex eo tempore nunquam Pythagoram quenquam alio præsente reprehendisse. Siquidē ut morbi parum honesti, sic & peccati reprehensionem ac refectionem, secretam esse conuenit, nō ut ceu ludi solennes uniuerso populo exhibeat, nec ut ostentetur, & spectatores ac testes accersat. Nec enim amicum est, sed sophisti cum, ex alienis erratis sibi parare gloriam, & apud eos qui adsunt sese factare, quemadmo dum solent medici, quos chirurgos uocant, in theatris artem ostentantes, quo ipsorum opera à pluribus conducatur. Iam uero præter contumeliam, quam ab omni prorsus curatione conuenit abesse, cauedum erit & illud, ne quod est uitiosum, in admonendo contentiosi simus, & contumaces. Nec enim simpliciter amor obiurgatus magis premit, iuxta sententiam Euripidis, uerum ita, si quis obiurget coram multis, nihil parcens amico,

Sententia is omne malum, & omnem morbum uertit ad impudentiam. Sicut igitur Plato censet, ut senes qui studeant uerecundiam inferere adolescentibus, ipsi primum reuereantur adolescentes: ita cum uerecunde reprehendit amicus, id potissimum gignit in eo uerecundiam. Cumq; pudenter ac paulatim aggreditur & castigat peccantem, superat ac conficit amici uitium, quem totum occupauit pudor pudefcentis, & reuerentia reuerentis. Vnde recessissimum fuerit illud Homericum,

Admoto capite, ne quisquam exaudiat alter,

Minimeq; decet, ut aperias delicia uel mariti, audiente uxore, uel patris sub oculis libero rum, uel amantis praesente amasio, uel præceptorum coram discipulis. Exagitantur enim dolore & iracundia, quum arguitur apud eos, quibus probari cupiunt. Arbitror autem nec in Cletum perinde concitatum Alexandrum fuisse uino, ut quod illum multis præsentibus coeretur. Et Aristomenes institutor Ptolemæi, quod dormitanti præsentibus legatis institerit & expergescerit, ansam quandam præbuit adulatoribus, regis uicem in dignari sese simulantibus, si tantis laboribus ac uigilijs fessum, somnus occupauit, seorsim inquiunt, admonere te debemus, non coram tam multis uiris manum injicere. At ille ueneni missio poculo iussit hominem eibere. Aristophanes autem ait in hoc se criminari Cleonem, quod

De ciuitate apud hospites dicit male,

Atq; hac re irritet Atheniensium animos.

Quapropter inter alia cauendum & illud in primis, ne libertatem admonendi iactemus, ac uulgo circumferamus, sed adiuuandum ac sanandum amicum ea dunataxat utamur. Quanquā quod Thucydides Corinthios de seipsis loquentes fecit, idoneos esse se qui reprehendant alios, haud male dictū est, & id habere cōuenit eos, qui libere uelint obiurare amicū. Lysander aut in Megaresem quendā inter bellī socios libere loquentē pro Gracia, ait illius dictis opus esse ciuitate. Sed ad hoc ut quisq; omnino libere loquatur, morib. fortassis opus est integris, atq; id uerissime dicitur de ijs, qui alios admonent & castigant. Itaq; Platodicere solebat, per uitā ipsam admonere Speusippū. Quēadmodū uidelicet & Polemonē, Xenocrates cōspectus tantum in disputatione, & intuitus uertit, & in alium mutauit

mutauit hominem. Cæterum ubi leuis quispiam, & improbis moribus homo dictus ob*iurgat* & castigat, prius illud audire debet,

Mederis alijs, ipsius hulceribus scatens.

Sed tamen quoniā sæpen numero res ipsæ nos inuitant, ut licet ipsi parū boni, cū alijs similibus habētes consuetudinē, eos increpemus, dexterimus obiurgādi modus fuerit, si qui obiurgat, se modis omnibus admisceat culpæ. Quo modo dictū est illud apud Homerū,

Tytide, quidnam accidit, ut nos Martia uirtus

Fugerit oblitos? Item illud,

At nunc nihil sumus Hector.

Adeundem modum Socrates tacite redarguebat adolescentes, perinde quasi & ipse teneretur ignorantia, & opus haberet unā cum illis uirtutem amplecti, uerumq; disquirere. Siquidem & benevolentes uidentur, & fides habetur ijs, qui uidentur ijsdem quidem obnoxij uitij, amicos autem non aliter quam seipso corrigere. Cæterum qui corripit ens alterum, seipsum iactat, perinde quasi liber & immunis à uitij omnibus, nisi sit aetate multo proiectior, aut nisi sit eiusmodi, ut omnes illi uirtutis dignitatem ac laudem tribuant, grauis ac molestus uidebitur, neq; quicquam proderit amico. Vnde non simpli citer Phœnix, de suis infortunij mentionem iniecit, quod quum per iracundiam patrem interficere statuisset, mox pœnituerit.

Occisor patris ne dicerer inter Achiuos.

Nec si uideretur illum admonere, quasi ipse nihil ira commoueretur, aut peccaret. Talia siquidem magis penetrant in affectus, magisq; cedunt homines ijs, qui communibus tanguntur affectibus, quam qui despicere uidentur. Quoniam uero neq; lumen admouendum est oculo inflato, nec animus ægrotus admittit libertatem, & admonitionem indilutam, utilissimum remedium fuerit, laus leniter admixta obiurgationi, uelut in his,

Vobis haud adeò curæ est iam bellica uirtus

Quamvis in castris non sit præstantior ullus,

Sanè ego nec pugnem cum illo, qui prælia tentet

Quum sit iners, uerum uobis succenso corde.

Pandare ubi arcus, ubi illa uolucrīa tela, decusq;

Quo tecum haud alijs castris contenderit hisce.

Item in hoc,

Quin & huiusmodi tacita quadam significatione uehementer reuocant aberrantes.

Oedipus ubi ille, ubi clara sunt enigmata?

Item,

Tam multa passus ista dicit Hercules.

Nō enim solū lenit ac remittit reprehensionis asperitatem, & adhortationis, uerum etiā gignit in hominē æmulationē quandā erga seipsum, ut secū ipse certet, dū honeste factorū cōmemoratione, turpiū pudescit, & ob id se meliorū exemplū præstare studeat. Nā quum alios, puta uel æquales, uel ciues, uel cognatos cū eo conferimus, moleste fert & irritatur improba ambitio, neq; raro solet illud cū ira submurmurate: Quin tu igitur abis hinc ad me meliores, & mihi negotiū faciliere desinis? Proinde cauēdū erit, ne apud eos quos libere corripimus, laudemus alios, nisi sane fuerint parētes, quēadmodū apud Homerū fas Natum haud ualde patri similem genuit sibi Tydeus.

(cit Agamemnon:

Et Vlysses in tragœdia, cui titulus Domini,

Tu splendidum natalium obscurans decus,

Lanam trahis, patre natus Argiūm optimo?

Cæterū illud haud quaquā fieri conuenit, ut qui admonet, uicissim admoneat, & libertatem opponat libertati. Siquidem ea res protinus incendit animos, ac dissiduum parit. Et omnino uidebitur ita cōmoueri, nō quod libertatē libertate pensare studeat, sed quod liberā admonitionē non ferat. Satius est igitur amicum admonere uolentē ferre. Etenim si eueniat, ut ipse postea peccet, & correptione sit opus, tū hēc ipsa res libertati quodammodo tribuit libertatē: submonitus enim citra refractionē iniuriarū, ne ipsum quidē amicos delinquentes solere negligere, sed arguere & castigare, nimirū magis admettet, accipietq; correptionē, ut qua benevolentia referatur & officiū, non accusatio aut ira. Ad hēc, hūc quidē ad modū scripsit Thucydides: quisquis aduersus summates uiros inuidiā suscipit, is recte cōsulit. Cæterū amici munus est, amicorū offendam que ex admonitione nascatur in magnis

in magnis, plurimumq; momenti habentibus rebus, in se recipere. Nam si quibuslibet, & ad quælibet molestus sit, & offendat, nec amice, sed imperiose more paedagogorum familiares incessat, hic cū in maximis negotijs admonebit, hebes erit & inefficax: haud secus atq; medicus, acri quidem & amaro pharmaco, necessario tamen & sumptuoso, in uulgaria leuiaq; minusq; necessaria, admonendi libertate abusus. Igitur ipse quidem cauebit ne assidue reprehendat, & obiurgandi cupidus esse uideatur. Porro quoties amicus quisbuslibet in rebus erit morosior, & quiduis calumniabitur, tum alter uelut ansam habebit, eum in maioribus erratis admonēdi. Nam medicus Philotimus, quum quidam epar habens suppuratum, dīgitum ostendisset exulceratum: Non est, inquit, o bone tibi negocium de reduuia. Itidem occasione data licebit & amico dicere, leuiculis de rebus, & nullius momenti incusanti. De lusibus, compotationibus, ac nugis loquimur. Sed heus tu iste potius ableget amicam, aut desinat aleam ludere. Ac cæteris quidem in rebus uir nobis est admirandus. Etenim cui leuibus in rebus conceditur uenia, is in maioribus haud gruauit permittit amico libere loqui. Rursum qui semper instat, in quois negocio acerbus & insuavis, omnia cognoscens, omnium curiosus: is adeo nec liberis est tolerandus, nec fratribus, ut ne à seruis quidem ferri possit. Iam uero quoniam ut senectæ non omnia assunt mala, ueluti dixit Euripides, ita nec amicorum prauitati, oportet amicos obseruare, non solum quum delinquunt, uerum etiam quum recte faciunt. At primū quidem cande conueniet illos laudare: deinde ueluti ferrum solidatur refrigeratione, ac duriciē accipit, prius calore solutum, ac molle redditum: sic amicis solutis & calefactis collaudatione, libertatem admonendi ceu tinturam paulatim addere. Dabitur enim occasio, ut dicer possis: Num illa cum his cōferenda sunt? Vidēs ne cuiusmodi fructus reddit honestas? Hæc abs te requiri mus amici. Hæc tua sunt, tecq; digna. Ad hæc natus es, illa uero reijcenda sunt, Vel maris undosi in fluctus, uel in auia montis.

simile Nam sicuti bonus medicus magis cupiet somno, seu cibo, morbum ægroti depellere, quam Castorio, aut Scammonio. Sic & æquus amicus, & bonus pater, ac præceptor, laude potius quam reprehensione gaudet uti, ad emendandos suorum mores. Quandoquidem non alia res præstat, ut libere admonēs & offendas minime, & sanes maxime, quam si temperans ab iracundia, modeste & cum benevolentia delinquentem aggrediaris. Vnde nec inficiantes oportet acerbius coarguere, nec obſistere purgantibus seſe. Quin magis honestas occasiones undecunque subministrare, & à peioribus abstinere causis, atque ad hunc modum amico concedere, ut leuius peccasse uideatur, Quemadmodum Hector in fratrem Paridem:

Non ira ista tibi in pectus descendit honeste.

Ceu quod in congressu aduersus Menelaum cesserat, nō fuga fuerit, aut timiditas, sed ita cundia. Item Nestor ad Agamemnonem,

Tu porro tuo iam pectore celso Cessisti.

Ciuilius enim arbitror, si quis dicat, ignorasti, quam si dicat, iniuriam fecisti; & non atten disti, dictu mollius est, quam turpiter egisti. Rursum ne cōtendas cum fratre, moderatius sit, quam si dicas, ne inuidias fratri. Item fuge mulierem te corrūpentem, urbanus, quam si dicas, Desine mulierem corrumperem. Nam hunc desiderat modum admonitio, qua mederi uelis amico. Cæterum in actione negotiorum diuersa ratione utendum est. Quoties enim inciderit, ut amicus alioqui peccaturus, sit cohæcēdus, aut in imperio quæpiam animo propēsus, qui transuersum rapiat, aut quoties ad res honestas mollem & segnem incitare & inflammare conabimur: ibi conueniet tem ad causas foedas & indecoras referre. Sicut Vlysses apud Sophoclem Achillem extimulans, non ait illum cœnæ gratia succensere, Sed iam inquit Troiæ simulacra aspiciens metuis, Ad hæc quum rursus indignaretur Achilles, sed ab nauigaturum diceret,

Scio quid fugis, non ne quid audias male,

Sed instat Hector, hinc manere haud expedit.

Ad hunc igitur modum eum qui sit animosus, ac fortis, timiditatis opinione territantes, incitant ad honesta, & abducunt à turpibus, sobrium & temperantem, opinione intemperantiae, liberalem & magnificum, opinione sordiū & avaritiae, moderatores ac leniores in his, quibus mederi non possunt, molestiæ modum expedentes, ut in admonendo magis

magis amici uicem dolere, quam reprehendere videantur. Contra incohendis peccatis, acriter aduersus amici cupiditates repugnantes, hic implacabiles & assidui. Nam id tempus pertinacem benevolentiam, & animum uere liberum requirit. At reprehensione factorum uidemus & inimicos inter se uti. Quemadmodum dixit Diogenes, ad salutem opus esse, uel bonis amicis, uel acribus inimicis, propriea quod illi docent, hi tendarunt. Ut etum præstat, ut amicorum consilijs parens, caueas ne pecces, quam si ob inimicorum conuictia peniteat admissi. Quapropter etiam utendum erit arte in amicis corripendi, quādoquidem hæc res maximum & efficacissimum est remedium, maximeq; desiderans & opportunitatem & modum. At quoniam sicutum est saepenumeto, curanti molesta est huiusmodi libertas, medicos imitari conueniet. Neque enim hi quum secant, partem afflictam, in cruciatu molestiaq; destituunt, sed placide rigant ac souent: neq; qui admonent ciuiliter amicum, aufugiunt, posteaquam amara mordaciaq; admouerint, sed alijs colloquijs & comitate uerborum deliniunt ac exhilarant. Quemadmodum & fabri lapidarij, uulnus ac cicatricem, quam iactu celtis inflixerunt in statuis, rursum poliendo leuigant, ac nitidum reddunt. Cæterum qui reprehensione uulneratus ac perfoissus, deinde ira perturbatus ac tumens, turbatusq; dimittitur, hunc postea difficile reuoces, aut consoleris. Hoc igitur in primis cauendum est his, qui amicum obiurgant, ne post obiurbationem eum destruant, neve committant, ut ita contristent, & irritent familiares, ut ea res finiat consuetudinem, ac familiaritatem.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI D. D.

Thomæ Archiepiscopo & Cardinali Eboracensi Erasmus

Roterodamus S. D.

VV M hoc literario xeniolo, præsul ornatissime cuperem & meum in te animum testificari, & tuum uicissim ambire fauorem, cuius tanta est apud regiam maiestatem, tum autoritas tum gratia, ut nullus in uniuersa Britannia, non idem & optet, & agat: aliquandiu me deterruit magnitudinis tuae splendor, dum uehementer improbum existimarem, tantulo munuscule, heroa tam incomparabilem sollicitare. At è diuerso multo magis tua inuitauit facilitas bonitasq;, cogitantem quam non sapient mores tui fortunam tuam, quamq; sis omnibus iuuandis expositus: haud ignorans diuino consilio tibi contigisse, ut unus omnium plurimum posses, quo unus omnibus quam plurimum prodessey. Est libellus perquam exiguus, sed memineris minutissimis nonnunquam gemmis, maximum esse precium. Quin magis ut eum tibi compendio commendem, Plutarchi est, quem ita demum intelligam amplitudini tuae placuisse, si libellum eum, quem regio nomini nuncupauit, te commendante sensero non displicuisse. Atque id quoque ita liquebit, si negotij quod agimus euentus, & meis uotis, & uestris polliticis respondebit. Nullus est, cui plus debere possim, quam regi regum omnium florentissimo, nullus cui magis debere uelim, quam principi principum omnium optimo, præsertim de nostro ingenio tam candide sentienti, tam honorifice loquenti. Equidem plurimum illi iam debeo, quod me toties ornat testimonio uocis suæ. Quis enim non gaudeat tali ore laudari? Plus tamen debiturus sim, si auctis fortunulis nostris, fidem quoq; laudibus, quas mihi tribuit, astringat. Nam nunc quidem multi non credunt me tales esse, qualem ille prædicat, quod conspiciant hanc fortunam tam magnificis illius praconis parum respondere. Bene uale, eximum & regia, & totius regni decus.

Tom. 4

6

QVO PACTO QVIS EFFICIAT

VT EX INIMICIS CAPIAT UTILITATEM, PLV/

tarchi Chæronensis Erasmo Roterodamo interprete.



Liuor in omni republica.

Creta caret uenenis

Chilonis diatum

Xenophon

Mira similitu-

do

Alia similitu-

do

Fabella lepida

Collatio

Crates

Simile

Preceptum

I D E O quidem te Cornelii Pulcher placidissimum uitæ genus, & à reipublicæ negotijs semorum tibi delegisse, in quo tamen ita maximam aduersitatem utilitatē reipublicæ dum omnibus qui te adeunt, quicq[ue] tecum agunt consuetudinem, te ipsum & comedem & iucundum præbes, Verum quandoquidem ita res habet, ut regionem quidem licet inuenire, quæ feris ac noxijs careat beluis, quemadmodum ferunt de Creta, nulla sit autem adhuc reperta respub. quæ non aluerit intra se inuidiam, æmulationem, contentionem, quibus ex afflictibus.

inimicitia potissimum nasci consuevit, imò ut nihil aliud sit, ipse nos amicitia inimicitia, inuoluunt: Quod quidem quum intelligeret Chilon filie sapiens, quendam dicentem sibi

nullum esse inimicū, interrogauit, an nullum etiā haberet amicū; uidentur mihi partes uiri ciuilis, & in administranda repub. uerstantis, ut inter alias curas inimicorum etiam ha-

beatrationem, atq[ue] illud animaduertat, haud frustra dictum à Xenophonte, cordati prudenterisq[ue] uiri esse, etiam ex inimicis utilitatem capere. Proinde quæ nuper hisce de rebus differenti, mihi ueniebant in mentē, ea collegi, totidemq[ue] uerbis ad te scripta misi, cauens quā pōtui maxime, ne quid eorum attingerem, quæ prius in ciuilibus præceptis à me conscripta fūerāt, quādōquidem & eum libellum uideo tibi frequenter in manib[us] esse.

Priscis illis mortalibus satis erat, si non laederentur à diuersi generis animantibus, & Mira similitu- hac modo fini cum noxijs bestijs depugnabant. At posteriores ratione deprehensa, qua

do feris uterentur, non solum ab illis non offenduntur, uerum etiam utilitatem capiunt, dum carnibus illarum aluntur, pilis uestiuntur, fel & coagulum ad morborum adhibent remedium, deniq[ue] dum se pellibus armant & munitur, ut periculum iam sit, ne si feræ deficiant homini, ferina iam, sylvestris & inops eius uita futura sit. Itaq[ue] quoniam cæteris quidem satis est, si nihil accipiunt ab inimicis malis, hos uero qui sapiunt Xenophon ait, etiam utilitatem ex aduersarijs capere, non est abroganda fides tanto auctori, quin potius uiā, ac rationem oportet inquirere, qua commoditatem hanc consequi possint, quibus absque

simultatibus uiuere non licet. Non potest agricola efficere, ut omnis arbor exuat sylvestrem naturam, nec uenator omnem feram potest cicurem reddere, ac mansuetam. Itaq[ue]

ratio quæ sita est, ut ad alios nihilominus usus, illi quidem arbores infrugiferæ, huic autem immites bestiæ commoditatem adferrent. Aqua marina potui quidem inutilis est, & insuavis, uerum alit pisces, commode transmittit, quocunq[ue] uelis proficiunt, importandis

exportandisq[ue] rebus seruit. At uero Satyrus, quium primum ignem uidisset, eumq[ue] complecti uellet & osculari, Prometheus, heus inquit, nisi caues Hirce, profectio dolebit tibi mentum. Vrit enim, si quis attingat, non ualeat in istum usum, sed lucem & calorem ministrat, tum artuum omnium instrumentum est, si quis utri nouerit. Videndum est igitur, num & hostis alioqui noxijs & inaccessus, alia quacunque uia contingi possit, ac peculiarem aliquem usum sui præbeat, & commoditatis non nihil adferre ualeat. Nam complures

wes sunt inuisæ, grauesq[ue] quibus incident, ex quibus tamen usus aliquis excerptitur. Vis des enim nonnullos morbo corporis, ad occasionem otij, fuisse usos, item labores casu obiectos multorum ualitudinem exercitatione reddidisse firmorem. Ad hæc fuere non nulli, quibus exilium & pecuniarum iactura uiaticum extiterit ad studium ac philoso-

phiam, ueluti Diogeni & Crateti. Nam Zenon ubi nauigium suum fraciū audisset: Be-

Zenon ne facis inquit, Fortuna, quum ad pallium nos cōpellis. Quemadmodum enim anima-

simile tia quæ plurimum stomacho ualent, quæq[ue] corporibus sunt saluberrimis, etiam si serpen-

tes ac scorpions edant, consequunt. Sunt autem, quæ saxis etiam ac testis alantur, & has propter spirituum uehementiam, caloremq[ue] in alimentum uertentia, quum interim gra-

ciles isti ac ualitudinarij, panem etiam ac uinum appositum fastidian: Ita stulti corrum-

punt ac perdunt etiam amicitias. Contra qui sapiunt, etiam simultatibus commode nos- runt uti. Primum igitur quod est in simultate maxime noxiū, id mihi uidetur sum-

mam

mam utilitatem allaturum, si quis animum aduerterit. Quid nam istud est inquis? Nempe inimicus semper aduigilans obseruat, quid agas, & ansam captans calumniae, iustrat ac circumspicit undique uitam tuam, non tantum querens, testas ac faxa oculorum acie, perne trans, sicuti narrant de Lynceo, uerum etiam amicum, famulum, & quisquis tecum habet consuetudinem, ut quoad potest, deprehendat quid agas, perfodiens ac scriutans tua spicax consilia. Quum interim amici, contatione negligentia nostra, saepenumero nobis inscijs & agrotent, & moriantur. Inimicorum uero propemodum & somnia curiose obseruamus, iam uero morbi, & alienum, dissidia cum uxoribus, citius eos ipsos quorum sunt fugerint, quam inimicum. Quanquam ante omnia peccatis imminet, haec in primis uestigat. Nec secus ac uukures ad putrum corporum odorem rapiuntur, syncera sanacq; noti sentiunt: ita si quid morbidum est in uita, si quid uitiosum, si quid affectum, id demum exactat ac mouet inimicum, ad haec assilit, quisquis odit, haec cōtrectat uellicatq;. An non est igitur conducibile, ad hoc cogite, ut per omnia cautim & attente uiuas, & neque facias quicquam, neque dicas oscitanter & incircumspecte, sed semper eorum more, qui suspicione morbi diligent, exactaq; uitae moderatione cauent, ne quid offendant ualestudinem, inculpatos usque mores & irreprehensos conserues. Siquidem eiusmodi cautio, dum & animi cohibet cupiditates, & cogitationem cogit aduocatq;, gignit in nobis studium ac propositum, integre & inculpate uiuendi. Etenim quemadmodum haec ciuitates, Similitudo quas finitimus hostis & continens bellum, sobrietatem uigilantiamq; docuit, & leges obseruant diligentius, & rectius administrant rem publicam: Ita quos huc inimicitia compellit, ut in uita soberi sint ac uigilantes, ut uident socordiam, ut omnia citra neglectum illius & comiter agant, paulatim nec sentientes ducentur in consuetudinem non peccandi moresq; componendi, si modo uel paulum adiuuerit ratio. Nam quibus illud quod est apud Homerum,

*Similitudo**Simile**Homerus.*
Respectus ho-

Gaudet hinc Priamus, simul & Priameia proles, semper in promptu est, eos nimirum auocat, arcet, & abducit ab his, quae sunt inimicis flum uoluptatem ac risum allatura. Quin etiam Dionysiacos, quos uocant artifices, hoc est canores, uidemus saepenumero remissos, supinos, minimeq; accurate certantes in theatro, Dionysiaci quoties soli canunt. Quod si contentio incident, ac certamen cum alijs, tum uero non solum cantores illum ipsi magis intendunt animum, uerum etiam organa sua diligentius apparant, fides deligunt, easq; concinnant accuratius, explorato saepius concentu: Ita quisquis intelligit habere se uitae famaeq; æmulum, attentius sibi cauet, facta sua circumspicit, uitam omnem componit. Quandoquidem & hoc haber peculiare malicia, ut in peccando magis sententia reuereatur inimicos quam amicos. Proinde Nasica, quum quidam existimarent res Rhamanas iam in tuto esse, nimirum Carthaginensibus extinctis, Græcis in seruitutem subactis, immo nunc inquit, summo in periculo sumus, posteaquam nulli supersunt, quos gma Nasica uel timeamus, uel reuereamur. Accipe nunc & Diogenis responsum, urbanum in præmis ac philosopho dignum. Cuidam interroganti, quo pacto posset inimicum ulcisci, si phtegma te ipsum inquit, honestum ac bonum uirum præstiteris.

Quum bellos equos, ac laudatos inimicorum canes conspexerint, moleste ferunt. Collatio Rursus si fundum uiderint excultum, si hortum amœnum ac floridum, ingemiscunt. Quid igitur futurum putas, si te ipsum ostenderis uirum iustum, cordatum, probum, ac frugi, admirandum in dicendo, in rebus gerendis syncerum & incorruptum, intemperantia uictus sobrium ac moderatum.

*Alto fruentem pectoris sulco probi**Senarij uersus.**Consilia de quo germinant pulcherrima.*

Qui uincuntur, ut inquit Pindarus, uinctam habent linguam, ut non audient hiscere. Verum id non competit simpliciter in quemuis, qui quacunque ratione uincitur, sed in eos duntaxat, qui se superari conspicunt ab inimicis, diligentia, probitate, animi magnitudine, humanitate, beneficentia. Haec linguam detorquent, ut inquit Demosthenes, hec os obturant & obsepunt, haec præfocant guttur, haec silentium inducunt, haec faciunt, ut quod ait Pindarus, non ausis hiscere.

*Pindari dictu**Proinde tu conare, quandoquidem potes**Senarij**Vt malis appareas præstandior.*

Itaq; si discruciare cupis inimicum, ne id hac via facere uelis, ut eum per contumeliam appetelles cinandum, aut intemperantem, aut scurram, aut parcum, aut sordidum & impurum, sed ipse magis da operam ut uiris, da operam ut sis temperatus & continuens, ut uerax, ut humaniter & aequo tractes eos, qui tecum habent consuetudinem atq; commercium.

Vtilitas ex conviciando Quod si contigerit, ut ad conuicia quoq; processeris, uidero ut q; longissime absis ab his probris, quae iacis in alterum. Fac descendas in tuum ipsius peccus, iusta tuum ipsius finum, ac diligenter circumspice, num qua sint illic cariosa, uitioq; obnoxia, ne forte sit unde tibi maledicus aliquis tacite secū conuiciū illud sumptum ē tragœdia possit obijcere,

Senarius pro verbialis Medetur alij ipsus hulceribus scatens.

Verum si te dixerit ineruditum, tu fac in teipso studium intendas, & acuas industria, si ignauum, fortitudinem, animiq; præsentiam excites, si incontinentem ac libidinosum, uoluptatis studium ex animo profliga, si quod huiusmodi inscio te, uestigium inhaeret.

Sententia simile Nihil enim turpis conuicio, quod in autorem recidit, Ac ne grauius quidem aut acerbius quicquam. Etenim quemadmodum luminis repercussus uehementius offendit infirmos oculos, ita magis dolent maledicta, quae ueritas in ipsis unde profecta sunt retrorsit. Siquidem ut Cæcias ad se nubes uocat, teste prouerbio, sic mala uita ad se attrahit.

Cæcias uetus. simile conuicia. Proinde Plato quoties incidisset in eos, qui facerent indecori quippiam, digressus consuevit apud se dicere: Nunc ubi ego talis: Ceterum qui in alium maledicta coges, si, si continuo suam ipsius uitam contempletur, & componat, mutans eam in diuersum, & corrigens, si uidelicet nonnullam ex maledicendo capiet utilitatem, quum alioqui res.

simile inanis & habeatur, & sit. Itaq; uulgas ridere solet, si quis ipse caluus aut gibbo deformatus, alij hæc opprobret uitia. Quin magis in totum ridiculum est, in alterum iacere conuicium, in quem conuicium aliquid uicissim torqueri possit. Sicuti Leo Byzantinus, quum oculorum infirmitatem obiecisset sibi quidam gibbo deformis, humanum inquit, opprobrasti uitium, quum ipse nemesis, hoc est, reprehensionem in tergo portes. Quapropter caue cuiquam exprobres adulterium, ipse fœdiori libidinis generi obnoxius, neque luxum, ipse sordidus.

Cognatus es mariticidæ fœminæ.

Exemplum Ita maledicit Alcmæon Adrasto. Quid is igitur? Nempe proprium ei non alienum impingens probrum respondet, Matrem ipse manibus interemisti tuis. Domitus in Crassum ad hunc iocatus est modum: Non fleuisti, murena quam in uiuario alueras mortua? At Crassus ita retorsit conuicium, num tu lachrymabas, cum treis extuleris uxores? Qui sit in alium dicturus, non hunc oportet facetum, aut clamosum, aut improbum esse, uerum eum esse conuenit, in quem nullum conuicium aut crimen haereat.

Nosce te ipsum Deus enim nulli magis præcepisse uidetur illud: Nosce te ipsum, quam ei, qui sit alium uituperatus, ne si dixerint quae uolunt, audiant quae non uolunt. Nam fieri solet, ut iuxta Sophoclis dictum,

Vbi uerba temere fuderis, tum quae uolens

Senarij Dixi, uicissim eadem illa nolens audias.

Atq; hoc quidem utilitatis & commodi excerpti potest ex maledicendo inimicis. At non minus utilitatis ex altero profiscitur, nempe si quis male audiat, & conuicij afficiatur ab inimicis. Vnde recte dictum est ab Antisthene, ad salutem & incolumitatem tuendam

dictum opus esse, aut amicis ingenuis, aut acribus inimicis, propterea quod illi dum admonent

Sententia peccantes, hi dum maledicunt, reuocant à uitij. Sed quoniam his sanè temporibus, ad libere loquendum penè uocem amisit amicitia: loquax est autem assentatio, admonitio mu-

Fabulosa similitudo ta, supereft ut ab inimicis uerum audiamus. Nam uti Telephus, quum medicū amicū nancisci non posset, uulnus hostili lanceæ submisit: sic n̄ quibus non adest benevolus ad-

monitor, malevolentis inimici uerba ferant oporret, qua mala ipsorum redarguant castigantq;. Quo quidem in tempore rem ipsam spectare conueniet, non animum maledicen-

Simile ab exemplo tis. Sicut enim is qui Prometheus Thessalum cogitabat occidere, casu tuber ita percussisse dissecuit, ut seruaret hominem, ruptoq; tubere periculo liberaret: ita nō raro fit, ut con-

uicium per simultatem & odium impactum, medeat urani morbo uel ignorato, uel neglecto. At uero pleriq; conuicio tacti, non illud considerant, num ipsi obnoxij sint ei pro-

bro quod obijcitur, sed perpendunt potius, an qui maledixit, aliud quippiā habeat quod

in illum

in illum dīcī possit. Dumq; more colluctantium in palaestra ceu puluerem non ab- Simile
stergunt à se, sed scipios conspergunt & obliuiunt, postea congressū factō, uterq; ab ali-
tero contaminatur ac denigratur. Quia magis conueniebat, ut cui conuicium dixit inimi-
cus, id à se tollat, quod obiectum est, quod faceret, si quis maculatum uesti inhārentem or-
stenderet. Iam etiam si quis obiecerit probrum, à quo sis alienus, tamen inquirendum e-
rit, quibus ex causis maledictum hoc natum sit, deinde cauendum ac metuendum, ne
quid imprudentes deliquerimus, uel affine, uel simile ei, quod nobis obiectum est. Quem Exempla
admodum Lacydes Argivorum rex, ob comam compositionem, & incessum delicatio-
rem uulgo male audiuit, ueluti mollis & effeminatus. Idem accidit Pompeio, propterea
quod uno dīgito scalperet caput, quum à mollicie & lasciuia longissime abesset. Accidit
& Crasso, cui sāpius adeundi uirginem quandam uestalem, causa hæc fuit, quod prædio-
rum quoddam elegans ab illa mercari cuperet, atq; hæc gratia frequenter cum ea congre-
diebatur, captans mulierem. Posthumæ uero risus solitior ac liberior cum uiris cōfabu-
lato peperit infamiam, ita ut incestus accusaretur. Quanquam igitur compertum esset il-
lam à crimine absuisse, tamen summus pontifex Spurius Minutius dimissam admonuit,
ne inuercundius loqueretur, quām uiueret. Themistocles autem quum nibil peccasset,
ex Pausania tamen proditionis suspicionem contraxit, quod eo familiarius uteretur,
quotidieq; literas ac nuncios ad illum missitare. Proinde quum dīcī fuerit aliquid
in te quod uerum non sit, non oportebit ob id, quia falsum est contemnere, ac negligere,
sed expendere tecum, num quid dixeris aut feceris, aut conatus fueris, aut nunquid fue-
rit in tuis familiaribus, quod illi calumniae probabilem ministrauerit occasionem, idq;
simul atque deprehenderis, cauendum erit, atque uitandum. Etenim si difficultates ac
molestiae temere fortuitoq; incidentes, alios docent, quid expediat, uelut in fabulis Mero-
pa inquit, fortuna sublati his que mihi erant charissima, mercede me sapientem reddidit:
quid uerat, quo minus gratuīto præceptore utamur inimico, qui nobis proficit, aliquidq;
doceat, quod antea fugiebat, quandoquidem pleraq; magis intelligit inimicus, q; amicus
propterea quod amor cæcutiat in re amata, uelut inquit Plato. Porro odio coniuncta est,
tum curiositas, tum garrulitas. Cum Hieroni sc̄tor oris ab inimico quodam opprobra-
tus esset, domum reuersus, obiurgauit uxorem. Quid aīs inquiens, hoc uitium ne tu qui-
dem mihi indicasti? At illa quum esset pudica & simplex, putabam inquit omnes viros
ad eundem modum olere. Adeo & quæ sensibus percipiuntur, & quæ corpori insunt, &
quæ conspicua sunt omnibus, citius ex inimicis cognoscas, quām ex amicis, aut familiari-
bus. Adde his, quod quum non exigua uirtutis pars sit, linguam habere moderatam, sem-
perq; rationi morigeram & obedientem, id non contingit nisi multa exercitatione, cura
studioq; pessimos animi motus edomueris, quod genus est ira. Siquidem ut impruden-
tibus vox excidat, & Homericum illud,

Fugiens uox oris claustra reliquit

Collatio

Exemplum

Homeri uer-
sus

Item illud ab alio quodam dīcī, uerba nonnulla ultro euolare, id solet usu uenire po-
tissimum animis inexercitatis, ceu labentibus ac perfluentibus, ob impotentiam iracun-
dīz, ob mentis intemperantiam, ob temerariam uitæ rationē m. Cæterum loquacitatem
rem omnium leuissimam, ut diuinus inquit Plato, grauissima poena uindicant, tum dīj,
tum homines. Contra silentium quum ubiq; innoxium est, ne dum adipson, uelut ait Hip-
pocrates: tum uero in conuictijs constans quiddam, ac Socratiū habere uidetur, uel Her-
culaneum magis. Siquidem ille quoq;

Vel minus ac muscas curabat uerba molesta.

Sanè quum non alia res nec grauior, nec pulchrior, quām si conuictante inimico quie-
tem agas, ueluti mordacem Lissi scopulum præternauigans, tum latius ea patet exercita-
tio. Nam si consuescas inimicum conuictantem ferre tacitus, facillime nimirum feres, &
uxoris rixantis iracundiam, & amici clamorem, & fratri amarulentiam citra perturbatio-
nem sustinebis. Nam patri matriḡ etiam pulsandum te feriendumq; præbebis, nihil ira
commotus. At Socrates quidem Xanthippam uxorem, iracundam ac molestam domi
serebat, ceu facilius cum alijs consuetudinem acturus, si illam perpeti consueuisset. Verū
longe præstat, ut inimicorum dīcīs, conuictijs & odījs exercitatus, consuescas iracundiam
premere, nec cum maledictis incolleris excandescere. Ad hunc igitur modum mansuetu-

Exemplum

dinem ac tolerantiam in simultatibus praestare conuenit. Ceterum simplicitas, agnoscere
 gnanimitas benignitasque magis in amicitijs locum habet. Neque enim perinde pul-
 chrum est de amico bene mereri, quam foedum id non facere, quoties opus est. At huma-
 num habetur, ultionem inimici, si quando per occasionem in te inciderit, negligere. Eius
 uero, cui lapsus inimici dolet, etiam qui roganti opitulatur, liberis ac domesticis rebus pe-
 ricitantibus, studium aliquod, animiq; propensionem exhibet, quisquis non amplecti-
 tur benevolentiam, quisquis non laudat benignitatem, is nimurum cor habet adamantis-
 num, aut ferro excusum. Quum Cæsar Pompeij statuas delectas reponi iussisset, tum
 M. Tullius, statuas, inquit, Pompeij collocasti, tuas constabilisti. Vnde nec maligne lau-
 dandus est, nec honore fraudandus inimicus, merito laudandus, ac celebris, propterea
 quod maior laus hinc credit ad ipsos qui laudant. Ad hæc qui promerentem laudat, ei
 rursum fides habetur uituperanti, ueluti qui non hominem ipsum oderit, sed qui factum
 illius non probet. Iam uero quod est omnium & pulcherrimum & utilissimum, nequa-
 quam inuidetur, uel amicis felicibus, uel familiaribus cum laude quippiam agentibus,
 quisquis assueuerit & inimicos laudare, & neque ringi, neque morderi successibus illo-
 rum. Est ne aliud ullum studium, quod parem utilitatem pariat, aut habitum potiorum
Quid potest dici magis gignat in animis nostris, quam id quod æmulationem & inuidentiam nobis admittit.
Christianum: Nam quemadmodum in republica, permulta sunt, necessaria quidem illa, sed tamen ma-
 la, quæ posteaquam in consuetudinem abierunt, iamq; legis uitæ nacta sunt, tamen haud
 facile depellant, quibus ea molesta noxiæque sunt: sic similitas multa secum inducit uitia,
 nempe liuorem, suspicionem, gaudium ex alienis malis, tenacem iniuriarum memoriam,
 & horum uestigia relinquit in animo. Praeter ea quædam, quæ si facias in inimicum, nec
 mala uideantur nec iniqua, ita remanent in nobis, ut abiçci difficile possint, quod genus
 sunt, uersutia, fraus, insidiæ. Deinde sit ut propter assuetudinem hisdem utamur in ami-
 cos, nisi cauerimus in inimicos uti. Proinde recte præcepit Pythagoras, quum ab auco-
 pio dehortaretur, & empto retium iactu, pisces captos iuberet amitti. Cumq; omnium
 mitium animantium cædem interdiceret, uidelicet ut in brutis animalibus nos consuefa-
 ceret, a crudelitate & rapacitate temperare. At qui multo pulchrius est, ut dum in simulta-
 tibus, ac dissidijs aduersus homines & contentionibus, generosum, equum, ac simplicem
 inimicum agis, improbos, sordidos, ac fraudulentos affectius castigos, premasq;, quo ni-
 mirum in commercijs amicorum prorsus conquiescant, & a fallendo temperent. Scau-
 rus cum Domitio similitatem habebat, eumq; fecerat reum. Itaque Domitij seruus qui-
 dam, priusquam ageretur causa, scaurum adiit, significans habere se quippiam arcanum,
 quod illi uellet indicare. At ille non passus est hominem loqui, sed comprehensum ad he-
 rum remisit. Catonem quum Murenam ambitus reum ageret, & accusationis argumen-
 ta colligeret, affectabanius ex more, qui quid fieret obseruabant. Hi frequenter eum ipter
 rogabant, nunquid eo die collecturus esset, aut acturus aliquid quod ad accusationem
 pertineret. Quod si negasset, credebant ac discedebant. Atq; id quidem maximum erat
 argumentum, quam bene sentirent de Catone. Verum illud & maius est, & longe pul-
 cherrimum, quod assuefacti iuste recteq; agere cum inimicis, haud unquam iniuste doloue-
*Proverbiu*m cum amicis & familiaribus agemus. At quoniam necessum est galeritis omnibus inesse
 cristam iuxta Simonidem, & omnem mortalium ingenium, contentionem, suspicionem, &
 inuidentiam ex se gignit, inter mente vacuos amicos, ut inquit Pindarus, haud mediocri-
 ter profuerit, si quis horum affectuum repugnationem in inimicos effuderit, eamq; uelu-
*Exemplu*m ti cloacam, quam longissime a domesticis ac familiaribus auerterit. Id quod intellexisse ui-
 detur Onomadenus, uir urbanus: qui quum orta in Chio seditione, in his esset partibus,
 quæ uicerant, admoniebat suos, ne cunctos expelleret, qui diuersarum fuissent partium,
 uerum sinerent superesse nonnullos: ne cum amicis, inquit, incipiamus dissidere, si pror-
 sus desint inimici. Ad eundem modum si nobis hæc animi uitia consumantur in inimicos,
Hesiodus minus erunt molesta amicis. Neque enim oportet figulum inuidere figulo, neque canto-
 rem cantori, quemadmodum inquit Hesiodus, neq; cōuenit uicinum æmulari uicino ne-
 que consobrino, neque fratri ad diuitias properantii, & felicibus rerum utenti successibus,
 sed si non est alia uia, qua te ipsum à contentione inuidentia & æmulatione liberum redi-
 das, cōsuesce secundis inimicorum rebus morderi, in hos iracundiae mucrone exacue. Nam
 sicut

sicut elegantes agricolæ rosas ac uiolas ita meliores futuras putant, si cepas & allia ferant
in proximo, quod quicquid in illis acriis ac grauis odoris inest, in hæc repurgetur: sic ini-
nitus in se recipiens, ac deriuās inuidiam, ac morositatem, candidiores nos minusq; gra-
ues reddit amicis, prospera fortuna utentibus. Quapropter cum illis sunt exercenda cer-
tamina, de gloria, de imperio, de tustis lucris, non hactenus tantum, ut discruciemur, si
quid illi plus habeant nobis, sed ut obseruemus singula, quibus rationibus nos superent. *Apophtheg-*
ma *diligentia*, *industria*, *sobrietate*, & *cautione* praetere conemur. *Quemadmodum di-* *gma*
cere solitus est Themistocles, sibi non licere somnum capere per Miltiadis in Maratho-
ne uictoriam. Etenim qui dejectur animo, penitusq; liuore contabescit, propterea quod
se credit ab inimico uinci, uel in gerendis magistratibus, uel in agendis causis, uel gratia
& autoritate apud amicos, aut optimates, ac non potius conatur aliquid & emulatur, huc
ociosa quædam & iners habet inuidia. At quem non excæcat odium, quo minus iudicet
de eo quem odit, sed æquis oculis spectat illius & uitæ & mores, dicta simul & facta, is ni-
mum perspicet ea, quibus inuidet, pleraq; è diligētia, prouidentia, recteq; factis, illi con-
tigisse. Et ad hæc animū intendens, studium ac sedulitatē ipsius circa res honestas imitabi-
tur: Oscitantiam uero ac socordiā excutiet. Quod si uidebitur in aula principis, aut in re-
publica, potentiam indignam & inhonestam affecuti, uel assentatione, uel fraudulentia,
uel corruptis iudicij, uel largitionibus: id nobis haud quaquam molestem erit, quin potius
uoluptatem adferet, integratam uitę nostrę, æquitatemq; cum illorum illiberalitate con-
serentibus. Si quidem uniuersum autem, quod uel super terram est, uel sub terra, non est
æquiparabile uituti, uelut inquit Plato. Illud etiam Solonis dictum, semper conueniet in
promptu habere: At nos uitutē non ita diuitijs permutablemus, nec acclamationibus epu-
lo conductę multitudinis, nec honoribus, summoq; accubitu apud eunuchos & concubi-
nas, nec regum præfecturis. Nihil enim suspiciendū, nec præclarum, quod ex turpitudi-
ne nascitur. Sed amās cæcutit in eo quod amat, autore Platone: *In magisq; sentimus si quid*
præter decorū faciant inimici. Non oportet autem, siue quid peccat inutili affici gaudio:
siue quid recte faciunt, ocioso dolore tangi, Verum illud in utroq; cogitandum est, ut &
illa cauentes meliores illis simus, & hæc imitantes non simus deteriores.

*Odium non
cecum*

Solon

SPLVTARCHI DE TVENDA BONA VALETUDINE PRAECEPTA, ERASMO ROTERO/ damo interprete.

τε πρόσωπα

MOSCHION ET ZEVXIPPVS.



V S A N E Glauçum medicū heri deterrebas Zeuxippe, unā nobiscum
philosophari cupientem. Z E V X I P P V S. Necq; deterrebam amice Mo-
schion, necq; ille nobiscum philosophari cupiebat. Quin magis fugiebam,
metuens ne quam præberet ansem homini pugnæ auido. Nam in re quis
dem medica uir ille, quemadmodum inquit Homerus,

*Ansem pre-
bere*

Homerus

Alijs æquandus pluribus unus.

Cæterum erga philosophiā parū amico est animo, sed cū in disputando semper acerbū
quiddā habet, ac morosum: tum uero id quidē temporis infestus in nos tendebat, acris
etiam illud uociferans: haud mediocriter iniquū facinus ausos esse nos, qui disciplinarum
terminos confussemus, de ratione uictus ad tuendam bonam ualeudinem conducibili
differentes. Separatam enim aiebat esse philosophorū ac medicorum professionem, non
aliter atq; Myforū ac Phrygum fines, ut habet prouerbiū. Ac nonnulla à nobis dicta, non
illa quidem accurate, necq; serio, at rursum nō inutiliter, repetens carpebat ac dilacerabat.
M O S C H I O N. At ego Zeuxippe, tum ista, tum reliqua illa cupide lubensq; audierim.
Z E V X I P P V S. Nimirū cum philosophus sis natura Moschion, philosopho succēses, parum
studioso medicinæ, & indignum existimas, si magis officij sui putat esse, ut in Geometriæ
Dialecticæ, Musicæ studio uersari uideatur, quam ut inquirat cupiatq; cognoscere

c 4 Aedibus

Homeri uers. Aedibus in proprijs, quæ prava aut recta gerantur,
sus proverbia ipso uidelicet corpore. Quanq; illuc frequentiores uideas spectatores, ubi nonnihil sacra
lis pecunia, qua ad spectaculum inuitetur, distribuitur affluenti multitudini, ita ut fieri solet
Laus mea Athenis. At medicina sic est de numero disciplinarum liberalium, ut politie, splendore, au-
dicina cunditate, nulla sit inferior: porro mercedem abunde magnam addit sui studiosis, tempe-
corporis salubritatem, ac prosperam ualetudinem. Proinde non oportet in ius uocare
philosophos, quasi terminos præterierint, si de his quæ ad bonam ualetudinem condus-
cunt, disputent: uerum ita magis accusandos ducere, si prorsus sublati finibus, existimam-
rint cōmuniter uelut in eadem regione rerum quæcunq; sint honestæ, studiosos uersari os-
portere, sestantes pariter & quod in disputando delectet, & quod ad usum uitæ sit necessa-
rium. M O S C H I O N. Quin Glaucū missum faciamus Zeuxippe, qui ob fastum absolu-
tus uideri studet, nec egens auxilijs philosophiaz. Tu uero disputationem omnem nobis
recense, primoq; loco, si uidetur, ea quæ dicebas non admodum serio abs te dicta, carpsil-
se Glaucum. Z E V X I P P V S. Aiebat igitur amicus ille noster se se audiuisse quendam qui
diceret, non mediotre fore momentum ad bonam ualetudinem, si quis manus semper ca-
lidas haberet, neq; pateretur eas frigere. Rursus extremarum corporis partium frigiditas
tremi, dum calorem ad interiora cogit, ceu familiaritatem quandam & affuetudinem febris
inducere. Rursum si ea quæ foras uergunt, & ad summas partes tendunt, una cum calore
per omne corpus deducant, ac dispensem materiam, id salubre est. Itaque si quod operis
faciamus, in quo manibus sit utendum, tum calorem ultro ab ipsa corporis agitatione
induci membris, ac contineri: ubi uero nihil agas operis istiusmodi, tum summis à mem-
bris frigus arcendum esse. Hoc igitur erat unum eorum quæ ab illo ridebantur. Alterum
autem, ni fallor, erat de cibis, quos ægorantibus exhibetis. Præcipiebat enim hos multo
ante tempore sumendos, atq; degustandos esse, quo sani uidelicet illis assuesceremus, ne
post ueluti pueri uicium eum horreamus, & auersemur, sed paulatim familiaris ac dome-
sticus stomacho reddatur, ne in morbo cibis perinde ut pharmacis offendamur; néue mo-
lestè feramus, si quando simplicem aliquem cibum, sine obsonio & sine nidore, sumere
necessum erit. Vnde ne illud quidē aliquando fugiendum, ut illoti ad cibum capiendum
accedamus, nec ut potemus aquam cum assit uinū, nec ut calidum bibas aestate, licet ap-
posita niue: negleciis interim his, qui ad ostentationem, moreq; sophistarum ab istiusmo-
di rebus abstinent, ac temperatiæ nomine semet effertur. Quin & ipsi magis nostrapre spon-
te paulatim & stomachum ita consufaciamus, ut citra molestiam pareat utilitatì, tum pro-
*cul ab animo tollamus nimis anxiā & superstilosam huiusmodi rerum curam in mor-
bis, néue collamentemur deplorantibus, quod è magnis ac iucundis uoluptatibus, in sor-
didam illam atq; humilem uitæ rationem sint redacti. Nam recte dictum illud: Optimam
uitæ rationem delige, eam tibi iucundam reddet consuetudo, cum singulis quicquid ag-
ceptum grediare cōducibile fuerit, tum uero maxime, si in ijs quæ ad corporis uicium uitæ ratio-
nem attinēt, ijs assuescens quæ sunt saluberrima, eadem amica cognataq; ac domestica
naturæ reddas: memor eorum quæ nonnulli tum patiuntur, tum faciunt in morbis, quam
molestie ferant, quamq; uix tolerēt, quoties aqua calida apponitur, aut sorbitio seu panis,
non solum ista detestabilia & insuauia, uerum etiā ipsos qui sumere compellunt detesta-
biles ac molestos appellantes. Porro non paucos etiam balneum extinxit, cum initio nul-
lo graui morbo tenerentur, nisi quod nō possent, neq; ferment cibum capere, nisi loti, quo-
rum de numero Titus erat imperator, quem admodum referunt ijs, qui egrotanti ministra-
runt. Ad hęc relatum est hoc quoq; corpora gracilia, minimeq; obesa semper esse salubrio-
ra, maximeq; cauendam ingurgitationem, ebrietatem, & immodicū delitiarum usum his
qui solenne epulum sūt celebraturi, aut qui amicos apparant coniuicio accipere, aut futu-
rum est ut à diuite quopiam, aut principe, coniuicio splendido adhibeantur, expectentq;
commune bibendi certamen, quod recusare non liceat. Quo nimis iam tum in tranqui-
litate corpus expeditiū ac leue reddant, uelut aduersus imminentē uentorum ac undarum
tempestatem. Si quidem per difficile fuerit, in coetu hominum, & inter inuitatiunculas illo-
rum, te ipsum intra mediocritatem, solitamq; temperantium continere, ut non omnibus
ucheinēter grauis ac molestus & onerosus esse uidearis. Itaq; ne ignis addatur igni (quem
admodum proverbio dicitur) hoc est, ne ingurgitatio ingurgitationi, intemperantia
*intemper-**

intemperantiae, diligenter oportebit meminisse, quod per iocum festiuiter fecit Philippus.

Id erat huiusmodi: Cum paucis inambulantem quidam uocarat ad coenam, deinde cum *Festius Philius* uideret illum complures secum adducentem, cum non admodum multum epularum ap*lippi focus* parasset, sane conturbatus est. Id sentiens Philippus, submisit qui singulos amicos admoveret, ut placentae locum relinquenter: at hic dum uere credunt placentam apponendam, atq*e* expectant, abstinent ab his quae fuerant apposita, atq*e* eum ad modum factum est, ut conuiuum omnibus sufficeret. Hoc igitur pacto conueniet & nos metipos ad ineuitabiles componationes preparare, ut obsonijs, bellarijs, atq*e* adeo ebrietati quoq*e* locum in corpore referuemus, atq*e* integrum ad eiusmodi conuiua stomachi appetentiam adferamus. Quod si nos iam expletos, grauiterq*e* affectos, talis qua*p*iam necessitas occuparit, optimis pr*äsentibus*, aut hospitibus de repente oblatis, ut pudore cōpellamur ad eadem uenire, & componare cum his qui satis id ferre queant, ibi uero maxime nos arment oportet, atque instruans, aduersus pudorem rem magnopere noxiā mortalibus, contrag*u*iosam erubescientiam, ea qua*p* Creon loquitur in Tragoedia:

Mih*i* amice longe satius esse dixerim,

Tibi nunc ut hostis reddar ac gratus parum,

Quām ut leuis in te, postea grauiter gemam.

Etenim ob metum, ne rusterior uidearis, in laterum aut renum dolorem te ipsum dare precepitem, id uere rusticani est hominis, menteq*e* ac ratione carentis, qua qui prediti sunt, non sunt & absq*e* poculis ac nidore cum hominibus conuiuere. Quandoq*e* si dextre urbaniterq*e* recuses, nō minus grata fuerit recusatio quam componatio. Tum si quis epulum exhibeat ueluti sacrificium, unde nihil degustet ipse, sed abstineat, atq*e* interim inter pocula, superq*e* mensam hilariter atq*e* festiuiter simul & iocetur, & dicatur iquid in seipsum, is suocundior uidebitur, quam si pariter inebrietur, simulq*e* uoret obsonia. Adduxit autem ex antiquis quidem Alexandrum, qui post multam porationem, cum Medio rursus ad bibendi certamen prouocanti, & rursus ad meri porationem pertrahenti recusare uereretur eam ob causam perisset. Porro ex nostri temporis hominibus Rhiglū Pancratiaſten com memorauit, qui quidē à Tito Cēſare ad balneū mane inuitatus, abiit, simulq*e* lauit: cumq*e* semel dunq*e*xat bibisset, quemadmodum aiunt, correptus apoplexia, subito mortuus est. Hac nobis Glaucus quali ridens ob*ī*ciebat, ueluti p*æ*dagogica. De reliquis autem, neq*e* illi libebat audire, neq*e* nobis illi narrare, neq*e* perpendebat unumquodq*e* eorum qua*p* dicta fuerant. Primus itaq*e* Socrates admonens cauendos esse cibos, qui non esurientes de *Socrates* suo ad edendum inuitent, cauendos esse potus, qui non sitientes ad bibendum illecent, non simpliciter interdixit, ne his ueremur, sed quatenus opus sit, uti docuit, ut harum rerum delectationē ad usum ac necessitatē accōmodemus. Non aliter q*u* faciunt hi, qui in republica pecunia in ædendis in theatro ludis desinat, uertunt in usus belli. Nam quod natura delectet, donec pars fuerit, eius quod alit proprium est. Atq*e* oportet eos etiam qui esuriunt, necessarijs frui potius, q*u* suauibus. Seorsum autē haud qua*p* irritare nouas appetentias, posteaq*e* à communibus epulis discesserimus. Nam quēadmodum Socrati saltatio, exercitatio erat nequa*p* inuicunda, sic is cui bellaria & secundarū mensae, lauticizq*e* sunt coenae ac cibi loco, minus ab his offenditur. Cæterum qui iam accepterit quod nature satis est, se seq*e* expleuerit, ne is auide talia sumat, id uero cum primis cauendū est. Atq*e* in his nō minus fugienda est imperitia & ambitio, q*u* uoluptas & ingluvies. Propterea quod hæ quoq*e* saepius inuitat ad edendum cum nō esurias, ad bibendū cum non sitiias, dum illi berales admodū & molestas suggerunt imaginationes, quasi sit absurdū claris sumptuosissimis rebus nō frui cum adfint, uelut lumine, aut fungis Italicis, aut Samia placenta, aut nixue in Aegypto. Si quidem ista se penumero illecent, ut celebratis ac rarī utare cibis, uelut ab inanis gloriaz nidore adductus, uti corpus adigas cum cibis habere cōmerciū, cū nixu sit opus: quo possis apud alios pr*æ*dicare, admiraturos ac felicē iudicaturos, cui rebus tam non obuijs, tamq*e* exquisitis frui cōtigerit. Consimilem autem ad modum afficiuntur erga mulieres nobiles: fit enim aliquoties, ut cum proprijs dormiētes, tum formolis, tum etiam amantibus, nihil tamen cōmoueantur: Cæterum Phrynæ, Laidi ue persoluto argento, cum corpore sint ægro, & ad coitum ignauo, excitant tamen & irritant lasciuiam ad uoluptatem, id que inanis gloriaz causa. Quo factum est, ut ipsa Phryne iam aqua facia, dixerit

Pbrynes di dixerit à multis fecem emi propter gloriam. Porro magnum est ac mirum; si quascunque
cterium natura postulat ac recipit uoluptates, eas adhibētes corpori, imo si plerūq; propter oc-
cupationes, reluctantē illi flagitantē, differentē sq; quod postular, ac uix uoluptates ma-
gnopere necessarias suppeditantes, aut quēadmodum inquit Plato, titillati etiam & ue-
hementer instanti morigerantes, citra noxā discesserimus. Nam uero illius cupiditatis quę
præpostere ab animo scatent in corpus, coguntq; affectibus obsequi & inservire, nulla ra-
tionē fieri potest, quin grauiſſima maximaq; incōmoda, ex inuālidis inanibusq; uolupta-
tibus, in eo relinquāt. Nequaq; autem competit animi cupiditate corpus ad uoluptatem
concitare. Nam ut hinc uoluptas oriatur, id præter naturam est. Quemadmodum enim
axillarum titillationes haud proprium, neque amabilem risum, præbent animo, sed mole-
stum spasmoq; similem, ita quascunque uoluptates corpus extimulatum ab animo, turbas-
tumq; caput, hæ nimirum & stupidæ sunt & turbulentæ, & à natura alienæ. Quoties igi-
tur rarum aliquod, aut nobile cibi genus fruendum appositum fuit, magis ita querenda
Simonides gloria ut abstineamus, quam ut fruamur, memores quēadmodum dixit Simonides nun-
quam sese pœnituisse, quod tacuisset, quod locutus esset sāpe, ita nos quoq; nunquā pœ-
nituisse, quod obsonium recusauerimus, aut quod aquam phalerni loco biberimus. Quin
ediuerso magis non solum non est ad ista cogenda natura, uerum etiam si quid istiusmodi
proponatur desideranti, conueniet ob consuetudinem & exercitationem sāpius ad leuia
consuetaq; reuocare appetitiam, Nam si ius uiolandum, quemadmodum dixit Theba-
nus ille, etiam si nō recte, optimū est imperij causa uiolare. Nos uero melius, si gloria af-
fectanda est, optimū est eam sanitatis causa in huiusmodi rerū abstinentia affectare. Quan-
Atten de sordi. quam sunt nonnulli, quos parsimonia cōiuncta cum gulae uitio, adducit, ut cum domi co-
dorū naturā ercent cupiditatem, apud alios launicj fruantur, expleantq; sese, ampliter ingurgitātes,
Adagium perinde quasi rebus bello partis, deinde grauiter affectio corpore discedūt, postero die præ-
mium ingurgitatiōis auferentes, nempe stomachi cruditatem. Crates igitur cum existimat
Cratetis pro ret in ciuitatibus seditiones ac tyrannides potissimum ē delitjū & luxu nasci, per iocum ad-
verbialis sen, monuit, ne præ lenticula semper augens patinam, in seditionē nos coniētias. Sed seipsum
tentia adhortetur quisq;, ne semper præ lente augens patinam, né ue modis omnibus præterito
nasturcio & olea ad sarcimen & pisces desciscens, ex repletione corpori seditionē conci-
tet & tumultum, ac aliū profluuiū. Nam cibi uiliores appetentiā intra naturā modū cohi-
bent. Cæterum artes istorum, qui obsoniorū sunt opifices atq; architecti, & operosæ istæ
cupidiae, nec non ingeniosa cōdimenta semper, ut inquit comicus, uoluptatis fines longi-
gius promouent, ac uitiant utilitatē. At qui haud scio quo paclio fiat, ut cum uxores, quæ
philtoris ac ueneficijs in uitros utuntur, abominemur fastidiamusq; cōductijs ac seruis ci-
bos, & obsonia nostra proficiamus, ut ea penē dixerim ueneficijs ac præstigijs uitient. Pro
Arcessilai inde quanq; amarius illud ab Arcessilao dicū uidetur in adulteros ac libidinosos, nihil
Icommia referre aduersus, an auersus cinædus sit aliquis, tamen haud male quadrat & in hanc rem
de qua agimus. Quid enim (ut uerum loquar) interest, utrum exhibitis satyrijs intempe-
rantiam ad uoluptatem excites atq; irrites, angustum odoribus & lauticj prouoces, ut
ceu membra scabiosa, scalptu, frictuq; semper opus habeamus. Sed alias fortassis aduer-
sus uoluptates dicemus, quanq; per se honesta res et egregia sit temperantia demonstrabi-
mus. Nunc nobis de multitudine, ac magnitudine uoluptatum est institutus sermo. Mor-
biigitur, nō tam multa negocia, nec tot spes, nec tot peregrinationes, nec tam multa ex-
ercitia nobis eripiunt ac perdunt, quanq; multis adimunt uoluptates, unde fit, ut qui máxi-
me sectantur uoluptatem, his minime expediāt corporis sanitatem negligere. Siquidem
permulti sunt, quibus aduersa ualetudo nequaquam est impedimento, quominus philo-
sophiae dent operam, aut rem etiā exerceant militarem, aut imperium administrent. At cor-
poris uoluptates aut huiusmodi sunt, ut his in morbo frui nullo modo possis. Quod si qui-
bus in morbo quoq; locus est, hæ nec illam ipsam delectatiunculā suapte natura breuem,
puram exhibet. Sed magna ex parte malis alienis fermentata ac cicatricosam, uelut ē pro-
cella ac tempestate quapiā reddūt. Nec emi ueneri locus in ingurgitatione, quin magis in
corporis serenitate tranquillitateq;. Nam Veneris finis uoluptas est, quemadmodum &
esus ac potus. At bona ualetudo, uoluptatibus haud aliter atq; cœli tranquillitas Alcyo-
nibus præbet, ut tuto cōmodeq; generent incubentq;. Eleganter enim Prodielis uisus est
dixisse

dixisse; optimum condimentū esse ignem ipsum. Nam uerissime quis dixerit, bonam ualitudinem maxime diuinum longeque blandissimum esse cōdimentum. Siquidem cibi eli, *Bona ualeſtudine*, assūti coctiq̄, his qui morbo laborant, aut crapula grauantur, qui ueſt stomacho nauſeāt, do bonum diu nullam adſerunt, neq̄ uoluptatem, neq̄ iucunditatem. At pura, synceraq̄ stomachi appetitum uinum tentia, corpori ſano quidlibet etiam reddet ſuaue, & accōmodum, atq̄ harpaleon, quēad, ἀρπάλεων medium inquit Homerus, id eſt, quod rapere libeat. Sed ſicuti Demades Atheniensis, qui *Demades* non in tempore bellum caperent, aiebat nunq̄ niſi pullatos pacem decernere: ita nobis haud unquā tenuis ac moderata uiclus ratio uenit in mente, niſi iam febri aſtuantibus, & admotis pharmacis, Atq̄ adeo cum in hæc inciderimus, mirum tamen, quā peccatum noſtrum celamus, nimirum innitentes famæ & opinioni. Quemadmodū mortalium uulgi affoler, qui nunc cœlum, nunc regionis infalubritatē criminantes, aut pestilentes ali, quos morbos loqui ſolent, ne morbi cauſa uideatur luxus, & uoluptatū immoderatior uſus. Sed quēadmodum cum Lysimachus inter Getas, ſiti cōſtrictus ſe pariter atq̄ exer. *Lysimachus* citum hostibus dedidiffet, ac deinde frigidā bibiſſet aquā, dīj boni inquit, quā breuis uolu ob ſitum hosti p̄tatis gratia, magnā depoſui felicitatē. Itidem & nobis ipsiſ in morbo debemus in animū bus ſe dedidiſ reuocare, quod ob frigidam potionem, non in tempore ſumptam, aut balneum intemperiuſum, aut cōpotationem, cōplures earum rerum delectationes amiferimus, deinde præ clara negocia permulta, poſtremo non paucas exercitationes iucandas perdiſerimus. Faicit enim huiusmodi reputatio, ut dolor quidē anūm mordeat, uulneransq̄ memoriam ueluti cicatrix que piam remanens in bona ualeſtudine, cauiores ac circumſpectiores nos reddat in obſeruanda uitæ ratione. Neq̄ enim tum corpus ſanitati redditum, admodum magnas pariet cupiditates, nec intractabiles, aut inuilitas, & inuincibiles. Quin magis forti & intrepido animo eſt oportet, aduersus appetentiā erumpentem, & ad fruendum his quæ cupit, exiliētem, ut quæ nihil habeat præter leues, ac pueriles querimonias, ac ploratus, deinde mox conquiescat ſublata menſa, neq̄ quicquam incuſet, aut laedat, ſed contra potius pura atq̄ hilaris, minimeq̄ grauis, minimeq̄ fastidiosa, duret in posterum dīem. Quemadmodum uidelicet Timotheus, qui ſuperiore die in Academia apud Plato, *Musica cœna* nem coenauerat musicam tenuemq̄ cœnulam, dixit, qui coenaffent apud Platонem, eos laſtero quoq̄ die ſauat̄ agere. Fertur autem & Alexander dixiſſe post ea quā solitos Timothei diſ obſoniorum artifices abieciſſet, ſe longe cōmodiores ſecum poſſe duſere, nempe noctiſ ſum profectionem ad cōdiēndum prandium, ad cœnā uero prandij tenuitatem. Quanq̄ Lepidum Ale quidem non ſum nescius ſicri, ut laſſitudo, aut aſtus, aut frigus febrim cōciliat hominiꝫ xandri dictum bus: uerum quēadmodum floſculorū ornamenta per ſe parum efficacia, ſi oleo admiſceantur, uehementiōrē uim habent; itidem iſtiusmodi morborum cauſis & initijs quæ foris accident, humorum abundantia iam ante collecta, corpus exhibet ac tradit. Ea ſi non adſit, nihil ab illis fuerit periculi, uerum facile euaneſcunt illa, ac diſſipantur, ſi ſanguine ſubtili, ſi puris ſpirituſbus incederit iſtiusmodi quæpiam affectio. Rurſum diſtentio corpore, & humoribus redundante, ueluti cœnum cōmotum, noxiā, diſſicilia, quæq̄ non facile profliges, reddit omnia. Proinde cauendum eſt, ne ſicuti mali naucleri, poſte aquam ob audiſtatem multum oneris in nauim coniecerint, deinde perpetuo labore ſentinam exhauriūt, aquamq̄ marinā ejiciunt: ita nos quoq̄ ſimulatq̄ corpus expreuerimus, onerauerimusq̄ tum rurſum repurgemus & clysteribus exoneremus. Sed leue & expeditum ſeruare conueniet, quo ſiquando etiam continget premi, ſuberis in morem ob leuitatem ſurſum emiſſet. Sed maxime præcauendum, cum morbus aduentat ac præſentitur. Neq̄ enim morbi *Hesiodus* omnes adueniunt taciti, uelut inquit Hesiodus,

Vocem ubi præripuit consultant Iuppiter omnem,

Imò pleriq̄ viatores habent, qui prænunciāt, præcurrantq̄, nempe ſtomachi cruditatē *Hippocrates* & corporis ſegničiem ac torporē. Grauitates inquit Hippocrates, ac laſſitudines per ſe obortae, morbum denunciant: idq̄ uideatur accidere, quod corpus intus repletum ſit neque non propter diſtentos ac impaſtos ſpiritus circa neruos. Atqui cum interim corpus ipſum, quodammodo reluetur, & ad lectulum quietemq̄ pertrahat, tamen alij gulæ delitiarumq̄ intemperantia in balnea ſe coniūnt, ad propinaciones festinant, cibis onerantes ſe uelut in futuram obſidionem, quaſi uero metuant, ne ſe febris impransos occupeat. Alij rurſum magnificētores, iſta quidem ratione nō capiuntur, ſed dum

dum songe abiectius pudet ingurgitationem, aut cruditatem fateri, totumq; diem in uestimentis suis agere, cæteris in certamen euntibus, ac eodē prouocantibus, surgunt & ipsi, simulq; cum alijs uestes exuunt, eademq; faciunt quæ sanū. Sunt complures quos intemperantia, mollicieq; suæ prouerbio patrocinantes, spes impellit, ac persuaderet, ut relictis stratis audacter ad consuetā uitæ rationē accedant, perinde quasi iam uīnū uīno, crapula Cato crapula profligarint ac discusserint. Aduersus hanc igitur spem cautio Catonis est adhibenda, quæ quidem, ut inquit uir ille, quæ magna sunt, ea pusilla facit, quæ pusilla prorsus tollit: ac meminiisse oportebit satius esse, ut præter necessitatē abstineas à cibo, & quietem agas, quām tractus ad balneum atq; conuiuū ibi prouoluaris atq; concidas. Nam si quid est periculi, nocebit nō cauisse, nec abstinuisse. Si nihil est, haud nocebit corripiisse corpus, ac purgatius reddidisse. At puerilis ille, qui ueretur ne amicis ac famulis fiat palam, ex ingurgitatione luxuq; collectum esse morbum, dum præ pudore grauatur hodie fateri cruditatem, postridie fatebitur alii profluuium, aut febrim, aut uentris tormenta, uel cum pudore. Summum probrūm ducis esuritionem, at longe turpius existima, si corpus crudum cibis onustum ac distentum ad balneum pertrahas, non aliter quam si in mare deducas nauem putrē ac rimosam. Nec aliter profecto, quām nauigantes nōnullos perdet, saeviente tempestate in littore tempus terere: at idem paulo post in altū perduci, turpisime sese gerunt, uociferantes ac nauiseantes. Sic hi qui corpus ad morbus iam esse propensum sentiūt, dum ignauum arbitrantur, unum diem lectio decubere, nec apponi mensam, postea turpisime decumbunt complures dies, dum purgantur, inungūtur, dum mendicis obseruiunt atq; obsecundant, dum uīnum aut frigidam aquam postulant, coacti interea, partim ob cruciatum, partim ob metum absurdā, & indecora permulta, quum factetur dicere. Atqui istos, qui uīctū uoluptatibus sibi non temperant, sed in affectis proclives ab his præcipites rapiuntur, docere ac cōmonefacere oportebit, uoluptatibus maximam delectationis partem ab ipso corpore profici. Et quemadmodum Lacones cum acetum ac salem coquo dederint, reliquum in ipsa uīctīma iubent querere ita condimentū esse optimum appositi cibi, si sano puroq; corpori apponatur. Nam dulce quidem ac opiparum, aliquid per se & absq; his dici potest. Consuevit autem ita demūm iucundum fieri, si inciderit in eius corpus qui gaudet ac delectatur, quiq; iuxta naturam uitam agit. Rursum in morosis, crudis, ac male affectis, hæc omnia gratiam sui perdunt & usum. Proinde non illud oportebit expendere, num recens sit piscis, num syncerus panis, num calè at balneum, num formosum scortum: sed seipsum consideret, fastidiosus ne sit, aut parum tranquillus, aut marcidus, aut perturbatus. Quod nisi factum erit, haud secus, ac si comes fatores ebrij in ædes irrumpant luctu funestas, nihil hilaritatis, neq; uoluptatis sint allaturi, quin eiulatum potius excitaturi: Sic etiam uenus, obsonia, balnea, uīnum, siquidem in corpore male, præterq; naturam affecto misceantur, his etiam humoribus, qui nondum certum uitium, aut corruptionem acceperunt, phlegma bilemq; mouent, exagitant, magis ac magis excitant. Porro delectationem nullam adferunt, quam magnificias, neq; frumenti uoluptatem, qualis fuerat expectata, redundit. Igitur exacta quidē illa, & uehementer ad unguem, ut dīci soler, obseruata uitæ ratio, simul & corpus formidolosum reddit, ac periculis obnoxium, & animi frangit uigorem & alacritatem, dum omnia negotia refugit, dumq; nō audet, nec in uoluptatibus, nec in laboribus uersari, dum omnē rerum administrationem suspectam habet, neq; quicq; confidenter & intrepide aggreditur. Verum oportebit corpus non aliter quām nautæ uelum, neq; contrahere sereno cœlo, neq; uehementer premere, neq; rursum laxatis uti linteis, & negligenter ac supine agere, cum suspicio sit tempestatis. Sed obsequi conueniet, ac leue corpus reddere, quemadmodum est indicia febris clum, nō expectata cruditate aut perfluiio neq; feruore, aut torpedine. Quibus rebus per future inde ceu nuncij quidā, ac uiatores, febrim in foribus adesse renunciarint, uix tandem perturbati nonnulli tum contrahunt sese. Quin magis procūl multo ante præcauendū erit, quām tempestas inciderit, quasi summū maris equor crispante Borea. Si quidē absurdum fuerit, coruos crocitantes, gallinas glocientes, & sues iactatis manipulis insaniētes, uelut inquit Democritus, diligenter obseruare. his rebus uentum aut himbrem imminentē significantes: in corpore uero motus & exundationes, & morbi preludia, nō animo præcipere aut præcauere, nec ulla tenere signa, quibus tempestatē in teipso coorituram, præsentias.

Democritus

Vnde.

Vnde non in cibis solum & exercitationibus conueniet obseruare corpus, num preter solitum illis grauatim & illibenter utatur, aut contra, num siticulosius, magis uefamelicum sit quam consueuerit. Sed etiam illud obseruandum erit, si quando somnus nec perpetuus fuerit, nec placidus, sed inaequalis & interruptus. Quin insuper insomniorū etiam absurditatem conueniet annotare. Nam si nefaria, minimeq; consueta uisa occurrerint, aut crassis humoribus abundare corpus, aut spiritus intus turbatos esse declarat. Iam uero & animi affectiones indicant, corpus ad morbum esse propensum. Nam sæpen numero fit, ut occupet quosdam tristitia, nullam ob causam idoneā oborta, aut metus, repente spes extinguis, idq; cum nihil appareat cur sit metuendum. Redduntur autem & iracundis sic, ut facile cōmoueantur, & ob rem quantumlibet leuem indoleant, lachrymanturq; ac moerent, quoties mali uapores & exhalationes amarae, condensatae, animi circuitus, ut inquit Plato, præpediunt occupantq;. Quamobrem quibus acciderint ista, considerent ac meminerint oportet, si nulla res animi sit in causa, tum corporale quippiā esse, quod subducione aliquam ac temperantiā requirat. Rursum profuerit & illud, si quis amicos laborantes obseruans, sciscitetur morbi causam, non ita sane, ut sophistice, præterq; rem de corpore molis intensionibus, & sanguinis in arterias dilapsu, ac communitatibus garriat, frustraq; q; calleat medicorum uocabula, quamq; sit eruditus, ostentet. Verum ubi leuia ista, uulgariaq; non oscitanter audierit, puta de repletione, inanitione, lassitudine & uigilijs, præcipue uero quo uictu tū uteretur cum in febrim inciderit: deinde sicut in alienis erratis Plato solitus est, discedens secū dicere, Num & ego sum istiusmodi: ita ex amicorū ma
Platonis dictum
 lis sibi quenq; consulere & cauere conueniet, ac meminisse, ne in eadem incidat, neue simili ter ipse lecto affixus, laudet ac desideret preciosissimā illam sanitatem. Sed alio laborante secum annotabit, quam preciosa res sit bene ualere, dandaq; erit opera, ut eum thesaurū sibi conseruet, curae habeat, ac parcat. Nec inutile fuerit, ut nostrā ipsorum uitæ rationem seorsum pensitemus. Nam si fors acciderit, ut compotationi, seu inuitatiunculis, aut laboribus aliquibus, aut alioqui parum moderatis rebus interfuerimus, neq; corpus interim ullam morbi suspicionem, aut præsensionem præbeat, nihilo secius tamen ultro nos cautele & occupare conueniet, ut post uenerem ac fatigationem, ocium ac requiem adhibeamus, post temulentiam & compotationem, aquam potemus. Maxime uero si cibis usi sumus onerosis, puta carnium, aut uarijs, tum oportebit exiguo pastu contentos esse, neque superfluum quicquam in corpore reliquum facere. Siquidē ut hæc ipsa perse multarum ægritudinum sunt causæ, ita alijs causis materiam ac uim adiungunt. Proinde præclare dicū est illud. Vesci citra saturitatem, impigrum esse ad laborem, uitale semen conseruare, res esse longe saluberrimas. Etenim coitus immodicus, propterea quod maxime uim eam extrahit, qua cibus concoquitur, plurimum superfluitatis & redundantiae gignit. Ita que rursus ab initio repetito sermone, de singulis ordine differamus, ac primo loco de exercitamentis, quæ literarum studiosis congruant. Sed quemadmodum is qui dixit mariti mis non esse scribendum de cura dentium, usum aquæ marinæ docuit, ita dixerit aliquis, literarū studiosis nō oportere præcepta tradī de corporis exercitationibus, quod ipse quotidianus disputationis usus, qui uoce peragitur, mira quædam est exercitatio, conducens non solum ad bonā ualeitudinem, uerum etiā ad corporis robur, nō illud quidem palestris cū, neq; quod carne cutē distendat, incrusteret, infarciatq; foris, uelut in ædificio, sed quod partibus maxime uitalibus, principalissimisq; uim internam, uigoremq; uerum ac genuinum inserat. Porrò spiritum ad uires facere, ipsi declarant aliptæ, iubentes athletis ut obnitantur fricationibus, ac semper se opponant, moueantq; corporis partes inunctas & conrectatas. At cum uox sit agitatio spiritus, nō leuiter, nec in superficie, sed uelut in ipso fonte in ipsis uisceribus ualens, & calorē auget, & sanguinē subtilem reddit, et omnes purgat moda exercitio, uenas, & omnes aperit arterias. Humorem uero superfluū non sinit crassescere, neq; constij uocis crescere, neq; fecis in morem subsidere in his conceptaculis quibus accipitur & conficitur cibus. Itaq; cum primis dandā est opera, ut se se huic exercitationi familiares & affuetos reddant, assidue differendo, aut legendo, siue recitando, si quid suspicabuntur corpus esse lassum, aut imbecillius. Nā quod ad certaminū labore est gestatio, id est ad disputationem lectio, quæ uelut alieni sermonis uehiculo mollius nos agitat, & placide uocem perfert. At disputationem, contentionem, ac certamen adiungit, cū animi labor, unā cum corporis

Somnus & in somnia consu deranda De affectionis bus animi

Memorable dictum

Studiosorū ex ercitatio

Lectionis ex ercitatio

labore copulatur. Quanquam à nimis commotis uociferationibus & iurgiosis clamoribus est temperandum. Siquidē inēquales illæ spiritus intensiones & impetus, rupturas & spasmos solent inducere. Cæterum à recitatione, seu disputatione priusq; inambules, pin-
gui calidoq; frictu conueniet uti, ac mollire carnem, quantum fieri potest uisceribus con-
tactis, & spiritu leniter adæquato, & ad summas corporis partes diffuso. Sit autem hic fri-
ctus modus. ut eō usq; utarīs, donec gratū minimeq; molestum senseris. Quisquis ad hūc
modum composuerit in intimis ortam turbationem, ac spiritus intentionem, is nec ē su-
perfluitate quicquam molestiæ sentiet, & si temporis incommoditas, aut negocium aliv
quod obstabat, quo minus inambulatione liceat uti, nihil fuerit periculi. Nam quod erat
suum, id ipsa natura adepta est. Neque causari oportebit in nauigatione, aut in diuersorio
publico deesse silentiū, ne si derideant quidē omnes. Etenim ubi turpe nō est cibum cape-
re, ibi nimirū nec exerceri turpe est: imo turpius est metuere ac uereri nautas, mulieres ac
stabularios irridentes, nō quod sphæra ludas, aut umbraticam pugnā exerceas, sed quod
te exercitando simul & disputes, doceas, quæras aliquid, aut dicas, & in memoriam re-
uoces. Quare Socrates solitus est dicere, saltatione mouēti se, spacioſa domo opus esse,
in qua exerceretur. Ac si cantu, dictionēue exercitaretur, uel stranti, uel accubenti quem-
Socrates

Repletis & uis locum sufficere. Vnum illud erit in his cauendum, ne conciū nobis, uel repletionis, uel
laſſatis nō cō, immoderata libidinis, uel defatigationis acrius intendamus, & exasperemus uocem, id
uenit forte ex quod oratoribus ac sophistis nō paucis uisu uenire consuevit, alijs quidem ob gloriam &
excitiam ambitionem, alijs rursum, dum præmij ad publica certamina prouocati, uehementius
contendunt, quam expediāt. Niger autem familiaris noster dum in Galatia sophisticen
profiteretur, forte fortuna pīscis spinam deglutierat: interea dum alius quispiam sophis-
ta peregrinus esset exortus, & artem suām exercere cōpisset, metuens bic, ne is sibi glori-
am præriperet, si concessisset, spīna etiamnum gutturi infixa cōpīt exercere; uerum ex-
orto tumore duro aspero que, doloris impatiens, coactus est foris sectionem adhibere, fer-
ro alte adacto. At spīna quidem per uulnus educita est, cæterum cum uulnus factum esset
periculō, ac profluens sustulit hominem. Sed hæc aliquis postea suo loco memine-
rit. Cæterum ab exercitamentis, frigidis uti balneis, ambitiosum magis est ac iuvenile,
Non utendum
frigidis bal-
neis

quam salubre. Nam dispositio quæ agre extēnorū hæsionī obnoxia est, & duricies cor-
poris, quam inducere uidetur, ea plus mali gignit in intimis, cum meatus occupat, & hu-
mores cōdensat, cum exhalationes sīstit, quæ semper laxari cupiunt ac resolui. Ad hæc ne-
cessum est, ut qui frigidis utuntur balneis, in eandem rursum incident, quam uitamus, ex-
actam illam, & anxie præscriptam uitæ rationem, semper solliciti, ne si quid præteritum
fuerit, protinus quiduis peccati posse acriter imputari. Verum in calidis balneis multum
est ueniæ. Neque enim ea res tantundem adimit uigoris, ac roboris, quantum adiumenti
confert ad sanitatem, dum ea subministrat quæ cōmoda sunt & amīca concoctioni. Ea ue-
ro quæ concoqui non possunt, nisi planè cruda fuerint, & in summo hæreant stomacho,
crita molestiam diffundit ac dissipat, & occultas laſſitudines refocillat, ac mitigat tepore.
Quanquam ubi natura significante senseris corpus temperate, satisq; recte affectum esse,
satiū erit omīsis balneis ungi ad ignem, si corpori teþore fuerit opus. Nam calor ipsius
prout libet distribuitur. Verum sol neque magis neque minus, sed prout ad aerem tempe-
ratus est, usum sui præbet. Hactenus igitur de exercitationibus satis dictum est. Iam uero
ut ad cibi rationem ueniamus, si quid profuerunt ea quæ superius dicta sunt, quibus ap-
petentiam coercemus ac mansuefacimus, quid attinet de reliquis præcipere? Quod si sit
molestum, ueluti solutum uinculis tractare uentrem, & contendere cum alio, auribus

Alius auris,
bus caret carente, quemadmodum dixit Cato, tum conandum est, ut ciborum qualitate leuio-
Cibi multi nu- rem reddamus expletionem. Id ita fiet, si solidiores multique nutrimenti cibos, quod ge-
trimenti nus sunt, carnes, caseus, fici siccii, oua affa, cum apponuntur, cautim attingamus. Nam
Leuibus cibis semper recusare difficile sit, Subtilibus autem ac leuius immoremur, cuiusmodi sunt ole-
immorandum ra pleraque, uolatilia, & liqui pīscis sunt, non pīngues. Siquidem fieri potest, ut his ex-
Carnium esus hibitis, ita palato gratificeris, ut corpus tamen non graues. In primis autem cauenda cru-
tēperādus est ditas, quæ ex esu carnium nascitur, propterea quod non solum protinus grauant uehe-
menter, uerum etiam in posterum noxiæ harum reliquæ remanent. At optimum qui-
dem fuerit ita consuefacere corpus, ut nullum carnium esum desideret. Nam terra pluri-
ma sup-

ma suppeditat, quæ abunde satis sint, non ad alimoniam modo, uerum etiam ad delicias ac uoluptatem. Quorum alia sic exhibet, ut citra negotium protinus eis uti liceat. Alia rursum, ut cæteris admixta omnijugis rationibus, ea condulcet, condiantq. Iam uero quo/ Cōsuetudo in niam consuetudo tantum abest ut præter naturam sit, ut ipsa uelut in naturam quodam/ naturā transfe modo transeat, non decet luporum ac leonum ritu, ad explendam appetitiam carnium esu uti, sed tacto ceu fundamento ac munimento pastus, tum reliquis cibarijs uti conueniet, alijsq; obsonijs, his uidelicet quæ cum magis cōgruunt cum natura corporis, tum minus hebetant rationalem animi partem, ut quæ tenui leuiq; materia excitari solet. Ex hī, quidis aut̄ non oportebit lacte uice potus uti, sed cibi loco, ut quod fortiter & copiose nutrit. Porro uino eadem à nobis dicenda sunt, quæ Veneri dixit Euripides. Contingat mihi *Euripides* hī tui copia, sed contingat moderata, nē unq; mihi desis. Siquidem uinum & potus est uti/ *Laus uini* lissimus, & pharmacum suauissimum & obsonium quāminime noxiū, siquidem tem peratum esse contigerit, idq; magis ut in tempore modice sumas, q; ut aqua diluas. Aqua uero non solum si uino admisceatur, uerum si perinde inter uina diluta per se sola bibatur magis innoxiū reddit id quod dilutum est. Proinde consuefacere nosmetipſos oportebit, *Aqua uino meū* ut extra quotidianam uictus rationē, duos trésue aquæ cyathos addamus: quibus & uintū scende uis, uigorq; lenior redditur, & corpus assuescit aquæ potadæ, quo siquando necessitas inviderit nō offendatur insolentia nouitateq; neq; remuat ac recusat. Fit enim ut nōnulli tum maxime uinū appetant, cū maxime opus est aquæ potu: siquidē quoties sole astuant, aut cōtra frigore rigent, aut ubi uehementius dicens laborarūt, aut acrius cogitationē intenserunt, in summa post labores ac delassationes, existimant bibendū esse uinum. Perinde quasi natura solatiū aliquod corpori postulet adhiberi, quo à laboribus refocilleat. At natura solatiū quidē haud postulat, si delicias solatiū appelles, refocillationē autem postulat quæ media sit inter uoluptatē & laborem. Quapropter in istiusmodi, minuēdus est etiā cibus, uinū aut omnino subtrahendū, aut adhibendū est multa subinde aquæ potatione temperatum ac dilutum. Etenim cum uehemens & uelociis efficaciz sit uinū, corpus iam turbatum magis exagitat, quæq; cōmota sunt, magis exasperat atq; exacerbat, cū mitigatio ne potius egeant, ac lenimine, ad quæ maxime cōducit aqua. Nam si quando nō cum suis, sed alioqui post fatigationem, calidam biberimus aquam, ant post uehemētem com motionem, astum' ue, protinus in int̄imis laxamentum ac lenimentum sentire solemus. Propterea quod lenis est humor aquæ, minimeq; motorius. Contra uini potus multum *Lenis aquæ* habet impetum, uimq; nequaquam amicā ac placidam morbis nascentibus. At quoniam sunt qui dicunt inediā corpori siccitatem & amaritudinē adferre, si quis id metuat, aut si quis puerorum more durum existimet, non apponi mensam, priusquam febris accesserit, quam accessuram suspicatur, huic aptissimum fuerit confinium aquæ potus. Nam ipsi *Menorū* quoq; Baccho Nephalia sacra frequenter exhibemus, à sobrietate sic appellata. quod in his φάλια βύθη uinum bibere nephias esset, recte nosmetipſos assuefacentes, ne semper merum requira, id est bacchomus. At Minos & tibiam submouit à sacrīs, & coronā à lucu. Atqui scimus animum do sobria sacrificia lentem, nihil uel à tibijs, uel à coronis offendī aut affici posse. Sed nullum corpus adeo uare lidum est, quod non lēdatur, si commoto & inflammato uinum accesserit. Feruntur aut̄ *Minos* tem Lydi, siquando fames & annonæ penuria inciderit, ita transigere tempus, ut alternis *Lydorum insitutum* diebus pascātur, deinde ludant ac tesseris certēt. Porro studiosus ac literarū amans si quan do pro tempore serius fuerit cœnandum, picturam Geographicā, aut librum, aut lyram haud quaquam abiūciet, cum uentre bellum gerens, sed aſidue cogitationem auocans à mensa, & ad illa traducens, cibi cupiditatem, uelut harpyias, literis discutiet. Nam si non ueretur Scythæ, quum inter potandū subinde contrectat arcum, neruoq; soluto cantat, uidelicet ab ebrietate reuocans animum, uir Græcus num metuet ne rideatur quum literis ac librīs improbam ac imponentē cupiditatem sensim remittat ac relaxat. Nam & adolescentes illi apud Menandrū, quibus inter pocula leno tendit insidias, formosis aliquot ac magnificis inductis meretricibus, in sese quisq; dimissis, ut inquit, oculis arrodebat bellaria, non ausi in eas oculos deflectere. Verum eruditioñis studiosi, & honestas, & per multas iucundas habent rationes, quibus auocent atq; auertant animū, si nequeant alia via cibis appositis caninam ac ferinam stomachi appetitiam cohibere. Cæterum quum undiq; uociferentur alip̄z, undiq; dicitent pædoribz, quod inter coenam disputare de Attende ados, lescentulorum honestum p̄s dorem.

literis, & alimenta corrumpit, & capitis grauedinem inducit: id tum deniq; metuendum erit, quoties aut Indum resoluturi, aut de dominante disputaturi sumus in cōiuio. Nam palmæ cerebrum quum sit adhuc dulce, tamen aiunt capitis dolorem parere. Dialetica uero edulū est in cœna, ut minime suave, ita uehementer & capitis dolorem, & grauedinem gignens. Quod si non sinent nos aliud quippiā super cœnam uel inquirere, uel disputare, uel legere ex his quæ in honestate & utilitate, uoluptatem ac iucunditatem asserunt, admonebimus eos, nequid obturbent, néue molesti sint, uerum abeant ipsi potius eademq; ista narrent Athletis in Xysto, siue in palestra uersantibus. Quos dum à libris ascēt, omnemq; uitam in cauillis, ac scurrilibus iocis peragere cōsuefaciunt, gymnasiorum columnis similes reddunt, nempe pingues & saxeos, quemadmodum uenuste dictum est.

*Venustum A
ristonis dictū*

ab Aristotle. Nos ipsi uero medicis credētes qui admonēt, ut inter cœnā & somnū interuallū aliquod sinamus intercedere, neq; cibos in corpus cōgeramus, ac sp̄ritus offendamus, nec protinus crudis & feruentibus etiamdū escis concoctionē oneremus, uerū interspirationem & laxamentum indulgeamus: quemadmodum facere solent hi, qui quum à cœna statuerunt agitare corpus, haud quaquam id faciunt cursibus, aut pancratījs, sed mollioribus exercitījs, puta inambulationibus, modulatisq; saltationibus ac choreis: Itidem & nos existimare debemus, animum à cœna nō esse uexandum, neq; negocījs, neq; curis, neq; sophisticis contentionibus, quæ ferè in ambitiosum certamen ac tumultū exēunt. Sed sunt complures de rerum naturis quæstiones, ut minime graves ita probabiles. Complures item narrationes quæ ad mores pertinent, & in quibus inest aliquid considerandum atq; expendendum, coniunctæ tamen cum eo, quod Homerus uocat menōices, id est animum deliniens, aliena ab omni contentione pugnac̄. Porro istiusmodi historiæ carū & poeticarū questionū exercitatiūculas. Sunt qui nō in iucunde, studiosorū & eruditiorum hominū secundas mensas cognominarunt. Sunt item narrationes, in quibus nihil secunde mens, est molestia. Sunt fabulæ. Tū de lyra tibiaq; aliquid uel audire, uel dicere leuius est, quam se ipsam lyram tibiamq; sonantem auscultare. Porro modus temporis in eo est, si paulatim subsidente cibo, & conspirante, temperata fuerit concoctio cōmoda. At quoniam Aristoteles in hac est sententia, ut putet ambulationem à cœna calorem excitare: Somnum autem, si quis illico dormiat, eundem calorem suffocare: rursum alijs placet, quiete concoctionem magis adiuuari, agitatione cōtra turbari digestionē: factum est ut alij ratione Aristotelis secuti, protinus à cœna inambulent, alijs diuersa permoti sententia conqueriantur: peculiarem & utrinq; mixtā rationem sequi videbitur, qui corpus post cœnam foruat, contineatq; neq; uexans cogitationem, neque rursum ocio statim languens, sed (ut dicitur) leniter digerens sp̄iritus, & subtiliores reddens, uel fabulando, uel audiendo vomitus et aliquid placidum ac lepidum, quod neq; mordeat animum, neq; grauet. Porro uomitus si subductions & alii subductiones, quæ pharmacis sunt, ut mala solertia repletionis, nisi grauis exigat uitanda necessitas, non oportebit experiri. Quod autem uulgus hominum facit, qui in hoc ipsum corpus expletant, ut possint euacuare, rursum euacuant, ut possint explere, utrumq; cōtra naturam, non minus interim cruciati distensione, q̄ inanitate: imò potius expletione modis omnibus grauantur, tanquam quæ delicijs sit impedimento, inanitatem uero uelut locum ac spacium uoluptatibus semper præparant. Non enim obscurū est ista noxiā adducere, quum ultraq; corpus perturbent, atq; conuellant. Habet autem uomitus & peculiare malum, quod insatiabilitatem auget alitq;. Nascitur enim uelut intercisi fluctus, esuritiones acres ac turbulentæ, & per uim ad cibum pertrahunt, semper relinquentes, non appetientiam similem his qui cibis opus habent, sed inflamationibus pharmacorum ac cataplasmatum. Vnde quum uoluptates illis cōtingunt repentinæ & imperfectæ, multumq; rotundis habentes in fruendo: tum uero distensiones, ac plagæ meatum, sp̄irituumq; conclusiones succedunt, quæ naturales educationes non expectant: sed ita redundant in corporibus, tanquam in nauigij sentinæ plenis: quibus onerum electione opus est, non accessione. Iam commotiones per pharmaca in alio inferiore, corruptunt, ac liquefaciunt partes subiectas, & plus addunt superfluitatis, quam educunt. Itaque non aliter, quam si quis grauiter ferens Græcorum multitudinem, ac turbam eadem in ciuitate commorans, Grana Cnidia tem, Arabis ac Scythis peregrinis expleat ciuitatē: sic nōnulli tota errant uia, dum ejus & scamonias endis consuetis ac domesticis superfluitatibus, aliunde grana quædam Cnidia, & Scaroniam

Peculiare uomitus malum

moniam in corpore ingerunt, itemque alias compositiones intemperatas atque agrestes, quae tantum absunt ut naturam expurgare queant, ut ipsa magis indigeant purgatione. Proinde optimum fuerit moderato frugalius uictu tale corpus efficere, quantum ad inanitiones & repletiones attinet, ut ipsum sibi sufficiat constetque. Quod si quando necessarium erit nouare corporis statum, tum citra pharmacaca, citraq[ue] curiositatem uomitus faciens est, ita ut nihil cōturbemus, sed ad euitandam cruditatem, redundanti euacuationem per se, citra aliam curam permittamus. Nam quemadmodum h[ab]entea si cinere nitroque lauentur, magis atteruntur lotione, quam si proluuantur undis: Itidem uomitus pharmacis extorti magis offendunt, uitantque corpus. Porro quum dura sumus alio, non aliud remedium melius quam ut his utamur cibis, qui leniter cident aluum, ac placide soluunt. Quorundam quum familiaris est experientia, tum usus molestia uacat. Quod si minus his rebus commoueatut oportebit complures dies aquam potare, aut abstinere cibis, denique clyster sumendus potius quam pharmaca ista, corpus perturbantia simul & uitantia, quae uulgaris cupide, facileque solet appetere, non aliter quam mulieres ueneficij utentes, quibus abortum faciunt, foetumque perdant, ut rursus impleatur ac uoluptuetur. Sed hos quidem dimittamus. Porro qui animi sunt diligentiores, ac statas quasdam, certaque dierum recursu decretas indecias sibi imponunt, haud recte faciunt, quippe qui naturam, quum nihil sit opus, docent indigere abstinentia, & facere necessaria quae necessaria non est, cibi subtractionem in tempore statum morem expetente. Praestabilius enim est, non ex praescripto, sed libere castigationes istiusmodi corpori adhibere: uerum quum nulla morbi praesentio est, neque suspicio, tum oportebit taliquam omnem uitae rationem ita praeparata habere, ut prout prenata, facile commodeque ferat nouitatem, & obsequatur, non ut seruiat, eidemque uitae tenoris sit alligata, sic instituta & assuefacta, ut ad certa tempora, numeros, circuitus redigatur. Nam id neque tutum est, neque facile, neque ciuile, neque hominis omnino, sed ostrei magis, aut stipitis uita uidetur. Nam qui sic ad eundem perpetuo tenorem astringuntur, in cibis, in abstinentijs, in exercitijs, in quiete, in umbraticam quandam & ignauam uitam singularem, ab amicitia, à gloria, à ciuilitate maxime alienam coniiciunt, contrahuntque seipso, me quidem, inquit, haud quaquam approbante, neque enim inertia & otio comparatur bona ualetudo, quum haec praecepta duo mala putentur, quae morbis adiuncta sint. Neque quicquam interest inter eum qui oculorum sanitatem hac via tuerur, ut nihil aspiciat, & uocem hac ratione fetuat, ut nihil loquatur, & hunc qui credit bonam ualetudinem non aliter seruari posse, quam si ea non utatur, nec exerceat. Etenim quoniam recte ualebit, nihilo tamen ipse sibi fuerit utilior, ad multa humanitatis officia praestanda. Proinde nequaquam existimandum est salubrem esse inertiam, siquidem id perdit, cuius gratia salubritas expetitur. Ac ne illud quidem uerum est, ualere rectius eos qui degant in ocio. Si quidem neque Xenocrates rectius ualuit quam Phocion, neque Theophrastus, quam Demetrius, neque quicquam profuit Epicuro, nec Epicureis, ad eam quam tantopere laudant, bona corporis institutionem, quod omnem rerum administrationem & ambitionem effugerint. Sed alijs rationibus naturalem illum corporis habitum oportebit tueri, sic ut meminerimus in quoque uite genere, & morbo, & bona ualetudini locum esse. At sanè qui in reipublicae negotijs uersantur, inquit, diuersa ratione sunt admonendi, quam ea qua Plato consuevit adolescentibus praecepere. Si quidem in disputatione discedens, dicere solitus est ad hunc modum: Vide te pueri, ut oculum in re quapiam honesta collocetis. At nos hortabimur eos qui rem publicam administrant, ut in rebus honestis ac necessariis laboribus exerciantur, neque usum, aut mediocritatem gratia corpus exigitent. Sic enim complures in morbum incidunt, dum se quibuslibet de causis discruciant uigilando, peregrinando, sursum ac deorsum cursitando: quum interit nihil utile aut bonum agant, sed alijs uel detrabant, uel inuidieant, uel contendant, aut gloriolas inanes & infringiferas aucupentur. In hos(m) fallor(maxime quadrat illud, quod dixit Democritus: Si corpus animum in ius vocaret, non futurum ut ille malae tristationis crimen effugeret. Atque haud scio, Theophrastus an uerum dixerit Theophrastus, quum per translationem ait, animum ingentem pro locustus cata domo mercedem corpori persoluere. Quanquam plus malorum accipit corpus ab animo, quum is eo non utitur ut par est, neque curat, uti debet. Nam quoties affectibus poris in quilibet suis, contentionibus & curis occupatus est animus, tum non parcit corpori. Miror itaque

quid Iasoni uenerit in mentem, quum diceret, in paruis negotijs ius esse uiolandum, ut in magnis seruari posset. Nos uero iure optimo monebimus virum in reipublicae negotijs uersantem, ut in rebus minutis remissus sit & ociosus, & in his sese refocillat, si uelit ad praeclara & ardua negotia corpus habere laboris patiens, non languidum, neque detrectans, sed uelut statione nauali curatum ac redintegratum ocio, quo quum animus rursum ad necessarios usus uocari, Cursu sequatur, pullus ut laetens equum.

Versus senarius ex poeta quopiam.

Quapropter quoties per negotia licet, reficiant sese, neq; somnum interim corpori, neque prandium inuidentes, neq; relaxationem, quae quidem media est inter uoluptatem & afflictionem, nec terminos obseruat, cuiusmodi pleriq; mortales obseruantes, corpus perinde ac ferrum immersando crebris permutationibus, consumunt, quum aliquando laboribus supra modum urgetur, atque intenditur, rursum uoluptatibus liquefit preter modum, ac mollescit: post hæc iterum uenere uinoq; dissolutum, ac flaccidum, in forum, aut curiam, aut aliam consimilem functionem trahitur, quæ uiuidum & acre desideret studium. Heraclitus quidem quum aqua intercute laboraret, medico praecipit, ut ex hambre faceret siccitatem. At multi tota errant uia, qui quoties in laboribus, fatigationibus, cibi somniq; inopia fuerint uersati, tum maxime dant operam, ut corpus uoluptatibus soluant, atque remolliant, rursum autem post uoluptates denuo distingant atque intendant. Nec enim natura pensationes ac furturas corporis requirit, sed animus magis intemperans atque illiberalis, qui dum nautarum exemplo à laboribus digressus, ad uoluptates ac delicias rapitur, rursum post uoluptates ad quæstus ac labores incitatur, non finit naturam id consequi, quo potissimum opus habet, nempe constantiam ac tranquillitatem, uerum inæqualitatem uitæ perturbat, atque à statu suo dimouet. At hi qui lapient, nequaquam fatigato

Studio non corpori uoluptates admouent. Neq; enim omnino desiderat, immo ne meminerint quis uacat memi dem istiusmodi, ut quibus mens sit honestis intenta negotijs, eaq; pars animi quæ uoluntate uoluptas prætem affectatura fuerat, alijs cupiditatibus obruatur. Etenim quod aiunt per iocum dis

Iocus Epami, set, papæ, quo paclio fuit ocium moriendi homini in tam multis negotijs: hoc uere licet.

nondem. bit dicere de viro, uel publicis negotijs, uel philosophiæ studijs occupato: quod autem oc

cium nunc est isti viro, ut crudus sit, aut ut temulentus, aut ut lascivians: Verum ubi rur-

sum à negotijs in ocium sese receperint, relaxant ac refocillant corpus, cauentes ac uitantes, quum labores inutiles, tum uero præcipue uoluptates non necessarias, uel hostes na-

Tiberius Cæsar. turæ. Evidem Tiberium Cæsarem aliquando dicetem audiu: Ridiculum hominè esse,

qui sexagesimū prætergressus annū, manum porrigeret medico. Sed hoc ille mihi dixisse uidetur arrogantius. Quanq; illud esse uerum arbitror, conuenire ne sui quisq; pulsus pe-

Sui cuilibet pulsus atten- culares rationes ignoret: singulis enim diversæ sunt: neq; suæ temperaturæ sit imperitus

quam calidum, q; siccum habeat corpus, neq; quarum rerum usu uel suuari soleat, uel of-

dendi fendi. Siquidē ipse sui sensu caret, cæcusq; ac surdus corpus inhabitat, quisquis ista discat ab alio, medicum percontans, utrum rectius æstate ualeat, an hyeme. Et utrum humida facilius accipiat, quam sicca, & utrum pulsum natura densum habeat, an rarum. Nam ista sci-
re non solum utile est, uerum etiā per facile, quippe qui assidue experiamur, & ad simus. Ce-

terum inter ciborum ac potus genera magis oportet cognoscere quæ iuvant, q; quæ dele-

stant, ac magis peritum esse eorum, quæ stomacho sunt amica, quam quæ inimica, & eo-

rum quæ non perturbant concoctionem, quam quæ palatum magnopere titillant. Etenim

à medico sciscitari, quid sibi sit concoctu facile, aut difficile, quid alio conducat, aut noce-

at, id non minus sit turpe, q; interrogare, quid dulce, quid amarum, quid austерum. Nunc

uero ipsos quidem obsoniorū artifices reprehendunt, castigantq; experimento dijudican-

tes, ubi plus dulcedinis, aut salis, aut austerioris insit, q; oportet. At hæc ignorat quæ res

si corpori admisceatur, leuis, aut innoxia, aut utilis sit futura: unde sit, ut in condiendo iu-

re raro peccetur apud istos: at dum seipso perperam ac male conditunt, plurimum nego-

cij quotidie medicis exhibent. Ac ius quidem non ita ducunt optimū esse, si sit dulcisimū,

qui acris quoq; permulta cōmiserat, Verum in ipsum corpus multas & satietatē & nau-

seam gignentes, uoluptates inuergunt, partim quod ignorat, partim quod non meminerint

his quæ salubria sunt, & utilia, uoluptatē innoxiam ac perpetuam à natura adiungi. Quin-

& illud ad rem pertinet, ut meminerimus quæ cognata sint, & accommoda corpori, & quæ

secus

secus, in temporariis affectionibus, ac reliquis casibus, ut in nouerimus propriā ac peculiare
cuiq; uictus rationē accōmodare. Nā quae pleriq; uulgō incurrit anxieratis ac illiberalitā-
tis offendicula, circa colligendos ac laboriose adseruādos fructus, uigilijs ac cōcursationi-
bus corporis debilitatē ac marcorē contrahentes, nō est uerendū, ne studiosis aut rempu-
blicam administrantibus uiris accident, ad quos nobis est institutus sermo. Sed his in lite/
ris ac disciplinis alia quēdam acrīor anxietas est uitanda, qua fit, ut neq; parcere corpori, *Contra studiō*
sos corpori neq; curam illius habere compellantur sēpē numero iam deficiēti non indulgentes, ue/
rum adigentes ut mortale cum immortali, terrigenum cum olympio certamen suscipiat,
ac perficiat, Deinde bos camelō conseruo recusanti sēsē oneris parte subleuare, imo in/
quit paulo post, & meipsum, & hæc omnia portabis. Id quod etiam euenit boue mortuo, *Festivus apō*
logus Idem usū uenit animo, qui dum pusillum relaxare & concedere renuit fatigato corpori,
& postulāti, paulo post febri quāpiam incedente, seu capitis uertigine, librīs, disputatio-
nibus, & exercitiis literariis omīssis, cogitur unā cum illo ægrotare simulq; laborare. Pro. *Platonis ad*
inde recte monebat Plato, ut neq; corpus exerceceremus sine animo, neq; animū sine cor *monitio*
pore, sed ueluti iugalium quorundam æquilibrium seruaremus. Quum corpus maxime
animo nauat operam, seq; laborum socium præbet, tum plurimam illi curam ac sollicitus-
dinem uicissim impendamus, præclarā illam & optabilem incolumitatem præmij uice
repententes, existimantes omnium bonorum, quæ præstat animus, nihil excellentius da-
xi posse corpori, quām ut omni careat impedimento, uel ad uirtutis cognitionem, uel ad
ulūm, tum dicendi, tum agendi.

IN PRINCIPE REQVIRI DOCTR

NAM PLVTARCHI COMMENTARIVM, ERA/
smo Roterodamo interprete.



L A T O rogatus à Cyrenensibus, ut sibi leges scriberet scriptasq; re-
linqueret, ac reipublicæ statum componeret, recusauit, dicens esse
perdifficile leges condere Cyrenensibus, qui tam essent felices. Ni-
hil enim tam superbū, nihil tam intratibiale ac morosum esse, q;̄
hominem quem felicitatis opinio corripuerit. Quapropter difficile
est his qui gerunt imperium, de imperio consulere. Reformidant ex-
nim rationem, ceu principē admittere, ne potentia bonum, quod
habere uidentur, impedit, si id astringat, & seruire cogat honesto.

Idq; faciunt, quod ignorent sententiam Theopompi Spartanorum ducis, qui quum pri-
mus in Sparta regiæ potestati adiunxisset magistratus Ephorus, deinde uxor dixisset pro. *Sententia*
Theopompi
bro illi futurum, si filijs traderet minus imperiū, quām accepisset ipse, imo maius inquit *Imperium nō*
relinquo, nimirum hoc maius quo firmius. Nam quum acerbitatē ac lœuitiam imperij *spatio, sed ha-*
remisisset, unā cum inuidia uitauit & periculum. Quanquam Theopompus ex imperio *bilitate metu-*
uelut magno flumine deductis riuis, quantum alijs dedit, tantum sibi detraxit. At ratio *endum*
quam adfert sapientiæ studium, si principi assideat, ei ceu domesticus custos adiūtūcia bo-
næ ualeudinis, sublato eo quod est periculo obnoxium, quod sanum est relinquit. Sed
pleriq; reges ac prīncipes parum cordati, statuarios imperitos imitantur, qui credunt co-
lossos magnos & amplos uideri, si tibijs uehementer deductis, si late distentos, & hiantes
sinixerint. Nam hi quoq; grauitate uocis, toruitate uultus, ac morū truculētia, fugaq; con-
suetudinis humanæ, maiestate & autoritatē imperij sibi uidentur imitari, nihil prorsum à do-
coffessorū signis discrepates, qui quū foris heroicā, ac diuinā quandā specie præ se ferant,
intus pleni sunt terra, lapide, plumbo, nisi quod istud colossoū pondus rectitudinē illo-
rum stabilē & immotā seruat. At ineruditū duces ac prīncipes, propterea quod intus ma-
le librati sint, sēpē numero uacillant, ac subuertuntur: etenim quū basi nō recte positæ sub-
limē superstrūt potestatē, simul cū ipso pondere nutant, & ad ruinā inclinātur. Verum *Comparatio*
quemadmodum oportet, ut ipsa *regula primū recta sit, nihil habens obliquū,* deinde cæs. *principis ad*
terā sibi admota, quatenus sibi congruunt, exæquet: consimili modo prīnceps postea/
quam imperium in seipso parauerit, ac direxerit, uitamq; suā composuerit, tum debet si-
bi coaptare

Sententia bī coaptare eos, quibus imperat. Nec enim cadentis est alium erigere, nec ignorantis docere, nec incompositi compонere, nec ordinare inordinati, nec imperare eius qui non parat imperio. At qui parum sapiunt, illud præcipuum imperij bonum esse ducunt, quod Mos Persarū nullius imperio subiaceant. At Persarum quidem rex omnes pro seruis habebat, præter uxorem suam, cuius maxime conueniebat esse dominum. Quis igitur imperabat principi Lex omnium regis? Nempe lex omnium regina & mortalium, & immortalium, ut ait Pindarus, non ista gina quidem lex foris in libris, aut ligneis scripta tabulis, sed animata ipsi insita ratio, semper conuiens, ac familiaris principi, nec unquam animatum suō ductu, sua moderatione destituens. Nam Persarum rex unum habebat cubicularium, cui hoc negotiū mandatum erat, ut diluculo ingressus illi diceret. Surge rex, atq; ea cura negotia, quæ te curare uoluit Meforomasdes. At eruditio prudentiæ principi intus in animo adest, qui semper idem dicit, ac iubeat. Polemon dicebat amorem esse deorum obsequium ad proprieendum adoles Princeps scutulis. Sed uerius quis dixerit, principes ministros esse dei, ad curatn ac salutein homi quid sit nūm, uti bona quæ deus illis largitur, partim distribuant, partim seruent. Vides in sublimi cœlum hoc immensum, quod terram undique liquidis ulnis amplectitur. Illud quidem demittit seminum, quibus opus est, principia terra uero producit. Crescent autem partim himbris, partim uentis, partim stellis, ac luna confouentibus. Porrò sol ornat omnia, omnibus uim amoris ex se admiscens. Sed tot tantisque muneribus ac bonis que Injustitia laus dñi largiuntur, non licet, nec frui, nec uti recte si dicit lex, iusticia, & princeps. Itaq; iusticia / quidem legis est finis, lex autem principis opus. Princeps uero dei simulacrum administrantis universa, nihil egens Phidia statuario, neq; Polycleto, neq; Myrone. Sed ipse se ipsum per uitutem deo similem reddit, ac fabricatur statuam omnium uisu iucundissimam, ac magnificentissimam. Quemadmodum enim deus in cœlo pulcherrimum suū pugnis sius simulacrum constituit, solem ac lunam, talis est in republica imago, ac lumen princeps, qui dei reuerens, iusticiam tuetur, hoc est dei rationem gestat, nempe intellectum, non sceptrum, aut fulmen, aut tridentem, qua specie seipso nonnulli fingunt ac pingunt, stulticiam suam, quod uideantur inaccessi, reddentes inuidiosam. Offenditur enim deus his, qui tonitrua, fulmina, radiorum iaculationes imitantur. Delectatur autem his, qui suam æmulantes uitutem, semet in honestate & humanitate reddunt adsimiles, atque hos in maius prouehit, impertiens suam æquitatem, iusticiam, ueritatem ac mansuetudinem. Ex poeta quo nem. Quibus rebus nihil est diuinus, neque ignis, neque lux, neque solis cursus, nec exortus & occasus astrorum, nec ipsa æternitas, aut immortalitas. Non enim felix est deus uitæ spacio, sed principatu uitutis. Hic enim diuinus est. Honestum autem est etiam quicquid imperio ipsius subiacet. Anaxarchus igitur, cum Alexandrum de Cliti cæde discruciantem se se consolare tur, dixit ad hunc modum. Clito iusticiā contigisse, quæ dñs affideat, ut quicquid à rege fieret, fas iuscet uideretur: idq; nec recte, nec utiliter, quum regem errasti pœnitentem animare ad similia patranda existimaretur. Quod si hisce de rebus similitudines sunt conferenda, non assidet Ioui iusticia, sed ipse iusticia, fasq; est, lexq; tum antiquissima, tum exactissima. Veteres ita & loquuntur, & scribunt, & docēt, absq; iusticia principatum recte gerere, ne Iouem quidem ipsum posse. Atq; eadem, uirgo est iuxta He liodium, nimirum incorrupta, pudoris, modestiæ, & utilitatis amica, unde & reuerendos cognominant reges. Conuenit enim, ut hi maxime reuereantur, qui minime timent. Cæterum principem magis oportet timere, ne quid malum faciat, quam ne quid patiatur. Nam hoc ex illo nascitur. Atq; hic est principis metus, & humanus, nec ingenerosus, ut his quibus imperat, metuat, ne quid se inscio laedantur. Non aliter atq; canes nocturnam ac laboriosam agentes ouium in septis custodiā, simulatq; trucem audierint feram, timent non sibi, sed his quæ custodiunt. Epaminondas autem Thebanis in ludos quosdam festos & comportiones solutis, solus adibat arma, mœniaq; dicens se sobrium esse, ac uigilare, quo licet alijs ebrios esse, ac dormire. Præterea Cato in Utica, uictore Cæsare, reliquos omnes iussit ad mare uocari: eos simulatq; imposuisset, ac prosperam esset nauigationem precatus, ipse reuersus domum, sibi necem sua manu concivit, docens uidelicet, quibus debeat timere princeps, & quæ debeat contemnere. Contra Clearchus Ponti, rannus arcuæ inclusus, serpentis in morem dormire solitus est. Et Aristodemus Ar gius in coenaculo domiciliū habebat, ostio pensili, cui iuropœta leuica, dormire consuevit

confuevit una cum amica, puellæ mater scalas detrahebat, easq; rursus apponebat orta luce. Quantopere creditis hunc horruisse theatrum, palatum, curiam, coniuivium, qui è cubiculo sibi ipsi carcerem fecerit? Itaq; qui uere sunt reges, timent his, in quos habent im perium. Contra tyranni eos ipsos timent, proinde metum augent, aucta potentia, propterea quod quo pluribus imperant, hoc plures metuunt. Nec enim consentaneum est, neq; decens, id quod à nonnullis philosophis dictum est, in hyle, id est materia quæ cuncta patiatur, quæq; in rebus innumeris recipiat necessitates, casus, commutationes, latere deum admixtum: sed supra nos in sublimi, iuxta naturam quæ semper eodem modo se habet, in sanctis (ut inquit Plato) fundamentis fixus sedens, recta perficit iuxta naturam obam bulans. Quemadmodum autem in cœlo solem pulcherrimum sui simulacrum quod se teus speculo representet, ostendit his, qui illum per se possunt intueri: ita in ciuitatibus iustitia lucem, huiusc rationem uelut imaginem constituit, quam felices ac prudenter effingunt philosophia, ad summam rerum pulchritudinem accommodantes se. Hunc autem animi habitum nihil est quod gignat in nobis, nisi ratio è philosophia proficiscens: ut ne idem accidat quod Alexandro, qui quum Corinthi uidisset Diogenem, eiusq; probasset ingenium, ac uiri prudentiam ac magnitudinem esset admiratus: Ni Alexander es? Attende Alex sem, inquit, Diogenes essem: aliquantulum, ut ita dicam, onus sua felicitate, ac splendo xadri ad Diogenem dictum tamē interim Diogeni pallium ac peram, quibus ille inuictus erat, & insuperabilis, non quemadmodum ipse armis equis & sarissis. Licebat igitur philosophantem simul & affectu fieri Diogenem, & fortuna manere Alexandrum. Et ob hoc magis etiam Diogenem fieri conueniebat, quod Alexander esset, ut qui aduersus magnam fortunam, turbulentam ac procellosam, multis opus haberet fulturis, magnoq; gubernatore. Nam in imbecillisbus, humilibus, ac priuatis, eo quod ut sunt stulti, ita parum possunt offendere, molestia quædam ueluti in malis somnijs perturbat animum, qui nequeat cupiditates explere. At potestas coiuncta cū malicia anxietate molestiæq; adiungit cupiditatib. Verūq; est illud Dionysii, qui dicebat se tum maxime capere fructum ex imperio, quum quæ uel let celeriter efficeret. Itaque uehementer est periculolum, uelle quæ non decet, eum qui quæ uelit, facere possit.

At simul ac dictum est uerbum res ipsa peracta est,

Malicia celerem nacta cursum ex potestate, quemuis affectum aggrauat ac auget, iram efficiens cædem, amorem, adulterium, avaritiam, proscriptionem. Ac simul ut uerbum dictum est, actum est de eo qui suspicione offendit, perijc delatus. Et quemadmodum do Mira similitudine Physici, fulgor posterius erumpere, quam tonitru, prius tamen apparere: sic uti sanguinis prius apparet quam vulnus, propriea quod tonitrum quidem excipiant aures, lumen tamen uero uisus occurrat: Sic in imperijs supplicia præuertunt accusationes, & prius emicant condemnations, quam probations.

Illuc enim ira iam nequit resistere,

Hæmata sicut anchora æquorifero:

*Scenarij uersus.
Simile*

Nisi rationis pondus frangat ac premat potentiam, ut princeps solem smitetur, qui quum altissimus est, ad polum septentrionalem enectus, tum minimus mouetur, cursum tutum reddens tarditate. Neq; enim fieri potest ut malicia lateat in potestate. Verum eos quidem qui morbo comitali sint obnoxij, si in frigus aliquod incidat, eoq; corripiantur, continuo capitum occupat uertigo, ac uacillatio morbum arguens. At indociles & ineruditos simulates fortuna paulum extulerit, opibus ac gloria, aut potestate, subuectos in altu, protinus ostendit caducos. Immo potius quemadmodum in uasis inanibus non queas dignoscere, integra sint, an uitiosa, uerū ubi infuderis aliquid, tum apparet qua peristillent: Sicut animi putres non ferentes potentiam, effluunt cupiditatibus, nempe iracundia, fastu, insolentia. Sed quid attinet de his dicere, quum minima etiam nobilium &

illustrium uirorum delicta calumnientur homines. Catoni uitium obijcitur, Scipioni somnus: Lucullus ob coenas sumptuosiores male audiit.

S.

CVM PRINCIPIBVS MAXIME PHI-
LOSOPHVM DEBERE DISPUTARE, PLVTARCHI,
Erasmo Roterodamo interprete.



N A M O R E M insinuare sese, & aliorum amicitiam ambire, & alios in amicitiam recipere, eamq; colere, quæ multis sit tum publice, tum priuatim utilitatem ac fructum allatura, id hominū est ciuilium honestate & humanitate prædictorum, non gloriae cupidorum, quemadmodum nonnulli dicitant. Quin contra potius is & gloriae sitiæ, & probriæ metuens uidetur, qui reformidat ac ueretur, ne dicatur studiosus & obseruans eorū, qui potestate præcellunt. Alioqui quid dicit amicitiae cultor, qui sanabilis est & philosophū desiderat? Utinā sim Simon ille corsarius, aut grāmatista Dionysius, e Periclis aut Cimonis familiis, uti me cum confabulet, mihiq; assideat Socrates, queadmodum illis. Et Ariston Chius, quū male auditet à Sophistis, quod cū omnibus quæcumq; uellent, disputaret, utinā inquit, etiam feræ intelligerent sermones qui prouocent ad uirtutem. Et nos refugiemus habere consuetudinem cum uiris potentibus, & optimatibus, perinde quasi immites sine ac feri! Philosophiae doctrina non est huiusmodi statuarum artifex, ut signa fingat, quæ in basi mutant & sensus expertia, quemadmodū dixit Pindarus: Sed agilia studet facere quæcumq; aggreditur, actuosaq; ac animata. Addit impetus, quibus excitetur, addit iudicium quod inuitet ad utilia, addit delectum, quo sequamur potiora, addit prudētiam, animiq; magnitudinem, cum mansuetudine cautelacq; coniunctam. Per quas res uiri ciuiles libentius habent familiaritatem & consuetudinem cum præcellentibus dignitate uiris ac præpotentibus. Ex poeta quo tibus. Etenim si quis medicus sit egregius, libentius illi medebitur oculo, qui pro multis piam circumspiciat, multosq; custodiat. Ita philosophus eius animi curam libentius ager, quem uidet pro multis sollicitum, quenq; oporteat multis sapere, multis esse philosophum, multis exhibere iusticiā. Etenim si peritus artifex fuisset in exquirēdis & contrahendis aquis cuiusmodi narrant Herculem ac ueterū complures, non gauisus esset fodere in extremis oris, iuxta Coruī rupem, subulcicā illam Arethusam: sed amnis alicuius perennis fontes aperuisset ciuitati & exercitu, regū arbustis ac saltibus. Audiuitus sanè Homerum, Mi
oepisn̄ noa dei oaristen appellantem, hoc est, interprete Platone, familiarē ac discipulum. Neq;
Reges deorū enim cēlebat priuatos homines, aut ædium custodes, aut ociosos esse deorum discipulos, discipuli sed reges, Quibus si contigerit rectum cōsilium, iustitia, probitas, fortitudo, continuo futurum est, ut omnes adiuuentur, fructumq; capiant, qui cum eis habent commercium.

Mirum de ea Ferunt sierungium herbam una aliqua capra suo pserit in os, primum ipsam sisti, deinde pris reliquum omnem gregem cum illa consistere, donec accedēs caprarius, herbam eximat. *Ιρύγιον* Eiusmodi quædam uis & acrimonia fluit à potestate, quæ ignis in morem depascatur, ac dissipet quæcumq; proprius admota fuerint. Atqui philosophiæ ratio, si in hominem priuatum inciderit, gaudcentem ocio, seceq; ueluti centro, ac spacio geometrico, corporis necessitatibus circumscribentem, nihil transfundit in alios, sed facta in uno illo tranquillitate & quiete marcescit, simulq; cum eo deficit. Verum si principē, aut magistratū, & in negotijs uersantem attigerit, atq; hunc expluerit honestate, per unum prodest cōpluribus,

Qui principes quos do quemadmodū fecit Anaxagoras Pericli familiaris, Dionis Plato, Pythagoras Italizæ priuatus. Ac *Cato* ipse relicto exercitu, nauigauit ad Athenodorum. *Scipio Panarium* eos habuerit accessuīt, quum à senatu legatus esset ad res sociorum inspiciēdas, ut narrat Posidonius.

Quid igitur oportuit dicere Panarium? Si quidē essem Castor, aut Pollux, aut alius quispiam priuatus, cupiens medium urbis lucem effugere, per ocium in angulo quopiam philosophorum syllogismos resoluens ac neciens, lubens te docendum suscepisse, tuaq; Ironia uterer consuetudine. Sed posteaquam es Aemiliū Pauli bis consulēs filius, nepos autem Scipionis Africani, eius qui Hannibalem Carthaginēsem deuicit, haud disseram tecum. Cæterum quod dicunt nonnulli duplēcē esse philosophiæ rationem, alteram ipso in animo sitam, Hegemonis, id est ducis Mercurij munus, alteram in efferendo & enuncianando positam, atque organicam, id friuolum est, coniungendumq; cum illo, quod dici solet: Hoc

Hoc noueram antequam Theognis natus est. Quanquam ea distinctio nihil obstat, Proverbialis propterea quod tum eius rationis quæ sita est in animo, tum eius quæ posita est in enun/^{senarius} ciando, finis est amicitia. Huius quidem erga alterum, illius uero erga seipsum. Ergo quæ per philosophiam omnia refert ad uitutem, ipsum secum concordem, sibiqe consentientem, ac talē, ut ipse de se nihil queratur, pacis & gaudij plenum, semper sibjpsi amicum ac benevolentem reddit hominem. Non hic seditio, non impiū bellum in membris, non affectus parum dicio audiens rationi, non cupiditas cum cupiditate pugnans, non cōcursus cogitationis cum cogitatione, non uelut in confinio cupientis ac pœnitētis asperitas, ac turbulentia cum delectatione coniuncta. Sed amica pacataqe omnia, per quæ fit, ut unusquisqe pluribus fruatur bonis, ac seipso gaudeat. At enunciatiuæ rationis musam, Pin<sup>xoiros d' ipsi
mus</sup> darus negat olim quæstus uidam & operariam fuisse. Ego ne nunc quidem esse puto, sed inscītia & honesti neglegētu, communem illum Mercurium, negotiatorem ac mercenariū esse redditum. neqe enim consentaneum est, Venerem sacrifici sui filiabus indignatam fuisse, quod prīmæ tentarint meretricijs artibus illectare adolescentulos. Callio, pen autem & Vraniam & Clio gaudere his, qui sermonem ac doctrinam pecuniæ gratia tradant. At mihi sane sic uidetur, musarū opera muneraqe magis quod Veneris esse cū amicitia benevolentiaqe coniuncta, magisqe ad hæc paranda conducere. Nam gloria famaqe, quam nonnulli doctrinæ finem faciunt, uelut initium ac seminarium amicitiae diligitur. Quin potius hominū uulgis in totum gloriam benevolentia metiuntur, arbitrantes nos eos duntaxat laudare quos amamus. Verum sicut Ixion Iunonem insequens, in nubem incidit, sic illi pro amicitia, falsum amicitia simulacrum, populare, uagumqe amplectuntur. At is qui sapit, si in administranda repub. ueretur, ac negocijs, is tantū gloriae desiderabit, quantum satis est ad conciliandum illi in rebus gerendis autoritatem, quæ nascitur inde, quod uir optimus creditur. Neqe enim lucundū est, neqe facile prodesse, si quis nolit prodesse. Ut autē uelis, facit opinio, fidesqe tibi habita. Sicuti lumen bonū est, non tam his qui uidentur, quod his qui uident: itidem fama, his qui sentiunt potius, quod his qui non negliguntur. At his qui semotus à publicis negocijs secum ipse uiuit, quiqe finem boni collocat in ocio & quiete, ut gloriam in turbis hominum, in theatris per omnem populum circuulantem, nō aliter quām Venerem Hippolytus, quod castus esset, procul salutat, ita eam quæ à probis cordatisqe uiris proficiuntur, idem haud aspernatur. Opes porrò & maiestatem regiam, ac potētiam, nec oportet persequi in amicitijs, neque fugere, tamen si cum modestis moribus hæc fuerint coniuncta. Neque enim philosophus adolescentes requirit formosos, & uenustos, sed tractabiles, cōpositos, & discendi cupidos. Neqe rursum, si quibus adeat decor & forma, flosqe æui, id deterret philosophū, neqe pulchritudo alienat, aut abigit à curādis his, qui digni sunt. Itaqe si principis dignitas ac potētia simul cōtigerit homini modesto & humano, nō abstinebit ab huius amore, benevolentiaqe philosophus, neqe metuet hominum rumores, ne dicatur aulicus, & principum cultor.

Quicunqe Venerem fugit, insanit nimis:

Non aliter atqe hi, qui student bona tollere.

<sup>Senarij è tra
gœdia quapiā</sup> Similiter & isti, qui erga tam splendidam amicitiam optimatum eodem modo sunt affetti. Ergo philosophus à negocijs alienus, non refugiet, nec abhorrebit ab huiusmodi. At ciuilis eos etiam audire cupiet, non obstrepsac molestus, nec aures infaciens importunis ac sophisticis disputationibus. Verum cum his qui cupiunt, gaudebit & disputare, & ociari, & libenter habere familiaritatem.

Bis sex dierum iter, sero arua fertilem

Berecynthium agrum.

Hic non a solum agricolationis studiosus, uerum etiam hominum, libentius utiqe consequit agrum, qui tantam hominum multitudinem alere posset, quām illum Antisthenis agellum, qui uix ipsi sufficiebat. Ego uero si te an idem facere uelis interrogem, uniuersum terrarum orbem inuertere recuso dixeris. Atqui Epicurus summum bonum in ocio altissimo cōstituens, uelut in portu trāquillo, qui nullis agitetur undis, nullo strepat fragore, dicit nō modo pulchrius esse beneficio afficere, quod affici, uerū etiā iucundius. Nā nulla res perinde parit gaudiū, ut beneficētia. Sapiebat aut qui Gratij*s* indidit noīz, Aglaia, Euphrosynæ, ac Thalij. Lætitia emi & hilaritas amplior & purior est in eo qui beneficiū confert.

Quapropter

Quapropter multi s^epe pudore suffunduntur, quum beneficiū accipiunt, semper autē in gaudent, quum beneficium pr^astant. Porro de multis bene merētur, qui eos reddunt bonus, quorum opera plures indigent. Ac rursum qui semper corruptunt principes, reges ac tyrannos, nempe delatores, calumniatores ac adulatores ab omnibus exiguntur puniunturq^z, ut qui non in upum calicem letale uenenum mittant, sed in fontem publicitus scatentem, & quo uident omnes uti. Quemadmodum igitur Calliae adulatores in comœ dijs taxati sunt, quod eos nec ignis, nec ferrum, nec æs arcere potuerit, quo minus ad cœnam uentitarēt, teste Eupolide: Apollodori aut tyranni & Phalaridis ac Dionysii familiæ res & amicos plebeij maclarunt, torserunt, exuellerunt, & execrabilis ac deuotos reddiderunt, quod illi unum modo ledherent, hi multos per unum imperium gerentem: Sic hi qui cum priuatis hominibus habent consuetudinē, efficiunt, ut ipsi sibi molesti nō sint, sintq^z innocui & placidi: sed qui principis malos mores, aut sententiam mutat, prout res postulat eum emēdans, is quodammodo publicitus philosophatur, ac rem publicam corrigit, qua uniuersi gubernantur. Sacerdotibus reverentiam & honorem impendunt ciuitates, quod à dijs postulent bona, non solum sibi ipsis, amicis ac familiaribus, uerum etiā in comune omnibus ciuibus, quum tamen sacerdotes non id efficient, ut dī sint bonorum doctores, sed tales quum sint, inuocant. At philosophi qui cum principib^s uiuunt, eos redundunt meliores ac moderatores, & ad beneficiendū prop̄p̄siores. Vnde par est eos etiam magis honorari. At ego quidem sic existimo eum qui lyra fabricād^a sit artifex, libentius faciūrum lyram, ac promptius, simul atq^z cognouerit futurum, ut eius lyra possessor Thebanorum urbem mœnibus cingat, (quemadmodum fecit Amphion) quam cuius possessor sit Lacedæmoniorum seditionem compositurus, incinens ac deliniens eos, ita ut fecit Thales. Itidem faber libentius faciet clauum, si percontatus intellexerit futurum, ut is Themistoclis imperatoriam nauem gubernet pro Græcia propugnantem, quam si Pompei nauem esset gubernaturus cum piratis nauali bello pugnantis. Quid igitur sentis de philosopho doctrina & eruditione prædicto? Nimirum quod quicunq^z in republica constitutus ac principatus gerens uir hunc ipsum assumpsiterit, is toti reipublicæ profuerit, exhibens iustitiam, condens leges, puniens nocentes, uehens moderatos ac bonos. Mirhi uero uidetur & nauium opifex elegas libentius clauum fabricaturus fuisse, qui audisset futurum, ut is Argo gubernaret, pro qua omnes essent solliciti, & faber lignarius non tam libenter compositurus aratum, aut plaustrum, quam tabulas illas, in quibus Solon leges scripturus esset. Et sane philosophorum rationem si principū & repub. administrantium animis inscribantur, infiganturq^z sic, uti inhærescant, legum uim nanciscuntur. Si quidem & Plato nauigauit in Siciliam, futurum sperans ut philosophiæ decreta, & leges & facta gignerent in Dionysii negocij. Verum reperit Dionysium ceu librum prioribus literis derafis denuo scriptum, ac maculis mendisq^z plenum, nec remittentem tyrannidis tinturam, qua longo iam tempore fuerat imbutus, ut nō facile posset elui. Faciles autem adhuc & mutabiles sint, oportet, qui honestas accipiunt rationes.

VTRVM GRAVIORES SINT ANIMI

MORBI, QVAM CORPORIS, PLUTARCHVS

Erasto interprete.



OMERVIS quidem, ubi mortalium animantium genera contemplatus esset, horumq^z uitæ rationem & statū inter se contulisset, in haric uocem erupit, omnium quæ in terris & spirarent, & serperent, nihil esse calamitosius homine, principatum haud sane felicem homini tribuens, ut in malorū præminentia primas teneat, atq^z excellat. At nos hominem tanquam iam uincensem calamitate, iamq^z animantiū omnium pronunciatum miserrimum, ipsum cum seipso conferimus, ut proprijs malis secum ipse certet, eum in corpus atq^z animū partiētes; quod quidem negotij nequaq^z fuerit inutile, sed uehementer ad rem pertinens, nimirū ut intelligamus, utrū per animum, an per nosipso miserius uiuamus. Nam morbus quidē natura corpori innascitur, uitium uero & malitia primū actus est ab animo proficiens, deinde morbus eiusdem. Quanquam non paulo æquiore animo ferendum erat, si uehementer id

quod peius est, esset medicabile, uel leuius esset quod est immedicabile. Proinde quū uul/ *De mulpe Aesopica*
 pes Aesopica de uariegata maculis pelle cū pardali certaret, nam hæc corpus summa cu/ *sopica*
 se florulentum, uarijsq; picturatum notis ostentabat, illi contra, flauor quidam erat squa/
 lidus, minimeq; iucundus aspectu. Atqui, inquit, si me introsplexeris iudex, uidebis me par/
 dali magis uericolorem, significans mortu dexteritatem ad complures usus respondere.
 Dicamus igitur ipsi nobis, complures quidem ô homo morbos, ac mala corpus tuum, & *Sententia aurea*
 gignit, ac prodit ex se, & foris incidentes accipit: uerū si te ipsum intus aperueris, uarium
 quoddam, ac multis refertum malis peru repeteris, ac mundum quendam miseriarum re/
 conditum, quemadmodum inquit Democritus, non quidem foris incidentium, sed ipso
 in solo, ipsaq; in terra suos habentium fontes, unde scaturiat: quos remittit malitia, copio/
 sum ac largum fluxum præbens affectibus. Quod si corporis morbi pulsibus arteriarum,
 aut coloris rubore deprehenduntur, hosq; feruor aut facilis lassitudo solet arguere, cōtra
 animi mala plerosq; ita fallunt, ut non habeantur pro malis, nimirum ob id ipsum pericu *Animi mala latere*
 losiora sunt, quod sui sensum adimunt ægrotanti: siquidem corporis morbos ratio sana *Dementia præ-*
animi percipit, at animi morbos ipsa simul ægrotans non potest iudicare, in quibus patitur, pro
 pterea quod ægrotet ea pars, cuius erat iudicare. Proinde inter primos ac maximos ani/
morbos ponenda est dementia, per quam sit, ut plerisq; immedicabilis ac domestica *cipius animi*
 sit, & conuiuat, & commoriatur malitia. Etenim sanitatis initium est, si qui laborat, sentiat *morbis*
 sibi opus esse remedio. Rursum qui nō uidet quibus eger, propterea quod non credit se/
 se ægrotum, etiam si præsto sit qui medeatur, ramen recusat, nec admittit curationē. Nam
 inter corporum morbos, perniciores sunt hi, qui sui sensu uacant, quod genus sunt, Le/
 thargus, capitīs dolor, morbus comitialis, febres, atq; hæc potissimum febres, quæ inflam/
 mationem ad delirium exacerbant, ac sensum uelut in organo perturbant mouētq; chor/
 das non mouendas mentium. Quapropter medici uolunt quidem, ut ne ægrotet homo,
 si uero ægrotet, ut ne ignoret quod ægrotat, id quod in omnibus animi morbis solet usu
 uenire. Neq; em qui despiciunt, neq; qui sunt petulātes, neq; qui faciūt iniuriam sibi uidetur
 peccare: uerū etiā sunt, qui tū officiose se facere putat. Febrim enim nemo uocat sanitatem,
 neq; tabē quisq; appellat bonā habitudinē, neq; podagrā pedū uelocitatē, neq; pallorē no/
 minat ruborē. At iracūdiaz multi fortitudinis nomē imponūt, amorem amictuā nomine
 palliat, inuidiā æmulationis, timiditatē diligētiaz, qua res in tuto collocētur. Hinc sit, ut il/
 li quidē medicos accersant, quippe qui intelligat quid morbus postulet. Ediuerso hi fugi/
 ent philosophos, uerū ne non assequātur eas res, in quibus delinquūt. Atq; his quidem
 rationibus adduci, dicimus ophthalmiā, id est oculorū morbū esse leuiorē insaniam, poda/
 gram phrenesi: propterea quod ille morbum intelligens uociferans accersit medicū, cui
 cum adeat, oculos inungendos, capitīs uenam secandā præbet, porro Agauen insanien/
 sem audis ob morbum etiam sibi carissima non agnouisse. Adducimus domum ē monte *Ex poeta quo-*
pampinum recens decisam, felicem prædam. Nam qui corporis morbo tenetur, is proti/
piam
 nus in lectulum se coniūcit, atq; interim dum curatur quietem agit. Quod si paululum
 exerat se, commoueatq; corpus illapsa inflammatione, assidentū aliquis blande dicens,
 mane miser quietus in stratis tuis, cohibet hominem atq; cōpescit. Contra qui animi mor/
 bis laborant, tum maxime sunt in negotio, minimeq; quiescunt. Nam ut agas aliquid ab
 animi impetu proficiscitur, at impetus uehemētia à morbo nascitur. Itaq; non sinunt animū
 esse quietum adeo, ut quum maxime opus est homini tolerantia, silentio atq; secessu, tum
 maxime pertrahant illum sub diū, aperiantq; irā, cōtentiones, amores, dolores, cogātq;
 multa, tum facere nefaria, tum loqui nequaq; accōmoda tempori. Itaq; quēadmodum
 periculosior est tempestas, quæ uerat in portū appellere, quām ea quæ cohibet à nauigā
 do: itidem quæ in animo accidentē tempestates, grauiores erunt, quæ non sinunt hominem
 contrahi, neq; rationem perturbatam consistere, sed nullo gubernatore, nullis fulturis in
 perturbatione atq; errore, perniciose cursu procul auectus, præceps in metuendum ali/
 quod incidit naufragium, suamq; ipsius uitam illis usū cōminuit. Proinde his quoq; de cau/
 sis, grauius est animo, quām corpore ægrotare, propterea quod hi tantum patientur, il/
 li non solum patientur, uerum etiam faciant male. Deniq; quorsum attinet de morbis
 multa uerba facere, ipsum tempus nos admonet. Videtis ingentem hanc multitudinem,
 & confusaneam, omniq; ex hominū genere permixtam turbam hic circum tribunal ac

forum congregata in. Non in hoc conuenerunt isti uti dñs patrjs rem diuinā faciant, non ut communia inter se sacra peragant, non uti Ascræo Ioui Lydorum fructuum primitias ferant, non Baccho furiosum thyrsū, sacris noctibus, & communib[us] epulis orgia celebrantes, quin magis ceu morborum ui uicibus annuis recrudescente, huc ad lites & condicla certamina ueniunt, suas facultates collaturi. Porro causarum multitudo, negociorum, ueluti collectiarum fluxionum, in unū incidit forum, inflammatoꝝ & erumpit, per dentibus quibusdam, ac pereūibus. Quæ febres ista faciunt, qui epizali, quæ corpore mo lis intensiones, aut sanguinis in arteriam dilapsiones: aut quæ caloris intemperantia, quæ humoris exundantia: Si item unamquamq[ue], uelut hominem, perconteris unde nata sit, unde uenerit, hanc ira præfracta peperit, illam insana contentio, aliam iniqua cupiditas.

N V M R E C T E D I C T V M S I T Λ A Q E

BΙΩΣΑΣ, ID E S T, SIC V I V E, V T N E M O T E
sentiat uixisse.

Sententia pro
verbialis



T N E ille quidem ipse, qui hoc dixit, latere uoluit, quandoquidem hoc ipsum ideo dixit, ne esset ignotus, sed uidetur aliquid supra uulgaris sa pere, adhortando ad gloriae contemptum immoritam sibi parans glo riam. Sapientem ego odi, qui sibi ipsi non sapit. Narrant enim Philoxe num Eryxidis filium & Gnathonem Siculum, obsoniorū auidissimos, nasi muccum emungere solitos in catinum, quo reliquis conuiuis deter ritis, ipsi soli cibis appositis explerentur. Sed qui immodice sunt auidi gloriae, alijs ad satietatem usq[ue] damnant gloriam, ueluti riualibus, ut ea citra æmulum potiantur, idemq[ue] faciunt quod remiges solent. Etenim quemadmodum illi ad puppim spe cantes, proræ tamē impetum adiuuant, ut undæ quoq[ue] repercuttus cymbam arreptam impellat: ita qui præcepta huiusmodi prodiderunt, gloriam uelut auersi sectantur, alioqui quorsum attinebat hoc dicere, quorsum autem scribere, scriptum edere, ac posteris trade re: An suę etatis homines latere uoluit, qui ne posteris quidem uoluit ignotus esse: Quin illud ipsum nōne malum est, sic uiue, ut nemo sentiat te uixisse, perinde quasi suffosso monento. An hoc ipsum uiuere turpe est, ut omnibus conueniat esse ignotum: Ego uero dixerim, ne male quidem uiuens latere uelis. Sed esto notus, relipisce, pœnitent, siue uiru te præditus es, ne fias inutilis, siue malus es, ne maneras incuratus. Immo distingue ac dis cerne, cuinā istud præcipias: si indocto, malo, ac stulto, perinde est ac si dicas, nemo te sciat febricitari, nemo te sciat teneri phrenesi, ne te nouerit medicus abi, coniçce te aliquò in te nebras ignorans unā cum tuis malis. Et tu abi cum tuo uitio, morbo laborans immedicabili ac perniciose, occultans inuidiam, ac superstitionem, ueritus ceu pulsum quendam ex hibere, his qui monere possunt, ac mederi. At prisci illi mortales, ægrotos palam expone bant, eorū unusquisq[ue] si quid habuisset conducibile, quod uel ipse ægrotans, uel alterum rabant curans compeleret, consulebat ei cui opus erat. Atq[ue] ita ferunt artem experimentis singu latim collectam, in maius auftam esse: uerum illud etiam oportebat, morbidam uitam, animiq[ue] morbos omnibus retegere, ut qui tenetisset & affecius perspexisset, posset dicere, irasceris, hoc caueto. Zelotypus es, hoc facito. Amas, & ego quondam amauī, uerum pœ nituit. Nunc contra negant, occultant, cōtrahunt, alteq[ue] in semetipsis animi pestem recon dunt. Iam si bonis præcipis ut lateant, & ignorentur, dicis igitur Epaminondæ, Ne fueris dux exercitus. Lycurgo, ne leges consideris. Thrasybulo, ne peremeris tyrannos. Pythagoræ, ne doceto. Socrati, ne disputato, ac tibi ipsi in primis Epicure, ne quid scribas amicis quos habes in Asia, néue communices cum his, qui ab Aegypto profecti te uisunt, ne Lampsacenis ephebis stipatus incedas, ne passim emittas libros omnibus viris, ac mulieribus sapientiam tuam ostentans, ne quid ordines de sepultura. Quorsum enim pertinent mensæ communes: Quorsum studiosorum & bonorum conuentus: Quorsum tot uer suum milia, ad Metrodorū, ad Aristobolum, ad Chæredemum scripta, accurateq[ue] com posita, ut ne defuncti quidem ignoti sint, an ut uirtuti præscribas obliterationem, oculum arti, silentium philosophiæ, obliuionem beneficentia: Quod si uelut è cōuiuio lumen, sic è uita tollis cognitionem, quo nesciantur omnia ex uoluptate, & ad uoluptatem facere, nemo sciat te uixisse. Proorsum igitur si quis cum iucundo scorso sit uitam acturus, si cūm Leontio

Leontio consuetudinem habiturus, si formosam amplexurus, si summum bonum in carnis titillatione positurus, haec extremas desiderant tenebras, haec noctem, ad haec obliuionem & ignorationem praecipe. Sed si quis in naturalibus deum lauder, eiusq*u* iustitiam, ac prouidentiam, in mortalibus autem legem, benignitatem, & rerum administrationem, in administratione uero, honestum, non utilitatem, cur debeat huius latere uita? An ne quem erudiat, ne quem ad uirtutis imitationem excitet, ne cui sit exemplo ad honestatem? Si Theostocles ignotus fuisset Atheniensibus, Graecia non expulisset Xerxen: si Romanis Camillus, non esset ciuitas Romana, si Dionis Plato, non fuisset liberata Sicilia. Verū quem admodum lumen in causa est, ut non solum alijs alijs conspicuū simus, uerum etiam utiles: ita noticia, non gloriam modo, uerum exercitationem parit uirtutis. Epaminondas igit*u* Simile Epaminondas cur ad quadragētū annū ignotus, nihil profuit Thebanis, deinde praefectus rebus gerendis, & imperium nactus, rem pub. pereuntem seruauit, Graeciam seruitute liberauit, uirtutem in gloria uelut in luce, suo tempore non ociosam præstans. Refulgescit enim quum res & usus postularit, uelut generosum æs, quod per tempus ociosum iacuit, impetum suum per domum declarat, uelut inquit Sophocles. Quin etiam hominis ingenium, ceu cariem & senium in ocio contrahit, propter obscuritatem. At mutua quies, uis *Vita sedentaria*, tacitū sedentaria in ocio semota, non corporibus modo, uerum etiam animis marcorem conciliat. Non secus atq*u* aquæ latentes, propterea quod umbra sint opacæ, torpeantq*u*, necq*u* conciliat profluant, putrescunt. Itidem eorum qui in ocio degūt, uita, si quid habeat usui futurum, tamen quia non promanat ad alios, nullo inde bibente, corruptitur & consenescit uis illa natu*ria*. An non uides instanti nocte, tum corpora inertī torpore occupari, tum animos, pigra quadam inertia segnescere, contractamq*u* & coarctatam in se rationem, uelut ignem, penè extincitum ob inertiam ac incertorē, paululum distractis imaginationibus moveri, ut hominem uiuere tantū indicet? At simul atq*u* sole emergens, fulgurantia submouit. Ex poeta quo somnia, ac uelut in unum commiscens, reuexit atq*u* excitauit sua luce acius & cogitatio, piam omnium, quæ admodum inquit Democritus, nouo in die uersantes homines, mutua inter ipsos alacritate, ueluti subita renouatione denuo creati, aliis aliunde surgunt ad opera. Ego sanè sic existimo, hoc ipsum quod uiuimus, quod omnino nascimur, quod in hominum genus asciti sumus, in hoc a deo donatum esse ut innoteat. Latet autem & incongnitus est, in turba uniuersi, dumq*u* per minuta sparsim mouetur. Verum ubi natus fuerit, & se ipse collegerit sumperitq*u* magnitudinem, tum elucescit, fitq*u* ex ignoto manifestus, ex obscuro conspicuus. Nec enim cognitio uia est ad essentiam, quemadmodum dicunt nonnulli, sed essentia potius ad cognitionem. Nec enim ille producit aut gignit omnia quæ nascuntur, sed ostendit. Quemadmodum nec corruptio est sublatio existentis ad non esse, sed magis abductio rei dissolutæ ad obscuritatem. Unde qui solem Apollinē esse credunt ex maiorum ac prisorum mysterijs Delium ac Pythium eundem cognomiant. Cæterum eum qui diuersæ partis est dominus, siue deus is est, siue dæmon, aden, id est orcum appellant, quod mortui in locum tenebrosum & obscurum demigremus, ad densæ noctis, somniq*u* inertis regem. Opinor autem à ueteribus hominē quoq*u* similis de causa dictum esse phota, nimirum à luce, propterea quod omnibus uehemens quedam insita sit cupiditas & cognoscendi, & innotescenti. Sunt autem & philosophi nonnulli, qui ipsam animi substantiam lumen esse putent, quum alijs adducunt coniecluris, tum hac potius sum, quod nihil omnium æque refugit & odit, atq*u* ignorantiam & quicquid luce uacat, id refugit, eoq*u* perturbatur, quod tenebre illi suspectæ terrorem incutiant. Cōtra lux usq*u* adeo est iucunda & amabilis, ut nihil eorum quæ natura uoluptatem adferunt, absq*u* luce cupiat in tenebris, uerum ea uoluptatem omnem, omne studium quacunq*u* re frui uelis, ceu nouum condimentum admixtum, exhilarat, & iucundum facit. At qui hominem coniicit in ignorationem, & obscuritatem, ac tenebris obtagit, uitamq*u* quasi sepelit, is uidetur hoc ipsum grauiter ferre, quod nascimur, & eo reuocare nos, ut nō simus. Et tamen aiunt gloriæ essentiæq*u* locum sedem esse pitorum, quibus splendet solis uigor, deinde noctem inferne in pratis roseo colore purpurantibus, quibus intonsa uernant omnia, & procerarum arborum floribus amoënum cōuestitur campus, tum amnes quidam fletus ignari ac lenes eum perfluent, ipsis transfigunt lucide tempus colloquijs & commemoratione rerum præteritarum ac præsentium, deducentes se semutuo, & inter se cōsuetudinem.

uitæ agitantes. Porro tertia uia eorum est, qui impie uixerunt & iniuste, animas in obscurum locum & barathrum quoddam præcipitans, unde immensas ruuant tenebras, lansguida noctis obscuræ flumina, quæ recipiunt, & ignoratione atq; obliuione tegunt eos qui puniuntur. Neque enim uultes semper arrodunt epar fontium in terra iacentium. Nam aut exustum est, aut computruit. Necq; grauum quorundam onerum gestatio affligit, conficitq; corpus eorum qui puniuntur. Necq; enim iam carnes aut ossa cohærent nec uis. Nullæ sunt corporis reliquæ uita defunctis, cruciatum eorum capaces, qui speciem sibi respondentem requirunt. Sed una profectio ratio puniendo eos, qui male uixerunt, nempe obscuritas & ignoratio, & modis omnibus abolitio, tollens in tristem amnem, eç lethe, id est obliuione præcipitans in abyssum, ac uastum pelagus, uidelicet ignauiam & ocium, quod suo fluuiu ignorationem & obscuritatem secum trahit.

*λέπτη, ἀθύος/
σος*

PLVTARCHVS DE C V P I D I T A T E

DIVITIARVM, DESIDERIO ERASMO

Roterodamo interprete.



IPPO M A C H V S Aliptes, quibusdam laude efferentibus, prælongum quempiam, ac prælongis manibus hominem, tanquam ad plus gilum certamen idoneum, sane inquit, si suspensa in alto corona forret detrahēda. Idem licebit dicere in hos qui pulchra prædia, qui aim plas ædes, qui pecunia uim stupent, atq; his in rebus felicitatē sitam esse ducunt, sane siquidem uenalis esset emēda felicitas. Quanquam permultos uideas, qui malint esse diuites, simulq; miseri, quam dato argento parare felicitatem. At non emitur nummis, animus liberō mni molestia, suaq; contentus sorte, nec magnanimitas, necq; tranquillitas, necq; libertas. Diuitem esse, non est diuitias contemnere, nec immodicas opes possidere, sed non egere superuacaneis. A quibus igitur malis liberant diuitiae, si ne hoc ipsum quidē admunt malum, sui cupiditatem: Quin potus sedat sitim, cibis famē sanat. Et ille qui dicit, da pallium Hipponaçti, uehementer enim algeo, pluribus impositis pallijs offenditur, ac disr̄cit. Ceterum argenti cupidinem non extinguit argentum, nec aurū auri, necq; si plura possideas, coeretur plura possidendi cupiditas. Quin idem dicas licebit diuitijs, quod in medicum competit impostorem, pharmacum tuum morbum auger. Nam illę quū suscepérint homines egentes pane, teclo, mediocribus indumentis, & oblonio quolibet, implant cupiditate auri, argenti, eboris, smaragdorum, canum, equorum uidelicet à necessarijs ad periculosa, rara, paratu difficultia & inuisitata, traducio appetitu. Quandoquidem nemo pau-

Ex poeta quo per est earum rerum, quæ naturæ sufficiunt, necq; quisquam unquam fœnore mutuum ac piam cepit, ut farinam, caseum, panem, aut oleæ baccas emeret. Sed hunc sumptuosa domus æri alieno reddidit obnoxium, illum contiguum suis agris oliuetum, alias arua frumentaria seu uineta, nonnullos mulæ galaticæ, alias equi iugiferi, uehicula magnifica cū plaus ducentes præcipitarunt in barathrum pactorum, usurarum, pignorum. Deinde fit, ut quemadmodum hi qui non sientibiles bibunt, necq; esurientes edunt, etiam ea quæ sientibiles atq; esurientes sumperant, reuomunt: sic hi dum superuacanea & inuisitata appetunt, ne necessarijs quidem potiantur. Atq; isti quidem sunt huiusmodi. Cæterum eos qui nihil insument, possident autem permulta, semperq; plura desiderant, magis etiam admirabuntur qui meminerit Aristippi. Nam is solitus est dicere, si quis multum ederit, multumq; biberit, nec unquam expleatur, adit medicos, percontatur quid sit morbi, quæ sit affectio, qua ratione queat leuari. At si quis habens quinq; lectos, requirat decem, ac decem possidens mensas, alteras totidem coemat, quumq; multum adsit agrorum, multum pecunia, non tamen expletur, uerum in alia inhians uigilat, nullisq; omnino rebus satiari potest: hic non existimat sibi opus esse à quo curetur, quiq; ostendat, quibus ex causis morbus is sit ortus. Ac sane qui quum nondum biberit, sitiatis, futurum expectes, ut is simul atq; biberit, siti liberetur. Eum uero qui continenter bibat, nec ullum faciat finem, huic non explectione, sed purgatione iudicamus opus esse, iubemusq; uomere, quippe qui non perturbe tur

ut inopia; sed a cūmonia caloreq; quopiam, qui præter naturam īest. Ergo etiā qui eget atq; inopia laborat, ex eorum numero, qui parant facultates, fortasse quiescat, parata domo, aut īuēto thesauro, aut amici cuiuspiam ope persoluto, liberatus ā re alieno à scēneratore. Ast qui plura quām sat est possidet, plura nihilominus concupiscens, hunc nec aurum, nec argentum sanare potest, nec equi, nec oves, nec boues, sed elecione aut purgatione opus habet. Neq; enim huius morbus est penuria, sed insatiabilitas, amorq; diuitiarum ā prauo, & ā ratione alieno iudicio proficiscens: quē nisi quis reuellat ab animo ceu malū transuerſim inhārens, nō desinet superfluis egere, hoc est desiderare ea quibus non est opus. Medicus ad hominem īgressus, lectio affixum, suspirantem, ac cibum capere recusantem, simul atq; tetigerit eum, ac percontatus fuerit, deprehenderitq; non teneri febris, animi morbus est inquit, ac discedit. Nos igitur quum uiderimus hominem lucris ad dictum & intabescensem, sumptibus īgementem, ā nulla turpitudine molestiaq; tempestantem, quā modo conducat ad rem faciendam, quum domos habeat, agros, armenta, mancipia, uestes, quo tandem morbo dicemus hunc hominem teneri, nisi animi pauperate. Quandoquidem pecuniarum inopia, quemadmodum ait Menander, uel unus aamicus benemerens sustulerit. At illam animi penuriam, ne uniuersi quidem expleant, ne que uiuentes, neq; uita defuncti. Quare illud eleganter in hos dictum est à Solone,

Haud est finis opum fixus mortalibus ullus.

Alioqui hi qui sapiunt, hi naturae modum habent præscriptū, adeſtq; finis aliquis necessitatibus ueluti centro & interſtitio circumscriptus. Iam uero est & illud auaricie proprium, quod hæc cupiditas ipsa sibi repugnat ne satietur, quum reliqua magis ad id adiuuent. Itaque nemo sanus ab obſonijs abstinet, ob ſdipſum quod ſit audius obſoniorum, nec ā uino quod uini ſit appetens, quemadmodum iſti a pecunijs abſtinent, ob pecuniae cupide tam. Et ſane nonne morbus inſaniae ſimilis ac miſerandus uideatur, ſi quis ob id non uatur ueste quod algeat, neq; pane quod eſuriat, neq; diuitijs quod diuitiarum ſit audius? Sed iſdem in malis eſt, in quibus Thraſonides ille, nam intra me eſt, licet hoc mihi, & uolo ſed non facio, quemadmodum ſolent hi, qui inſanillime amant. Sed poſtequam omnia conuidero, obſignaueroq; aut uſurarijs ac negociatoribus denumeraro, tum alia coaceruo uenorq; urgeo famulos, agricolas, debitores. Deum immortalem num quem hominem miſeriorem uidisti aut amātem infelicius? Sophocles interrogatus poſlet ne congreedi cū mulieret bona uerba inquit o homo. Nam liber iam ſum factus, & ab inclemencib; iſtis ac furiosis domīnis aufugi, ſeneclutis beneficio. Elegans enim eſt, ut cum uoluptibus, ſimul deſinant & cupiditates, quas neq; uir poſt effugere, quemadmodum dixit Alcæus, neq; mulier. Atqui id non accidit in cupiditate diuitiarū, ſed magis tanquam acerba grauiſq; domina, cogit quidem ut pares, cæterum uerat ne fruaris. Et cupiditatem quidem acuit, uoluptatem autem subducit. Stratonicus igitur Rhodiensium luxuriem taxauit, quum diceret eos ædificare, tanquam inmortales, obſonare tanquam breui tempore uiucluros. At auari parant quidem opus tanquam ſplendidi, utuntur autē uelut ſordidi, & labores tolerant, quum careant uoluptatibus. Itaq; quum Demades ad eſſet ali quando Phocioni prandenti, uideretq; mensam illi pārcam ac frugalem eſſe, demitor te Phocion, inquit, qui rem publicam adminiſtres, quum poſſis ad iſtum prādere modum. Nam ipſe uentri gerebat magistratus, adeo, ut quum exiſtimaret Athenas minus eſſe, q; ut ſuo luxui ſuppeditare poſſent, e Macedonia quoq; commeatum pararet: unde & An̄tipater hunc iam ſenem conſpicatus, dícebat uelut e uictima oblata, nihil eſſe reliquum, præter linguam & uentre. Te uero quis nō admīretur infelicissime, ſi quum poſſis iſtum ad modum uiuere uitam adeo ſordidam, adeo ab homine alienam, netnī quicquam im pertiens, tam incomis in amicos, tam nō munificus erga rem publicam, tamen affligeris, uigilas, operas conducis, captas hæreditates, ſubmittis te, quum tantum habeas ocn̄ uaticum, nempe ſordidam parsimoniam: Narrant Byzantium quendam quum moechum in deformi uxore deprehendisset, dixisse, O miſer quid opus eſt ſapragoræ dote? Age tu quidem ſceleſte miſces ac ſubtaxas reges, quod opes ſibi comparent, regumq; preſectos, tum hos qui dominari in republica primasq; tenere uolunt: at his quidem neceſſitas eſt, dum ob ambitionem, faſtum, & inanem gloriā exhibent cōuīta, largiuntur, ſatellitum alunt, munera mittunt, alunt exercitus, gladiatores emunt: tu uero tantum negocij ſuſti-

nes, perturbans ac distorquens te ipsum, quum cochlear uitam uiuas, ob animi sordes ac parsimoniam, & omnia molesta perfers, nullum inde fructum capiens, haud secus atque balneatoris asinus, qui quum ligna fermentaque deportet, semper tamen fumo ac fauillis est oppletus, nec unquam particeps fit, neq; balnei, neq; temporis, neq; mundicie. Atq; haec dixerim aduersus alinam istam, ac formicarum uitae limillimam diuitiarum cupiditatem. Est autem & aliud avariciæ genus ferinum, nempe eius quæ calumniatur, quæ captat hæreditates, quæ circuuenit, quæ pluribus negotijs inuoluit se, quæ curis discriuat, numeratq; quot adhuc ex amicis sint superstites. Atq; haec omnia quum faciat, nullatenus ex parte fructu quæfit, itaq; quemadmodum uiperas, canthrides, ac phalangias magis detestamur, atq; odimus, quam ipsos ursos ac leones, propterea quod interficiant ac perimant homines, nullum usum capientes ex his quos occiderint: ita magis conuenient infensois esse his qui per sordes ac parsimoniam malis sunt, quam his qui per luxum. Nam alijs eripiunt, quibus ipsi uti, nec possunt, nec solent: unde sit, ut illi quidem quum abundant, & quod satis sit habent, induitias agant, quemadmodum respondit Demosthenes: his qui credebant Demadem deluisse malum esse. Iam enim inquit saturum uidentis, ueluti leones, At his uersantibus in publicis officijs, idq; ad nullam rem nec iucundam nec uitalem, nullæ prorsus induitiae, necq; feriae sunt cumulandæ diuitias, propterea quod semper inanes sint, semperq; egeant omnibus. At isti sanè, dixerit quispiam, liberis & hæredibus seruant ac recondunt opes, quibus dum uiuunt, nihil impertiunt. Verū perinde accidit ut in muribus qui in metallis aureis uescuntur arenulis, nec licet per eos auro potiri, nisi mortui sectione aperiantur. Porro filii atq; hæredibus, qua de causa cupiunt multam pecuniam, & amplas relinquere facultates: Nimirum ut hi quoq; seruent alijs filii, non alter quam faciunt canales fictiles, quæ nihil ipsæ in se recipiunt humoris, sed omnes alia in alia transfundunt aquam: donec aliunde quispiam, uel calumniator, uel tyrannus extiterit, qui custodem illum intercidat, eoq; comminuto alio diuitias auertat ac deriuat: aut donec, quemadmodum dicunt, aliquis qui sit totius generis sceleratissimus, omnia bona solus deuoret. Non enim seruorum tantum liberi nascuntur prodigi iuxta Euripidis sententiam, uerum etiam sordidorum: quemadmodum Diogenes facete taxauit hoc hominum genus, quum diceret præstare arietem esse uiri Megaren sis, quam filium: siquidem quum erudire uidentur & instituere, perdunt ac deprauant, inferentes in animos eorum pecuniaæ studium, ac parsimoniam, ueluti munitum quempiam locum in hæredibus ædificantes, in quo tuto seruetur hæreditas. Nam haec sunt quæ monent ac docent, Lucifer, ac parcito, tantiq; te ipsum esse putato, quantum habueris. Atqui istud non est instituere, sed contrahere sarcireq; uelut marsupium, quo capere setuareq; possit quod fuerit immisum. Quanquam marsupium tum deniq; redditur sordidum ac male olens, posteaquā immisum fuerit argentum. At avarorum liberi priusquam accipient diuitias, implentur amore diuitiarum, ab ipsis parentibus: quibus illi sane dignam pro institutione mercedem respondunt, dum eos non ob id amant, quod multum ab illis sint accepturi, sed oderunt quod nondum accipient. Etenim quum ab illis didicerint nihil admirari præter diuitias, nec a liò uitæ rationes referre, nisi ut quamplurima possideant, non sinunt illos uiuere, putantq; tantum sibi adimere tempus quantum illis adiecerit. Quas ob res uiuas adhuc parentibus clanculum utcung surripiunt, ac suffurantur uoluptatem, fruunturq; & tanquam de alieno impertiunt amicis, insumentes in cupiditates ubi quid audito percepere int: uerū ubi defunctis parentibus claves acceperint, ac sigilla, tum protinus alia uitæ species, uultus gravis & austerus atq; inaffabilis, non uenit in mentem follis, non pila, non lucta, non academia, non lyceum, sed seruorum examinatio, syngrapharum inspectio, cum dispensatorijs, ac debitoribus disceptatio, tum occupatio ac sollicitudo, quæ prandio priuet, queq; noctu ipsum in balneum comitatur. Cæterum exercitamæta in quibus fuerat institutus, & aqua Dirces negliguntur: quod si quis illi dixerit, non audis philosophum: qui possum inquirit: non est mihi oculum patre mortuo. O te miserum, quid tibi reliquit pater, considerandum cum eo quod abstulit: nempe libertatem & oculum: quanquam non tam ille abstulit, quam ipsa rerum opulentia, quæ tibi circunfusa tui que uictrix inflammat te, ut apud Hesiodum uxor absque torre, crudeli que tradit senectuti, tanquam præproprias rugas, & canos induces animo, uidelicet curas è studio dilecti eis negotijs nascentes

tes, per quae marcescit alacritas, splendor, & humanitas. Sed dicit aliquis, at non uides quosdam, splendide pecunij utentes. Sed tu, sic enim respondebimus, non audis Aristo telem dicentem, alios quidem uti, alios uero abuti, perinde quasi neutrum ad rem pertinet. Verum filos sua opulentia, nec ornat, nec iuuat, hos uero laedit etiam ac dehonestat. Age sane, consideremus in primis quisnam sit usus iste, cuius gratia magnificimus diuitias, num est earum rerum, quas requirit natura? At in his nihilo plus habent locupletes, q̄ hi qui fortuna sunt mediocri. Verum opulentia res est profectus leuis nec admodum suſpicienda, quemadmodum dictum est à Theophrasto, si Callias Atheniensium opulentissimus & Iſmenias Thebanorum locupletissimus, hisdem usi sunt, quibus Socrates & Epaminondas. Nam sicut Agathon tibias è cōiuicio relegauit ad mulieres, satis esse iudicās Agathon tibi
as ex cōiuicio
relegauit

Protinus arenti temonem imponito fumo

Intereatq̄ labor mulumq̄ boumq̄ ualentum, Versus Hesiodi
sed aurificum, tornatorum, unguentariorū, coquorum, si rerum inutilium luxus per tetra-
perantiam probe ejiciatur. Quod si ea quæ natura requirit, etiam diuītum sunt cōmunia.
diuitiae uero seſe iactant de superfluis: Scopamq̄ Thessalum laudandum duxeris, à quo
quum peteretur aliquid ex rebus domesticis, uelut superfluum, ita etiam inutile. Atqui in
quis his superuacaneis felices sumus ac beati, non illis necessarijs: uide ne pomparam magis
ac solennes ludos laudare uidearis, quam uitam. Patrium Bacchanalium festum olim po-
pulariter atq̄ hilariter agebatur, pompa erat, amphora uini & pampinus, deinde hircum
trahebat quispiam, hunc alijs sequebatur caricarum copiū gestans, postremo loco
phallus erat. At ista nunc despiciuntur & obscurata sunt, nimis dum circumferuntur
aurea uasa, magnificæ uestes, dum aguntur currus ac personæ: ita quæ erant necessaria at/
que utilia in diuitijs, ea sunt obruta superfluis & inutilibus. Verum pleriq̄ nostrum acci-
dit illud Telemachi. Nam ille per imperitiam, uel potius ob rusticitatem, quum Nestoris
domum uideret instructam mensis, uestibus, stragulis, uino suavi, non admiratus est eum
rebus necessarijs & utilibus abundantem. Ceterum apud Menelaum conspicatus ebur
aurum & electrum, obstupuit dixitq̄:

Talis adeſt aula haec, qualis louis altitonantis

Plurima dictu mira, stupor me habet aspicientem;

Porrò Socrates aut Diogenes dixisset, quam multa hic misera, inutilia, stulta, risus me ca-
pit aspicientem. Quid ait stolidus: quum debueris detrahere purpuram & ornatum à mu-
riere, ut desineret delitiatum rerumq̄ peregrinarum amore insanire, tu contra exornas e-
des, perinde quasi theatrum, aut scenam ingredientibus. Huiusmodi felicitatem adferunt
diuitiae quæ sit spectatorum ac testium, aut certe nulla. At temperatum esse, philosophum
esse, de dijs scire, quæ scitu sunt necessaria, id semper idem est, etiā si uniuersi nesciant mor-
tales, sed proprium iubar magnamq̄ lucem habet in animo, & gaudium domesticum pa-
rit, ipso suo ipsius fruente bono, siue uideat aliquis, siue lateat omnes, & deos & homines.
Huiusmodi quidem res est, uirtus, ueritas, disciplinarum Geometriæ & Astrologiæ pul-
chritudo, an conuenit huic phaleras istas diuitiarum, monilia, puellarioraq̄ conferre ostendat:
Si nemo uideat, nec aspiciat, ueræ cæcæ sunt, & orbæ luce sunt diuitiae. Si quidem
diues quum solus coenat cum uxore seu familiaribus, non facies negocium mensis con-
uiualibus, neque poculis aureis, sed utitur quibuslibet, ac plebeis: adeſt uxor, nullo auro,
nulla purpura insignis, sed simplici cultu. Verum ubi iam concoenatio, hoc est, pompa & Ex poeta quo
spectaculum adornatur, fabulaq̄ diuitiarum inducitur, tum è nauibus effert lebetesq̄ tri piam
podesq̄, ordine disponitlur lucernæ, contrahuntur calices, mutant pocillatores, reuestiunt
omnia, omnia mouent, aurum, argentum gemmis additum, palam se diuites esse confi-
ses, ceterum abeft alacritas, abeft temperantia, etiam si solus coenet.

CLARISSIMO VIRO ALEXIO TURZONI SERENISS.
Hungariae Regis à Thesauris, Erasmus Roterodamus S. D.

NE solis lamijs existimes oculos esse emissios, vir ornatissime, aut soli Midæ prælongas aures: en nos tanto locorum interuallo dírempti, etiam isthucusque porrectis auribus atq; oculis audimus quid optimus quisq; de te prædicet. Spe clamus ac suspiramus raras animi tui dotes, quibus longe dítior es, quam thesauris regijs, etiam si tuum esset, quicquid dispensandum accepisti. Quin potius quod te non uisum nouimus, haud quaquam aurium aut oculorum curiositati tribus endum est, sed quemadmodum tonitruis strepitus procul auditur etiā surdastris, ac fulguris emicantis iubar procul etiam cæcipientium præstringit oculos, ita uirtutum tuarum splendor famaq; nusquam gentium nō penetrat. Nos uero natura penè dormitabundos hisce temporibus expergefacit necessitas, ut homines uirtute præstantes, & cognoscere studeamus, & cognitos demereri: non aliter q; qui uiribus hostium presi metuunt extrema, è regionibus quamlibet longinquis asciscunt auxilia, & nusquā non habent aures atque oculos, uidelicet captantes si quid alicunde præsidij rebus laborantibus affulgeat. Itaq; quum perspiciamus homines quosdam, si tamen qui tales sunt, homines dici merentur, deuotis animis & coniuratib; copijs imminere bonarum literarum exitio, quibus ut in genue fateor me debere plurimū, ita fatentur & illæ, se non nihil uicissim & mihi debere, non pudet undiquaq; præstantium heroum emendicare præsidia, aduersus Gothorum ac Vuandalarum istorum insanas incursions: ut prorsus uideatur actum, non modo de linguis ac politioribus literis, uerum etiam de disciplinis omnibus homine libero dignis, ni cōtingat non unus aliquis Camillus, sed multi propugnatores, qui tantum ualeant, ingenio, uirtute, & autoritate, quantū aduersarij ualent insania, malicia, & impudentia, quibus rebus sine cōtroueria ualent plurimum. Extinctis aut huiusmodi studijs, quoq; quantum aberit uita nostra à uita pecudum, ferarum ac piscium? Atque ut hanc legationem publico studiorum nomine non detrectarem ad te suscipere vir clarissime, ceu calcar ad didit Ioannes Antonnius Cassouensis, vir moribus non minus integris quam candidis. Apud me certe fidei spectatissimæ sit oportet, cui corpusculum hoc, uir fragilius, aus sim credere, quod tamē nulliseni medico uel fidentius uel felicius unquam credidi, quam illi iuueni. Is mihi quum hic esset, nunquam destitit prædicare, quam propensus esset animi tui fauor, erga rectorum studiorum cultores, tum autē quantum apud inlytum Hungariae regem polleres gratia, quantum apud Hungaros omnes autoritate. Quid multis persuasit hanc legationem, nec mihi nec studijs infeliciter cessuram. Orator itaque pro literis ueniens ab ipsis literis munusculum adfero, duos Plutarchi libellos, qui utinam per me tam diserte loquâtur latinis auribus, quam hactenus Græce peritis loquebantur. Mihi certe non mediocre negocium exhibuit, ipsa Plutarchicæ phraseos subtilitas, sensusq; reconditi ex retrusis omnium autorum ac disciplinarum apothecis sic deprompti conexiisque, ut non orationem sed Centonem, aut ut melius dicam, musaicum opus existimes, ex emblematis exquisitissimis concinnatum: quod ut illi fuit facillimum, qui pectus habebat instructissimum omni genere literarizæ supellestilis, ita difficultissimum est interpreti, quid unde decerpserit obseruare, præsertim quum plerique scriptores non extant e quorum pratis decerpserit suos flosculos, unde corollas hasce contexuit. Præter hanc difficultatem habet concisum quiddam & abruptum, subito lectoris animum transmoiens in diuersam regionem: ut iam non solum requirat undiquaq; doctum, uerum etiam attentum ac uigilantem. Denique Boetus quidem est Plutarchus, sed aurem animum, que Boetum longe submouet à lectione. De mendis interim librariorum nihil dicam, que tamen ueluti salebrae non raro cursum nostrum remoratae sunt. Viciimus quidem per multas, nonnullas sed admodum paucas translîmus uerius quam submouimus. Verum omnem difficultatem abunde pensat utilitas argumenti. Socrates philosophiam è coelis deduxit in terras, Plutarchus introduxit in cubiculum, in conclave, in thalamos singulorum. In huiusmodi campis nunc ideo ueror libentius, quod è tumultu uideam deuenisse rem Christianam, ut de Christo loqui parum sit turum, siue bene loquaris siue male, adeo sub omni lapide scorpius dormit. Plutarchus autem in his libellis ea tractat

ea tractat, quæ tñius quoquis tñpore mox in usum uitæ depromere possit. Quo magis ad miror, quicquid hic autor prodidit de moribus, non ter manibus omnium, non à pueris edisci. His certe libellis quanq; & olim non indiligerent lectis, sentio menonnihil profecisse, dum attentius uero, dumq; penitus introspicio. Sunt uitia, quæ senectus uel tollit, uel saltem mitigat. Cæterum ira, quam in iuuenib; acuit sanguinis fero, ac rerum insciatia, in senib; repubescit, nimirum ob ætatis imbecillitatem, nisi rerum usus ac philosophiæ ratio pharmacum præsentaneum admoueat. Quin & curiositatis uitium utriq; æta/ ti pubescenti uidelicet ac repuerascenti familiare uidetur, nisi quod in pueris nomen habet levitatis, in senib; suspitionis. Et si Peripateticis credimus, pueris hic ueluti stimulus additus est ad rerum cognitionem, senib; ceu remedium aduersus lethargum ac uernum, aut submonitor potius aduersus captionem. Rerum alienarum curiositas adeo me nunquam tenuit, ut propriarum etiam securior sim quām expediatur. Cæterum irasci celer, at sic ut placabilis essem. Nonnunquam anteueritur hic affectus ac fallit animi propositum, præsertim ubi quod peccatur cum impudentia malitiaq; coniunctum est. Et tam unum e paucis esse me puto qui grauatim ac serio discedunt ab amicitia, quicq; capi/ taliter laesi, idq; non semel, possunt non *μητρικαῖσσαι*. Fortassis tuæ prudentiæ, ingenij le/ nitati, non est opus talibus remedij, nisi quod tantum negotiorum sustinēti per difficile est non alibi commoueri. Certe nullus est mortalium tam absolutus, ut non habeat quō proficiat, etiam si desit quod corrigat. Bene uale vir clarissime. Basileæ pridie calendas Maias. Anno 1525

DE COHIBENDA IRACUNDIA

DIALOGVS SYLLAE ET FUNDANI, AVTORE PLV/

tacho Chæroneo, interprete Erasmo Rot.



ECCE mihi facere uidetur Fundane pictores qui priusquam absoluunt opera sua, ex interuallo temporis solent ea contemplari, propteræ quod dum ea seponunt, nec in oculis habent, frequenter iudicando, faciunt ut nouū sit iudicium, quo tenue discriminæ magis attingitur, id quod celat assiduitas & assuetudo. Quoniam autem fieri non potest, ut homo à seipso seiuincius, ac interrupto sensu assiduitatis rursus ex interuallo semet adeat, immo ea res uel maxime facit unumquenq; deteriorem suūp;sius iudicem quām aliorum: proximum fuerit, ut amicos quisq; suos ex interuallo contempletur, pariterq; seipsum illis contemplandum exhibeat, non an breui consenserit, & utrum corpus melius an deterius habeat: sed mores potius ac uitam oportet inspicere, an his aliquid boni tempus addiderit, aut aliquid mali detraxerit. Ego igitur cum hic alter sit annus quod Romā adueni, deinde hic mensis quintus, quod tecum ago consuetudinem, non arbitror admodum esse mirandum, quod ob ingenij tui dexteritatem ad ea bona, quæ prius aderant, tantum incrementum, tantaq; facta est accessio. Cæterum ubi video tantam illam ingenij uehementiam, & igneum, ut ita dixerim, ad iram impetu, rationis magisterio uersum in tantam morum placabilitatem ac mansuetudinem, subit ad illum irati animi impetum hoc dicere, O diu! quanto est iam mollior. Ita Græci quidem de Hectore iam exanimi. Cæterū hæc *Iliadot* mollitudo non segniciem aut dissolutionem, sed nō aliter quām terra cultu subacta, lenitatem ac profunditatem ad res agendas efficacem, pro impetu illo ac uehementia accepit. Unde liquet & illud, iracundia ac ferociam, non per ætatem simul cum deficiente corporis uigore, neq; suapte spōre uelut emarcescere, sed honestis quibusdam ac placidis rationibus sanari. Quanquam sane, nam uerum apud te non facebitur, Eros amicus, qui hæc nobis renunciabat, suspectus erat, quasi ob benevolentiam ea testificaretur, non quæ adesse, sed quæ deceret adesse honestis ac bonis amicis: etiamsi, quod tu nosti, nō solet faci, le huc adduci, ut in cuiusq; gratiā cōcedat de sententia. Verū & ille nunc à falsi testimonij criminè liberat, & tu, quando p̄ebet ocium ipsa profectio, enarra nobis, ueluti curationē tuūp;sius, ac medicinā quampiam, qua usus, animum iracundum reddideris adeo tractabilem, simplicem, ac rationi audientem, obtemperatēm. Ita nō consideras amicissime *Fundanus* Sylla

Sylla, ne & ipse ob amicitiam ac benevolentiam qua nos prosequeris, hallucineris alius
bi in iudicandis nostris. Siquidem Eros, cum frequenter ne ipse quidem stabilem habeat
animum, & in Homericus persuasione permanentem, sed exacerbationem odio uitiorum,
uerisimile est nos uideri mansuetiores, quemadmodum in picturis figurarum musicarum
transmutandis, netæ quædam, quæ sonum reddunt acutissimum collatae ad alias ne-
Sylla tas, ordinem accipiunt hypatarum, quæ sonant grauissime. Neutrū horum accidit o
Fundanus Fundane, sed age fac quod dico, nobisq; gratificare. Atqui in his quæ multa pulchre dicta
à Musonio meminimus, est & illud o Sylla, his qui uelint esse salui, semper curandam es-
se uitam. Nec enim opinor conuenire, ut quemadmodum elleborus in curationem adhi-
bitus, simul cum morbo ejicitur, itidem ejiciatur & ratio, quam oportet in animo manen-
tem, continere seruareq; iudicium. Nec enim pharmacis assimilis est rationis uis, sed cibis
salubribus, placide habitu bonum gignens, in his quibus facta fuerit familiaris. Cæterum
admonitiones & obiurgationes adhibitæ malo uigenti tumentiq; egre quidem ac uix per-
ficiunt quod agunt, nihil autem differunt à pastillis odoriferis, qui morbo comitali obno-
xios erigunt quidem collapsos, non liberant tamen à morbo. Ac cætera quidem mala, et
tiam tum cum uiget morbi uis, utcunq; cedunt & admittunt orationem opferam, aliun-
de uenientem in animum: uerum ira non quemadmodum ait Melanthios:

Acerba patrat, mentem ab ædibus suis,

Alias in ædes transferens, sed expellens ex ædibus, denique & excludens, non
aliter quam isti qui sese unâ cum ipsis ædibus incendunt, ita tumultu, fumo, caligine cun-
cta intus replet ira, ut nec uidere possis, nec audire eos qui cupiunt subuenire. Quapro-
pter nauis in mari tempestate periclitans sine nauclero, citius aliunde recipiat gubernato-
rem, & orationem alienam admissurus sit homo, quem impetu & ira ceu fluctibus facta-
tur, nisi parata habeat domi rationem. Sed quemadmodum qui expectant obsidionem con-
trahunt & in promptu collocant quibus est opus, nihil spei collocantes in his quæ sunt ex-
tra ciuitatem: ita maxime nos oportet, aduersus iracundiam auxilia, è longinquo petita, nō
mirum è philosophia comportare in animum, ne cum tempus aduenerit eorum usum po-
stulans, non facile possint aliunde inuehi. Nec enim tum audit animus eos qui foris sunt
ob tumultum, nisi intus habeat uelut monitorem rationem suam celeriter accipientem &
intelligentem, quid in quaç; re præcipitur. Cæterum ira ubi audierit, ea quidem quæ sen-
sim ac placide dicuntur, negligit, rursus aduersus eos qui acerbius instant, irritatur. Etenim,
cum ira superba sit ac præfracta, quæ omnino difficile moueri patitur ab alio, non aliter
quam undiq; satellitio cōmunita tyrannis, ex sese habeat oportet domesticū aliquid ac fa-
miliare, quod ipsam dissoluat. Itaq; irascendi assiduitas, ac frequenter in iram impingere,
habitum peruersum gignit in animo, quæ appellant iracundiam, huc tandem deducens ho-
minem, ut facile commoueatur, utq; sit amarulentus ac morosus. Postquam animus red-
ditus est ulcerosus, ac leues ob causas ægrescens ac de quibuslibet mouens querimonias,
non aliter quam ferrum tenue & inuaidum, non fert denuo sculpentis manum. Cæte-
rum ratio iudex, quæ protinus instat ac premit iracundiam, non solum præsentí medetur
malo, uerum etiam in reliquum tempus firmum reddit animum, ut non facile morbo ten-
tetur. Mihī quidem igitur posteaquam semel atque iterum iræ restituisse, accidit id quod
Thebanis, qui cum primum repulissent Lacedæmonios, tum ut uidebantur inuincibiles,
postea nullo in prælio ab ipsis superatis sunt. Iam enim intelligebat, ratione prudentiaq;
uictoriā esse parandam, Videbam autem, nō solum frigore offuso desinere iram, quem
admodum dixit Aristoteles, uerum etiam metu admoto extingui. Quinetiam per Iouem
subito oborto gaudio multis, iuxta Homerum, effloruit, atque exporrecius est animus
ira turbatus. Itaq; mihi persuasum est, non omnino malum esse immedicabile, si qui mo-
do uelint. Nec enim ira semper ex magnis ac validis initijs oritur, sed uel diuiri, uel io-
cus, uel ridere quæpiam uel innuere, aliaq; huius generis multa, complures ad iram conci-
tant. Velut Helena fratris filiam alloquens:

In Eurip. Electra, uirgo longa temporis mora Me fari adegit.
Oreste Et cætera quæ inibi sequuntur, uiçissim audit à uirgine:
Nunc quidem sero sapis,
Quæ tum penates turpiter reliqueris.

Itidem

Iddem Alexandri offendit Clathenes, qui cum in conuiuio circumferretur ingens pater nolo, inquit, Alexander bibendo committere, ut mihi Aesculapio sit opus. Quemadmodum igitur flammarum pilis leporum aut stupris paleisq; succensam, facile est cohibere, quo d si corripuerit solida, ac spissitudinem habentia, mox corrumpit ac simul perdit. Sursum inualescēs, opera fabrorū ardua, ut dixit Aeschilus: Ita qui statim initio in iram animaduertit, dum uidet paulatim ex leuibus dictis, ac stuprata scurrilitate fumare & incendium colligere, non opus habet magno negocio, sed frequenter ipso silentio ac negligendo restinguit. Nam ut incendiū, qui non addit materialē extinguit, sic & iram quisquis non aluit nascentem, nec eam flatu concitauit, seipsum seruat ac subtrahit incendio. Proinde, quanquam alioqui multa dicens & præcipiens utilia Hieronymus mihi tamen non satisfecit in hoc quod dicit, ob celeritatem in nobis non esse sensum iræ nascentis, sed natae duntaxat, ac præsentis. Neque enim ullum est uitium, quod dum colligitur ac concitatur, habeat æque manifestam originem & incrementum, quemadmodum eruditus nos docet Homerus, dum Achillem quidem mox è uestigio facit animo discruciarī, dīctio provocatum. Sic enim aī:

Sic ille, hunc nubes contexit nigra doloris.

Agamemnonem uero quanquam multis verbis prouocetur, tamen inducit lendum ad irascendum. Ea si quis statim initio subtraxisset illis, ac progredi uetusset, non eosq; increuisset discordia. Proinde Socrates quoties sensit sese acerbius commoueri, aduersus amicorum quempiam, uelut ante tempestatem ad quendam marium scopulum perueniens, remitterebat uocem, ac uultu arridebat, faciemq; placidiorem ostendebat. Itaque alteram in partem deflectendo atq; in diuersum nitendo q; quod uocabat affectus animi, servabat seipsum inconcussum & inuictum. Est enim quoddam ò amice, iræ, ceu tyranni, dissoluendi initium, si non obtemperes, nec auscultes illi imperanti, ut acriter uocifereris, ut trucisq; aspecu, ut cædas teipsum, sed si quiescas, nec iram ceu morbum faciatione corporis & clavore reddas uehementiorem. Nam ea quæ facere solent amantes, dum adlasciunt, dum occidunt, dum coronant fore amicæ, habent utcunq; alleviationem, non ingratiā, nec ineleganter.

Adueniens autem non clamore effero, cuius,

Aut quis, sed fixi dilecta basia amicæ,

Hæc iniuria si est, fateor, sum iniurius.

Præterea quæ permittuntur lugentibus, complorare ac lamentari, bonam doloris partem unā cum lachrymis educunt. Contra, ira uehementius incitat h̄is quæ faciunt ac dīcunt qui ea sunt occupati. Proinde quiescere optimum est, aut effugere aut occultari, serseḡ ad silentium uelut in portum recipere, quemadmodum solent qui sentiunt morbum comitiale oborientem, ne concidamus, aut potius ne in quenquam irruamus. Nam in amicos & potissimum & frequentissime irruimus. Nec enim amamus omnes, nec omnis bus inuidemus, nec omnes metuimus. Cæterum nihil est quod non inuadat & in quod non faciat impetum ira, sed irascimur tum inimicis & amicis, tum liberis ac parentibus, ac per Iouem etiam dījs, denique bestijs ac uasis anima parentibus, quemadmodum fecit

Cornuq; rumpens auro id obuinctum licet

(Thamyris,

Modulosq; rumpens fidibus intensæ lyra.

Ac Pandarus, seipsum deuouens, nisi arcus manibus cōfractos in ignem coniiceret. Xeres uero etiam ipsi mari notas ac plagas incusit, ac monti misit epistolas: Atho infelix, ad cœlum usq; porrecte, ne meis operibus facias lapides magnos & ad eruendum difficiles, Alioqui excisum te proieciam in mare. Multa enim sunt horrenda, quæ designat ira, multa rursum ridicula. Quapropter nullus est animi morbus, qui magis uel habeatur odio, uel contemnatur magis. Profuerit autem utraque considerasse. Ego igitur, nescio quidem an recte fecerim, attamen cum hinc medendi fecissem initium, quemadmodum Lacones solent in Helotibus (sic enim illi uocant homines mediae conditionis, inter seruos & ingenuos) ostendere, q; foeda res esset ebrietas, ita ego in alijs didici qualis esset ira. Ac primū quidem, sicut Hippocrates ait, eum morbi esse grauissimū, qui faciem ægrotantis quam maxime mutet in diuersum: ita conspiciens alios ob iram maxime mente moueri, ac uulnus immutantes, colorem, incessum, uocē, in diuersum uertere, hinc uelut imaginem eius

malū

mali mihi fringebam admodum dolens, si quando tam formidabilis & commotus uide: rerum amicis, uxori, ac liberis, non tantum aspectu truci, & ad consuetudinem in amento, ue rum etiam uocem emittens immite & asperam, quemadmodum in alios familiares incideram, qui neq; mores, neq; formam, neq; sermonis gratiam, nec affabilitatem & comitatem in colloquio, prae ira seruare possent. Itaq; Caio Graccho, qui fuit orator, & mortibus acerbis, & in dicendo uehementior, fistula erat modulara, qua cantores uocem paulatim uel intendunt, uel remittunt, tonos ad id aptos occinentes. Hanc seruus tenens dicentia stabat a tergo, tonumq; accommodabat placidum ac mansuetum, quo clamorem illius re uocabat, uocisq; contentionem & asperitatem adimebat. Quemadmodum arguta pastorum cera compacta perstrepit fistula, modulos sonnum conciliantes blande occinens, ita oratoris iracundiam sedabat. Quod si mihi famulus esset diligens & elegans, haud molestie tulerim, si in tra speculum adferret, quemadmodum nonnullis offerunt, ubi lauerine nulli usui futurum. Cæterum si quis seipsum contempletur, præter naturam affectum turbatumq;, non parum habeat momenti ad infamandum iræ morbum. Nam & Mineruam aiunt qui iocosis fabulis delectantur, cum tibia caneret, a satyro admonitam non aduersisse quidem tum animum?

Non te decet forma ista, mitte tibias,

Sume arma, buccas, ut decet, componito.

Cæterum ubi figuram oris uidisset in amne quodam, offensam tibias abiecisse, quamuis ars deformitatis solarium, habet aptam modulationem. Ac Marfyas, ut uidetur, capistro quodam ac folliculis ori circumpositis per uim flatus stridorem cohiebat & uultus deformitatem corrigebat, atq; inæqualitatem celabat:

Auro fulgenti hirsutum caput undiq; cinxit,

Ac tenerum loris os à ceruice reliquit.

E diuerso, ira inflans ac distendens indecorum uultum, fœdiorem etiam uocem emittit & insuauiorum,

Fides mouendo non mouendas mentium.

Mare quidem cum uentis turbatum, algam & sicutum reijcit, aiunt purgari. Verum ira, animo exastuante & inuerso, sermones reijcit impudicos, amarulentos ac scurriles, quibus primum ipsos loquentes confusurcat, oppletq; infama, quippe qui talia semper quidem in sece contineant, ijsq; sordibus abundant, cæterū per irā quod latebat aperiant. Vnde fit ut pro leuissima re, uidelicet oratione, grauissimas (ut ait Plato) dent poenas, dum pro hostibus ac maledicis, & improbus habentur. Hæc itaq; dum considero & obseruo, fit ut placide reponam apud me, semperq; habeam in memoria, quod in febre quidem bonum est, sed melius in ira, lingua teneram ac leuem habere. Nam lingua febricitantium, si minus affecta sit secundum naturam, malæ quidem rei signum est, causa nequaquam. At irascentium lingua posteaquam facta est aspera sordidaq;, ac diffluens in sermones absurdos, emitit ferocem, & contumeliosum sermonem immedicabilis inimicitiae parentem, ac latentis malevolentiae proditorem. Neq; enim indiluta uini potatio refundit quicquam tam petulans ac molestum, quam ira. Atq; illa quidem risui & lusui curæ sunt, hæc uero bilis sunt temperata. Ac in compotationsibus quidem qui silet, molestus grauissq; est familiaribus, cæterum in ira nihil decentius est quiete, quæ si non repente adesse possit, in pectore custodiare linguam frustra latrantem. Iam non hæc tantum reputare licet ei qui attenderit quomodo sint affecti, quos ira corrumpit, uerum aliam etiam iræ perspicere naturam. Videlicet quam non generosa res sit, neque uirilis, nec prudentiam obtinens, nec animi celsitudinem. Tametsi uulgaris hominum, quoniam ira turbas ciet, putat esse agilitatem, & quod minax est, credit esse fiduciam, & quod intractabilis est, opinatur esse fortitudinem. Nonnulli etiam crudelitatem interpretantur esse dexteritatem ad res grandes getendas, & implacabilitatem, purant esse constantiam, denique morositatem, difficultatemq; faciunt odium uitiorum, idq; non recte. Nam ipsa facta, ipsæ commotiones, ipsi habitus multam arguunt humilitatem atque imbecillitatem, non solum ob id, quod pueros diuexant, quod in mulierculas exacerbantur, quod canes, equos, & mulos putant esse poenis afficiendos, quemadmodum Ctesiphon panceratistes mulæ recalcitrâs: uerum etiam in cædibus tyrannicis dum in amatulentia conspicitur illorum pusillanimitas, dumq;

dumq; in eo quod agunt, perspicitur quid patientur, res similes uidetur serpentum morsi, bus, qui postquam exarserint, & circum circa dolorē excitarint, tum demum medici his quæ læserunt adhibitis, exhausti inflammationem. Quemadmodum enim tumor accidit ex magna in carne plaga, ita in mollissimis animis, si quis se præbeat dolori, hoc ipso quo maior est imbecillitas, hoc maiorem elicit iracundiam. Atque hac de causa, mulieres iracundiores sunt uiris, & groti sanis, senes aetate uigentibus, & infelices felicibus. Iracundissimus enim est auarus aduersus dispensatorem, lurco aduersus popinatorem, zelotus aduersus uxorem, gloriosus in maledicos. At longe saeuissimi sunt uiri, qui honores ambiunt in ciuitatibus, aut seditionem splendida, ut ait Pindarus, molestiam. Sic ex eo quod maxime dolet, & ægrotat in animo, maxime ob imbecillitatem nascitur ira, nequam neruis adsimilis animi, sicut dixit quidam, sed intentionibus & conuulsionibus in vindicandi impetu uehementius insurgentis. Itaque malarum rerum exempla, spectaculum præbent, non iucundum, sed utile duntaxat ac necessarium. Cæterū cum eos qui placide leniterq; se gerunt in ira, uel spectare uel audire existimem esse pulcherrimum, incipio contemnere istos qui dicunt:

Læso uiro, uir sustinendus est tibi.

Item illud:

Impinge ceruici calcem, impinge & usq; ad solum.

Aliaq; dicta ad ultionem irritantia, per quæ nonnulli iram ex conclave mulierum, in conclave uirorum transferunt, haud recte. Nam fortitudo in cæteris consentiens sociaq; iustitiae, mihi uidetur de sola mansuetudine digladiari, ut quæ ipsam magis deceat. Siquidem non raro contingit, ut homines deteriores superent meliores. Cæterū erigere trophy in animo aduersus iracundiam, qui cum difficile est configere, ut inquit Heracleus, quicquid enim uelis uita emitur, magna cuiusdam est ac palmarie uirtutis, quippe quæ uere ceu neruos ac tendones habeat rationis iudicium aduersus animi cupiditates. Quas ob res semper studio colligere, ac legere, non solum ista, quorundam philosophorum, quos qui sapiunt, affirmant carere bili, sed regum potius ac tyrannorum dicta facta, uelut illud Antigoni, cui cum milites iuxta tentorium clam maledicerent, existimantes eum non audire, baculo foras prolatu: Papæ, inquit, non uos aliquo longius hinc digressi, male loqumini de nobis? Præterea cum Arcadion quidā Achiuus nō desineret maledicere Philippo, monitusq; ut fugeret ubiuncq; locorum essent, qui nō nosset Philippum, ubi post aliquo casu rursus esset uisus in Macedonia, amici erat autores ut puniretur, nec enim optere negligi tantam petulantiam. Philippus autem cum occurrisset homini humaniter cum eo colloquutus, mox etiam xenijs ac donis ad eum missis, postea iussit eos percontari, quomodo iam de se loqueretur apud Græcos. Cunctis autem testificantibus, eum hominem iam mirum Philippi laudatorē esse factum, ego igitur, inquit, melior medicus quam uos. In olympijs autem cum conuicia iacerentur in ipsum, ac nonnulli dicerent, Græcos dignos esse supplicio, qui beneficij affecti à Philippo, male de ipso loquerentur, quid igitur, inquit, facerent, si illos laderet? Egregia uero sunt, quæ Pisistratus fecit erga Thrasybulum, quæq; Porsena erga Mutium, quæq; Magas erga Philemonē: qui cum à poeta publice taxatus esset in theatro hisce uersibus:

En rege ab ipso literæ adsunt tibi Maga,

Sed tu miselle literarum ignarus es:

& præ tempestate in Parætonium portum delatum cepisset, satelliti mandauit, ut nudo ense ceruicem duntaxat attingeret, moxq; comiter abiret. Deinde missis talis ac pila, tanquam puerulo, qui non saperet, dimisit. Ptolemæus uero Grammatici irridens ignorantiā, rogabat quis fuisset pater Pelei. At ille: Dicā inquit, si tu prius dixeris quis fuerit Lagi pater. Hoc dicto, tetigit regis ignobilitatem, cunctiq; indigne ferebant, uelut intollerabile conuicium. Hic Ptolemæus, si regium, inquit, non est ferre dictoria, nec illud regium est, dictijs quenquam lacessere. Alexander uero amarulentior solito fuit, in his quæ gessit aduersus Callisthenem & Clitum. Quare etiam Porus captus cū hortaretur eum, ut se regaliter tractaret, ac rege percōtante, nunquid præterea? In hac uoce, inquit, regaliter inlunt omnia. Quapropter deorum regē, Milichion, hoc est, placidū, Athenienses uero, nifallor, Memachen appellant, à beneficiendi promptitudine. Cæterum punire ad furias & dæmonia pertinet, minime uero diuinum est aut olympium. Itaque sicut de Phi-

Iippo qui Olynthum subuerterat, dixit quidam: At talem ciuitatem non posset condere, ita dicendum est de ira: Subuertere quidem perdere ac diruere potes, erigere uero ac servare, parcere & tolerare, mansuetudinis est & clementiae, & moderationis, hoc est, Camilli est, Metelli est, & Aristidis ac Socratis. Ceterum infigere dentem ac mordere, formicarum est & murum. Quin insuper cum simul & ad uindictam respicio, ulciscendi rationem quae per iram geritur, comperio plerunque irritam, ut quae mortu labiorum, stridoribus dentium, inanibus incursionibus, conuicij præter dementes minas nihil habentibus, consumitur. Deinde fit, quod in cursu pueri solent facere, qui quoniā sibi temperare non ualent, ridicule cadunt priusquam perueniant ad metam ad quam festinabāt. Vnde non male Rhodius ille, aduersus ministrum Imperatoris Romanī, uociferant ac ferocientem: Non curo, inquit, quid tu dicas, sed quid ille taceat. Itidem & Sophocles, cum Neoptolemum & Eurypylum armasset:

Torsere, inquit, tela sine conuicjjs

Armorum in orbes æreorum.

Nam nonnulli quidem barbari ferrum ueneno tingunt, Ceterum fortitudo non eget ira, siquidem à ratione tincta est. Porro quod furore & ira corruptū est, facile frangitur, estq; putre. Proinde Lacedemonij, pugnaturis iram adimunt concentu tibiarum, ac musis rem diuinam faciunt antequam ineant prælium, quo uidelicet ratio permaneat in illis. Et cum hostem uerterint in fugam, non eum persequuntur, sed reprimunt iram, quippe quae facile reuocari possit, non aliter quam moderata mensura gladioli. Contra, ira innumeios sustulit ante uindictam, ueluti Cyrum ac Pelopidem Thebanum. Agathocles uero cum conuicjjs incesseretur ab his quorum ciuitatem obsidebat, placide ferebat, cumq; dixisset quidam: Figule, unde persolues hospitibus mercedem? Ille arridens, si istam, inquit, excidero. In Antigonum autem quidam ē muro dictoria iaciebant, quod esset deformis: Attamen, inquit, uidebar mihi formosus esse. Verum ubi cepisset ciuitatem, uendidit irratores, testatus se cum dominis illorū loquuturum, si rursus in ipsum iacerent conuicia. Quin & uenatores & oratores uideo uehementer labi præ ira. Aristoteles refert Satyri amicos cum litem haberent, aures illius obturasse cera, ne cum ab aduersarijs cōuicjjs afficeretur, propter iram causæ cognitio turbaretur. Quin nobis ipsis quoq; frequenter accidit, ut ulcisci non queamus seruum qui deliquit. Aufugiūt enim, minis ac dictis territi. Itaq; quod nutrices dicere solent pueris, ne plora, & accipies, hoc nō inutiliter dicitur iræ: Ne festina, ne clama, ne urge, atq; ita citius quae uis fient, ac melius. Etenim pater ubi uidet filium tantum ferro secare quippiā, aut findere, ipse arrepto ferro facit. Itaq; qui iræ intercepit ē manibus ultionem, ipse tuto nulloq; detimento, atq; etiam cū utilitate, punit cōmeritum, non seipsum uice illius, quem ulcisci uolebat, id quod non raro facit ira. Ceterum cum omnes animi cupiditates egeant assuetudine, ueluti domitrice, quae exercitatione superet impetum rationi rebellem & intractabilem, non alibi maius est certamen heris inter famulos, q; aduersus iram. Neq; enim aduersus hos oboritur, neq; inuidia, neq; metus ullus, ne que ambitio. Sed iræ etiam assidue, quae multas pariunt offensas & errores, ob faciendi quod uelis licentiam, uelut in lubrico loco subuertētes animū, nemime obſistente aut prohibente. Nec enim fieri potest, ut in eo affectu nihil peccans, cohībeat rebelles animi motus, nisi quis multam illam quod uelit faciendi licentiam, multa lenitate circumſepserit, ac nisi multas uoces tolerauerit uxoris & amicorū incusantium lenitatem & ſocordiam, quibus potissimum exacerbabar & ipse aduersus famulos, ueluti quos corrumperē non castigando. Tandem uero cognoui quod primū quidem præstaret illos reddere deteriores tolerantia, q; si quis amarulentia & ira deprauet ſeipſum, dū corrige uult alios. Deinde cum uiderē multos, hoc ipso quod non punirentur, ſapenumero uereri malos esse, quodq; his mutandorū morū initium, magis effet ignoscētia q; ultio: atq; adeo per Iouē, conspicerem eos ad nutū, ſine responsatiōe promptiusq; seruire quibusdam, q; alijſ cū plagis ac flagellis, persuasus sum, rationē magis herilē esse & principatiū gerendo accommodam, q; iram. Non enim ſicut poeta dixit: Vbi enim est timor, & pudor hic est, ſed contra, pudefcentibus innascitur timor, modestum reddens. Ceterum affida uerbe ratio, non admisis precibus aut excusatione, nequaq; hoc efficit in ſeruis ut pœnitentia pecasse, ſed ut proſpiciant, ne ſentiantur peccare. Tertio, ſemper memori, ac mecum reputā & illud

& illud quod nec is qui nos docuit faculari, prohibuit ne mitteremus sagittam, sed ne aberreremus a scopo: ita nec obstat quo minus sumas poenas, si quis doceat id facere tempore stiuerter, moderate, utiliter, & quemadmodum decet: conor iram subducere maxime, non denegans his qui puniuntur pro se respondendi facultatem, sed audiendo quid adferant. Nam cum ipsum tempus gignit in perturbatione, quo se occupet, & inducit cunctationem remittentem impetum irae, tum iudicium inuenit modum aptum ac decentem poenam magnitudinem. Adhaec non relinquitur ei de quo poena sumitur occasio reludi aduersus correctionem, si non per iracundiam, sed reuictus puniatur, nec iam est id quod est turpissimum, ut famulus videatur iustiora loqui, & dominus. Proinde quemadmodum Phocion post Alexandri mortem, non sine Atheniensis ante tempus commoueri, nec facile credere rumor: Si hodie, inquit, uiri Athenieses Alexander mortuus est, & cras & perendie erit mortuus: Sic nimis oportet hominem per iram ad vindictam properantem sibi ipsi suggestere, si hic hodie peccauit, & cras & perendie uerum fuerit eum peccasse, neque quicquam erit periculi, si paulo serius det poenas, sed si præpropere punitus, semper videbitur non peccasse, quod iam frequenter accidit. Quis enim nostrum usque adeo morosus ac sequens est, ut puniat ac flagris cædat seruum, quod ante quinq; aut decem dies aduellerit obsonium, aut mensam subuerterit, aut tardius auscultauerit. Atqui haec sunt, ob que protinus ut acciderunt ac recens admissa sunt, turbamur, exacerbamur, & implacabiles sumus. quemadmodum enim per nebulâ corpora, ita per iram maiora uidentur commissa esse sunt. Quapropter oportet illico horum hisque similium præceptorum reminisci, deinde cum liberi ab affectu suspecti esse desierimus, si puræ rationi sibi que constanti videbitur admissum scelus, animaduertere, nec tum dissimulare nec ultionem omittere eorum, uelut cibum dimittunt hi, quos edendi destituit appetentia. Neque enim perinde culpandum est præsente ira punire, & ubi se remiserit non punire, sed remissum ac dissolutum fieri, ut idem accidat nobis quod solet pigris nautis, qui dum est tranquillitas commorantur in portu, deinde pericitur uento uelificantes. Nam nos quoque neglecta rationis malisuetudine ac molitudo in puniendo, properamus id facere adueniente ira, ceu flatu periculo. Ac cibo quidem secundum naturam utitur qui esurit, ultione uero tum recte quis utitur, cum eam nec sit, nec esurit, nec iam opus habet ira ad puniendum uelut obsonio ad edendum: quin potius cum longissime coepit abesse ab appetitu vindictæ, necessaria rationem ac prudenter admouens. Neque enim quemadmodum refert Aristoteles, suo tempore apud Tyrrhenos ad tibiæ seruos cædi solitos, sic oportet ad uoluptatem, poenæ ceu rei iucundæ appetitu satiari gaudereque, rursus ubi punieris, poenitentia cruciari. Quorum illud ferinum est, hoc muliebre, sed absque dolore simul & uoluptate, eo tempore quo uiget ratio poenas sumere, nulla iræ relicta occasione. Haec itaque fortasse non uidetur iræ medicina, sed depulsio potius & cautio, ne quid peccetur eoru que solent per iram committi. Quanque & splenis tumor solet simul accidere cum febre. Ceterum is ubi resederit, febris adleuiat sicut inquit Hieronymus. Porro ubi mecum recolo quibus modis nascatur ira, uideo alios alijs de causis in eam incidere, quibus omnibus probabiliter haec accidit opinio, ut se contemni negligique credant. Quapropter his qui se defendunt, quasi iure irascantur, sic oportet succurrere, ut quod admissum est, quam longissime remoueamus a suspicione contemptus & contumacia, transferentes ad opinionem detentiarum, necessitatis, morbi, aut infelicitatis, quemadmodum fecit Sophocles:

Nec mens enim ô rex, quamlibet urgens, manet.

Fortuna quibus est tristis, in modo his excidit.

Ita fecit & Agamemnon, qui Briseidis ablationem in Ateni rejecit. Nihilominus mox cupit satisfacere, ac Donare ingentia dona.

Nam rogare, non est cotemnentis. Et qui læsit, dum se præbet humilem, amouit contempnus suspicionem. Verum haec non oportet expectare eum qui ira correptus est, sed illud potius Diogenis: Hinc derident ô Diogenes. Ego uero, inquit, non derideor, si ipso assumerem, nec existimare se contemni, sed illum magis contemnere, ut qui per imbecillitatem, aut errorem, aut præcipitatem, aut incognitiam, aut ob seruile ingenium, aut ob senium aut iuuentutem delinquit. Famulis autem & amicis modis omnibus talia sunt remittenda, non enim quasi non possimus ulcisci, aut quasi frustra simus molituri vindictam, negligi-

mur in his: uerum ob humanitatem aut benevolentiam, illi negligunt nos ut placabiles, bi-
ut amantes. Nunc uero non tantum aduersus uxorem, seruos & amicos quasi contemna-
mur ab illis, exasperamur, sed & in caupones, in nautas, in muliones, in ebrios frequenter
ob iracundiam irruimus, dum nos putamus ab his contemni. Quin etiā & canibus latran-
tibus, & asinis in nos impingentibus indignamur. Quemadmodum fecit ille, qui cum uer-
berare uellet agasonem, atq; ille clamaret: Atheniensis sum. Atqui tu, inquit a si loquēs,
Atheniensis non es, eumq; uerberauit, multasq; plagas inflixit. Attamen huiusmodi per-
petuas ac frequentes iras, quae paulatim in animis colliguntur, potissimum gignuantia no-
bis, amor nostri, morositas, cum delicijs ac mollicie coniuncta, non aliter q; examen aperte-
atur uesperparum. Proinde ad mansuetudinem nullum maius uiaticum, quam facilius ac sim-
plicitas morum, erga famulos, uxorem & amicos, uidelicet si possimus rebus praesenti-
bus esse contenti, nec egere multis ac superfluis.

At qui nec assis, qui nec elixis nimis,
Nec plus minūsue, nec cibis gaudet modo
Medio apparatis, sic ut apposita approbet,
Sed nix nisi adsit, non bibit, nec ē foro
Panem edit, ecq; uasculis frugalibus
Testaceis ue, haud attigit pīscem, neq;
Lecto incumbat stratis ue nisi tumentibus
Non aliter ac mare, fundo ab imo concitum:

Sed uirgis ac uerberibus mensæ ministros cogit accelerare, non sine cursu, clamore ac fu-
dore, perinde quasi non cibum adferant, sed ulcerum cataplasmata: is debili iurgios atq; ae-
querule dietæ inserviens non sentit se ex multis offensis, uelut à perpetua tulsi, ulcerofanti
ac distillatoriam affectionem circa iræ sedem effecisse. Itaque consuefaciendum est cor-
pus, ut per frugalitatem facilitatēq; discat sibi sufficere (etenim qui pauca requirit, nō fru-
stratur multis) ut que nihil tumultus mouēs cibi gratia, silentio utatur his quæ forte con-
tigerunt, ut ne multis de causis irascētes & indignantes, ingurgitemus nos obsonio insua-
uissimo, tum nobis, tum amicis, uidelicet ira.

Hac coena haud possit contingere tristior ulla.
Dum famuli uerberantur, uxor coniūcij afficitur, propter cibum adustum, aut fumum,
aut salis defectum, aut panē sicciorem. Arcesilaus uero, cum hospites quodam unā cum
amicis acciperet conuiuio, apposita est coena, sed deerat panis, nimisrum famulis oblitis ex-
mere, quo quidē in casu, quis nostrum nō rupisset parietes clamore? At ille ridens: Quām
inquit, res est apta cōiūcij apparandis esse sapientem. Socrates uero, cum ē palestra rede-
untē Euthydemū casu duxisset ad conuiuū, Xanthippe cū irata surrexisset dixissetq; con-
uicia, tandem etiam mensam subuertit. Euthydemus autē surgens abire cœpit, dolore affe-
ctus. Tum Socrates: At domi tuæ nuper, inquit, nōne accidit, ut gallina quædam subuo-
lans idem hoc efficeret? Nos tamen non indignabamur. Oportet enim cum comitate, ri-
su, ac benevolentia amicos accipere, nō adducentes supercilium, nec horrorem ac tremor-
em incutientes ministris. Consuecidum est aut, ut faciliter assuescamus et uasculis qui
buslibet, nec hoc magis utamur q; illo. Quemadmodum nōnulli poculo quopiam ē mul-
tis sibi delecto, sicuti narrant Marium adamasse poculi genus, quod cantharum uocant,
nequaq; biberent ex alio. Similiter affecti sunt erga lecythos ac strigiles, ex omnibus unq;
adamantes. Deinde si quod istorum communatum fuerit, aut perierit, grauiter ferunt, ac
poenas sumunt. Proinde qui ad iram propensus est, huic abstinentiā est à raris ac insigni-
bus, uelut à poculis, sigillis, ac lapidibus preciosis: propterea quod si pereat, magis turban-
tur, quām ob ea quæ paratu facilita sunt & uulgaria. Itaq; cum Nero auleum quoddam ap-
parasset, magnificum spectaculum, tum pulchritudine, tum precio: Declarasti, inquit Se-
neca, te esse pauperē. Nam si hoc amiseris, non possis alterum parare simile. Et sanè evenit
ut naue dimersa, periret auleum. At Nero reminiscens Senecę, moderatus tulit. Ceterum
facilitas in rebus utendis, etiam erga famulos reddit hominem facilem ac mansuetum.
Quod si tales reddit erga famulos, haud dubium est, quin multo magis erga amicos, & er-
ga illos, in quos gerimus imperium. Videmus autem et seruos nuper emptos de eo à quo
empti sunt percontantes, non an sū supersticiosus, non an inuidus, uerum an iracundus.

Atq; in

Atq; in universum si adsit iracundia, uiderius, nec uiros posse ferre uxorum pudicitiam, nec uxores uirorum amorem, nec amicos mutuam inter se consuetudinem, adeo ut nec coniugium, nec amicitia tolerari possit si adsit iracundia. Contra, si non adsit, etiam ebrietas res est toleratu facilis. Nam ipsa Bacchi ferula satis est ad castigandum ebrium, nisi addita iracundia uinum indilutum, pro lyæo & chorio, quæ eius dei cognomina sunt à soluendis curis, choreisq; ducendis imposita, reddat. Omesten ac Mænolen, quæ crudelitatis & insanie sunt cognomina. Atq; insanæ quidem si sola sit, medetur Anticyra, quod si mixta fuerit iræ, tragedias ac fabulas excitat. Cæterum nec inter ludendum ac ioco's oportet iræ dare locum, propterea quod inimicitiam asciscat benevolentia: nec in colloquijis ac disputationibus, eo quod ex cognoscendi studio gignit contentionem, nec in iudicando, nam violentiam addit autoritatib; nec in docendo, desperatione enim adfert, ac studiorum odium: nec in rebus prosperis, eo quod auget inuidiam: nec in aduersis, aufert enim misericordiam, quoties se præbent difficiles ac præfractos his qui simul dolent. Sic Priamus:

Obiurgatores procul hinc, procul ite molesti.

Num uobis deest luctus, ut huc me curaturi Veneritis?

Contra, morum facilitas, alijs opitulatur, alia uero componit, alia condulcat. Vincit autem mansuetudine & iram & omnem morum difficultatem, quemadmodum de Euclide narrat, cui cum frater ob dissidiū dixisset, peream ni te fuero ultus. At ego, inquit, peream ni tibi persuaserò. Hoc dicto, mox uertit in diuersum fratris animū. Polemon item, cum in hunc quidam diceret conuicia, homo qui gemmis delectabatur, & in sigilla preciosa insaniebat, nihil quidem respondit, uerum in unum quoddam sigillum erat intentus, eiusq; naturam explorabat. Id ubi sensit homo, Non sic, inquit, Polemon, sed ad lucem contemplare, & uidebitur multo melius. Aristippo posteaq; ipsi cum Aeschine nescio quid ire incidisset, & quidam illi diceret: O Aristippe, ubi nunc amicitia uestra? Dormit, inquit, sed tam ego excitabo. Adiqtq; Aeschinem: Adeóne, inquit, tibi uideo modis omnibus infelix & insanabilis, ut ne moneri quidem merear abs te. At Aeschines: Non mirum, inquit, si cum in omniibus me præcellas natura, hic quoq; prior uideris, quid esset factio opus.

Etenim ferocem non modo mulier caprum

Verum & puellus scalpitans tenera manu

Flectit facilius quam palestes quilibet.

Nos uero bestias feras cūcuramus, ac luporum catulos mansuefacimus, etiam leonum cātulos in ulnis circumferentes, ac post hæc & filios & amicos & familiares per iracundiam ejicimus, in seruos autem ac ciues, iram uelut feram immittimus, morbum nostrum hoc prætextu extenuates, quasi uitiorum odio cōmoueamur, non recte, sed ita nimis, quemadmodum & in cæteris animi morbis, dum aliū appellamus prouidentiam, aliū ingenuitatem, aliū pieratem, à nullo liberari possumus. Ec sanè quēadmodū dixit Zenon, sperma mixturam ac temperaturā esse, ex omnibus animæ uiribus reualsum, ita uidetur & ira semen quoddam esse, ex omnibus animi perturbationibus cōmixtum, siquidem & à dolore, & à uoluptate & à ferocia decerpta est. Tum ab inuidia quidem hoc habet, quod manus gaudet alienis. Cæterum homicidio deterior est. Nam illud conatur ira, non ne quid ipsa patiatur mali, sed ut male habeat, modo funditus pierdat aliū. Habet autem & ex concupiscentia sibi quod est inuisuissimum, innatum. Si quidem libido adest alterum afficiendi molestia. Itaq; cum luxuriosorum ædes adimus, tibicinā audimus mane canentem, ac futum, ut quidam dixit, uini fragmentaq; coronarum, ac famulos uideremus in foribus crupula grauatos. At iracundorum ac difficilium hominum indicia, uidebis in uultibus famulorum, & in cicatricibus, & in compedibus:

At cantor unus in ædibus asperi uiri

Nunquam deest ploratus,

dum flagris ceduntur œconomi, dum torquentur ancille, ut qui uident has iræ molestias in ipsis concupiscentijs ac uoluptatibus, commiserantur. Verum enim uero quibus accedit, ut uere ob uitiorum odium frequenter ira corripiantur, hos oportet iræ nimietatem & intemperantiam detrahere, simulq; credendi facilitatem, si quid defertur de his quibus cum habent consuetudinem. Si quidem haec causa potissimum exaggerat iram, cū is qui pro bono habitus est, apparel improbus, & qui uisus est amare, incidit in dissidium ac re-

prehensionem. Porro mores meos profecto nosti, quanto impetu rapia fitur ad benevolendum ac fidendum hominibus. Itaque quod usus uenit his, qui per vacuum eunt, ubi magis innitor amori, ibi peccato magis, lapsusque moleste fero. Atque hanc quidem ad amandum immodecum propensionem mihi penitus insitam, nondum sane possum eximere. Ceterum aduersus credendi facilitatem fortassis utar freno, uidelicet Platonis cautione. Ait enim Heliconem mathematicum sic se laudare tanquam hominem animal natura mutabile. Et, me tuere se, ne qui in ciuitate recte fuerint educati, cum sint homines & ab hominibus prognati, declarant alicubi naturae imbecillitatem. At quomodo ait Sophocles:

Pleraque furum turpitudine, nil quidem

Est aliud, ac mortalium deprehensio,

quidetur nos supra modum incessere ac derijcere. Attamen haec iudicandi de nobis morositas, & ad accusandum immoda propensiō, nos reddit modestiores in ira. Etenim quod subito ac praeceps expectationem accidit, reddit attonitos. Ceterum oportet, ut alicubi disxit etiam Panætius, uti Anaxagoræ exemplo, & quemadmodum ille in filij morte dixit: Sciebam me genuisse mortalem, hoc unumquemque nostrum subiijcere his qui nos peccatis ad iram prouocant: sciebam me non emisse seruum sapientem: sciebam me non parasitum affectibus vacuum: sciebam, quod uxorem duxisse mulierem. Quod si quis illud Platoni semper affonans alienis peccatis, nuncibi & ego talis? ratione ab externis referat intro, & alienorum erratorū incusationi interferat cautionem, non admodum exercebitur aliena peccata, considerans sibi ipsi multa opus esse uenia. Nunc unusquisque nostrum dum irascitur ac punit, Aristidis Catonisque uoces infert: ne furor, ne mentitor. Quare celsator es? Denique quod est omnium turpissimum, irascentes increpamus iracundie, quæcumque per iram commissa sunt, per iram castigamus, non quidem ut medici solent, qui Amaram amaro pharmaco bilem eluunt: sed exacerbantes potius & exasperantes. Itaque cum haec mecum reproto, simul conor etiam aliquid detrahere curiositati. Nam omnia exacte obseruare ac deprehendere, & quicquid gerit famulus in medium adducere, quicquid agit amicus, quicquid exercet filius, quicquid clanculum garrit uxor, multum adfert irarum & frequentium & quotidianarum, quarum caput est, morum difficultas ac morositas. Deus igitur, quemadmodum dixit Euripides, quæ sunt immoda attingit,

Curanda uero parua fortunæ sinit,

Ego uero non arbitror quicquam esse commitendum fortunæ, neque negligē dam tamē ei qui sapit, sed concredenda, alia quidem uxori, alia uero famulis, alia amicis ueluti principibus, principum praefectis quibusdam, rationalibus & gubernatoribus, sic ut ipse per rationem tractet ea, quæ potissimum ad rem pertinent, quæcumque sunt momenti maximi. Evidenter enim quemadmodum minutæ literæ uisum, ita pusilla negocia, quoniam magis reddunt intentos, pungunt & cōmouent iram, malam hinc consuetudinem sibi contrahentem ad maiora. Super omnia uero illud Empedoclis magnum quiddā & diuinum existimabam, sciuum esse à malicia. Laudabam interim & illas non inuenias, nec abhorrentes à studio sapientiae actas in precibus consuetudines, annum à re Venerea uiuimus puros uiuere, colentes interim deum temperantia, aut rursus à mentiendo certū tempus abstinere, nos ipsos interim obseruantes, ut uera loquamur, tum in ludicris, tum in serijs rebus omnibus. Deinde hisce rebus instruebam animum meum, ut qui non minus amet pietatem, quam philosophiam, ut primum paucos dies sacros sine irascendo transigerem, uelut absque temeraria uiño quam non aliter quam si celebrasset Nephalia aut Melisponda, in quibus uiuimus attingere aut luxui indulgere fas non est, deinde idem faciebam mensem unum aut duos, paucum latim mējpsius periculū faciens. Sic tempore proficiebam ad ulteriorem malorum toleratiā diligenter attendens & cōseruans meipsum, cū uerbis bene omnītibus, placidum iracum, purum & à dictis improbis & à factis absurdis, & à cupiditate, quæ ob uoluptatem exiguum, & inuenitiam, tum turbas ingentes, tum pœnitentiam turpissimam adduceret. Vnde, ut opinor, etiam deo aliqua ex parte adiuuante, ipsa experientia declaruit illud esse uere iudicatum, quod placabilitas haec & mansuetudo & humanitas nulli familiarium perinde grata est, nullitam amica, nec tam molestia carens, quam ipsis quibus haec adiungit.

EIVSDEM DE CURIOSITATE

EODEM INTERPRETE



PTYM. fortasse fuerat prorsus fugere domum haud quaquam perflabilem, aut tenebrosam, aut frigori uentisq; obnoxiam, aut alioqui mortidam. Ceterum si quis ob assuetudinem loco delectetur, licet uel trans latu lumine, uel alto transpositis scalis, uel ostijs alibi apertis, alibi rursus occlusis, illustriorem, magisq; perflabilem, ac salubrionem reddere. Ac nonnulli ciuitatibus huiusmodi rerū transmutatione profuerūt. Quem admodum & meam patriam spectantem ad zephyrum uentum, ac solem tendentem ad occasum à Parnaso accipientē, ferunt ad exortū fuisse uersam à Chærone. Empedocles autem physicus montis cuiusdam profundum inter rupes hiatum, grauem, ac morbiferum, eo quod notū uentū efflaret in uicinos campos, obstruxit, atq; ita uisus est pestilentialē ē regione depulisse. Itaq; si quæ sunt cupiditates pestiferae, noxiæq; tempestatem ac tenebras inuehentes animo, optimū quidem fuerit eas expellere, atq; ad solum usq; demo liti, quo nobis ip̄s paremus aerem apertū, lucem ac spiritum purum. Quod si minus poterimus, certe illud admittendū erit, ut quibuscettq; modis licebit, translatis & inuersis quæ nos offendunt, reddamus ea nobis aptiora cōmodioraq;. Velut ecce protinus curiositas: Studium est quoddā cognoscendi mala aliena, morbus qui nec ab inuidentia purus esse uidetur, nec ab improbitate. Cur ὁ homo inuidentissime, in alienis malis perspicaces habet oculos, in tuis cæcutis: Inuerte cognoscendi studiū, & istam curiositatem, ab extensis transfer ad ea quæ sunt intra te. Si cordi est aggredi malorum historiam, habes affa tim domi quod agas.

Quanta Isthmum círcum defertur cōpia aquarum;

Aut quercum circum quantum stratum est foliorum:

tantam reperies multitudinem erratorum in uita tua, malarumq; cupiditatum in animo, nec minus negligentiae in his quæ fuerat officij p̄fūstare. Etenim quemadmodum scribit Xenophon, dispensatoribus rerū domesticarum seorsum esse depositā supellestile quæ pertinet ad sacra, seorsum quæ ad cōsilia, rursus alibi reposita, quæ pertinet ad agriculturam, alibi quæ ad bellū: itidem tibi digesta sunt mala, partim quæ proficiscunt ab inuidiæ, partim quæ à zelotypia, partim ab ignauia, partim à parsimonia. Hęc recenseto, hęc recognoscito, fenestras unde prospectus in uicinos aditusq; curiositatis obturato. Ceterū alias aperito uias, quæ ducunt in uirorū conclaue quod tibi domi est, in cōcluae muliebre, in loca in quibus uersantur famuli. Illic habet istud percōrandi studium, & curiositas, negotiū nec inutile, nec improbum, uerum utile ac salutiferum: cum sibi quisq; sic loquitur:

Quo lapsus, quid feci: quod mihi munus omissum est?

Nunc uero, sicut fabulae narrant, Lamiam domi quidem degere cēcam, oculos habentem in uasco quodam repositos, uerum ubi prodit foras reponere, ac tum oculatam esse: ita quisq; nostrum foris & in rebus aliorum ob malevolentiam, sibi curiositatem uelut oculū imponit. In nostris autem ipsorum erratis ac malis frēquenter labitur p̄ ignorantia, ad hęc nec oculos habentes, nec lucem. Quapropter homo curiosus, hostibus utilior est quam sibi. Siquidem illorum mala coarguit, profertq; commonistrans illis quid sit cawendum, quid uie corrīendum. Porro pleracq; quæ domi geruntur, non animaduertit, ut delīcet attonitus studio negociorum alieniōrum. Proinde Ulysses nē cum matre quidem prius colloqui uoluit, q; ex uate percontatus esset ea, quorsū gratia descenderat ad inferos. Ea cum audisset, tum demum & ad matrem se se uerit, & alias mulieres percōritatus est, quænam esset Tyro, & quæ formosa Chloris, & quam ob rem mortua sit Epīcasta;

Dūm tristem laquei nodum trabe necit ab alta.

Nos uero mire securi ignariq; eorū quæ ad nosipso pertinēt, aliorū genus inquirimus, uis delīcet quod auus uicini fuerit Syrus, auia uero Thraessa. Ille uero debet talenta tria, nec usuram persoluit. Quin & huiusmodi disquirimus, unde illius uxor rediit domū, quid hic & ille soli in angulo collocuti sunt. At Socrates obābulabat ambigēs, quid Pythagoras dictis suis persuadere uoluerit. Et Aristippus in Olympijs cum Ichomacho congressus interrogabat, cuius doctriu disputans sic afficiat adolescentes, quumq; pusilla quædam

dictorum illius semina & exempla cepisset, sic fuit commotus, ut corpore concideret, sicut retque modis omnibus pallidus & macilens, donec nauigasset Athenas sitibundus & incensus, hauissetque de fonte, simulque & virum & huius sermones ac philosophiam didicisset, cuius haec erat summa: *Vt quisque norit sua ipsius mala, quo uidelicet ab his libereatur.* Atqui nonnulli propriam uitam uelut in amoenissimum spectaculum non sustinent intueri, neque ratione ueluti lucein, ad se reflectere, ac circunducere. Verum animus omni genere malorum scatens, horrens ac metuens quae sunt intus, exilit foras, uagaturque circa aliena, nutriendis ac saginantis animi uitium. Etenim quemadmodum gallina in aedibus frequenter, cum cibus sit appositus, subit angulum, ibique scalpens terram,

Sicubi, ut in fimo, uel granum appareat unum: Itidem qui curiositatis uitio laborant, praetermissis interim sermonibus institutis, ac narrationibus, alijsque quae nullus uetat percontari, nec quisquam moleste fert, si quis interrogat, occulta secretaque mala tortius domus efferunt. Atqui scitum est illud, quod Aegyptius respondit interroganti, quid ferret obuelatum: Ideo, inquit, obuelatum est. Tu uero cur curiose uestigas quod occultum est? Si nihil esset mali, non fuisset occultatum. Et sane in alienas aedes, non est mos ingredi quenquam, nisi prius pulsarit fores, quanquam nunc adhibentur fanitores, olim mallei circuli ue penitentes, illisi toribus, efficiebant ut sentirentur ingredi uolens, ne matrem familias alienus in opere deprehenderet, aut uirginem, aut uapulanem famulum, aut clamantes ancillas. Curiosus autem ad haec ipsa claram subit, pudicæ domus, recteque constituta, nequaquam libenter spectator futurus, etiam si quis uocet. Ea uero quorum causa, clavis, repagulum, ac uestibulum adhibentur, retegit & effert in uulnus. Atqui uentorum hi nobis sunt molestissimi, sicut ait Ariston, qui nobis reuellunt palilia. Curiosus autem non pallia uicinorum, neque tunicas, sed parietes detegit, fores reserat, & ad teneram usque uirginem, non aliterque uentus penetrat irrepitque per omnia, bacchalia, choreas, ac pannychidas, quae noctu celebratur Diana, perscrutans & exquirens quod calumnietur. Ad haec quemadmodum Cleonis, quem taxat uetus comœdia,

In Clopidis mens erat, in Aetolis manus: sic hominis curiosi mens simul est in aedibus diuitum, in casis pauperum, in aulis regum, in thalamis nuper nuptiarum, scrutans omnia omnium negotia, tum hospitum, tum praesidum, atque id quidem haud citra periculum: sed perinde ac si quis gustet aconitum curiositatis uitio scire cupiens quale sit, priusque sentiat tollitur e medio: sic qui potentiorum inquirunt mala, prius absunt seipsoseque intelligent. Etenim qui solis radios, largos sane atque omnibus diffusos intueri nolunt, sed ipsum solis orbem impudenter obtuentur, ac lucem in semet auerti cogunt audaces, excæcatur. Itaque scite Philippides comœdiarum scriptor, cum rex Lysimachus ipse dixisset: Quid è meis rebus tibi impariā? Quiduis, inquit, ô rex, modo ne quid arcanorum. Etenim que regum sunt, iucundissima pulcherrimaque foris posita sunt, conuicia, diuitiae, solennes conuentus, munificentiae. Verum si quid arcum est, ne adeas ne ue moueas. Non cœlatur regis gaudium, cum res sunt prosperæ, neque risus ludentis, neque cum apparat aliquæ humanitate seu beneficio prosequi. Quod occultatur formidabile est, triste, in amoenum, in accessum, suppuratae cuiusdam iracundiae thesauros, aut ultionis profunda in animo uersatio, aut zelotypia in uxore, aut suspicio quaepiam in filium, aut diffidentia erga amicum. Fuge nigram istam & condensantem se nimis. Senties tonare ac fulgurare simulacrum eruperit, quod nunc latet. Quænam igitur fugiendi ratio? Si contrahas & astringas, ut dixi, curiositatem, potissimum autem si mentem uerteris ad ea que magis prosunt iuuatque. Curiosè perquire que sunt in cœlo, que in terra, quae in aere, quae in mari. Vt rū paruarū rerū contemplatione delectaris, an magnarū? Si magnarum, circa sole curiosus esto, ubi occidat, & unde exoriatur. Quære cur luna uelut homo subinde mutetur, ubi tantu[m] luminis absumperit, unde rursus quod amisit reparauerit.

Vbi iam uideri desint, qui fiat, ut
Primum noua ac uultu decora prodeat,
Sensim usque ad orbis aucta plenitudinem.
Rursum ubi decorem eniuit ad summum, statim
Senescat immunita, donec nulla sit.

Atque haec quidem sunt arcana naturæ, nec indignatur ea deprehendentibus. At magna

magna contemnis. Curiosus igitur est circa minora, qui fiat ut in his quæ terra producit, alia perpetuo florent & uireant, omniq; tempore uernent, opes suas ostentantia, alia rursus nunc quidem sint illis similia, nunc rursus uelut homo negligens rei familiaris, qui semel omnes facultates profudit, nuda mendicacq; relinquuntur. Deinde, quamobrem alia quidem fructus ædant proceros, alia angulosos, alia circulares aut rotundos. Fortassis eam ob causam non es harum rerum curiosus, quod in his nihil insit malum. Quod si omnia non necesse est curiositatem in malis, quemadmodum serpentem in letiferis sylvis semper aliuersariq; ducamus illam ad historias, atq; illinc nobis congeramus copiam minime malignam, abundantiamq; malorum. Hic enim insunt ruinæ uirorum, profusiones facultatum, corruptiones uxorum, insidiae famulorum, calumniae amicorum, apparatus ueneficiorum, inuidiae, zelotypie, naufragia familiarium, electiones principum. Hisce temet expleto, hisce obstable, nemini molestiam aut dolorem allaturus eorum, quibus cum uiuis. Verum ut uidetur, curiositas nō gaudet perantiquis & obsoletis malis, sed calidis ac recentibus, nouascq; tragœdias libenter spectat. Cum comicis autem & argumentis hilarioribus non admodum gaudet habere commercium. Proinde si quis de coiugio quopiam loquatur, aut de sacrificio, aut de deductione, indiligenter & oscitant audire curiosus, aitq; sibi plerique iam ante audita esse. iubetq; narrantem conferre sermonem in pauca, aut prætercurse. Quod si quis assidens referre cooperit uitiatam uirginem, aut adulteratam uxorem, aut institutam litem, aut dissidium fratum, hic neq; dormitat, neq; causatur deesse oculum,

Quin alias querit uoces, atq; admouet aures.

Atq; illud, heu ut magis in aures fertur mortaliū malum, quām felicitas, uere dicitur est de curiosis. Quemadmodum enim cucurbitulæ, quod in carne deterrimum est ad se trahunt, sic curiosorum aures deterrimos quosq; sermones attrahunt: &c, ut melius dicam, sicuti ciuitates habent portas quasdam nefastas sinistrisq; ominis, per quas educunt supplcio capitis destinatos, sordescq; ac purgamenta ejiciunt, nihil autem purum aut sacrum per eas uel ingreditur uel egreditur: ita per curiosorum aures, nihil probum aut uenustum transit, sed sermones de cædibus aditum inueniunt, atque ibi uersantur, impuras & impias fabulas secum deferentes.

Semper canens in ædibus manet meis

Ploratus.

Hæc est curiosis musa ac sirena unica, neq; quisquam est istis audire iucundius. Siquidem curiositas est libido audiendi secreta retrusaq;. Nullus autem occulit, si quid habet bonum. Quandoquidem hic simulantur adesse bona etiam quæ non adsunt. Proinde curiosus, qui appetit cognoscere mala, obnoxius est morbo, gaudendi de malis aliorum, liuoris & inuidiae fratri. Nam inuidia dolor est de bonis alienis. Cæterum epichærecacia, uoluptas est ex alienis malis concepta. Cæterum utruncq; nascitur ex affectu immani ferinoq; malitia. Adeo uero molestum est unicuiq;, si quis ipsius mala retegat, ut multi moriantur civis, quām ut medicis aliquid secretorum morborum uelint ostendere. Age si Herophilus aut Erasistratus, aut Aesculapius ipse quum inter homines esset, tenēs remedia & instrumenta iuxta domum astans, percontatus fuisset, num quis haberet fistulam iuxta posticum, aut num uxor cancerum in membro pudendo (quariquam huius artis curiositas salutifera est) attamen nemo, ni fallor, non abegisset percontatorem, qui non expectata necessitate inuocatus uenisset ad aliena mala cognoscenda. Atqui curiosi hæc eadem atque his etiā peiora disquirunt, idq; non ut sanent, sed tantu ut retegat, unde nō iniuria habent inuisi. Nam & telonis indignamur grauiterq; ferimus, non cum decerpunt aliquid ex his quæ palam importantur, sed quoties inquirentes quæ sunt occulta, in alienis uasis ac sarcinis uersantur. Et tamen illis hoc permitit lex, & damno afficiuntur, ni fecerint. Contraria, curiosi perdunt ac proïciunt sua ipsorum negotia, dum intenti sunt alienis. Neq; frequenter eunt rus, eo quod non ferant quietem ac silentium agrorum. Quod si quando se post longum tempus eò contulerint, uiscinorū uineas intuentur potius quām suas, percontanturq; quo boues uicino perierint, aut quantum uini illi acuerit, citoq; recurrunt in urbem his expleti. Itaq; qui uetus est agricola, nec eum sermonē libenter recipit, qui sua sponte uenit ex urbe. Dicit enim: Itāne mihi fodiens dicet, quibus conditionibus cōpositæ lites sine? Nam nunc harū rerum curiosus obambulat scelerosus iste. Cæterum curiosi fugiunt rusticationem, uti rem quanpiam inanem, frigidam, neq; quicquā habentē Tragadiz

gediae; ad tribunalia, fora & portus se recipiunt. Nihil ne noui? Nam mane non eras in foro. Quid igitur, num tribus horis existimas immutatam esse ciuitatem? Et tamen si quis habeat tale quippiā quod narret, descendit ex equo, dataq; dextra, & ex osculatus hominem, consilfit auscultans. Quod si quis forte obuius dicat, nihil esse noui, tanquam offensus, q; id ait, inquit? Non fuisti in foro? Non preteristi prætorium, nec incidisti in eos qui uenerunt ex Italia? Itaq; laudanda Locrensum lex, quæ si quis peregre reuersus rogasset, nunquid noui, eū multa afficiebat. Quemadmodum enim coqui optant ubere pecudum prouentum, pescatores pesciū: sic curiosi optant annonā malorum, ac negociorum multi tudinem, nouitatesq; & rerū mutationes, quo semper habeant quod uenētur mastentq;. Quin & Thuriensium legibus recte cautū est, quæ uetant in comœdijs taxari ciues, præterquam adulteros & curiosos. Siquidem uidetur & adulterū esse curiositas alienæ uox luptatis, inquisitioq; ac perscrutatio rerum, quæ sic asseruantur, ut plerosq; lateant. Ipsa uero curiositas, paralysis est ac tabes, renudatioq; rerum non efferendarum. Itaq; fere fit, ut multa cognoscendi studium, comitetur garrulitatis uitium. Quapropter & Pythagoras solitus est iuuenibus indicere silentiū quinquenne, quod ille uocabat echemythiam, à continendo sermone. Cæterum fieri non potest, ut curiositatem non comitetur maledicentia. Etenim quæ libenter audiunt, ea libeter effutiunt, & quæ ab alijs studiose colligunt, apud alios cum uoluptate efferunt. Itaq; morbus hic præter alia mala adfert & illud, quod impedimento est, quo minus assequantur quod concupiscunt. Etenim omnes illos obseruant celantq;, nec libenter aut faciunt quicquid uidente curioso, nec dicunt audiente. Verum & consilium differunt & negociorū considerationes in aliud rei ciunt tempus, donec nec ē medio se tollat homo talis. Quod si forte subito superuenerit curiosus, dum quipiam arcani sermonis habetur, aut rei seriae geritur, non aliter quam fele prætercurrente solent pescem, ita tollunt ē medio quod erat præ manibus, & abscondunt, adeo ut plerunq; quæ cæteris audire spectareq; licet, his solis nec audire nec spectare detur. Quamobrem prorsus omni fide caret homo curiosus, famulis enim & peregrinis citius credimus epistolas, aut literas, aut sigilla, quam amicis aut familiaribus curiosis. At Bellerophontes ille ne aduersus seipsum quidem scriptas literas cum portaret, resignauit, sed abstinuit manus ab epistola regis, quemadmodum abstinuerat ab eiusdem uxore, nimis eadem animi temperantia. Siquidem intemperantia est curiosum esse, non aliter q; adulterum esse: ad iuncta est autem intemperantia, grauis stulticia ac dementia. Nam præteritis quæ plurimæ sunt, cōmuni bus ac publicis mulieribus, ad conclusam ac sumptuosam ferri, frequenter ut accidit, deformem, insignis cuiusdam insanie dementiaq; est. Atqui idem faciunt curiosi, præteritis multis ac pulchris spectaculis, prælectionibus, studijs ac disputationibus, alienas perfodiunt epistolas, aures admouent uicinorū parietibus, ac susurros miscet, cum famulis & uxorculis, nec id ferè cītra periculum, certe semper cum infamia. Proinde conducibile fuerit curiosis ad morbi depulsionem, si quam maxime fieri potest, recordentur, quæ ante compererunt. Etenim si quemadmodum Simonides dixit, se cum ex interuallo temporis aperiret scrinia, alterū quidem quod mercedibus erat dicatum, inuenire plenum, alterum quod gratijs erat sacrum, uacuum: ita si quis ex interuallo, curiositatis pernum aperiat inspiciatq; multis inutilibus, superuacaneis, & inamoenis rebus plenum, fortassis ipsum rei facies offendet, cum apparuerit modis omnibus inatabilis ac nugatoria. Nunc age, si quis aggressus ueterū libros, ex his pessima quæq; decerpit, ac librū habeat hinc compositum, uelut ex Homeris versibus, qui acephali dicuntur, aut ex tragicis soeclis misis, aut ex his quæ Archilochus aduersus mulieres indecēter & intemperāter dixit, seipsum interim traducens, an non is uideatur tragicis dignus imprecationibus.

Male pereas, mortalium excerptens mala.

Quin & absq; tragicis imprecationibus, indecora est & inutilis collectio, repositiō pecatorū alienorum. Qualis erat illa ciuitas, quā Philippus ex pessimis quibusq; ac deploratissimis conditam ex re uocauit πονηρόπολις. Itaq; curiosi dū undiq; colligunt congerūtq; non ueris, ac poematis, sed alienæ uitæ lapsus, errata, ac solecismos, inueniuntissimum & inuicundissimum malorū grammatophylacion circumferūt, suam ipsorum memoriam. Quemadmodum igitur Romæ quidam picturas ac statuas, ac per Iouem etiam puorum uenialium ac mulierum formas, pro nibilo ducētes, obuersantur circa forum in quo uenundan-

uenundantur portenta, inspicientes perquirentesq; mutilos tibij, felium instar habentes cubitos, aut quibus sunt tres oculi, aut qui capitis forma passerem representant, aut si qua alia species commixta, aut si quod portentum abortuum. Cæterum, si quis assidue perducat illos ad huiusmodi spectacula, cito res ipsa satietatem ac nauseam parlet. Ita qui curiosi sunt circa lapsus alienæ uitæ, circa probra generis, circa turbas ac peccata, quæ inciderunt in ædibus alienis, ea quæ prius competerunt in memoriam reuocent, meminerintq; quod ex alienorum malorum obseruatione nullam neq; gratiam, neque utilitatem retulerint. Igitur ad huiusmodi morbi depulsionem plurimum profuerit, si consuescamus exercere nosmetipsos initio è lōginquo facto, atq; hoc pacto discamus in hoc affectu temperare nobis. Quoniam enim ex assuetudine natum est incrementum morbi, paulatim in peius proficiens, eodem modo sumus pariter & de exercitatione temperantiae disputaturi. Proinde sumamus initium ab his quæ & celerrime fieri possunt, & maxime uulgaria sunt. Quantulum enim negotij est per vias, sepulchrorum inscriptiones non legeret: aut quid habet difficultatis, inter deambulandum literas parietibus inscriptas, oculis præterire, tacite nosipso commonentes, in illis nihil esse scriptum, quod utilitatem aut oblationē adferat, sed Meminit ille illius in bonum, & Amicorū optimus hic est quispiam: multaq; his similia illiç uisuntur, plena nugamentorum. Quæ uidentur quidem nihil officere, cum leguntur, lædunt tamen clanculum, eo quod gignunt in nobis studium disquerendi quæ nihil attinent. Et quemadmodum uenatores non sinunt canes aberrare, & quemlibet odorem perseguiri, sed loris retrahunt reuocantq; olfactum illorum seruantes purum & integrum officio peculiari, ut acrius inhæreat uestigij,

Naribus inquirens uestigia summa ferarum.

Sic oportet & curiositatē ad quiduis spectandum audiendūm ue excurrentem, atq; oberrantem cohibere ac retrahere, quo seruetur ad utilia. Etenim sicuti leones & aquilæ dum ambulant, unques uertunt introrsum, ne aciem illorum & cuspidē deterant: sic existimantes curiositatem ad multarum cognitionē aciem quandam & acumen habere, ne consumamus illud, neq; hebetemus in rebus deterrimis. Secundo uero loco consuescamus, si quando præterimus fores alienas, nō introspicere, neq; in ea quæ sunt intus oculis irrumpanus, curiositate manus utentes uice: sed illud Xenocratis in promptu sit, qui negauit quicquam referre, utrum pedes an oculos inferas in ædes alienas. Neq; enim iustum, neque honestum, ac ne iucundum quidem spectaculum est,

Hospes uidere, turpe si quid intus est.

Nam ea quæ uidentur in ædibus fermè sunt huiusmodi, uascula humi iacentia, aut ancillæ sedentes, nihil uero serium, nihil iucundum. Cæterum, turpe est ad hæc obiter diuerte, remenis oculos, huc intendere aciem ingenij, hisq; assuescere malum est. Diogenes quidem cū spectaret Dioxyppum Olympioniken curru inuehi, nec ualentē interim oculos auertere à formosa muliercula, quæ spectabat pompam, sed respectantem, ac circuntorsu quētem ad illam oculos, uidebat, inquit, athletam à puellula collo obtorto uinci. Curiosos autem uideas pariter ad quoduis spectaculum flectere ceruicem ac circumagi, posteaq; eos ceperit assuetudo curaq; oculos per omnia circunducendi. Oportet autem, ut arbitror, sensum nequaquam foris deuagari, ueluti famulam nō probe institutam, uerum cum ab animo dimittitur ad negotia, in illis uersari, celeriterq; renunciare quod mandatum est. Deinde rursus decenter intus apud rationem uersari, illiq; attendere. Nunc autem accedit illud quod ait Sophocles:

Deinde uero uiri non tenentis habendas

Liberi equi uir rapiunt:

ita sensus destituti rectio, quæ admodum diximus, duclu atq; exercitatione, ultro excurrūt, ac plerunq; secum unā trahunt animum ad quæ non oportuit, tandem dant illum præcipitem. Vnde illud quidem falso iactatū est de Democrito, quod sponte sibi ademerit oculos, admouēs eos speculis igni candētibus, & ab his repercuissu accepto, ne quid obturarent menti, subinde uocantes ad res externas, sed sinerent illam intus seruare domū, uersariq; in rebus intelligibilibus, uelut obturatis quæ in uiā spectant fenestrī. Illud tamen uerissimū est, quod raro mouēt sensum, qui plerunq; mentis agitatione utuntur. Si quidem & musea quāmmaxime procul ab urbibus collocabant, & noctem uelut amicam intellegentias

ligentiae, vocabant euphronem, videlicet arbitrantes quietem & assiduitatem illam, nullis interpellantibus aliarum rerum curis, multum habere momenti ad inuentionem eorum quae inquiruntur. Ac ne illud quidem arduum est ac difficile, quoties homines in foro se se uicissim conuictris ac maledictis impetunt, non adire; aut si quando multorum concursus fuerit, manere sedentem: quod si tibi non temperas, surgere atque abire. Nam si te ipsum curiosis admiscueris, nullius bonae rei fructum inde capies. Plurimam uero capies utilitatem, si curiositatem auertas, uieque coherceas, ut consuescat obtemperare rationi. Ab hoc initio proficiens ad acriorem exercitationem, recte feceris, si theatrum in quo quid iucundi recipitur prætereras, sique amicos ad saltationis aut comœdiae spectaculum secum abducere co[n]nates repellas, aut si clamore in stadio circoue exorto non aduertas oculos. Quædammodum enim Socrates monebat cauendos esse cibos, qui non esurientes inuitarent ad edendum, similitet & potum, qui non sient ad bibendum: itidem oportet & nos, omnia spectacula omnesque recitationes cauere fugereque, quæ nos ad se cogunt allestantque, cum illis nihil sit opus. At Cyrus nolebat aspicere Pantheam, uerum cum Araspus diceret, mulieris formam dignam esse quam contemplaretur: Ob hoc ipsum igitur, inquit, magis abstinentiam est ab ea. Etenim si tu secutus consilium illam adiero, fortassis ipsa rursus mihi persuaserit, ut ad ipsam comeam, etiam cum non uacabit, spectemque & assideam, neglectis interim multis seruis negocis, Eundem ad modum nec Alexander uenit in conspectum uxoris Darii, cum prædicaretur esse de centissima specie, sed huius matre conuenienter anum, puellam ac formosam uidere non sustinuit. Nos dum in uxorum cubicula clam immittimus oculos etiam à fenestris pensiles, nihil flagitiū nobis uidemur admittere, qui curiositatem nostram patiamur illabi, influereque per omnia. Est igitur & ad iusticiam exercendam utile, non nunquam & quod iustum est prætermittere, quo consuescas procul abesse à factis iniustis. Similiter & ad pudicitiam conductit nonnunquam à propriis uxoribus abstinerere, ne quando commouearis in alienas. Hanc denique consuetudinem adducens curiositati, tenta nonnunquam & eorum quae ad te pertinent, nonnulla dissimulare, nec in aures admittere, & si quis uoluerit aliquid earum rerum quae domi tuae gestæ sunt renunciare, differas, uerbaque quae de te dicta uidentur, repellas ab auribus. Si quidem Oedipodem curiositas maximis inuoluit malis. Etenim cum de se ipso perquireret, quasi non esset Corinthius sed hospes, obuiū habuit Laium, quo perempto, propriaque matre in matrimonium ducta, dotisque nomine regnum adeptus, cum iam uideretur beatus, rursus inquisivit de se ipso, idque cum non permetteret uxor, uehementius etiam redarguebat senem cōscium, nihil non adiuuens, quo cogi posset ad prodendum arcanum. Tandem cum rei suspicio iam illum torqueret, & senex exclamasset:

Heu me eloquendi iam premis necessitas,
nihilosecias tamen curiositatis uitio deuinclus & discruciatu[s], respondit:

Ac me audiendi, audire oportet attamen.
Vsque adeo dulcis quædam est amaritudo, nec cohiberi potest curiositatis titillatio, uelut ulcus semet ipsum cruentans dum lancinatur. Cæterum qui sit hoc morbo liberatus, naturaque placidus, neque gnarus ullius mali, dicturus est,

O diua quam sapis malorum obliuio.
Quapropter & aduersus hæc est consuetudo ducenda, ne redditâ epistolam mox ac pretinus soluamus, quemadmodum faciunt plerique, qui si manus sint tardiores, dentibus epistolæ uincula dilacerant. Tum sicunde ueniat nuncius, ne accurramus, nec surgamus loco, si quis amicus dixerit, habeo non nihil nouæ rei quod tibi dicam. Imò potius si quid habes quod utilitatem ac fructum adferat. Cum ego quondam Romæ dissererem, Rusticus ille quem post occidit Domitianus, gloriae illius inuidens, me loquentem audiebat, atque interim satelles accedens, Cæsaris epistolam illi reddidit. Atque orto silentio, meque sermonem interrumpente, quo posset epistolam legere, noluít, nec prius resignauit, quam ego finissem orationem, ac dimissem auditorium. Qua quidem in re omnes viri grauitatem admirati sunt. Verum ubi iam quis quibuscumque potest modis alens curiositatis morbum ualidum ac uiolentum reddiderit, non iam facile est eam cohibere, propterea quod ob affectu[m] fertur rapiturque ad ea quae uertita sunt. Verum hi resignat epistolas, secretis amicorum cōcilij semet ingerunt, sacrorum inspectatores fuit, que uidere fas non est, loca inaccessa calcant

calcant, facta dictaque regum scrutantur. Et tamen tyrannos quos necesse est omnia cognoscere, inuisissimos reddit hominum genus, quos aures ac delatores appellant. Primus itaque Darius minor, quosdam habebat auscultatores, quos ~~et~~ vocant, sibi ipsi diffidens, nullosque non suspectos habens ac metuens. Dionysius uero, delatores huiusmodi Syracuseis admiscerunt. Vnde nouatis rebus hos primum apprehensos Syracusanis occiderunt. Etenim delatorum genus ex curiosorum gente familiaque est. Ac sycophantae quidem inquirunt, si quid quis malum uel decreuit uel fecit. Curiosi uero etiam calamitatem uicinorum, quae prater animi decretum accidunt, exquirunt atque in uulgo efferunt. Dicitur autem & Aliterij cognomen ex curiositatis uitio primum esse natum. Cum enim, ut est uerisimile, ualida fame esset apud Athenienses, nec hic quibus erat frumentum proferrent in medium, sed clam nocte domi molerent, isti obambulantes obseruabant molarum strepitum, unde cognomen inditum Aliterijs. Simili de causa narrant Sycophantarum cognomen ortum. Cum enim lege ueritatum esset, ne quis exportaret ficos, qui probebant ac deferebant exportantes, Sycophantae dicti sunt. Proinde nec illud fuerit inutile curiosis, quo pudeat ipsos sui, si cogitent se simili cognatoque studio teneri, quo tenetur hic, quis maxime sunt inuisi molestique cunctis.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS ORNATISSIMO
iuueni Francisco Dilfo salutem dicit.

VL LA uitia grauiorem afferunt perniciem, Franciscus charissime, & que uirtutis specie fucantur. Quorum de genere est immoda uerecundia, quam Graci uocat *λυστρια*. Atque hoc noxiuū germe optimis quibusque ac generosissimis ingenij pottissimum innascitur, quod si uitæ euellere, succedit aliud nocetius. Si relinquas, multam malorum uim secum inuehit. Cæterum si cauta moderatione corras, optimus est innocentiae custos, ac uirtutum omniuim uelut ornamētum. Et recte quidem Aristoteles negat pudore esse uirtutem, sed in adolescentib. affectionē probā boneque spēi īdolem arguentem. Ita comicus ille senex: Erubuit, salua res est. Verum is si immodus sit, celat uitia, ne possint sanari, quemadmodum scripsit Flaccus: Incurata malus pudor ulcera celat. Et Plato censet hunc affectū largiorib. in uitati unculis excutiendū. Obstupefacit ingenij uigorem. Vnde priisci primū infaniz gradū, quē gignere dicitur strychnū draconis pondere potum, iussum pudoris uocauerunt. Nec rarū est cernere quosdā huiusmodi pudore sic delirantes, ut mens abesse uideatur. Breuiter nō solum ad discēdum ac iudicandum, uerum etiā ad dicendum & ad omnē honestā uitæ functionem reddit inutiles. Itaque hunc Plutarchi libellum, quē linguae nostræ appendicem esse uolui, eo libentius ueri, quod ipse repetens animo uitæ peractæ seriem, comperio me nō alia rem agis peccasse & *λυστρια*, neque quicquam infelicius mihi cessisse & ea quæ cōtra animi mei sententiā, amicorum improbis flagitationibus tribui. Quoniā autem animaduerti cum eximis natūræ tuæ dotibus, multum uerecundiæ, multumque facilitatis esse coniunctum, hoc libello te uelut antidoto munendum putauī, ne quando pudor exeat in *λυστρια*, quæ an tibi haecenus damno fuerit nescio, certe illi acceptum fero, quod sero cognoui tam felix & amicum ingenium. Quod si maturius contigisset, tuo quoque, ni fallor, bono contigisset. Sed non te remorabor diutius à Plutarcho, ex quo melius audies hæc omnia. Bene uale. Basileæ postri d. purificationis. Anno à Christo nato M D XXVI

PLUTARCHVS CHAERONEVS DE
VITIOSA VERECUNDIA, ERASMO ROTERODAMO interprete.



X HIS quæ terra producit, quædam sunt non modo suapte natura sylvestria infrugiferaque, uerum etiā mitibus frugiferisque seminibus ac planis suo incremento officientia: attamen hæc agricolæ iudicant argumenta soli nequaquam mali, sed pinguis ac feracis. Itidem sunt & affectiones animi, per se quidem non bonæ, sed tamen ceu germina quædam ac flores bonæ indolis, quæque semetipsam rationi colendam commode possit exhibere

exhibere. In his numero & eam quam Graeci uocant dysopiam, hanc dicere possis uitio-
sum pudorem, aut stupidam uerecundiam, quae signum quidem est haud quaquam ma-
lum, quum sit causa malorum. Etenim qui pudeſtunt frequenter eadem peccant, quae ſolent
impudentes, niſi quod illi quum peccant, dolore moleſtia & afficiuntur, non autem dele-
ſtantur, quemadmodum illi. Quisquis enim pudore uacat, non ſentit dolorem ex turpi-
ter factis. Contra qui facile pudeſcit, cito commouetur, non ſolum obiectis his quae uere
turpia ſunt, uerum etiam quae ſpeciem habet turpitudinis. Si quidem immodicus pudor
dicitur, hinc imposito nomine, quod uultus quodammodo ſimil cū animo uer-
tatur, loco & dimoueatur. Quemadmodum enim κεραφερη, quam pronitatem aut puti-
ditatem Latine poſſis dicere, definiunt dolorem in nobis efficientem, ut uultum demittan-
mus: ſic pudorem adeo nos efficientem ut non audeamus obiueri quos oportebat, θυρω-
πικη appellant uoce cōpoſita ex ων αſpeclu, & θυρη particula quae difficultatis habet ſi-
gnificationem. Vnde orator quidem ille de impudente dixit, quod in oculis haberet non
τόπες ſed τόπες, id est, nō pupillas ſed ſcora, uidelicet ludēs ex ambiguo uocis τόπες, quae
& uirginem ſonat, & oculi pupillam. At ē diuerso qui facile pudeſcit, animum plus ſatis
muliebrem ac mollem in uultu præſe fert, extenuans interim uitium ſuum, & id quo uin-
citur ab impudente pudorem appellans. Itaq; Cato dicebat ſibi magis placere adolescen-
tes qui rubefcerent, quām qui pallescerent: recte consuefaciens illos docensq; probrum
effe metuendum magis quām reprehensionem, & ſuſpicionem potius quām periculum.
Attamen immodicus ille metus ſuſpicio & probri eximenda eft ex animo, eo quod ſa-
penumero fit in nōnullis, ut dum non minus metuunt audire male, quām affici malis, de-
terreantur ac refiliant ab honesto, quod non queant perpetui infamiam. Nec horū ſane fo-
uendus eft affectus, qui tam molles ſunt & imbecilles, neq; rurſus laudādus eft ille animi
rigor & immobilitas. Cæterū in hoc quod quis

Intrepide fixisq; oculis contra aſpīt omnes,

Lucet Anaxarchi uis improbitasq; canina.

Quin magis arte conandum eft, ut ex utroq; modulata quædā fiat tēperatura, quae ſimil
& à perpetuo fixoq; obtutu, tollat impudentiā, & à nimia modetia tollat imbecillitatem.
Eft profectio & diſſicilis horū curatio, nec abſq; periculo fit ab excessibus huiusmodi re-
uocatio. Sicut enim agricola qui euellit ſylueſtre germe & in frugiferum, ibi ualide impa-
cio ligone, ſubuertit radicē, aut ad moto igni incendit. Cæterū quum uitem aggreditur pu-
tandam, aut mali arborem aut oleastrum traxit, circumſpecie manū admouet, metuēs ne
quid ex his quae ſana ſunt reſecet. Itidem philofophus, qui ex adolescentis animo eximit
inuidiæ in frugiferum germe, quodq; non facile mansuſcit, aut intempeſtuum pecuniae
ſtudium, aut quū libidinis intemperantiā execat, cruentat premitq; ac ſectionem & cicat-
ricē profoundam facit. Cæterum quoties ad delicateſtam teneramq; animi partē ſe monem
adhibet auocantem à uitio, qualis eft ea, quae immodico pudore cōmouetur ac turbatur,
cauet ne imprudē ſimil reſecet ingenuū pudorem. Nutrices enim dum frequenter preſ-
ſius extergunt ſordes ab infantibus, non nunquā & carnē unā cū ſordibus abſtrahunt, lae-
duntq;. Proinde nō eft cōmūtendum, ut dum modis omnib. ab adolescentibus ad uiuum
uſq; pudore immodicum extundimus, incogitantes eos reddamus ac præter modum im-
probos. Quin potius que inadmodū iij qui démoluntur ædes ſacris ædificijs contiguas,
quae proxima ſunt & continentia manere ſinunt ac fulciunt: Ita dum immodici pudoris
uitium attingimus, cauendum eft ne ſimil & illa detrahamus, quae contigua ſunt pudo-
ri, modetiae ac mansuetudini. Nam ſub his latitat, his adhæret uitiosus pudor, palpans &
affentans immodice uerecundo, uelut humano ciuiliq;, ac ſenſum habenti cōmunem, mi-
nimeq; rigido ac præfracto. Hanc ob causam Stoici hiſ de rebus diſſerturi, protinus ipſo
etia nomine diſtinxerunt erubentia ac uitiosum pudore à uerecundia, ne ſi commune
uocabulum reliquiffent, uitio darent occaſionē lādendi uerū nobis concedant nominiſ.
citra calumnia uti, uel potius largiantur nobis Homerico more loqui. Si quidē ille dixit:

Valde pudor mortale genus lāditiū iuuātue.

Et haud male quidē lādēdi uerbū priore loco posuit. Fit enim pudor utilis ratione, quae &
detrahit quod redundabat, & quod erat moderatū relinquit. Illud igitur in primis perſua-
dendū eft ei, qui immodico pudori obnoxius eft, quod affeſti noxiō teneatur. Nihil autē
eft

est noxiū quod idē sit honestū: quodq; nō oporteat uoluptatē capere, quoties laudib;
demulcet, dum pro graui, excuso ac iusto prædicatur elegās & hilaris, neq; quēadmodū
Euripidis Pegasus: Pauitando cessit insidenti plus satis Bellerophōtæ, ita se se præbeat q;
bus libet rogātibus, atq; ad illorū humilitatē simul & semetipsum deificiat, metuēs ne audi
at durus & inexorabilis. Etenim Bocchoridi Aegyptio, quū esset natura sœuus, Isis ut fer
sūt, immisit aspidē, quē circūvoluta capiti, supne obūbraret, uidelicet quo iuste iudicaret.
At pudor immodicus mollib; & effeminate immithēs, nec ualēs ad ullā petitionē renue
te aut cōtradicere, & iudices auertit à iustitia, & in cōsultatiōe sedētibus obturat os, mul
taq; cogit tū dicere tū facere incōsulte. Ceterū qui improbissimus est, semp hūlus affectus
dominus ac superior est, sic exutiēs pudoris affectū ut nunq; pudefiat. Itaq; pudor immo
dicus dū nullā interpellationē potest repellere nec submouere: pinde ut ager supinus ac
mollis, turpissimis tū factis tū cupiditatib; perius est. Nā huiusmodi pudor malus custos
est tenerē etatis, quēadmodū dixit Brutus, sibi nō uideri eum etatis flore recte collocaſſe,
qui nihil negaret. Rursus malus est thalamī & fœminei cōclauis curator. Sicut apud So
phocle loquit̄ illa adultero iam facti poenitēs: Suasū impulisti, blandiendo illecta sum.
Itaq; pudor immodicus, posteaq; intēperantia ad turpia proclivē magis etiā non obſistens
do corrupit, omnia præbet inuadētibus immunita, patētia, proclivia. Et in dādo quidē per
dunt ingenia sceleratissima. Obsequēdi uero facilitate, & immodico pudore, corrūpunt
etiā uerecunda. Nō interim cōmemoro detrimenta rerū utiliū, quae parit immodicus pu
dor dum mutuū dant, quibus diffidūt: dum sponsores fiunt, pro quibus nolunt, dum lau
dant quidē illud, sponde, sed præsto est noxa, ceterū eo in rebus gerendis uti nō possunt.
Quām multos aut̄ hīc morbus sustulerit, nemo facile recensuerit. Siquidē Creon dum sic

Mulier satius est hostis ut siam tibi:

(Medeam alloquitur.

Quām si obsequar nunc, gemere dira in posterum.

alijs quidē esset agendum præscripsit: At ipse stulto pudore uiclus dum unū diem poscen
ti dat, subuertit domum. Nōnulli uero etiā quum cædes & uenena suspicarētū parati, ta
men ob pudorē uitiosum subuersi sunt. Hunc in modū perijt Dion, nō quod ignoraret sū
bi à Callippo strui insidias, sed quia pudiuit obseruare amicum & hospitē. Sic Antipater
Casandri filius, uocato ad cœnā Demetrio. Deinde postero die quum uicissim esset uoca
tus ab ipso, pudiuit recusare, ne uideret ei diffidere qui ipsi filius fuisset. Quū iſſet igitur, su
per cœnā interficius est. Ceterū Polyperchon paciū talenta centū, receperat Casandro
seſe perempturum Herculē Alexandri ex Barsine nothū, deinde ad cœnā uocabat. Porro
quum adolescentes suspectā quidē haberet eam uocationē, metueretq; sibi, ceterū excusaret
incōmodam ualetudinē, Polyperchon ueniēs ad illum prior ita loquutus est: O puer imi
care morū paternorum facilitatē humanitatēq; nisi profecto metuis nos, quasi tibi strua
mus insidias. Adolescentulus aut̄ pudefactus, sequutus est, illi uero peracta cœna eum iu
gularunt. Nō est igitur ridicula, quod aiunt quidā, nec illiberalis, sed prudens illa Hesio
di sententia: Ad cœnam uoca amicum, ne accersiuſis hostem.

Ne sis immodice pudēs erga osorē, neq; submoueris eum, qui uideſt fidere. Etenim si uo
taris uicissim uocaberis, & cœna accipies, si fueris acceptus, tinctura, ut ita loquar, custo
de diffidentiā, pudore mollita ablecta. Conādum est igitur, ut hīc morbus multorum cau
sa malorū propellatur primum per exercitationē facio initio, more eorū qui alijs in rebus
quippā meditantur, à pusillis, & ubi nō difficile sit cōtra oculos tollere: ueluti si quis tib
propinet in cœna, quū satis biberis, ne te moueat pudor inutilis, neq; tibi ipsi uim facias,
sed deponito poculum. Rursus aliquis prouocat ad talos inter pocula, ne pudescas neq;
metuas si petaris dicterio, sed imitare Xenophontē Lagi, quē quum Hermoneus meticu
losum uocaret, quod nollet cū ipso talis ludere, cōfessus est se nō modo timidum, sed uehe
menter etiā timidū & meticuloſum esse aduersus inhonestā. Rursus incidisti in hominem
inepte loquacē, qui te apprehendit, & inharenſ cōplexu retinet, ne sis hīc immodice pu
dens, sed interruptū sermonē urge & absolue. Nam huiusmodi recusatiōes ac discussiōes
quoniam in minoribus malis præparant excentrō ad excutiendum inutile pudorē, con
sueſciūt nos ad maiora. Athoc sanē loco nō alienum fuerit cōmemorare quod dixit De
mosthenes. Etenim quū Athenienses gestirēt Harpalō ferre auxilia, iamq; aduersus Ale
xandru armarentur, de repente apparuit Philoxenus, quē Alexander maritimis negotijs

ducem p̄ficerat. Quis uero populus attonitus metu, cōsilis eret, quid faciat, inquit Demosthenes, si solem uideat qui nō possint obtueri lucernā? Quid em̄ facturus es in arduis negotijs, si rex interueniat aut populus pudore obticescat, quum familiarī propinanti po- culumq; porrigenti, nō possis recusare, neq; garrulū apprehendente effugere; sed homini nugaci p̄rebeas teipsum quoad illi lubet immorari, nō habēs tantū roboris ut dicas: uidebo te posthac, nunc nō est ocium. Jam uero aduersus laudes adulantiū, nō inutileſ fuerit in rebus leuioribus meditatio exercitatioq; ad expellendū uitiosum pudorem. Quod genua sit, in amīci cōuiuio citharœdus īscite canit, aut comœdus magno ēemptus īscita actio ne perdit Menandru, plerisq; plaudentibus & admirantibus. Nō fuerit opinor molestum aut difficile cum silentio audire, nec illiberaliter laudare, supra q̄ tibi uideatur. Quod si in his tibi non temperas, quid facies amīco recitante malum carmen, aut scriptā orationem ostendente? Nimirū illiberaliter ridiculeq; laudabis, simulq; cum cæteris adulantibus ap- plaudens augebis tumultū. Quomodo igitur reprehēdes in negocio serio delinquētem? Quomodo in gerēdo principatu, aut in nuptijs, aut in administranda republika nō regis se gerentē admonebis? Nam ego quidē nec Periclis illud probarim, quod respondit cui- dam amīco postulanti, ut pro se ferret falsum testimoniu cui cōiunctum erat iusfirādum, usq; ad aram īquiens amīcus sum. Nimirū em̄ prope tam accessit. Ceterū qui ē longinquo sese consuefecerit, ut neq; dicentem laudet præter animi sententiam, neq; canenti applau- dat, neq; sc̄ōmatis parum dextre ludenti arrideat, non cōmittet ut eousq; progrediatur alij quis, ut uel dicere audeat homini in huiusmodi negotijs nō plus satis uerecūdo: Iura pro- me, dic falsum testimoniu, aut pronuntia præter iustū. Itidem oportet & pecunia mutuans flagitantibus obſistere, cōsuetudine multo ante parata in rebus neq; magni momēti, neq; recusatu difficultibus. Archelaus Macedonu rex, quum ab ipso poculum aureum postu- laret quidam, qui nihil ducebat honestum præterquam accipere, iussit ministru ut id Eu- ripidi daret. Et hominem illum intuitus: Tu quidem, inquit, dignus es qui poscas nec ac- cipias: hic uero dignus est qui etiam non postulans accipiat: pulchre declarans non ex pu- doris arbitrio, sed ex iudicij delectu donationem ac largitionē esse faciendam. Nos uero ſapenumero modeſtis hominibus ac familiaribus quum egent cōtemptis, alij instanter improbeq; flagitantibus damus, non quod dare uelimus, sed quod negare nō ualeamus. Quemadmodum Antigonus senior, quum frequenter Biantem moleſte flagitantem tu- lisset. Date, inquit, Bianti talentū uel ui. Tameſi is regum omniū maxime erat exercitatus & instruclius dictis ad huiusmodi postulationes excutiendas. Etenim quum aliquando Cynicus quidā petiſſet ab ipso drachmam, non est, inquit, regum dare drachmā, & quum ille subiecisset, ergo da mihi talentum, respondit, atqui non est Cynici accipere. Diogenes quidem obathbulans in Ceramico, petebat à statuis. Id factum admirantibus respondit, ſe in hoc exēceri ut affluesceret fruſtrari postulatis. Nobis autem p̄imum exercitatio ſu- menda eſt in rebus uulgaribus, ac meditandum in paruis negare ijs qui flagitant, præter meritum accepturi, ne desit quod respondeamus maiora recusaturi. Siquidem nullus, ut inquit Demosthenes, qui quod habebat insumpſit in quæ nō oportebat, quæ non posſit det ſi contingant, utetur in quæ oportet. Quoties autem deficimus circa honesta, redun- dantes in ſuperuacaneis, oritur multiplex turpitudo. Ad hæc uitiosus pudor, nō modo malus & imprudens dispensator eſt pecuniarum, uerum etiā maioribus in rebus non ad- mittit utiliter conſulentē rationem. Etenim agrotantes nō accersimus medicum peritum ueriti familiarem offendere, ac liberis p̄ceptores eligimus eos potius qui nos huc ambu- tu ſuo prouocant, quam idoneos. Quin & in litibus frequenter non patimur eum patro- num dicere, qui cauſa utilis eſt & rei forensis peritus, ſed amīci cuiuspiā aut cognati filio gratificantes, tradimus apud popukum agendā cauſam. Postremo permultos cernere eſt ex eorum numero qui philosophiæ uacare dicuntur, quum ſint Epicurei ac Stoici, non de- leciū neq; iudicio uersantes cū amīcis ac familiaribus, uerū ultro ſe p̄abentes illis impu- denter aliquid postulantibus. Age igitur ut ad hæc multo ante in rebus uulgaribus ac pu- fillis nosmetipsos exerceamus, affluescētes, neq; tonsore neq; piclore per immodicū pudo- tem uti, neq; in ſordido diuersorio manere, ſi copia ſit melioris, eo quod capo frequenter ſalutarit nos, ſed in cōſuetudinē ducamus, etiam in minimis eligere quod melius eſt. Si- cut Pythagorici ſemper cauebant, ne quando dextro ſemori leua imponerent, neq; pa- rem numerū.

item numerum pro-impari sumerent, quoties in cæteris esset æqualitas. Quin & illud du-
cendum in consuetudinē, ne quum rem diuinā facimus, aut nuptias celebramus, aut ali-
ud huiusmodi conuiuum apparamus, uocemus salutantē aut ultro accurrentē potius q̄d
beneuolum & humanum. Etenim qui ad hunc modum se se consuecerit exerceritq;
baud facile capietur, quin potius tuitus erit in negocijs grauioribus. Ac de exercitatione
quidem hæc sufficiunt. Cæterū rationum ad hæc cōducibilium illa prima est, quæ nos do-
cet & cōmonefacit quod omnes affectus ac morbos ea sequunt, quæ per illos uidemur
nobis effugere: uelut ignominia, gloriæ studium, dolores, uoluptatum amorem, labores,
mollitiem: & ambitionē uincendi, seQUITUR uinci & cōdemnari. Cæterū illud palaṁ acci-
dit immodico pudori, ut dum fumum uitat ignominię, in ignē se se conjiciat. Etenim quos
pudet eis contradicere qui improbe molesti sunt, petendo quod equum nō est, postea pu-
defiunt ab illis qui merito uocat in ius: dumq; metuunt leue reprehensionē, frequenter con-
fidentem pudore sustinent. Nā amico petenti pecuniā, dum pr̄ pudore nō audent contra-
dicere, paulo post indecorē pudeſcunt redarguti, & aliquibus auxiliū polliciti, litigare co-
guntur. Deinde subuersis amicis latitatē ac fugitant. Quin permultos uitiosus pudor po-
steach eos inutili promisso de nuptijs, aut de filia sorore uel cōstrinxit, rursus in diuersum
mutata sententia mentiri cogit. Etenim qui dixit omnes Asianos uni seruire homini, eo
quod non possent unam sonare syllabā, non, haud serio dixit, sed facetia lusit. Cæterū qui
pudore tenentur uitioso, etiam si nihil omnino dixerint, tantū adductis supercilij, aut in
terrā demisso uultu, licet multa incōulta & absurdā obsequia effugere. Nam silētium,
Euripides ait, sapientibus responsū loco esse. Et fortassis aduersus improbos magis opus
erit silentio, quandoquidem humanioribus licet nos excusare. Quin & multa crebracq; ui-
torum illustrium ac bonorū responsa conueniet in prōptu habere, ac meminisse aduersus
eos qui nostro pudori uim faciūt, quod genus est illud Phocionis ad Antipatrū. Non po-
tes me simul & amico uti & adulatore. Rursum quod respondit Atheniensibus flagitan-
tibus ab eo ut aliquid adderet in festū, simulq; applaudentibus: Pudet, inquit, uobis adde-
re, et huic nō reddere. Callicle ostendēs ipsius foeneratorē. Nō enim turpe est fateri pau-
pentatem, ut ait Thūcydides, sed re ipsa non effugere turpius est. Atqui ob imbecillitatem
mollitiemq; animi, non audet ob pudorem ineptum respondere petenti

Non est in antro argentū amice candidum, mox uelutī proiecio arabone:

Compedibus obſtrictus tenetur, non faber

Quas cudit ære, sed pudor quas addidit.

Persæus aut quum hoto cuidat mutuam daret pecuniā, apud forum ac mensam fecit cau-
tionem, memor uidelicet illius Hesiodi dicti:

Et fratri testem ridens adhibere mēmento:

Verum quum ille admirans dixisset: Adeōne Persæ legaliter, scilicet, inquit, ut amanter
recipiam, nec legaliter reposcā. Multi siquidem ob immodicum pudore initio non cauen-
tes ne fallantur, post tū amicitiae detrimento cogunt legibus experiri. Cōtra Plato quum
Heliconi Cyziceno daret ad Dionysium literas, cōmendauit illum et humanum ac mode-
stum. Deinde in calce literarum affrispsit. Hęc aut tibi scribo de homine, animante natura
mutabili. Xenocrates tametsi morib⁹ aliōqui esset austeri, tamen pudore uictus, literis
cōmendauit Polyperchontem, hominem minime probum, ut res indicauit. Hunc ubi cō-
plexus esset Macedo, rogaretq; num qua re opus haberet, poposcit talētum. Atq; ille qui-
dem dedit, cæterum Xenocrate per literas admitionuit, ut posthac diligentius circūspiceret,
quas cōmendaret. At Xenocrates ignorabat, quem cōmendabat. Nos uero quos
cōmperimus, idq; frequenter improbos, in hos nō modo literas cōmendatitias profundi-
mus, uerum etiam pecunias, ipsi nobis noxam accēsent, haud quaç cum uoluptate,
quemadmodū iū qui meretricibus et assentatoribus sua latgiuntur, sed moleste grauiterq;
ferentes postulantium impudentiam, quæ nobis iudicium subuertit opprimitq;. Porro
sicubi alias, certe aduersus eos qui nos pudore grauant dicere licet illud:

Intelligo quę sim patraturus mala,
Si falsum præbuero testimoniū, aut si præter æquum iudicauero, aut si suffragiū tulero
negocio inutili, aut si mutuū dederō, nō reddituro. Quapropter habet hoc peculiare pu-
der uitiosus, quod quā cæteras cupiditates sequat̄ poenitentia, hic nō sequitur, sed proti-

nus in ipsis factis adest. Nā et quum damus, discruciamur, et testimoniū ferentes, pudē scimus: & auxiliantes, infamia cōtrahimus: & non obsequentes redarguimus. Quoniam enim imbecilliores sumus, q̄ ut possimus postulantibus recusare, etiā illa pollicemur īs qui nos urgent, quae præstare nequaq̄ possumus, ueluti cōmendationes in principiū au las, & intercessiones apud præsides, dum nec uolumus nec audemus dicere: Non nouit nos rex, sed alios potius respicit. Hoc pacto Lysander, quum offendisset Agesilaū, glorize tamen causa cupiens uideri plurimum apud illum posse, nō erubuit excusare adeuhtibis iubens illos ad alios ire, & illos tentare, qui plus ipso ualerent apud regem. Nec enim turpe est non omnia posse: cæterum quum nō possis aut idoneus sis ad talia negotia suscipienda, qd hæc recipienda pudore protrudi, præterquā quod turpe est summam etiam adfert molestiā. Cæterum aliunde proficisci debet, ut in his quæ uirium nostrarū sunt & honesta, libenter obsequamur īs qui nostrum requirunt officium, nō coacti pudore, sed uolentes. In noxijs uero & inhonestis, conuenit illud Zenonis semper habere in promptū: qui cum incidisset in adolescentē quendam ipsi familiarem iuxta moenia furtim ambulan tem, audissetq̄ quod fugeret amicum à quo postulabat ad ferendum fallum testimonium: Quid aīs, inquit, ignauerit. Ille ausus est te malo iniuriatq̄ afficere, nec erubescit, & tu illipro iultitia non audes obſistere? Proinde qui dixit,

Improbos aduersus homines armat improbitas probet male docet sic ulcisci maliciam, ut illam imitemur. Cæterum quisquis improbitatem illorum, qui impudenter ac fronte perfida obſtrepunt, pari impudentia retundit, nec turpia concedit, uerehs facere inuercunda, recte iureq̄ facit, id quod faciunt quicunq̄ sapient. Iam uero, obscuris et humiliis nulliusq̄ pretij hominibus quū obturbant, nō magni nego tij fieri obſistere, uerum tales cum rīsu quoq̄ & salibus nōnulli submouent. Quēadmodū Theocritus, quum in balneo duo strigilē cōmodato peterent, quorum alter erat per egrinus, alter notus fur: Te, inquit, nō noui, te noui, itaq̄ ioco repulit ambos. Lysimache uero apud Atheniēses Mineruē quæ Polias dicit̄ sacerdos, mulieribus sacra adducentibus iubentibusq̄ ut infundeter: Non faciā, inquit, ne hoc quoq̄ fiat patrium & in cōsuetudinem ueniat. Item Antigonus ad adolescentē quempiā, qui prognatus quidē ex elegante uiro belli duce, sed ipse ignauus ac mollis postulabat ramē ob id cæteris anteferri: Apud me, inquit, o adolescentē, uirorum non parentum uirtutib. prēmia sunt. Attamen si qui nos grauat pudore, nobilis sit ac potēs, quod hominū genus diffīcillime recipit excusationē, nec patiens est repulſe, præsertim quoties in iudicij ac suffragij interpellant, quod Cato suuēnis etiānum fecit erga Catulum, fortassis alīctū nec facile uidebitur nec necessarium. Siquidem Catulo summa erat apud Romanos autoritas, ac tum censurā gerebat. Adiūt autē Catonem tum ærarij questorem, deprecaturus pro quodam, cui Cato multā dixerat: eoq̄ supplicem se prebuit, quo precibus eum uinceret cogeretq̄, nec finē fecit donec Ca to non ferens deprecatoris improbitatē: Turpe fuerit, inquit, Catule, te censem, quum hinc nolis discedere, à ministris meis abstrahi. Moxq̄ Catulus erubescens simul & iratus discessit. Quin illud potius cōsidera, qd fecit Agesilaus, quodq̄ Themistocles humānus simul ac modestius. Nā Agesilaus patri iubentis, ut in causa quādā præter leges pronuncia ret, imò, inquit, abs te pater à puero dīdici parete legibus. Quāobrem nunc quoq̄ tibi ob tempero, cauens ne quid faciam præter legem. Themistocles autē Simonidi petenti quidā iniustū, nec tu, inquit, bonus poeta fueris si præter numerū canas, nec ego bonus prīceps si præter leges iudicē. Quanq̄ autē non ob pedem lyre modulis parū respondentem quēadmodū dixit Plato, & ciuitates cū ciuitatib. & amici cum amicis dissentientes, leuissimā tum faciūt tum patiunt̄, sed ob id potius qd in his que sunt legū ac iustitiae peccēt: attā men sunt q̄ quū in modulis ac literis metrisq̄ ad ungū obseruerit quod artis est, ab alijs tamē postulat̄ ut in obeundo magistratu, ut in iudicij ac negocij negligat honestum. Pro inde quod dicā maxime seruandū erga tales. Interpellat te rhetor in iudicio sedentē, aut concionator in cōsilio uersantē, promittito, si ille solœcismū cōmittat in dicendo processio, aut barbarismū faciat in narratione. Non em id uiolet, propterea quod turpe nō tam sit q̄ uideatur: adeo ut non in ullis uideamus in dicendo ne uocalis quidē cum uocali cursum ferre. Rursus ubi molestus est nobilis quispiā & in precio habitus, iubeto ut salvans forum, aut distorto uultu trāseat. Quod si recusat, tū tibi loqui cōpesciūt enī ac pē contari

Contati, utrum sit turpius, sollicitum admittere, aut distorquere uultum, an uolare legem, transgredi iuriandis; ac praeter ius & aequum malo bonum posthabere. Ad hęc quemadmodum Nicofratus Argiūs, quā ab Archidamo sollicitaretur ingenti promissa pecunia, tum cōiugio cuiuscunq; uellet Lacænæ, ut Crōnum traderet, respondit Archidamū non ducere genus ab Hercule, quod ille obambulās solitus esset improbos afficere supplicio, sp̄e autē ex bonis ficeret improbos: Itidem & nobis ad hominem qui postulet honestus ac probus haberi, dicēdum est, si molestus sit, & pudore nostrum urgeat, quod nec ipsi de cora faciat, nec ipsius uel claritate uel uirtute digna. Cæterū in uulgarib. illud uidendum ac dispiciendum, an auarum huc pudore possis adigere, ut absq; cautione credat talentum, an honoris auido persuadere ualeas, ut locum honoratiorem alteri cedat, an ei qui gaudet gerere magistratum quū iam imminet gloriæ, ut tēperet ab imperando. Prōfectio merito uideatur absurdum, si quū illi in cupiditatibus suis ac uitiosis affectibus inflexibles, rigidi & immobiles perseverent, nos qui nō solum esse uolumus, uerum etiā esse nos proficēmur, studiosos honesti, & amantes aequi, nō temperemus nobis, sed subuertamus ab iūci amissus uirtutem. Etem si qui nobis molesti sunt, gloriæ potentiae causa id faciōt, absurdum est eos qui aliorum mores cōponunt & educant, seipsoſ dehonestare, ac sibi sinistru conflare rumorem: quēadmodum male audiunt qui in certaminib; perperam addicunt p̄remia, qui ue in comitijs suffragia ferunt ad gratiam, officio patum honesto alijs parantes palatia, coronas & gloriā, sibi ipsiſ bonam opinionē & honestum detrahunt. Quod si qui nostrum pudorem urget, pecuniae causa molestus est, qui fit ut nō protinus succurrat, absurdum esse, propriæ opinionis ac uirtutis iacturam facere, ut huius aut illius cruentata reddatur onustior. Verū ista quidem sucurunt permultis, nec ignorat sese à recto defletere, non aliter q̄ solent ijs, qui cum cogunt ingentes epotare calices, ægre ac suspirantes, uultūq; distorquentes perficiunt quod impenitū est. Sed uidetur animi imbecillitas ob corporis temperaturā, & aduersus calorem male cōposita, & aduersus frigoris rigorē. Nam & quum laudant ab improbis, gestiunt, ac dilatant, & erga querimonias ac suspicioes eorum quibus negari obsequiū, meticulosi sunt ac probri plus satis metuētes. Sed oportet aduersus utrūq; muniti, ut nec territancibus nec assentātibus cedamus. Thucydides igitur existimans inuidiam necessario comitē esse potentie, dicit illum recto cōsilio duci, qui in maximis rebus eligit quod inuidia est obnoxium. Nos uero existimantes perdifficile esse inuidiam effugere, in querimonias autem non incurrere, aut efficere ne quid accedit in molestiæ ab ijs, quibus cum habemus cōsuetudinem, uidentes protinus impossibile, recte nobis cōsuluerimus, si simultates improborum suscipere malimus quam iure meritoq; criminantium, illis p̄ter bonum & aequum obsequētes. Ac laudes quidem ab improbis proficiscentes, quū sint fūcatæ & insynceræ; modis omnibus clauēdæ sunt, nec oportet ab his sic affici, quēadmodum afficiuntur sues, dum fricantur ac titillant, ut nos ipsoſ faciliter p̄beamus utendos cuiuis uolenti, deſciētes nos & ad scalpturā accōmodantes. Etenim qui præbent aures palponib; nihil differunt ab his, qui ciura præbent supplantantibus, nisi quod turpius subuertuntur caduntq;, tum ijs qui pœnas remittunt hominibus inprobis, quo uidelicet misericordes, humani, facilesq; uocentur, cum isti qui contra, simulantes & accusations haud quaq; necessarias, nec periculo uacantes suscipiunt, persuasi ab his qui ipsos laudant, tanquam soli sint uiri, soli aduersus adulatioñem inuidi, deniq; ora & uoces eos appellant. Itaque Bion tales similes esse dicebat amphoris, quod auribus facile circumferrentur: Quenadmodum narrant Alexinum Sophistam inter ambulandum multa mala dixisse in Stilponem Megarensem. quum autem quispiam ex ijs qui aderant dixisset: At qui ille te nuper laudauit. Per Iouem, inquit, uir enim optimus est, ac præstantissimus. Contra Menedemus quum audisset, quod frequenter ab Alexino laudaretur: At ego, inquit, semper uitupero Alexinum. Itaque uir malus est, & is qui malum laudat, & is qui à bono uituperatur. Vsq; adeo à talibus nec flecti poterat nec capi, seruās præceprum illud, quod Antisthenius Hērcules præcepit filijs, ne quam haberent gratiam ijs à quibus laudarentur. Hoc autem nihil aliud erat, quam non uincit stulto pudore, nec mutuo adulati laudantibus. Sufficit autem opinor illud Pittidi, cui cum quidam dixisset, quod ipsum ubique & apud omnes prædicaret. Et ego, inquit, referò tibi gratiam, efficiens ut uera prædices. Igitur quod aduersus omnes affectas conductit, huius oportet

eos qui facile iuincuntur inutili pudore, quoties morbo superat^r prater animi sententiam peccant ac subuertuntur, firmiter meminisse, notasc^r morsus ac poenitentia, defixas in animo, reuocare seruarec^r in longissimum tempus. Sicut enim viatores posteaq^r semel in lapidem impegerunt, aut nautae, posteaq^r ad scopulum fregerunt nauem, si meminerint, perpetuo metuunt cauentq^r nō illa tantum, uerum etiā alia illis similia: Ita qui turpitudinem damnaq^r ex uitioso pudore accepta, assidue ingerit animo poenitentia morsuq^r vulnerare, in similibus postea reuocabit seipso nec facile patientur se a rectio cursu deduci.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI IVNIO-

RI GVLHELMO, DVCI CLIVENSI, IVLIACENSI, MON-
tensi, Comiti Marchiae & in Rauenspurgo, &c. Des.

Erasmus Roterodamus S. D.



VONIA priores libellos quos mei erga te animi uelut arabonem qualem cunque miseram, tam comiter accepisti Gulhelme Princeps iunior illustrissime: nec tu modo, sed & ambo clarissimi parentes tui, uisum est aliquid & tua nobilitate dignius, & tuis studijs, ni fallor, utilius adiungere. Proin ex optimis quibusque autoribus collegi, quae Graeci uocant Apophthegmata, hoc est, egregie dicta, quod uiderem non aliud argumenti genus principi, praesertim iuueni, magis accommodum. Sunt illa quidem scitu dignissima, quae philosophi de moribus, de repub. administranda, deq^r bello gerendo literis prodiderunt. Sed quanto cuique uel priuato tantum est o*cij*, ut apud Plato nem Socraticarum argutationum, ironiarum & Isagogarū ambages ac labyrinthos euolueret uacet: Aristoteles autem copiose quidem scripsit de moribus, sed philosophis scripsisse uidetur, non principi. Dilucidiora sunt quae tradidit de re & economica & politica, sed is uir nusquam non requirit lectorem & attentum, & ociosum: ad hanc quoniam affe^rtiibus caret, non perinde retinet animum principalibus curis intentum. Iam in philosophicis & Marcii Tullij de philosophia libris pleraq^r sunt eius generis, ut nō admodum referat principem ea scire: quod genus sunt quae disputantur ab illis de finibus honorū ac malorum, maiore subtilitate quam fructu. Conueniunt hanc illorum institutio, qui de honesto per omnem uitam nihil aliud quam disputant. At ei qui ditioni nascitur, statim expedienda uirtus est, non per ocium disputanda. Restat historia, quae quoniam res præclaræ secusue gestas uelut in tabula spectandas repræsentat, nec id absq^r uoluptate, magnibus uiris aptior esse uidetur: sed hic ut infinitam uoluminum uim principi uacet euoluere, quis possit meminisse? At qui quemadmodum iū qui certant in palestra, certos quosdam prehendendi elabendiq^r modos ad manum habent: ita qui in pacis belliq^r negotijs uersantur certas rationes in promptu habere conuenit, quibus admoneantur, quid pro re nata sit factio opus, quid non. Hac in parte uideamus eruditissimos uiros principum curas sua diligentia subleuare conatos, quorum alij scripsere sententias, ueluti Theognis & Isocrates, alij celebrium uirorum strategemata & apophthegmata, ueluti Valerius Maximus, & Sextus Iulius Frontinus, qui indicat idem ab alijs nonnullis facitatum. Non mediorum res est aurum scrutari in uenis, aut gemmas in harenis mariue querere. Is demum occupatissimo principi gratum præstat officium, qui aurum purum factumq^r exhibet, qui selectas ac repurgatas gemmas, auro inclusas, aut poculis additas offert. Id officium quum à multis tentatum sit, mea tamen sententia, nemo felicius præsticit q^r Plutarchus, qui post aeditum egregie frugiferū opus De uitis uirorum illustriū, in quo permixtum facta simul ac dicta illorum referunt, Traiano Cesarum laudatis, colligit insighia diuersorum apophthegmata, quod in his uelut in certissimo speculo repræsentatur animus singulorū. Nam in factis bonam latitudis partem sibi vindicat cōsiliarius, dux ac miles, maximam fortunam, per quam uideamus interduum optime consulta pessimum habere exitum: rursus quorundam inconsultā temeritatē felicissime cedere. Nam quēadmodum dixisse fertur Sirarnes Perse, Dux, ut opinor, interrogatus quorū facta præclaris eius dictis nō responderet: quid loquar mihi in manu est, quid euenerat in arbitrio fortunæ & regis. Nec tamē ideo sua laus de frustrant honesta cōsilia. Plutarchus autē nō tantū in delectu ceteris præstar, uerū etiam in ex-

In explicando, habent enim apophthegmata peculiarē quandam rationē & indolem suam, ut breuiter, argute, false, & urbane cuiusq; ingenium exprimant. Si quisdem ut singulis hominibus, ita singulis etiam nationibus suus quidam genius est: unde sit ut alia conueniāt Alexandro, alia Philippo aut Antigono, alia Phocionī, alia Alcibiadi: rursus alia quadrent in Laconem, alia in Scytham aut Thracem, alia in Atheniensem, aut in Romanum. In his igitur exprimēdīs mihi dilutior uidetur Xenophon, suffrigidus Herodotus, loquacior Diodorū & Quintus Curtius, ne pergam de ceteris dicere. Plutarchus omnes impleuit numeros. Eoq; uisum est hunc ex omnibus potissimum sequi. Quicquid igitur erat in huius opere quod inscripsit, de apophthegmatibus, hic in solidū reperies. Comperimus hoc opus bis latine versum, primum à Francisco Philēlpho, deinde à Raphaele Regio, quem Patavij nouimus. Philēlphus in nonnullis locis fuerat lapsus quae restituuit Raphael, sed ipse rursus impingens alicubi: nimirū homines erant ambo. Sed uterq; nihil aliud esse uoluit q̄ interpret̄, nos Plutarchum multis de causis sequi maluimus quam interpretari, explanare q̄ uertere. Primum ut dilucidior esset oratio, quippe minus astrista Græcis uocibus. Nō enim hac Traiano scribūtur, uiro tum utraq; literatura, tum loago rerum usū exercitatiſſimo, sed adolescenti principi, immo perte pueris & adolescentiis omnibus liberalium studiorū candidatis: hec illo seculo, quo dicta gestaq; eiusmodi uulgabiliſſis celebrabant, in balneis, in cōuulsijs ac circulis foreſibus: deinde ut mihi liceret indec̄are dicti argutiā, si quod occurreret obscurius, qualia nunc sunt permulta, nō solum ruribus, uerum etiā ultra mediocritatē eruditis. Me certe in multis torsit diuinatio, & haud scio an alicubi ſefellerit etiam. Nec paucis in locis luſta fuit cū mendī codicū, in quas neceſſario impegerunt etiā interpres. Vix enim credibile eſt quantū ſibi permiserint uel librarij, uel ſcioli quidam in hunc autorem, cui ſumma debebatur religio. Nullus enim extit inter Græcos scriptores, Plutarcho præſertim quod ad mores attinet, ſanctior aut lectrū dignior. At qui hoc ipsum quod abſterrere debuerat, inuitauit gloriae quæſtusq; ſitientes ad deprauatum, addendum, detrahēdum. Etenim quo quisq; ſcriptor eſt plausibilior ac celebrior, hoc magis ad quæſtum corrumpitur. Arguit hoc ipſa Græcorum codicū uarietas. Nam ut alijs omissis, de hoc opere quod eſt in manib; loquar, quedam habet Philēlphus quæ Raphael non attigit, & contrā. Deinde quum Plutarchus in præfatione, proſiteatur ſe in uitis, dicta factaq; uirorum illiſtrium promiscue retuliffe, fed in hoc opere compendij gratia tantum apophthegmata cōtexuisse, permulta tamen admixta uidemus quæ nihil aliud ſunt quam stratagemata. Iam eodem in opere toties eadem repetita, nonne palam clamitant, argumentum hoc ab alio cōtaminatum? Ut iam ignoscamus, apophthegma referri ſub eius nomīne cui dictum eſt, non à quo dictum eſt, ut de Lysimacho & Philippo. Nam in Plutarchi collectaneis quod à Philippo responſum eſt Lysimacho, ſub titulo Lysimachi refertur. Maioris erat audacię, quod ex uno opere fecerit duo. Quoniam enim Plutarchus è Laconis quæ plurima feruntur, ea duntaxat attigiffet quæ uidebantur occupatissimo Caſari futura ſatis, ille quisquis fuit, ſi modo fuit unus aliquis, Lacedæmoniorum dictis proprium uolumen dedit, id' que ſecundum ordinem literarum Græcarum, quem Raphael uertit in ordinem latinarum. At hic erat è tribus omnium de terris. Nam ordinem ſententiarum ſequuntur Valerius & Frontinus, quæ ad religiōnem, pietatem in patriam, ad fidem, ad fortitudinem ac iuſtitiam pertinent, & item de ceteris, in ſuam queq; clafſem digerentes. Eruditissimus eſt quem ſequutus erat Plutarchus ſeriem regionum ac regnorū obſeruans, & in ſingulis ætatem, ordinem, unicuique regum ſuos adiungens duces, & cuique ducum ſuos collegas. A Persis uenit ad Aegyptios, ab Aegyptiis ad Thraces, à Thracibus ad Scythes, à Scythis ad Sículos, à Sículis ad Macedones, hinc ad Athenienses, ab his ad Lacedæmonios, in horis ſingulis temporum non literarum ordinem ſequens: à Lacedæmoniis ad Thebanos, à Thebanis ad Romanos, ut lector è paucorum dictis historiæ totius agnoſcat ſeriem quam misere cohufit is qui Laconica ſeparauit, repeteris interim eadem quæ ad Traianū collegerat Plutarchus: quanquam id frequentius in altero deprehenditur opere, ſed in utroq; toties, ut ea dormitatio non cadat in Plutarchum ſcriptorem exactæ diligentiae. Adde quod hæc pars nullam habet præfationē, nec illa prior ad Traianū quadrat ad utrumq; opus. Iā quid gratiæ debeatuſ his, qui celebriū auctorū libros ad hunc cōtaminant modum, in præfentia non diſputo.

disputo mihi sacrilegij genus esse uidetur. A metathē, exceptis aliquod Laconicis, quod eadē in altero catalogo repetuntur omnia, nihil eorum prætermissum est, quæ Plutarchi titulo feruntur; partim ne quid hic desideraret lector audius magis & elegans, partim quod nihil illuc uidetur nō dignum cognitu, licet non suo dictum loco. Sed totū opus quodam modo meum feci, dū & explanatius effero quod Græce referuntur, interieclis interdū quæ apud alios autores addita cōperisse, additis item permultis quæ in hoc opere non habebantur, ubiq; ueluti scholijs indicās uel sensum uel usum apophthegmati, in his duntaxat quod lucis aliquid desiderabat, sed hoc ipsum breuiter, ne ab apophthegmati natura degeneraret. Ordo uero nobis etiā cōfusior est q; illuc inueni, q; quū initio statuissimus paucos duntaxat eximios recēsere, c; alor operis incitauit, ut mutata sentētia longius proueheremur: nec erat futurus finis, nisi rerū se se offerentib; uelut immēsum pelagus, receptui cane re cōpulisset. Nam ut Quintilianus inter grāmatici uirtutes collocat, quedā nescire: ita in hoc argumenti generē, diligentiae pars esse uidetur quædam præterire. Itaq; laetus conuictuor esse malui & molestus, præsertim quod si quid in hac coena prætermissum est, poterit in alia proponi, posteaq; hæc erunt concocta. Porro ordinis neglecti in cōmodum indice pensauimus. De titulo nihil refert anxium esse, quū in his quæ collegit Plutarchus sub apophthegmati nomine, multa sīnt quæ aliis mallet σκάμματα, λοιδόρεια, ἀσένα, κύρταλμα, siue μάλια dicere. Cæterum posteaquam in his distinguendis frustra sudauit M. Tullius, nec Quintiliano satisfecit Marsus homo doctissimus, atque adeo nec ipse Quintilianus. Marso doctior sibi, non arbitratuſ sum operæ preclūm in hoc anxiā operam sumere, sive habens alicubi dicti, iocū speciem obiter indicasse. In his certe quæ nos adiecimus, sed lo cauimus, ne strategemata cum apophthegmati cōfunderemus, tū ne quid omnino pernemus, nisi ex probatissimis utriusq; linguae scriptoribus, ijsq; uetustis deceptum: non quod nesciā à recentioribus permulta referri salse lepideq; dicta, sed plus habent autoritatis quod cōsecravit antiquitas, & adhibendus erat operi modus. Ne illud quidē quenq; mouere debet, quod nonnuh̄ idem dictū, ab hoc ascribit huic, & ab illo tribuitur alteri. Nec em tam refert à quo quid dictū sit, & quid dicatur, etiālī celebrib; & gratiosus autor non nihil ponderis & gratiae dictis adiungit. Id frequētius occurrit, q; ut exemplis sit probandum. Fit aut̄ hoc interdū humanæ memoriae lapsu, quanq; nihil uerat eandē sententiam à diuersis autoribus proficiisci, siue id faciat imitatio, siue casus: quēadmodum hūc se marium, οφθοι τύραννοι τη θερμη σωτηρία, cōstat esse Sophoclis, & tamē citatur à Platone ex Euripide. Rursus hic uersus, γέρων γέρων παλαγαγάσσω σ' ἔγώ, quū sit in Philoctete Sophoclis, tamen idem reperitur in Bacchis Euripidis. Similiter hic uersus, στρατός ὁπαδῶν
σι λέγω τὰ λαύρε, quum sit in Aeschylus Prometheo, deprehenditur apud Euripiđē, duabus literulis immutatis στρατός λέγων. Nonnunq; nec de re nec de nomine cōuenit inter autores. Velut qui Fabio Max. exprobrauit, q; ipsius opera recepisset Tarētum M. Tullio est Liuīus Salinator, T. Liuīus M. Liuīus, Plutarcho M. Lucius, siue ut Græci codices habent, μάρκος λαύριος. Item Fabius & Philostratus narrat Leonē Sophistā corpore insigniter obeso mouisse risum populo Atheniensi, Plutarchus pusillo. Val. Max. & Plin. de alteratione Cn. Domitij & Lucij Crassi quām dissonant in narrando. Illa frigidissima sunt quæ personis fabulosis affinguntur, quod genus sunt Philostrati sophistæ, quum Palamedi, Vlyssi ac similibus affingit quod libet: eaq; fiunt bis frigida tractando, quorum omnino nihil attigitur. Proxima sunt, quæ uarijs personis attribuuntur in dialogis, non ad ueniū fidem, sed ad delectandum conflictis. Minus illa frigent quæ dicitur in comedijis aut tragedijis, habentq; magnam gratiam in loco adhibita, tametsi sub apophthegmati appellationem non cadunt, nisi quum ab autore nobili ad rem presentem accommodantur, gratioria si non nihil etiam ad alienum sensum detorqueantur. Veluti quū Aristoteles Calisthenem liberius cum Alexandro q; expediret agente, Homericō uersu admonuit,

Nec ex Herodoto libuit multa colligere, quod pleraq; videantur à scriptoris ingenio res perta. Eiusdē farinæ sunt quæ incident in orationibus quas historiographi pro suo quisq; ingenio solent attexere personis, licet & illa plurimum conducant & ad iudicium, & ad discendi facultatem. Optimū apophthegmati genus est, quod paucis uerbis sensum non vulgare significat potius quām exprimit, quale nemo facile possit studio singere, quodq;

quo

quo propius ac diutius cōtemplere, hoc magis ac magis delectat. Vniuersūm aut̄ hoc genus quod prouerbia, sententias, insigniter dicta facta cōpleteatur, accōmodissimum est principib⁹ uiris, quibus ob reip. negotia nō uacat magnā uitæ partem libris impendere. Hęc aut̄ ut cum uoluptate discuntur, facileq; insidunt animo, ita longe plus habent philosophię in recessu q̄ prima fronte p̄ se ferunt. Legimus Cæsarem Augustū, qui cquid usq; talium p̄ceptorum nactus esset, describendū curare solitum, & ad uaria loca mittere. Videmus aut̄ pr̄scis illis sapientibus hoc p̄cipuo fuisse studio, ut res dignas cognitu, uoluptatis illecebra teneris ingenij insererent, quo rūdis ætas nondum matura serij philosophiae p̄ceptis per lusum disceret, que per omnē uitam magno foret usui. Hoc cōsilio cōsimographiam, astrologiam, & musicā, naturalem ac moralem philosophiā, scite confici fabulis & apologis asperserunt. In his uero nostris videbuntur esse quædā, que nihil faciānt ad bonos mores, sed risum modo cōmoueant. Ne id quidem uitio dandū existimo, nisi fu nonnunq; relaxare animum curis fatigatum, modo risus sit argutus ac liberalis. Hęce enim exhilarant ac uegetat iuuenum ingenia, nec mediocriter faciūt & ad uitæ comitatem & ad orationis iucunditatem. Quid enim magis edulcat M. Tullij dictiōnem, quam quod eam huiusmodi dicitis subinde condit. Quid porrò sunt Plutarchi moralia, nisi aulæ hūismodi coloribus picturata? Iam illa quæ maxime uidentur ridicula, tractando fiunt seria. Quid enim magis ridiculum q̄ Diogenes in meridie cum lucerna obambulans, & hominem se in frequenti foro querere dicitur? At interim ridendo discimus, nō esse statim homines qui specie habent hominis, quam habent & status, sed ut inuenias hominē inuestigandus est anūmus. Is si recta ratione ducitur portus q̄ affectu, tum demum reperiſti hominē. Item quid æque ridiculū, atq; quod Phryne stipulata ut quod ipsa prior ficeret, idē ceteræ mulieres in conuiuio facerent omnes: manū bis aquæ immersam admouit fronti, hoc cōmento magno omnium risu prodens, ceterarū fucos, quum ipsa uideretur eq̄ā formosior? Sed hic risus nos docet idē quod serio dixit Socrates, ut tales esse studeamus quæles haberi uelimus, ne detracto fuko pro gloria male affectata reportemus ignominiā. Docet & illud, ne nitamur bonis extēnis fluxisq; que uarijs casib⁹ facile eripiūtur homini, sed paremus ueras opes anūmi, in quas nullū ius habet fortuna. Tantū seria philosophiæ docet nos illud ridiculū meretriculē factum. Proinde quanq; alioqui seueris rationib⁹ institueret ciues suos Lycurgus, tamen liberales iocos illis nō solum pmisit, sed etiam p̄cepit. Instituit em̄ exercitamentū genus quod λίγες appellabat, ad quod cōueniebant seniores iam à publicis functionib⁹ emeriti, lepidis dictis liberalibusq; iocis tempus cū uoluptate transmittentes, sed quęuel ad honesti laudē, uel ad uitiorū uituperationē conducerent. Quin & signū collocauit γέλων deo, id est, Risui, quod utilissimū iudicaret modestis factis animorū uigore recreare, & ad honestos labores alacres reddere, quādo in reb. humana, qđ caret alterna requie durabile non est. Quin & Cleomenes adeo seuerus, ut nec miseros, nec psaltrias, nec tibicines unq; admiserit in remp. probauit tamē ut ciues iocis liberalib⁹. falsisq; dictiōnib⁹ inter se decertarent. Deniq; quoties dat à negocijs uacuū tēpus, aut ipsa res postulat hilaritatē, quāto decētius est huiusmodi dictis ludere, q̄ liberalib⁹. in dōctis & obscoenis fabulis oblectari. Mihi uideat aliquāto cōsultius pueros in iudis literarijs huiusmodi thematis exerceri, q̄ uulgaribus iostis, q̄ ut sensiculos habet frigidos, ita nō indūcant lingue latīnae mysteria: modo p̄ceptor indicet rationes quibus quod breuiter dictū est queat dilatari, & quod ridicule dictū est, possit ad usum serium accōmodari. His addamus & illud: in sacrīs cōcionib⁹ fortasse non cōuenit scripturis diuinis admiscere iocos humanos, sed tamē excusati hęc adhiberētur ad excitandos dormitātes, q̄ aniles fabiliæ, quas nōnulli solent ex abrupto interponere, prorsus ē media uulgī fece haustas. Julius Cæsar tot cluilia bellicaq; negocia sustinens, argutis dictiōnib⁹, quib⁹ adeo delectabat, ut etiam in ipsum torta p̄baret, modo scita, solet curarū lassitudinē discutere. Vix aliis imperatorū fuit Augusto Cæsare uel sanctior uel occupatior. At rursus quis in hoc genere urbanior? De M. Tullio nihil dicā, qui nōnullis uideat in iocando nec modi nec decori satiā meminisse. Xenocrates philosophus ingenij fuit tristioris, uir alioq; magnus, sed hūc Platō subinde iubebat litare Gratij. Zenon totus Stoicus, Socratē ob perpetuā sermonū urbanitatē, scurrā Atticū solet appellare: nullus tamē est quin fateat Socratē utroq; sanctior. Ne cōmemorē quod nullorū dicta magis celebrant q̄ que leporibus cōdita sunt, certe pueris

pueris instituendis utilior esset Socrates, Diogenes aut Aristippus, & Xenocrates aut Zeno. Quod si recte uisum est sapientissimis viris primam etatem oblectamentis quibusdam ad amorem sapientiae seuerioris allucere, multo magis id conuenit tum iuuenitum Principi, quem ut uigilante esse decet, ita non oportet nec ipsum unquam esse tristem, nec quemquam a se tristem dismittere. Animus autem amoenioribus studijs educatus, fit ad omnes curas ferendas uegetior, et ad omnem hominum consuetudinem festiuor. His rationibus me tueri poteram, si nihil collegisse nisi facetas: nunc seruis haec duntaxat admixta sunt, ueluti conuis uitj condimenta. Quo genere si te sensero delecati, haud me pœnitibit huius operae licet humilioris, ut aliqui fortasse iudicabunt. Scribunt aliqui prouectioribus, nos principis aetatem tenera lacrimamus. Quod si haec infra tuos profectus fuerint, certe optarim esse, tam scio tibi non ingratum fore, per te communibus adolescentiis studijs hoc utilitatis accessisse. Et nos fortasse dabimus aliquando seueriora, postquam haec edidiceris. Nam ediscenda sunt omnino, quo semper ad manum presto sint. Quanquam quid meis opus, quum domi habeas Conradum Heresbachium, uirum omni genere literatum absolutum, quem sic in te video affectum, ut quod optimo preceptore dignum est, alumni sui comodis & ornamenti impensis gaudeat & suis. Is ut tuam pueritiam formauit literis, ita grandiore aetate poterit fidelibus prudentibusque collibus adiuuare. Mihi quoque non minus iucundum est honorificum fuerit, quantula cunq; ex parte felicissimam indole tuam, nostra promouisse industria. Quod supereft Deum Optimum Maximum precamur, ut sua dona quoque largissime in te contulit, seruare, tueri, & augere dignetur, quo simul & laudatissimorum parentum uotis respondeas, & clarissimis maiorum tuorum imaginibus dignus euadas, & luceulenta dictio, cui natus ac destinatus es, patre esse queas. Desinam si uerbum addidero: dura in his uersariis, memento te non Christianorum, sed ethnorum apophthegmata legere, uidelicet ut legas cum iudicio. Apud Friburgum Brisgoia quarto Kalend. Martias.

Anno M. D. XXXI

**S A P O P H T H E G M A T A L E P I D E Q V E D I-
C T A , PRINCIPVM, PHILOSOPHORVM, AC DIVERSI GENERIS HOMI-
num, ex Græcis pariter ac Latinis autoribus selecta, cū interpretatione com-
moda, dicti argutia aperiens, per Des. Erasmum Roterodamum.**

**A P O P H T H E G M A T A L A C O N I C A S E C U N D U M O R D I-
NEM literarum Græcarum.**

L I B E R P R I M U S.

A G A S I C L E S.



A C E D A E M O N I I quoniā seueriores erant, ac moribus incorruptioribus, bellisque gloriam potissimum spectabant, contemnebant omnis arteis quae ciuium animos uidebantur emasculari, & à uera uirtute ad ociosam ostentationē traducere. Nam & Roma cum adhuc spiraret germanam illam austерitatem, Græculos professores urbe exegit. Hoc genus studijs nulla Græcia pars corruptior erat quam Attica, ubi Gorgias, Lysis, Isocrates, Prodicus, alijque innumeris sophistæ magno cū aplausu populi, nec mediocri mercede garriebant.

Cum igitur Agascli Lacedæmoniorum Regi diceret qui Generose dam admirari sese quod cum esset auditus discendi, non adiungeret sibi Philophanem sophistam, regali prorsus indole respondit, Eorum, inquietens, uolo esse discipulus, quorum sum & filius: significans non minus interesse quos nactus sis parentes, quam quos adsciscas preceptores. Etenim ut liberi fermè referunt maiorum unde prognati sunt ingenium, ita præceptorum uitia demigrant in eos qui instituunt. Et honestæ uitæ institutio potissimum ab illis petenda est, qui uitatem ipsi factis præstiterunt, non ab ijs qui compositis arte

arte uerbis de uirtute nugantur. At nunc summi orbis monarchæ futuri, deum immorta-
lem, quibus interdum uiris à teneris annis formandi instituendis creduntur: quum prin-
cipi non minus tum perniciosum sit tum indecorum, ab in honestis instituti, quam nasci.
Nec quælibet artes descendæ sunt principi, sed hæ duntaxat, quæ tradunt rationem recte
administrandi regnum.

Rursus quum alius quispiam ab eo kiscitaretur, quo pacto posset aliquis tutò impera-
re, nullo stipatus satellitio, respondit, si sic imperet suis, quemadmodum pater imperat li-
beris. Nemo plura dixit unquam maiores compendio. Domini tantum timentur à seruis, moderate
quo malis metu cohercentur, quos non corrigit pudor. Pater quoniam liberis cōsulit po-
tius quam sibi, diligitur ab illis, sic ut autoritatem comitetur reverentia. Aduersus hos a-
deo non est opus satellitio, ut non aliud sit satellitium fidelius illorum stipatu. Quod si rex
benevolentia ac benefac̄tis adiungeret sibi ciuium animos, non esset opus barbarico con-
ductitioꝝ satellitio, sed nulos haberet corporis sui custodes tutores & ciues, erga quos
patris gereret affectum. Porro quibus placet hoc dictum, oderint dum metuant, nullos ma-
gis habent suspectos, quam quibus oportebat maxime cōsidere: ac multos metuat opor-
tet, quem metuant multi.

AGE SIL AVS

Agesilaus ille magnus Lacedæmoniorum rex, quum in compotatione quadam sorti
bus ex more ductis factus esset princeps coniuiri, (huius autem partes erant præscribes, solerter
re quantum quisque biberet) rogatus à pincerna, quantum cuique uini debet apponere, Si mul-
tum, inquit, uini paratum est, dato cuique quantum poscit: sin parum, cunctis ex æquo diui-
dito. Hac dexteritate mire prospexit, ne uel parata uini copia deesset, quibus placeret lar-
gior potatio: uel ad bibendum cogerentur quibus placeret sobrietas. Rursus in malignio
re uini copia, per æqualitatem exclusit occasionē murmuris. Etenim cum singulis æqua
uini portio distribueretur, nihil deerat his qui bibebant moderatius: & qui largius fuerat
bibituri, quum haberent quod naturæ satis esset, queri non poterant si deerat libidini, eo
quod nemo omnium plus aut minus haberet cæteris. Itaque æquis animis se illi quoque ad
moderationem componebant, quibus alioqui placebat luxus. Porro Lacedæmonij præ-
ter cæteros Græcos uictus frugalitatem probabant.

Quum uero narraretur apud eum, maleficum quempiam ac scelerosum hominē con-
stanter pertulisse tormenta, Ut insigniter, inquit, miser est homo, qui tolerantia ac patien-
tiā in res flagitiosas ac turpes collocet. Apud Lacedæmonios admirabilis erat malorum
toleratiā, quæ si suscipiatur ob res honestas, magnam promeretur laudem: sin ob turpes,
non solum non meretur fortitudinis laudem qui tolerat, sed hoc miseror est ac uir peior,
quo constantius se gesserit. περὶ τούτων enim Græce & malū sonat, & translato tono, laborio-
sum siue calamitosum. Dolebat egregio duci, tantum animi robur ac naturæ uim in re tur-
pi consumptam, quam si attulisset ad res honestas, magno usui poterat esse reipublicæ.

Alio quodam laudante rhetorem hoc nomine, quod mirifice res exigua uerbis am-
plificaret. Ego, inquit, ne sutorem quidem arbitrer bonum, qui paruo pedi magnos indu-
cat calceos. Veritas in dicendo maxime probanda est: & is optime dicit, cuius oratio con-
gruit rebus, ex quibus petenda est orationis qualitas potius quam ex artificio.

Quum quidam urgeret illum improbe postulando, diceretque ei, promisisti, atque idem
crebro repeteret, quasi iam fas non esset negare quod petebatur, Recte sane, inquit, si qui iuste & urba-
dem iustum est quod petis, promisi: sin minus, dixi, non promisi. Hoc dicto elusit flagita-
toris improbitatem. Ille uero quum nondum faceret flagitandi finem, sed subiaceret, At-
qui decet reges præstare quicquid uel capite annuerint, Nihilo magis, inquit, quam eos
qui reges adeunt, decet ea petere loqui que iusta sunt, speciantes simul & opportunita-
tem, & quid regibus conueniat decorumque sit. Sunt qui principes uelut ex insidijs adori-
uentur, & à bene potis, aut alioqui aliud agentibus, ut non uacet quale sit quod petitur con-
siderare, postulant quod iniustum est: his merito negatur quod promissum est, & repulsi
immerito requirunt fidem à promissore, qui sui officij non meminerint in postulando.

Quoties audiebat aliquos ab alijs laudari aut uituperari, existimabat, non minus esse
discendos eorum mores qui loquebantur, quam eorum de quibus loquebantur. Sensit Prudenter
uir prudentissimus, qui auide obtrectat alienæ laudi, magis prodere morbum suū quam

detergere mores alienos: & qui ob res parum honestas laudat quempiam, aut ob laudabiles uituperant, indicare stultitiam suam peruersumq; iudicium.

8 Quum adhuc puer esset, & ageretur ludus solennis, quo pueritia tum exercebatur, atque is qui negotio praefectus erat, statuisse illum in loco paru honorifico, paruit quidem tametsi iam rex designatus, ac dixit, Bene sane habet, ostendam enim, non locum uiris, sed uiros loco conciliare dignitatem. Nimirum uox ea declarat in puero, mira animi celsitudinem cum pari moderatione coniuctam. Nec alij magis sunt administrando regno idonei. Simile quiddam tribuunt Aristippo.

9 Quum medicus quispiā illi prescriberet curationem nimis exactam, minimeq; simpli Argute cem, qualis esse solet apud Lacedæmonios, Per geminos, inquit, sumam quæ prescribis, si mihi prorsus est in fatis ut non uiuam, etiā si non omnia sumpsero. Significabat, eiusmodi curatiōes citius acceleraturas mortē, q; depulsuras morbū. Nec tā operosa pharmaca sumē, nisi qui destinauit mori. Omnib. in rebus et geneti placuit frugalitas ac simplicitas.

10 Quum adstantem aræ Palladis, cui apud Spartanos abereo delubro χελκεοίχε cognoimpliciter mēn est, ut bouem immolarer, momordisset pediculus, non auersus est, sed arreptum palam omnibus occidit, Per deos, inquiens, equidem insidiatorem lubens uel in ipsa ara: ut et delicit declarauit animum nec inepto pudori, nec superstitioni obnoxium: tecnicq; significauit, insidias molientibus nullam aram aut asylum oportere tutum esse.

11 Quum puer guidam eo uidente murem captum ē cauo protraheret, musq; conuersus momordisset tenentis manū atq; effugisset, Agesilaus indicauit his qui aderant, dixitq;, Posteaquam minimum animalculum sic ulciscitur eos à quibus luditur, quid uiros opereat facere cogitate. Ita dux fortissimus undecunq; captata occasione animum addere studebat suis, ut audentiores fierent aduersus hostem. Sed idem exemplum magis eō ualet, ne quis quamlibet potens iniuria prouocet infirmiorem. Fīt enim sapientiū, ut qui, sicut ait Flaccus, fragili querit illidere dentem, Infringat solidō.

12 Quum in animo haberet mouere bellum aduersus regem Persarum, quo Græcos A, siam incolentes libertati restitueret, cōsuluit oraculum Ioui Dodonæi. Nam ea gens ex oraculis deorum pleraq; gerebat. Is quū iussisset, ut pro suo arbitratu bellum institueret, Agesilaus dei responsū renunciauit Ephoris (Hi erant quinq; iudices, quorū autoritatē reges quoq; parere cogebantur) Illi uero suaserūt ut adiret & Delphicum oraculum, ijsdem de rebus sciscitaturus. Eō profectus, hoc pacto proposuit consultationem, Apollo, num idem tibi uidetur quod patri? Quum Apollo comprobasset Ioui oraculum, ita demum delectus imperator bellum apparat: unico facto non unā rem nos docens, primum moderationem animi, qui quum rex esset, non grauatus sit Ephoris obtemperare rem superuacanciam imperantibus: deinde declarauit, quām non temere sit bellū capessendum. Illis non sat erat Ioui oraculum, quum hodie principes frequenter incōsultis uel potius inuitis proceribus ac ciuitatib. ad arma profiliant. Postremo demonstrauit, quām religiō fam haberet de dīs opinionem, qui si inter se dissentiant, non sīni dī: obiter notans Homeris fabulas, qui singit deorum ac dearum atrocia dissidia, & quod in principib; ac magistratibus turpe sit, adscribit suis numinib;.

13 Tissaphernes Persarum dux cum Agesilao fœdus nō ex animo, sed metu percusserat, hac lege, ut Græcas ciuitates sineret libere suisq; uiuere legibus: mox ingentibus copijs à rege suo accersitis bellum illi denunciauit, ni Asia decederet. Hoc fœdus uiolatum libenter arriput Agesilaus, legatis hilari uultu respondens, Se magnam habere gratiam Tissapherni, quod periurio suo & deos & homines sibi infenos reddidisset, aduersæ uero patri propitios. Recte sensit, absq; prouidentia dei nihil geri in rebus mortalium, magisq; fidendum diuino fauori quām humanis consilijs aut uiribus. Cæterum exercitum mouit uelut in Cariam impressionem faciurus: quō quum Tissaphernes ignarus dolí, cogeret militem, Agesilaus repente copias mouit in Phrygiam: ubi cū multas cepisset urbes, magis pecuniarum uim abstulisset, dixit amicis. Fœdera quidē uiolare præter causam iusti impium est, cæterum hostibus imponere, non modo iustum est ac laude dignum, uerum etiam & iucundum & lucrosum. Vir bellandi auditus, tamē ab iniusto bello abhorrebat, neceius suscipiendo ansam dare uoluit, datam feliciter arriput: nec turpe putauit dolis illum uti, qui uiolato fœdere periurio fecellisset & deos & homines.

Idem

Idem quum partū esset instructus equitatu, Ephesum sese recepit: ibi opulentis denunciavit, ut quisquis pro se uirum & equum præberet, à militia esset immunis. Hac arte factum est, ut pro ignauis ac timidis diuitiis breui colligeret & equos & uiros strenuos ac bello idoneos. Qua quidē in re dicebat sese Agamemnonis exemplum retulisse, quod is accepta equa generosa uirum diuitem, sed ignauum, militia liberaliter. Locus autem est apud Homerum Illadios.

14

Callide

Τινὶ ἄγαμοντοι Λέων ἀγαπῶντες ἔχεπολος
Δῆρινε μὴ οὐ ἐποιθ' ὑπὸ τοιοῦ λιποτοσαρ
Αλλ' αὐτὸς τῷ ποτίῳ φέναιμ, μέγας γάρ οὐδελαντ
Ζεὺς ἄφενος. νᾶτου γέ τούτοις δημοσίᾳ σκυνόντι. de equa loquitur.
Quam dederat Anchisiades Echepolus Atridae.
Dono, ne huic comes iret ad altæ mœnia Troiae,
Sed remanere domi, ac sese oblectare liceret.
Nam uiro opes pater altitonans donārat opimas.
Incoluit uero prædiuitem agris Sicyonem.

Hæ sunt artes excellenti principe dignæ, quibus efficitur, ut quod ad reipub. dignitatem incolumentem necessarium est, non per uiolentiam inuidiosam extorqueat, sed ea de ceteritate impetrat, ut nec tenues grauet, & à dñioribus etiam gratiam ineat.

Cæterum quum edixisset ut capriui nudi uenderentur, Lapbyropolæ, quorum munus erat res prædatiæ diuendere, quod erant iussi faciebant: ac uestium quidem (quoniā iuxta barbaricum morem erant splendidae, multicq; pretij) complures extiterunt emptores, cæterū ipsa corpora candida, prorsusq; tenera ac delicata, nec quicquā virile præse ferentia, quippe in umbra, otio ac uoluptatibus educata, adeo nemo cōcupiuit emere, ut deriderent etiā hoc merciū genus, uelut inutilium, nec ullius omnino pretij. Id animaduertes Solerter Agesilaus, qui auctioni præsidebat, & hunc casum torsit ad animandos ad fortitudinem milites. Hæc, inquit, sunt pro quibus pugnatis, ornamenta captiuorum ostendens: hi qui bus cum pugnatis, nuda captiuorum corpora demonstrans. Duplici nimis arguento addidit suis animos, amplissima spe præmiorū, & hostiū imbelliū extremo cōtemptu.

Idem quum in Lydia Tissaphernem uertisset in fugam, ac quām plurimis interemptis iam in agros regios fecisset incursionem, rex Persarum per legatos, quorum præcipuus Titraustes ingentem pecuniarum uim ultro ad illum misit, petens ut à bello desisteret: Agesilaus spreta pecunia respondit, Pacis quidem tempore respub. uigere autoritatem, utius habeat decernendi quod ad tuendam ciuitatis tranquillitatem censuerit cōducere: belli uero tempore non item. Sibi uero iucundius esse, si milites suos ditet, quām si ditescat ipse: præterea se pulcherrimum ducere, si Græci non munera caperent ab hostibus. sed armis pararent spolia. Vox excellentis animi, qui non aliud uirtutis præmium ambiret q; gloriā, nec pacem hosti uenderet fraudato milite.

Quum Megabates Spithridatis filius eximia forma adolescens, Agesilaum adisset aliquando salutandi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum offerret, quod ab eo uidetur admodum amat: Agesilaus auertit uultu refugiens osculum. Cæterum quū erubuisse ille, ratus se contemptui fuisse, ac deinceps salutaret eum eminus: rex pœnitens uitati osculi, finxit se mirari quid accidisset Megabatæ, quod ipsum non salutaret osculo: familiares responderint, ipse fuisse in causa ò rex, qui uenientem nō exceperis, sed formosi basi exhorrueris: alioqui nunc quoq; persuaderi poterit, ut tibi ueniat ad osculum, tantum ne rursus refugias. Hic posteaquam Agesilaus aliquandiu tacitus suo cū animo cogitas, Nō est, inquit, opus ut illi redditum persuadeatis. Nam ego mihi sic uideor affectus, ut malum huiusmodi rebus superior esse, quām aduersariorum urbem fortibus uiris instruissimam per uim capere. Præstantius enim duco, ut quis sibi ipsi seruet suam libertatem, quām ut alijs libertatem adimat. O uirum gerendo in alios imperio idoneum, qui suis cupiditatibus imperare posset. Quis non miretur, tam philosophicū in hominē militari iudicium? Intellexit, neminem esse liberū qui seruiret cupiditatibus: intellexit, nullum esse imperium speciosius, quām si quis animo suo posset imperare. Hoc exēplum temperantia multo pulchrius uidebitur reputanti, quod Græcorum leges formosorum adolescentium amore concedant, citra turpitudinē tamē aut uim. Quanquam hoc apophthegma

16

Animose

Liberaliter

Continenter

Plutarchus in *Vitis* paulo securus refert, Ego, inquit, denuo malim illam de osculo pugnare pugnam, quam omnia quae uiderim mihi fieri aurea. Quo uir illus sensit amoris flamam acriorem, hoc pulchrius ducebat, non obsequi animo.

18 Humaniter Cum ceteris in rebus esset rigidor, & exacte iusti legumque tenax, tamen in amicorum negotijs existinabat, inhumanitatis ac saevitiae praetextum esse, nimium aduersus illos esse iustum. Huius rei testis est epistola quædam perbreuis, quæ fertur ad Hieronimum Cartem scripta, qua cuidam amico ueniam deprecatur in hunc modum: Nicias si nihil peccat, dimitte hominem: si peccat, mihi dimitte, sed omnino dimite. Innocentem punire, scelus est: culpam interdum condonare in gratia honesti deprecatoris, humanitas est. Quum enim iustitiam semper oporteat esse clementia temperatam, quoties nacta est grauem interpellatorem, & minus habet inuidiae, & plus impetrat gratiae. In plerisque igitur amicorum negotijs ad eum modum se gerebat Agesilaus: interdum tam magis sequebatur reipublicæ utilitatem per occasionem oblatam, quam indulgebat amicitiae.

19 Continenter et sapienter Quodam ergo die quum castra tumultuosius essent mouenda, adolescentem cuius a more tenebatur relinquebat ægrotum, quumque is & blandis precibus & lachrymis illum tremorari conaretur, uersus ad suos, Quam difficile est, inquit, simul & misereri & sapienter malens sequi quod id temporis expediebat, quam quod dictabat in amicum affectus. His animi dotibus ceteris præcellebat Agesilaus.

20 Temperante Ceterum quod ad corporis cura attinebat, nulla in re melius habebat quam hi quiibuscum uiuebat: à saturitate quidem & crapula in totum abstinens: somno uero sic utebatur, non ut ille dominaretur, sed ut seruiret negotijs: aduersus aestum autem & frigus sic erat instritus, ut quatuor anni temporibus unicis tantum uestibus uteretur. Ceterum quum in temporis inter milites ageret, uelut unus quilibet ē numero, nihilo meliorem culcitram habebat quam ceteri: illud assidue habens in ore, Principis esse, non mollicie delicijs ue, sed temperatia ac fortitudine priuatis hominibus antecellere. O uere regia uocem, si addidisset, sapientia. Nam ea vox omnes principis uitutes complectitur.

21 Moderate Sciscitante quodā quid Spartæ fructus attulissent Lycurgi leges, Voluptatum, inquit, contemptū: uidelicet indicans, nō alia magis ex re nasci reip. corruptelam, quam ex delicijis.

22 Sapienter Alij cuidam qui se dicebat admirari, quod Agesilaus cum ceteris Lacedæmonijs tam frugali cibo uestituque uteretur, Atqui, inquit, ô hospes, pro hac frugalitate opimam messem metimus, libertatem: sapienter admonens nullam esse uoluptatem uiris ingenuis libertate suauorem: nec ibi diu libertatem esse posse, ubi regnat luxus.

23 Continenter et constanter Rursus quum alius quidam eum admoneret, ut aliquid de uitæ rigore remitteret, causam addens, quod, quæ est uitæ uolubilitas, euuenire posset, ut tempus ipsum exigeret aliam uiuendi rationem. At ego, inquit, me consuefacio, ut quæcunque inciderit fortunæ mutatio, ne quæram ipse mutationem. Mira animi continentia, qui nec in austeriore uita delicias requereret, nec inter delicias agens ab illis corrumphi posset.

24 Graniter Quin ne senex quidem factus quicquam de uictus uitæque ratione, & corporis exercitij remisit. Itaque percontanti quur per acrem hyemē solo pallio tectus obambularet absque tunica homo tam prouectæ ætatis, Ut, inquit, iuuenes hanc uitæ rationem imitetur, quum exemplum habeant & extremæ senectutis hominem, & principem: sapienter admonens, senibus ita uiuendum esse, ut adolescentibus exhibeant recte uiuendi formam: & uulgas nihil imitari libentius, quam quod à uiris principibus conspicerint facilitari.

25 Frugaliter Thasiorum gens, ut copia rerum abundabat, præcipue uini præstantia nobilis, ita delicias erat addictior: per horum agros cum exercitu proficiscenti Agesilao Thasi honoris gratia miserunt farinas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & item omnis generis alia maximi precij tum esculenta, tum poculenta: at ille præter farinas nihil accepit, reliqua domum referri iussit ab his qui attulerant, tanquam sibi suisque prorsus inutilia. Ceterum quum illi precibus & obtestationibus urgerent omnino ut acciperet xenia, iussit eam inter Helotes distribui: id erat apud Lacedæmonios mancipiorū genus. Eius facti causam sciscitantibus respondit, Non decere qui uiriutis ac fortitudinis studio tenerentur, id genus delicias cupediasque recipere: propterea quod istiusmodi res quibus inescarentur ingenio seruili nati, oporteret à liberis procul abesse: grauiter taxans Thasioru[m] mores, qui dum uoluptatibus seruirerent, nec ingenuos se præstarent nec liberos: & sapienter ostendes, nihil

nihil esse seruilius abiecius, quam gulæ uentrisque uoluptatibus obnoxium uiuere.
Aduersus uoluptates quidem inuidi pectoris hoc specimen dedit; aduersus inanem glo-²⁶
rā nō minus insuperabilem fuisse declarat, quod dicitur sum. Thasiū quoniā intelligebat
Agesilaū de ipsis optime meritū, tēplis ac diuinis honorib. illū dignati sunt: atq; hac de re
legationē ad illum miserunt. Is ubi legisset honores quos legati ad illum detulerant, per-
contatus est, num illorum patria potestatē haberet ex hominibus faciēdi deos: quū illi re-
spondissent, habere. Agedum, inquit, primum uos ipsos deos facite: id si præstiteritis, tum
uobis credam quod me quoq; deum facere poteritis. Vt rū hīc prius admirari cōuenit, a/
nimi celitudinem adeo contemnit oblatū, ob quod Empedocles philosophus semet
in Aetnam cōiecit, quodq; tot eruditī principes tot attib. & impendīs ambierūt: an inge-
nij solertiā, qua Thasiū uel summā stultitiā, uel abieciā adulatioñē suā in oculos ingressit.

Nec minus excelsi animi fuit, quod quum nationes quae id temporis Græciam incole-²⁷
bant, decreuerint illi in clarissimis quibusq; ciuitatibus honoris causa statuas erigi, rescri-
psit illis hunc in modum. Mei nulla sit imago neḡa picta, necq; ficta, neq; ullo alio artificio
parata. At principū uulgaris hoc honoris genere se dīs æquiparari credebat, summumq;
rerum bene gestatum præmium arbitrabatur. Agesilaus ipso honesto contentus, neglige-
bat eiustmodi adulatioñes uerius quam glorias, malens inculpi prudentum ac bonorum
hominum pectoribus, quam in foro æreus aureusue stare. Eximiam virtutē sponte suum
consequitur decus. Nec ulla speciosior statua, quam honorifica bene acta uitæ memoria.

In Asia quum ædes quasdam cōspexisset, quarū tecum quadratis trabibus cōtextum
esset, rogauit ædium dominum, num apud illos ligna quadra nascerentur: qui quū nega-²⁸
set talia nasci, sed ex rotundis arte quadrari. Quid, inquit, ergo ne si quadrata nasceretur,
faceretis rotunda? Immane quantum absuit illius regis animus à nostrorum edificiorum
delicijs, in quib. nihil placet, nisi ex alieno deuectū orbe, aut multo artificio adulteratum.

Quum aliquando quidam percontatus esset, quinam essent fines Laconicæ ditionis;²⁹
uibrata lancea, Quousq; inquit, hæc ualeat pertingere. Vox egregio duce digna, qui bel-
lum non nisi iustum susciperet, imperiumq; uirtute partum uirtute tueretur.

Rūsus alij cuidam percontanti, quam ob causam Sparta non cingeretur mœnibus:³⁰
stendit ciues armatos, Hi, inquiens, sunt Spartanæ ciuitatis mœnia: significans tespū. nul-
lō munimento tutiores esse, quam uirtute ciuium.

Similiter quum alius quidam hoc idem percontatus esset, respondit, Ciuitatem non
saxis lignis ue, sed pro uallis ac mœnibus, incoletium uirtute muniri oportere: quos si sapienter
iungat concordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior.

Aduersus pecuniarum studium, quo uitio pleriq; laborant, amicos admonere consue-³²
uit, ne tam pecunij quam fortitudine ac uirtute studerent ditescere: quod frustra parat o/
pes, qui ueris animi bonis uacat.

Si quid autem esset quod per milites celeriter confici uellet, primum ipse sub oculis o/³³
mnium operas aggrediebatur, quo uel pudore ad industriam extimularentur. Efficacissi-
mum exhortationis genus, principem hoc facere, quod ab alijs fieri uelit. Impigre ex-
empli

Illud sibi cum primis ducere solet gloria, quod cum rex esset, cæterisq; consilio prospici-³⁴
ceret, nihil secius in laboribus obeūdis nemini cederet: quodq; sibi ipsi imperaret, suiq;, Graniter
ur ita loquar, rex esset, id pulchrius esse iudicabat, quam quod regnum obtineret in alios.

Quidam conspiciens Lacedæmonium quendam claudum ad bellum exētem, quum
equestrum ueluti debili necessarium quereret, Non intelligis, inquit Agesilaus, in bello o/³⁵
pus esse, non qui fugiant, sed qui loco maneant? Significans eos demum esse bello utiles
milites, quibus decretum est in prælio aut uincere, aut mortem oppetere.

Percontanti cuidam qua ratione sibi pararet eximiam gloriam, Si morte, inquit, con-³⁶
tempseris. Nihil enim in bello præclaræ rei geret, cuius animum mortis metus occupauit. Graniter
Idem affectus in omni uita mortalium à pulcherrimis facinoribus reuocare solet.

Roganti quam ob causam Spartiatæ ad tibiarum cantum inituri præliū exerceretur,³⁷
Vt quum ad numerum, inquit, incedunt, appareat qui formidolosi sint, qui fortes. Nam
anapæstorum scitus strenuis addebat animum, uehemeter meticulosis pallorem ac tre-
morem incutiebant. Itaq; quum pes non responderet ad modulus tibiarum, probebatur
ignorū imbecillitas. Magnisliquidem refert, ut dux perspectos habeat militū suorum
Prudenter
animos

animos, quo norit qui sint à prælio submouendi, aut qui qua parte exercitus colloquandi. Valerius Maximus libro secundo putat tibias adhiberi solitas ad incitandos militum animos: contrà Thucydides apud A. Gellium tradit, pro tubis & cornibus Lacedæmonios ad prælium tibijs uti solitos, ad moderādam uim & impetū militum, ne sparsi dispersi prouerent in hostem, sed composite incederent suo quisq; ordine. Proditum est liberis, Cretenses cithara præcینente prælium inire solitos.

38 Quum quidam apud Agesilaum admiraretur regis Persarum felicitatem, quod admodum iuuenis esset, Ne Priamus quidem, inquit, quum hoc esset etatis, erat infelix: indicans neminem appellandum beatum nisi ad supremum uitæ diem peruenisset, quod nec Priamo nec Croeso contigit.

39 Quum maximam Asiæ partem armis sibi subegisset, constituerat ad ipsum regem Persarum proficisci, ut eum compesceret: qui sic erat quietus à bello, ut interim Græcorum duces pecunia corrumperet: cæterum reuocatus domum ab Ephoribus Spartæ Græcorum obsidione cinctam (Nam id rex Persarum pecunijs missis efficerat) paruit dices, Bonum imperatorē legum imperatis parere oportere: citraq; cunctationem soluit ex Asia, magno sui desiderio relicto Græcis Asiaticis. Offerebatur rei bene gerendæ occasio, inuitabat illum Græcorum affectus ut instituta perageret, sed rex à tyrannide alienissimus legum autoritatem existimabat omnibus anteponendam.

40 Quoniam uero Persarum numisma sagittarium habebat insculptum, ex Asia discedens Facete aiebat, se triginta sagittariorum milibus à rege Asia depelli. Tot enim Daricorum aureo rum milibus Athenas ac Thebas deportatis, & in plebis moderatores distributis, Timocrates effecerat ut populus hostilem animum aduersus milites susciperet. Ephoris autem rescriptis in hunc modum, Agesilaus Ephoris salutē. Asiam magna ex parte subegimus, barbaros expulimus, frequenter in Ionia confiximus: attamen quoniam pro magistratus autoritate iubetis ut istuc ad diem præscriptum adsim, consequor hanc meam epistolam, ac fortassis anteuertam etiam. Nec enim mihi principatū gero, sed tum reip. tum sociis & amicis reip. Atq; ita demū qui potitur Imperio, uere legitimeq; imperat, quum & ipse paret imperio legum & Ephororum, aut quicunq; sint illi, qui in rep. magistratu funguntur. Quid huius ducis animo moderatius: at quid eodem excelsius?

41 Dein quum transmisso Hellestante iter faceret per Thraciā, nulli quidem barbaroruſ Fidenter supplex fuit ut daretur transitus, sed missis ad singulos nūcij, rogabat utruſ per hostium Animose an amicorum regionem iret: ac cæteri quidem illum amice recipiebant uenientē, ac discedentes deducebant. Cæterū qui Troadenses appellātur, à quibus, ut fertur, Xerxes datis muneribus transeundi copiā emerat, transitus mercedē postulabat ab Agesilao, centum argentī talenta, tōtūdem q; foeminas. At is irridens eos, rogauit cur nō protinus uenissent, accepturi quod postulabant. Admouit exercitum, & congressus cū his qui se obiter collocarant in acie, omnes uertit in fugam, cōpluribus trucidatis: itaq; sibi ferro uiā aperuit.

42 Itidēm & ad Macedonum regem nuncios misit, rogans utrum per hostiū solum irent, Intrepide an amicorum. Quum ille respondisset, se consultaturum, Fiat, inquit, igitur consultatio, nos tamen interim iter faciemus. Rex admiratus hominis audaciam, sibi metuens, sa- tius esse censuit illum ut amicum suscipere.

43 Thessalorum, qui hostibus tulerat suppétias, agros depopulatus est. Virtus sic erat æquitate temperata, ut nec amicos læderet, nec inimicis parceret, ubi fortuna dedisset ulci- scendi occasionē. Hoc apophthegma non est, & ab indocto quodā truncatim adieclū est.

44 Ad Larissæos autem qui non iuuerant res hostium, Xenoclem ac Scythen legatos int̄ Moderat sit amicitia conciliandæ gratia. Hos quum Larissæi comprehensos asseruarent in custo- dia, cæteri quidem id factum grauiter ferentes censuerunt, ut Agesilaus admoto exercitu Larissam urbem obsidione uallaret. At ille negabat, se uel universam Thessaliām hac conditione uelle capere, ut ex his quos miserat alterius faceret iacturam, amissurus utrumque filios bello lacefüsserit: itaq; captos acceptis conditionibus liberauit ac recepit. Tam atrocem iniuriam duorum amicorum incolumentati condonauit, alioqui contumeliarum impatiens: dicas illum suos affectus in sua habuisse potestate.

45 Feliciter pugnatum erat apud Corinthum: in eo prælio quanquam accepisset Sparta Clementer norum admodum paucos desideratos: cæterum è Corinthis & Atheniensibus alijsq; socijs

socijs ingentem numerum interisse, adeo nō gauisus est, nec elatus ea uictoria, ut graviter ingemiscens deploraret Græcæ uicem, Heu, inquiens, Græciam, quæ tot uiros intestino bello perdidit, quot uniuersis barbaris debellandis satis esse poterant. Viro magnanimo uictoria erat optabilis, sed charior erat sociorū incolumentas. Quo animo tulisset ille si plurimorum ciuium interitu fuisset empta uictoria? Non parum laudis promeretur hic affectus in duce Lacedæmonio, tum natura bellaci, tum ethnico: at Christiano principi nulla non debet esse lugubris uictoria, quæ plurimorum etiam hostium exitio contigit.

Cæterum quum Pharsali urgerent, latrocinijsq; vexarent ipsius exercitum, sexcentis equitibus uertit illos in fugam, moxq; trophaeum statuit sub Narthacijs. Nec alia uictoria magis lætatus est, quod ipse per se constituto equitatu paucorū, nec alijs adhibitis copijs, eos superaserit, qui de re equestri præcipue gloriabantur. Pulchrum est uincere lacesentes, præsertim his præsidij, quibus hostes potissimum sese iactant.

Nunc accipe geminum in gloriaz cupidiſſimo duce, temperantiae exemplum. Quum Dipbris illi e patria nūncium attulisset, ut omisſis quæcumque agebat protinus in Boeo, tiam irrumperet, quanquā destinarat hoc ipsum postea maiore aggredi apparatu, tamen magistratibus obtemperans, accersitis ad se uiginti milibus eorum qui apud Corinthum militabant, inuasit Bozotiam, ac iuxta Coroneam congressus cum Thebanis, Atheniensibus, Argiuis & Corinthijs, ambas acies superauit, licet ipse multis acceptis uulneribus corpore esset graviter affectus. Quæ pugna cum esset inter res ab illo gestas omnium maxima, quemadmodum scripsit Xenophon, tamen domum reuersus, nihil de pristino uitio modestia mutauit ob tantos rerum successus, totq; uictorias. Multo dignior erat triumpho uictoria, qua uir ille primum suis consilijs anteposuit legum autoritatem, deinde tot egregijs facinoribus nibilo factus est insolentior.

Animaduertens ciuium nonnullos qui in precio habebantur, ac sibi placebant quod equis alendis intenderent animum, sorori Cyniscæ persuasit, ut consenso curru certaret. in Olympijs: hoc pacto Græcis ostendere cupiens, id genus exercitamenta nullius esse uerae uirtutis, sed nihil aliud habere quam opum & impendiorum ostentationē, eoq; formis esse dignorem quam uiris.

Quum haberet apud se Xenophontem illum sapientem, eumq; plurimi faceret, iussit, ut filios suos accerseret Lacedæmonem, docendos artem omnium pulcherrimam, uidelicet imperare, & parere imperio. Athenis florebat omnium liberaliū disciplinarū genus, sed hanc cæteris omnibus præstantiorem existimabat nusquam melius disci quam apud Lacedæmonios, ubi non uerbis disputabatur de bene administranda repub. sed ciuium moribus honestissimæ rei exemplum exprimebatur. Simul indicans, eos non esse gerendo magistratui idoneos, qui legibus ac magistratui nescirent obsequi.

Proinde rogatus abs quopiam, quam ob rem Spartanorū resp. præ cæteris, secundis rebus floreret, Quoniam, inquit, plus cæteris in hoc sese exercent, ut pariter & imperare & parere sciant. Quæ duæ res à ciuitatibus excludunt seditiones, & tuentur concordiam.

Cum uira defunctus esset Lysander, Agesilaus numerosam sodalitatē aggregatā comperit, quam ille ex Asia domum reuersus statim aduersus Agesilaum instituerat: id indigne ferens Agesilaus, destinabat omnibus palam facere, cuiusmodi ciuiis fuisset Lysander dum uiueret, ac perfecta quadam oratione, quam Lysander in libro descriptam reliquerat, compositorum quidem Creonte Halicarnasseo, sed in hoc ut hanc Lysander edisceret, atq; apud popularem multitudinem recitaret (Tractabat autem oratio de nouandis rebus, deq; mutando reip. statu) hanc, quoniam arguebat Lysandrū fuisse ciuem perniciosum ac seditionis audum, Agesilaus uoluit euulgare. Cæterum ubi senex quidam Ephorus orationem perlegisset, metuens dictionis gravitatem ac uehementiam, ne lecta quoq; multos ad rerum nouarum studium excitaret, consuluit Agesilao ne Lysandrū sepultum refoderet, sed orationē premeret. Senis consilio paruit, & à cooptis conquieuit Agesilaus doctus non solum obtemperate publicis legibus ac magistratui, uerum etiam priuato senioris consilio. Vir excelsi animi plus apud se ualere uoluit publicam utilitatē, quam priuatum odium: simulq; perspexit, indecorum esse, simultatem exercere cum sepulso. Hac moderatione usus est aduersus manifestum inimicum.

Porro qui clanculum ipsi aduersarentur, eis palam quidem non exhibebat negotiū, sed h 4 efficiebat

Moderate efficiebat ut ipsum in militiam sequerentur, atque ex his nonnullos duces exercitus ac magistratus factios euehebat: qui cum se in magistratu improbe & auare gessissent, eoque in ius vocati periclitarentur, rursus Agesilaus illis patrocinabatur, & ab ipsis stabat, atque hac arte reddebat eos ex clancularijs hostibus amicos, & ad se reuocabat: quibus rebus factum est, ut iam neminem haberet aduersarium. Quid hac prudentia ciuius, qua mederi male uolis maluit quam ulcisci?

Iuste Humaniter 53 Quidam petiit ab Agesilao, ut se scriptis ad hospites & amicos suos Asiaticos literis commendaret, quo apud illos ius suum consequeretur: respondit, Nihil esse opus literis commendatricibus. Nam mei, inquit, hospites sua sponte quae iusta sunt faciunt, etiam si illis non scripsero. Apud bonos in bona causa superuacula est commendatio, quum ipsa res impetraret quod precib. exoraretur. Dux egregius non nisi cum sui similib. hospitium coniunxerat.

Grauer 54 Ostendebat illi quidam ciuitatis cuiusdam muros bene tutos valideque extructos: quumque rogasset uideretur ne pulchri, Pulchri, inquit, per Iouem: uerum appareret in hoc paratos, ut mulieres inhabitent, non uiri: sentiens, non alijs moenibus rectius communiri ciuitatem quam strenuis ciuibus.

Modeste 55 Megarense cuidam multa iuueniliter de sua ciuitate aduersus Agesilaum faciunt, Adorsus lesens, inquit, tui sermones opus habet magnis uirisbus. Significans indecenter eum magnifice loqui, cui uires non suppetunt orationi pates.

Graniter 56 Tantum & ceteris in rebus aberat a uulgari iudicio uir prudentissimus, ut quem cernebat alios admirari, ipse in tantum contemneret ut ne nosset quidem. Quod euenit in Callipide. Is erat tragœdiarum actor, multi nominis, famaeque celebris apud Graecos, & a cunctis in pretio habitus, Primum quidem occurrit Agesilao, eumque est allocutus: post improbe semet admiscerit his qui simul cum rege ambulabant, sequeque ostentabat, ratus futurum ut rex prior ipsum comiter & cum benevolentia quadam amplectetur. Id quum non fieret, tandem, Non, inquit, agnoscis me o rex, nec audisti qui sim? Agesilaus autem intuitus illum, An non tu es, inquit, ille Dicelista? Nam hac uoce peculiaris Lacedæmoniorum lingua signat mimum, hoc est, imitatorem. Αέλελογ enim illis simulachrum sonat aut effectam imaginem. Adeo uir prudens, & omnia reipub. commodis metiens, nullo honore dignatus est, bistrionem quamvis insignem, cuius ars ad solam parata uoluptatem corrumpendis ciuium moribus esset accommodatior quam erudiendis.

Argute 57 Huic simile est, quod rogatus ut uellet audire quandam, qui mira similitudine lusciniæ uocem imitabatur, recusauit, Frequenter, inquiens, ipsam audiui lusciniam; significans ineptam esse uoluptatem, magis delectari ipsa simulatione quam natura.

Facete Modeste 58 Quemadmodum autem ipse singulari modestia praeditus erat, ita non tulit in alijs arrogantiæ. Menecrates quidam medicus, quum desperatae quædam curationes ipsi feli citer cessissent, populari adulatione dictus est Iupiter. Hoc cognomento uir arrogantis in genij delectatus, insolentius usus est eo titulo. Tandem quod & Agesilao scriberet, nec ueritus esset hac uti salutatione, Menecrates Iupiter Agesilao regi salutem, Rex eo offensus proœmio, præterea nihil dignatus est legere, sed rescripsit in hunc modum, Rex Agesilaus Menecratii sanitatem. χαρηποι Graeci dicunt quibus bene precantur, εγιάρει ambiguum uerbum fere in malum sonat, quum significamus abesse sanitatem mentis. Eo uerbo quidam Cæsari exprobrauit insaniam.

Fortiter 59 Fortitudinis etiam in rebus aduersis insigne dedit specimen. Conon & Pharnabazus per classem regiam mari potiti obsidebant maritimæ Lacedæmoniorum regiones, quum interim Atheniensium ciuitas moenibus esset cincta. Itaque Lacedæmonij Pharnabazo dominante pecuniâ pacem ineunt cum rege, mittuntque ciuem Antalcidam ad Teribazum, Graecos Asiaticos, pro quibus bellum gererat Agesilaus, tradentes regi: unde pressime euenit, ut huius ignominiae portio recideret in Agesilaum. Antalcidas enim inimicus erat Agesilaus, eo pacem quacunque occasione cœfecit, iniuidens illius gloriam, quem uidebat bello crescere, reddique maximum ac maxime celebrem. Nec tamen hec infelicitas deiecit illius animum, quin etiam cuidam dicenti quod Lacedæmonij Mediflarent, ita respödit, Imo Medo potius Laconissant: significans indelem suæ gentis corrumphi fortuna non posse.

Iuste 60 Quodam tempore rogatus, utra uirtus esset præstantior, fortitudo an iustitia, grauer respondit, Fortitudinis nullum esse usum nisi ad sit iustitia. Quod si omnes essent iusti, nihil

huius opus fore fortitudine. Enim animum summo dignum duce, qui nihil nisi præter aequalis iuridicari faciendum: recteque perspexerit, plurimum interesse inter audaciam & fortitudinem.

Quum Græci qui Asiam incolebant, Persarum regem ex more magnum appellarent, 61
Quia, inquit, re ille me maior est, nisi sit iustior ac temperantior. Contempsit uir egregius *Animosc*
externa bona, quæ uulgas præcipue suspicit: totamque hominis felicitatem animi bonis me-
tiebatur. Ea sententia philosophis esse consueuit in ore, sed hanc bellator expressit affectu.

Notans præpostoram licentiam eorum qui Asiam incolebant eius gemitis corrupti mo- 62
ribus, dicere solet: Inter illos qui improbi essent, eos esse liberos; contra qui probi, eos esse *Graviter*
seruos; quod ibi uicibus licerent omnia, uirtus haberetur odio.

Interrogatus qua ratione potissimum quis assequi posset, ut apud homines honestam 63
haberet famam. Si loquatur, inquit, quæ sunt optima, & faciat quæ sunt honestissima. Quid sapienter
dici poterat brevius, at rursus quid absolutius: Tidem Socrates idem percontanti. Si ta-
lis inquit, esse studeas, qualis haberi uis. Siquidem fucis parta gloria ut non est uera glo-
ria, ita nec diuina est.

Celebratur & hoc illius dictum principibus ediscendum, Imperatoris officium esse, erga te 64
bellates audacia, erga subiectos benevolenter ut: quod idem Maro nobili carmine docuit, nunc
Parcere subiectis & debellare superbos.

Moderate
Neque enim uere uicior est, qui iracundiae vindictam flagitanti frenum nescit imponere.

Cuidam sciscitanti, quæ potissimum pueris essent discenda, Ea inquit, quibus usuri
sint & quum ad uirilem peruerenter aetatem. Recte censuit uir prudens, solam uirtutem 65
primam ac statim a teneris unguiculis disci oportere: nec ullam aut portionem artibus fri-
uolis dandam: quæ ut in pueris habent ostentationem plausibilem, ita ne grandibus de-
cor & futurae sint, nec ad serua vocatis utiles.

Idem quum in causa quadam sederet iudex, & is quidem qui accusabat recte dixisset, 66
patronus contra male, subinde tamen repeteret inter dicendum, Agesilae, decet regem o/ sale
pitulari legibus: perinde quasi bonam haberet causam, & ab ipso starent leges: hominis
improbatem interpellans Agesilaus. Si quis, inquit, tibi domum perfoderit, aut uestem
abstulerit, num expectaturus es es, ut architectus, aut qui uestem contexuit, tibi sit auxi-
lio futurus? Subindicabat, regem esse ueluti legum architectum, nec conuenire, ut is opis-
tuletur ei, qui contra leges aliquid admiserit.

Cum pax coisset, eique à rege Persarum essent allatae literæ, quas Perses una cum Callia 67
Lacedæmonem perferebat, de hospitio de quo amicitia tractantes, non recepit: sed iussit illos regi renunciare, Nihil esse necesse priuatim ad ipsum literas mittere: ceterum si perspi-
cuum foret, illum bene uelle Lacedæmonijs & Græcis, ipsum quoque illi pro uiribus futu-
rum amicum. Quod si deprehenderetur insidias tendere, ne putet, inquit, quod me sit ha-
biturus amicum, etiam si uehementer multas ab eo recepero epistolas. Quid hoc animo
sublimius, cui in omnibus rebus gerendis hic unicus erat scopus, consulere reip. cōmodis?

Quum miro esset affectu erga liberos suos, dicitur aliquando at undine pro equo con- 68
scientia, una cū pueris lusisse domi. Id quum forte uidisset ex amicis illius quidam, rogabat *Pie, urbane*
ne cui diceret quod uiderat, priusquam ipse quoque liberorum parens esset factus: festiu-
subindicans, eum lusum non esse leuitatis, sed pietatis: nec hoc agebat uideri posse ineptum
ei, qui modo expertus esset, quam ingens sit affectus charitatis parentum erga filios.

Quum assidue belligeraretur aduersus Thebanos, ac in prælio quodam uulnus acce- 69
pisset, Antalcidas, ut fertur, ait, Praecilla doctrinæ tuæ præmia recipis à Thebanis *Agesilai Salvæ*
lae, quos quum nec uellent bellare nec scirent, bellare docueris. Nam aiunt re uera, The-
banos crebris Lacedæmoniorū aduersus ipsos expeditionibus multo bellicosiores esse
factos quam antea fuerant. Eoque Lycurgus ille priscus legum cōditor, in legibus quæ uo-
castur *Rhetæ, ueluti dicas oracula à diis profecta, uetus sapientus eosdem bello laces-*
hi, ne hostes uisu bellare discerent. Quanquam hoc apophthegma non est Agesilai.

Audierat socios moleste ferre tam crebras expeditiones, præsertim quum ipsi perhui- 70
ti Lacedæmonios numero paucos sequerentur. Agesilaus itaque uolens ostendere quanta *Sollicitus*
esset Lacedæmoniorum multitudo, iussit uniuersos socios simul considere permixtos in-
uicem, Lacedæmonios item separatim solos. Mox per præconem edixit, ut primi om-
nium surgerent: figuli: hi quum surrexissent, secundo loco per præconem iussit sur-
gerent.

gere fabros aerarios: deinceps architectos, ac domorum opifices, similiter & aliarum ar-
tium singulos. Ita factum est, ut propemodum socij surgerent omnes, Lacedaemoniorum
uero nullus, eo quod Lacedaemonijs, qui militiae parantur, interdictum sit, opificium aut
artem sedentariam uel exercere uel discere. Hoc facto risit Agesilaus, Videlis, inquit, & ui-
ri, quanto plures nos educimus quam uos? Hoc strategemate dux inclitus demostrauit,
non perinde referre quam numerosum militem educas in praetextu, ut quam forte & exercitatum.

71 Solerter In pugna Leuctrica, quum Lacedaemoniorum multi fugissent, neque legibus poenas dare
deberent, Ephori reputantes, ciuitatem uiris desertam egere militibus, cupiebant ea igno-
miniam militibus remittere, simulque seruare leges. Deligunt igitur Agesilaum nouarum
legum conditorem. Is prodiens in suggestum, Ego, inquit, alias leges haud quaquam la-
turus sum. Neque enim his quas habetis aut additurus sum aliquid, aut detracturus, neque
quicquam omnino mutaturus. Sed mihi reclum uidetur, ut leges quas habetis, a die cra-
stino robur habeant & autoritatem. Eo commento uir solers simul & praesenti ciuitatis
necessitati consuluit, & periculorum mutadarum legum exemplum exclusit a republica,
uno tantum die legibus abrogatis.

72 Fortiter Exemplu erat praesentis & imperterriti animi, quod quum Epaminondas cum admira-
bili impetu ac pcella irrueret, adeo ut Thebani socijque iam de uictoria gloriaretur, nihil
minus Agesilaus tutatus est Spartam ciuitatem: in qua tametsi per pauci erat, tamē hostes coe-
git domum reuerti. Hoc quocunque nomine uoces licebit, certe Apophthegma dici non potest.

73 Prudenter Ut hoc erat fortitudinis, ita quod dicturus sum consilij prudentiaeque laudem habet.
Quum pugnaretur apud Mantineam, admonuit Lacedaemonios, ut ceteris omissis omni-
bus, in unum Epaminondam intenderent uim praetexti, dicentes, Solos cordatos esse viros for-
tes, hosque solos esse autores uictoriae. Itaque si hunc, inquit, ceperimus facilissime ceteros in
potestatem nostram redigemus, utpote uacares nulliusque precij, quod & euenerit. Nam
inclinante ad Epaminondam uictoria, quum nonnullorum fuga fieret, adhortanti illi suos,
& a fuga reuocanti, Lacedaemonius quispiam letale uulnus inflinxit. Eo prostrato, qui es-
erant cum Agesilao a fuga reuersi, iam ancipiti Marte cum hoste depugnarunt, sic tamen
ut multo inferiores Thebani, multo praestantiores Lacedaemonijs uideretur. Hac arte pru-
denter ducis consuluit incolumitati sacerdotum, qui fuerat haud dubie perituri: simul illud docuit,
in bello plus habere momenti unum uere prudenter & cordatus, quam turbam imprudentium.

74 Pie in patria Quum Spartanos pecuniae deficerent ad bellum, eo quod alerent externum militem,
Agesilaus in Aegyptum profectus est, ab Thaco Aegypti rege accitus stipendio. Ceterum
Agesilaus ob corpus in cultum ac uestis uilitatem uenit in contemptum eius gentis homi-
nibus, qui sperarant se uisuros Spartanum regem tales, qualis esset rex Persarum, corpo-
re decentissime ornatum: perperam sane de regibus sentientes, quos externo cultu puta-
rint aestimandos potius quam animi uirtutibus. Nihil ille quidem de cultus ac uestibus sim-
plicitate mutauit, sed interim ostendit, maiestatem, dignitatemque regiam non uestitus splen-
dore, sed prudenter ac fortitudine parari oportere: grauiterque taxauit uulgares monarchas
quibus si diadema, purpuram, aurum & gemmas detrahens, nihil uideas preterea regium.
Quin eodem facto declarauit insignem erga patriam pietatem, qui ob publicam utilitatem
non grauatus sit in Aegyptum proficiendi: nec aetatis iam serae ac uergentis ad annum octo
gesimum excusatione uti uoluit, quo minus apud barbaros stipendium faceret, modo rei
publicae subueniret. Athenaeus hoc modo rem narrat. Agesilaus in Aegyptum profectus
Tacho regi latus suspetias, quoniam corpore erat pusillo, his uerbis a rege contemptus
est. Parturij mons, Iupiter metuit, at ille peperit murem. Id ut audiuuit Agesilaus, At ego
inquit, aliquando tibi uidebor leo. Nam post, quum illi non adesset Agesilaus, regno pul-
sus confugit ad Persas.

75 Callide Ceterum ubi quos educturus erat in aciem, conspiceret ob imminentis periculum for-
midolosos, partim propter hostium multitudinem (erant enim numero ducenta milia)
partim ob ipsorum paucitatem, decreuit ante confitum rem diuinam facere, ueluti ca-
ptatus auspicium ab extis: itaque non consciens ceteris, levare manus uolenti literis intieritis
uictoriam inscripsit, deinde iecur ab aruspice acceptum supposuit manu: quem clami set
picturam habebat, diuque tenuit, fingens interim se deliberabundum, ac dubitatis speciem
proferens, donec literarum figurae iecinori imprimetur: moxque militibus, quos in aciem
educturus

reducturus erat ostendit, dicens, deos his literis certò portendere uictoriā. Illi uero exi-
stimentes sese certum habere signum futuræ uictoriæ, uehementer animati sunt ad pu-
gnam. Hic dolus multo plus ualuit quām oratio quāuis prolixia ac meditata. Et hoc stra-
tegema est, non apophthegma.

Cum hostes Agesilai exercitum fossa cingerent, id quod facile poterant ob multitudi-
nem, ac Nectabius, cui suppetias ferebat, censeret erumpendum, & cum hoste conseren-
tias manus, ne quod instituerant perficerent, ille negabat impediendos hostes, qui pares Animo
hostibus esse studerent, non superiores. Siquidem fossa utrisq; adimebat configendi co-
piam. Porro quum parum abesset quin fossa coiret, per hoc angustum interuersū instru-
xit quod erat reliquum militum: ac inter partes commissa pugna uertit illos in fugam, ho-
stiumq; ingentem stragem edidit paucis militibus quos secū habebat, atq; ex præda ma-
gnam pecuniarum uim misit Spartam.

Decessit ab Aegypto patriam repetens, morbo implicitus in portu qui Menelai dicitur.
Moriens autem mandauit ijs qui aderant, ne quam fictilem aut aliās imitaram corpo-
ris sui imaginem facerent. Si quod, inquit, præclarū facinus gessi, hoc erit monumētum
mei: si minus, ne omnes quidem statuæ, quū sint uilium ac nullius rei opificum opera,
Illustrabunt mei memoriam. Quis non miretur in bellatore peclius tam Philosophicum?

Crebro solet in concione admonere milites suos, ne captiuos ut facinorosos cruciarēt, 78
sed ut homines seruarent. Infantibus etiam in bello captis prouidit ut in unum locū com-
portarentur, ne mutatis castris relicti perirent. Eandem curam impendit senibus captiuis
ne, quoniam sequi non possent, à canibus lupisq; discerperentur. Hæc autem humanitas
illī non solum aliorum, uerum etiam captiuorum miram benevolentiam conciliauit. Et
nunc homines sibi uidentur, qui trucidatis infantibus ac senibus, eam atatem abducunt,
quæ uel libidini apta est, uel labori, uel utriq;. Quò progressa est immanis illa feritas!

EX PROBO AEMILIO

Apud Coroneam Athenienses ac Boeotios cum suis socijs, Agesilai iter impedire co-
natos graui prælio uicit: et uictoriæ per se magnificæ multum laudis apposuit religionis
exemplo. Multi è prælio confugerant ad templum Mineruæ, de his rogatus quid uellet
sieri Agesilaus, uetuit illos uiolari, quum in eo prælio uulnera aliquot accepisset: uidere/
surq; uehementer iratus omnibus qui tum arma aduersus ipsum tulerant, tamen plus a/
pud illum ualuit religio quām ira. Neq; hoc solum in Græcia fecit, ut templa deorum ha-
beret sancta, uerum etiam apud barbaros summa religione simulacra arasq; consecravit,
quasi in hæc nullum esset ius belli. Itaq; præclare solitus est dicere, se uehementer admir-
ari, eos non haberis sacrilegorum numero, qui læderent ipsis supplices, ac per deos obte-
stātes: nec grauiores sumi poenas de his, qui religionem minuerent, q; qui templo spolia
rent: recte iudicans, dijs esse chariorem hominū salutem, q; muta templorū ornamenta.

Accipe nunc exemplum fortitudinis clementia temperatæ. Posteaquam ingenti stra-
tege fregisset Corinthiorum vires, eosq; intra mœnia compulisset, multis hortatibus ut ur-
bem oppugnaret, negauit id suæ uirtuti cōuenire, qui peccates ad officium cogeret, non
qui nobilissimas Græciæ urbes subuerteret. Ut hoc est eximiae cuiusdam moderationis,
ita quod adiecit, admirabilem uiri prudentiam arguebat. Si, inquit, eos extinguere uolue-
rimus, qui nobiscum aduersus barbaros steterūt, ipsi nos expugnauerimus, uel quiescen-
tibus hostibus, qui subuersis socijs nullo negocio, quando uolent, nos oppriment.

Diuinitatis cuiusdam esse uidetur quod adiçiam. Quum adornaretur expeditio apud 81
Leuctra, quæ Lacedæmonijs fuit luctuosissima, Agesilaus quum à plerisq; urgeretur ut
exiret, proficiisci noluit, perinde quasi calamitatē irrecuperabilem animo præsentiret.

Rursus accipe solertiae reipublicæ salutaris argumentum. Quum Epaminondas incre-
dibili impetu Spartam urbem inuaderet, ac ciuitas careret mœniibus, aliquot adolescen-
tes hostium aduentu territi statuerant ad Thebanos transfugere, iamq; locum extra ur-
bem editum occuparant. Agesilaus perpendens, ac lumen fore de ciuitatis incolumitate, si
sensisset populus aliquos ad Thebanos translugere conari: dissimulans cum suis ad ado-
lescentum turmam peruenit, ac perinde quasi id bono animo fecissent collaudauit consili-
um, quod eum locū occupassent: sibiq; in animo fuisse dixit idem facere. Sic adolescen-
tibus facta laudatione reperauit, & adiunctis suis comitibus locū tutū reddidit. Etenim qui
transfugiendi

transfugiendi consilium clām ceperāt, uidentes maiorem adiuncitum numerum eorum, qui eius consilij fuerant expertes, non ausi sunt sese commouere: eoq; libentius conuenerunt, quod latere arbitrabantur quæ cogitarant. Abstg dubio Sparta nō erat futura Sparta, nisi tum Agesilaus celeritate consilij salutem attulisset. Eadem arte & iuuenili temeritatī remedium adhibuit pro supplicio.

AGESIPOLIS CLEOMBROTI

83 Agesipolis Cleombroti filius, quum quispiam apud ipsum cēu rem magnificam prædicaret, quod Philippus Macedonum rex intra pauculos dies subuertisset Olynthum, Atqui per deos, inquit, talem ciuitatem longe maiore temporis spatiō non exstrukturū est: significans multo regalius esse, condere urbes, quām conditas demoliri.

84 Cum alius quidam dixisset, ipsum cum rex esset cum æqualibus suis fuisse obſidem, Iuste non liberos aut uxores eorum, uelut hoc esset regi dedecorosum, dari in manus ac ius aliorum, quum alij reges soleāt uxorem ac liberos pro se dare obſides, Et quidem iure inquit, optimo: par est enim ut nos nostra ipsorum feramus errata: subindicans si quid calamitas accidit in bello aut in republica regum uitio accidere, eoq; iustū esse, ut hi potissimum puniantur, per quos uenit calamitas. Ceterum morem iniquum esse quo receptum est, ut coniuges ac liberi, qui nihil commeruerint, dedantur obſides.

85 Idem quum e Sparta iussisset mitti catulos, ac respondisset aliquis, non exportari apud Argute Lacedæmonios catulos, Ne uiros quidem, inquit, antea, atqui nunc fieri coepit. Festiuiter indicabat, in republica bene instituta omnia proficere in melius. Olim Lacedæmonij ægre sua tuebantur, post ausi sunt reges ac gentes procul semotas bello laceſſere. Quemadmodum autem recta institutio uiros reddit bello reipublicæ utiles, ita canes ad uenatum habiles reddit educatio.

AGESIPOLIS PAVSANIAE

86 Agesipolis Pausaniae filius, quum Athenienses querimoniarum, quas cum ipso muras tuas habebant, arbitram delegissent Megarensium ciuitatem, quæ controuersiam inter eos cōponeret, Turpe, inquit, si Megarenes melius norūt quid iustū sit, q̄ h̄i qui se Gr̄co rū duces ac rectores præstisſent. Megarenes apud Gr̄acos male audiebāt, de quib. iacta tū est, quod neq; primi essent neq; tecūdi, neq; tertij, neq; quarti, neq; illo in numero: quāt Athenienses pleraq; Gr̄ciæ imperarint. Ab ipsis igitur quibuscū litem habebat rex uolebat finiri dissidiū: simul declarans, & quām suæ fideret causæ, & quām aduersarijs non diffideret: malens clarissimæ ciuitatis iudicio uinci, q̄ Megarensium arbitrio uincere.

AGIS PRIMVS

87 Agis Archidami filius, quum Ephori quodam tempore dicerent, Proficisci cere iuuentutem tecum dicens ad huius patriam: nam is ipse te perducet in arcem, Et qui conuenit inquit, o Ephori, tot iuuenes ei credere, qui suam ipsius patriam prodidit: grauiter admonebis, nihil illis tutò credi qui in patriam perfidi fuerint.

88 Interrogatus à quodam quod disciplinæ genus potissimum exerceretur apud Sparta nos, Scire, inquit, & imperare & ferre imperium. Athenis enim complures disciplinæ colebantur, curioſæ magis quām ad recte gubernandam rem publicam necessariæ.

89 Fortiter & illud dixisse fertur, Lacedæmonios non oportere percontari quot sint hostes, sed ubi sint: significans non à militum numero pendere uictoriā, sed à fortitudine, reiq; gerendæ celeritate. Statim enim congregidi uult qui quærerit ubi sint hostes.

90 Apud Mantinæam quibusdam dissuadentibus ne cū aduersarijs quodam numero plus res essent confligeret, Cum multis, inquit, pugnet, oportet, qui multis uelit imperare.

91 Cuidam sciscitati quo essent Lacedæmonij, Quot satis sunt, inquit, ad propulsandos malos: ostendens magis referre quām fortes uiros habeat ciuitas, q̄ quām multos.

92 Idem quum præteriret Corinthiorum mœnia, conspiceretq; uehementer excelsa munitaç, & in longum porrecta spatium, Quæ sunt, inquit, mulieres hunc locum incolentes: innuens, fortibus uiris non esse opus mœnibus.

93 Cum sophista quispiam apud eum dixisset, orationem esse rerum omnium præstantissimam, uidelicet prædicans artem quam profitebatur, Ergo, inquit Agis, tu quum faces, nullius es pretij: significans, multo præclarius esse res magnificas gerere, quām habere linguam ad magnifice loquendum expeditam.

Vicerat

Vicēfat Argiōs p̄tēlio, qui p̄st redintegratis uiribus tursum ferociores illi d̄etur, 94
rebant. Agis itaq; cōspicatus multos ē socijs turbari, Sitis, inquit, bono animo uiri: quum solerter
enim nos qui uicimus trepidamus, quid facere censem eos, qui à nobis uicti sunt: Eo dī
cto ducis solertia protinus reddidit anūmum suis.

Peculiariſ erat Lacedæmonijs uerborū paucitas, unde & ab ea regione breuiſloquen- 95
tia Laconismus dicitur. Quum igitur Abderitarum legatus apud Agidem multa loquuſ Loquacitas
eius, uix tandem dicendi finem fecisset, rogaretq; quid ciuibus suis eſſet renuntiaturus: A notata
gis, illud, inquit, renuncia, quantum temporis tibi fuit opus ad dicendum, tantū me silen-
tem audifſe. Hoc dicto exprobrouit ſtolido oratori inanē loquacitatē responſo indignam.

Quibusdam Eleos hoc nomine p̄dicatorib; quod in certam hib; Olympiacis eſ- 96
ſent iuſtissimi, Quid, inquit, magni miri ueſciunt, ſi intra quinq; annos uno rātum die ſe iusteſ
iustos p̄fētār. Nō putabat uir ſapienſiſſimus in eū cōpetere iuſtitiae laudem, niſi qui per
omnē uitam in omnib; actionib; iuſtitiam coleret. Nam ludi Olympiaci ſemel tan-
zum intra quinquennium celebrabantur.

Quum quidam apud illum dicerent, eſſe nonnullos alienā familiā qui ipſi inuiderēt, 97
Geminam igitur, inquit, habebunt moleſtiam, quos & ſua ipſorum mala diſcruicabunt, Inuidea nota/
atq; inſuper tum meiſ, tum amicorum meorum bonis torquebuntur. Magnifica uox de-
clarās eos, quos habet inuidea, magis eſſe miſericordia dignos quām ita: propterea quod
inuideas abunde dat poenarum etiam ſi nemo ulciscatur.

Cuidam conſulenti ut hostibus fugientib; dātet tranſitum, Et quomodo, inquit, pu- 98
gnabimus cum hiſ qui ob fortitudinem manent, ſi non pugnamus cum fugientib; Ex Argute
iūtimabat uir animoſus, aduersus hostes nullam p̄tērēundam occaſionem.

Cum de Græcorum libertate quidam in medium adduxiſſet, magnifica quidem, ſed 99
factū perquām difficultā, Tua, inquit, uerba hospes opus habent uiribus & pecunia: per-
quām ſcīte declarās, fruſtra de hiſ uerba fieri, ad quā perficiēda non ſuppetit facultas. In
coſultationib; em̄ nō ſolum ſpectandū eſt quid ſit factū pulcherrimū, ſed quid fieri poſſit:

Quodam dicente, Philippum effecturum ne Lacedæmonijs pateat iter in Græciā, No 100
biſ, inquit, o hospes noſtra patria ſufficit ad illuc uiuendum. Pecluſ ad utruq; paratū, & Moderate
ad p̄tērendum im perium ſi contingat, & ab hoſi consuendum fortunam licet medio-
crem: quum principum uulguſ nec quod obtigit ſapienter admīnistrēt, nec ullis ſatiens
ditionis accessionib;.

Perinthiorum orator in Lacedæmoniā miſſus, quum apud Agidē dixiſſet admōdum 1
prolixe, ubi peroratſet rogauit eūm, quid Perinthijs renunciandum, Quid aliud, inquit, Loquacitas
niſi quod tu uix dicēdi finem feceris, ego uero tacuerim. Hoc apophthegma ſimillimum
eſt illi, quo ſuperius Abderitæ legati multiloquium taxarat.

Cum legationē ſucepiffet, ſolus ad Philippum profectus eſt. Is ubi admirans dixiſſet, 2
quid hoc rei eſt: unus uenisti: Agis, quid ni, inquit, ad unum: Grauiter taxauit aliorum ſimpliciter
principum ambitionem, qui ſumptuosis ac ſplendidis legationib; exhauriunt grarium, ſ
quum unus uir cordatus poſſit totum hoc p̄fētare quod reipub. intereſt.

Quum e seniorib; quidam uidēs priſcas leges & iſtituta uetera aboleri, & alia pra-
graſſuſcedere, atq; ob id res Spartanorum inuerti, quae ſumma fuerāt in iūmum deieclis, & Lepide
conceri hæc quum apud Agidem iam ſenē deploraret, ioco respondit, Si fit, inquit, quod
narras, rectio ordine res procedunt. Siquidem ego puer à patre audiui, quod iam tum illis
temporibus res inuerterentur. Itaq; ſi rutsuſ inuertuntur, redierunt in locum priſtinum.
Hoc quidem ille ludens. Cæterum ſerio dicebat, ſe puerūm hoc quoq; accepiffe à patre,
nihil eſſe mirūm ſi p̄fēntib; ſuccedant deteriora, ſed mirandum ſi ſuccedant meliora,
aut ſimilia. Notauit peculiarem ſenib; querelam de rebus in deteſtus prolapsis, ſimulq;
terum humanarum hanc eſſe naturam, ut uſcq; in peius degenerent.

Rogatus à quodam, quo pacto quis libertatem ſuam tueri poſſit. Si morte, inquit, con- 4
tempſerit. Hic metus qui cadere dicitur in conſtantem uirum, multos deterret à pulcher-
riſas facinorib; hoc qui caret, poſteſt libiq; quod rectum eſt ſequi, nec eſt quod timeat
improbos, qui ut extrema moliantur nihil aliud poſſunt quām occidere.

A G I S S E C V N D V S

Agis junior, Demadi dicenti quod enſes Laconici ob breuitatem à circulatorib; ac 5
Tom. 4 i præſtigiaſ

Vrbane præstigias imstantibus deuorarentur. Atqui his, inquit, ensibus Lacedæmonijs assequuntur hostes longioribus armatos gladijs: declarans non referre quo quid apparatu fiat, sed quantum efficiatur. Siquidem hoc speciosior uictoris gloria, quo minus habet præsidij præter uirtutem.

6 Quemadmodum ad improbum subinde percontantem quis esset inter Spartatas viri optimus, Qui tui, inquit, est dissimillimus. Indigne tulit vir generosus, eum de uirtutis præstantia loqui, qui ipse esset uictus oblitus.

AGIS VLTIMVS

7 Agis Laconicorum regum ultimus, per insidias captus, ac præter meritum ab Ephoriis condemnatus, quum ad laqueum duceretur, conspiceretq; quendam e lictoribus fletum ob indignitatē rei, cuius cogebatur esse minister. Desine, inquit, o homo uicē meam flere. Nam sic moriens præter ius & æquum, melior feliciorq; sum his qui me occidunt. Hæc loquutus ultro collum laqueo induit. Quo nemo Stoïcorum docuit quicquam fortius, hoc ille iuuenis non uerbis, sed re præsttit, felicitatem omnem solo honesto metiēs, eosq; iudicans infeliores, qui faciunt iniuriam quam qui patiuntur.

8 Parentibus rogantibus, ut sibi in re quapiam iniusta aedesset, recusauit illis aliquandiu: Iuste cæterum quum instarent, hunc in modum respondit. Donec essem apud uos, nullam omni Grauiter nino tenebam iustitiae scientiam, uerū ubi me patriæ tradidistis, patriæq; legibus, insuper & iustitiam & honestatē pro uiribus docuistis, conabor huic magis obtemperare quam uobis. Et quandoquidem hæc est uestra uoluntas, ut quæ sunt optima faciam: optima uero sunt quæ iusta sunt, quum homini priuato, tum præcipue principatum gerent; quæ uultis faciam, quæ dicitis negabo. Narrant Agidem puerum in summis delitijs suis educatum, sed simulatque adolescens etiamnum ad reipublicæ gubernacula admotus est, incredibili mutatione reiectis pristinæ uitæ uoluptatibus huc totum animum adiecit, ut Spartam barbarorum ac Græcorum moribus corruptissimam ad pristinam frugalitatem reuocaret, quæ res illi fuit exitij causa. Vtinam autem cæteri principes, quorum prima ætas ferè luxu delitijsq; corruptitur, saltem cum Agide tum animum uerant ad bonam frugem, quum regni habenas accipiunt: atque hanc formam sequantur, quam præscripsit Agis, si quis quid petat ab ipsis quod legibus & honesto aduersatur. Nec tamen egregius iuuenis morosa atque aspera recusatione contrastauit parentum amicos, sed mira ciuitate respondit, se magis hoc pacto obtemperare parentibus, si faceret quod illorum perpetua uoluntas optabat, quodq; semper essent probaturi, quam si præfenti affectui indulsisset.

9 Idem cum in carcere rogaretur ab Ephoro, num pœniteret eorū quæ gessisset, impetravit. Ex Plutarchi uide respondit, se nulla tangi pœnitentia consiliij cum prudentia honestoq; coniuncti, tam metis non ignoraret, se mortem præmij loco relaturum: sciens ipsam uirtutem abunde Constanter magnum esse sui præmium, quicunq; sequatur eventus.

10 Agesilaus Ephorus, quum ipsius suauis factum esset, ut fieret omnium debitorum solutio, iamq; tabulis in forum Clarium comportatis ignis esset injectus, ac flamma exurgebat, cæteris creditoribus moestis insultabat dicens, Se nunquā clarius lumen, aut ignem uidisse puriorem. Debebat enim ipse plurimū, & erat agrorū prædiues, nihil tamen cuiq; soluere habebat in animo. Extrema improbitatis est linea, etiam illudere quos affixeris.

ALCAMENES

11 Alcamenes Telecri filius cuidam percontanti, quo pacto quis optime regnum seruare posset. Si lucrū, inquit, non magni fecerit: longe lateq; dissentientis à uulgo principum, qui non alia magis ratione principatum constabilire student, quam attenuandis ciuium, suis augendis opibus: quum iustitia & æquitas maxime reddant diuturnū imperium.

12 Alio quodam rogante quur à Messenijis oblata munera recusasset, Quoniam si receperit, pisse, inquit, cum legibus pacem habere non poteram. O mentem regno dignam, quæ magno obuioq; lucro legum autoritatē anteposuit. Et ubi sunt interim qui clamāt, quod principi placuit, legis uigore habet: & principem dare quidē leges, at nō teneri legibus.

13 Cum quidam illi obijceret quod parce frugaliterq; uiueret, quum facultates ampleras possideret, Decet enim, inquit, eum qui multa possidet, pro ratione non pro libidine uiuere: significans pernicioſas esse diuitias ni adsit animus diuitijs superior, qui

qui possit earum usum non ex copia sed ex necessitate moderari.

ANAXANDRIDAS

Anaxandridas Leontis filius cuiusdam acerbe ferehti, quod cogeretur urbe exulare; Ne, inquit, vir optime exhorrescas exulare ciuitate, sed a iustitia exulare horrendum est. Sensit, non esse miseros quibus prater meritum incolunt, innocentia accidit aliqua calamitas, sed eos uere deplorando, qui sua sponte discesserunt ab honesto, etiam nulla sequatur calamitas.

Cum quidam Ephoris opportuna quidem loqueretur, sed pluribus quam sat erat, Anaxandridas hospes, inquit, re necessaria in non necessario uteris: significans quod per se Loquacitas rectum est & uile, non egere prolixa oratione: quod ipsa causa bonitas facile seipsum contundet. Quod si usquam locus est loquacitati, ea oportet ad in honestas causas adhibere.

Percontanti cuiusdam cur Lacedaemonij Helotibus (sic apud illos dicebantur, quorum conditio media erat inter seruos & ingenuos) committerent colendos agros, ac non ipsi Argute potius eos colerent. Quoniam, inquit, non ipsorum causa, sed nostra Helotas nobis comparauiimus: uidelicet stultitiam eorum taxans, qui mancipia ad ostentationem alunt otiosa, & seruos socios ac ministros voluptatum habere malunt, quam frugiferis operis occupatos.

Alius quidam cum dixisset, gloriam ac celebre nomen nocere, eoque felicem esse qui ille lud effugerit. Ergo, inquit, Anaxandridas, si uera loquetis, qui nepharia perpetravit felices erunt. Nam quis fieri potest, ut qui sacrilegium committit, aut aliud iniustum facinus per saepe petrat, gloriae curam habeat? Notauit eos, qui sic contemnunt laudem, ut interim per ignauiam nihil gerant laudabile: quum eximiam uitatem honesta fama comitetur ultero, ac generosis animis amor laudum uelut stimulus ad praeclera facinora sit in hatus.

Alij cuiusdam percontanti, quam ob causam Spartani impauide semet exponerent pe ricolis, Quoniam, inquit, pro uita timere consuecimus, non aliorum more expauescere: Prudenter significans, moderatam uitae curam addere calcar ad fortiter agendum, immodicum moris pauorem ab egregijs factis deterrere.

Cuidam ab ipso sciscitanti, quam ob rem seniores apud Lacedaemonios plures dies sumerent ad cognoscendum in causis capitalibus, & si quis fuerit absolutus, nihilo minus obnoxius sit legi. Ideo, inquit, pluribus diebus cognoscunt, quoniam si in capitibus discriminantur, ne errauerint, non est corrigendi consilij potestas. oportet autem a causa liberatum obnoxium manete legibus, quod fieri potest, ut securidum eandem legem liceat aliquid recessus de reo statuere. Hoc temperamento prouisum est, ne uel occidatur innocens, uel effugiat nocens: qui quamuis errore iudicium sit absolutus, potest eadem lege denudo conueniri, poenasque dare legibus.

ANAXANDER

Anaxander Eurycratis filius, roganti cuiusdam, quur Spartani non colligerent pecunias in ararium publicum, Ne, inquit, corruptantur qui facti fuerint illarum custodes: integrum male consulunt integratissimis sue, qui priuatim pecuniarum uim in arcum reconduunt, si uir prudens ciuium suorum mortibus timuit a pecunia publica, cuius tantum erant custodes futuri, non domini.

ANAXILAS

Cuidam admiranti quod Ephori regibus non assurgerent, praesertim a regibus constituti. Ob hoc ipsum, inquit Anaxilas, quod Ephori sunt. Magistratus est apud Lacedaemonios, quo qui funguntur Ephori dicuntur: eos prisci reges in hot instituerat, ut essent regum ministri: quorum potentia postea eod crevit, ut ipsis etiam regibus imperarent; deinde & occiderent. Vox animi moderatissimi testis, quod percontator ille contumeliosum ac superbum iudicabat, ille interpretatus est esse ius legitimum.

ANDROCLES

Androclidas quidam Lacon cture claudicans, coniecit se in ordinem bellatorum: id probabituri cum insurrexissent quidam ob cruris uitium, ille, inquit, non fugientem sed manentem oportet bellare cum hostibus: per quam lepide hoc ipso uitio ob quod reiicietur se colligens utilorem pugnare, quam essent ceteri pedibus integris.

ANTALCIDAS

Antalcidas quem in Samothracia initiatetur, rogatus a sacerdote quid egregium pars Tom: 4: trasset

Modestus trasset in uita. Si quid, inquit, mihi tale peractum est, sciunt ipsi dij: existimans in eptum commemoratione suorum gestorum se dijs commendare, qui siue prædicaret siue sileret nihilominus noquerant. Nam apud sacerdotem poterat etiam falsa narrare. Sit hoc mode stia exemplum, ac deo præclare sentientis.

Quintus Atheniensis quidam Lacedæmonios appellaret in doctos, Soli igitur nos, inquit, nihil malum à uobis dídicimus. Semper artes quibus se iactabant Athenienses, magis ad ostentationem, ocium ac uoluptatem accommodas, quam ad rem pub. gubernandam, ad quod nulla disciplina deerat Lacedæmonijs.

Sophocles Alteri cuidam Atheniensi sic apud ipsum glorianti, ueritatem nos sæpe numero uos à Cephiso propulimus, Sed nos, inquit, uos nunc ab Eurota summuimus: significans hoc ipsum esse fortitudinis argumentum, quod Lacedæmonijs frequenter ausi fuissent usq; ad Cephisum flumen Atticæ progredi, quum Athenienses nunquam sustinuerint accedere ad Eurotam Spartæ fluuium.

Sapienter Rogatus à quodam, quo pacto quis maxime placere possit hominibus, Si, inquit, loquatur illis iucundissime, præstet autem utilissima. Admonuit in colloquijs adhibendam sermonis comitatem, in officijs præstandis spectandam utilitatem. Reprehendendi sunt qui quum re sint fideles, tamen officium orationis asperitate corrumpunt: his peiores sunt qui sermone benigni, re laedunt: pessimi uero qui quū uerbis molesti sunt, tum factis noxijs.

Sophocles Cum sophista quispiam appararet recitare librum, & Antalcidæ percontanti quod esset argumentum, respondisset, Herculis encomium, Quis, inquit, illum uituperat: superuacaneum existimans in eo laudando sumere operam, quem uno ore prædicaret omnes. Hercules autem apud Spartanos religiosissime colebatur.

Ad Agesilaum in pugna cum Thebanis uulneratum. Habet, inquit, doctrinæ tuæ mercedem, qui eos pugnare docueris, quum ante pugnare nec scirent nec uellent. Videbantur enim Thebani crebris Agesilai aduersos ipsos expeditionibus euasisse bellaces. Si significabat inutile semper cum ipsis bello configere, ne usu colligant bellandi perittam.

Idem muros Spartæ dicebat, iuuenes esse Spartanos: fines autem Spartanæ ditionis, esse lancearum cuspides: sentiens, ciuitatem non egere moenibus, quæ iuuentutem alat bellis idoneam, & eosq; porrigi ditionem Lacedæmoniorum, quousq; pertingerent armis: significans uirtute non dolis aut pecunia propagandum imperium.

Lepide Cuidam roganti, quamobrem Lacones in bello brevibus pugionibus uterentur, Quoniam, inquit, cominus cum hoste pugnamus. Lepide torsit in argumentum fortitudinis, quo ille uolebat eos uideri minus utiles bello.

ANTIOCHVS

Argute Antiochus Ephorus quū audisset, quod Philippus Messenijs dedisset agros, pcontabatur, num vires quoq; dedisset, per quas aduersus pugnantes pro agris tueri possent quod (erat datum).

Argeus, quibusdam nō suas sed aliorum quorundam uxores prædicantibus, Per deos, pudicitia coniugum inquit, de bonis & honestis mulieribus nihil temere loquendum est, sed in totum quales sint oportet ignorari, præter quam solis maritis quibuscum uiuunt. Tam insignis erat apud priscos uirginum & uxorum pudicitia, ut eas ab alijs quam à parentibus aut suis maritis conspici, gradus aliquis ad impudicitiam haberetur: tantaq; cautione consulebatur illarum famæ, ut parum pudica uideretur, de qua rumor, quamvis uanus, oriri potuit: sed ea demum summa matronalis pudicitiaz laus haberetur, si mulier adeo domi conclusa uiueret, ut nullus esset, qui de ea uel bene uel male loqui posset: propterea quod hoc ipsum matronam uersari in fabulis, trahiq; per ora hominum, prostitutionis genus putaretur. Etenim qui laudat alienam uxorem, uidentur habere cognitā cuius laudes prædicat, quod ipsum aliquid detrahit pudori foemineo. Quid igit uir ille præclarus sentiret de matronis, quæ sine maritis interesse gaudent iuuenum coniuuijs, quæ cursitant ad alienarum ciuitatum dies festos & emporia, quæ ducunt choreas ex uiris actioeminiis alterne mixtas, quæ in balneis corpus nudum ostendunt quorumlibet uirorum oculis?

Quodam tempore faciens iter per Selinuntem, quum in monumento quodam hoc Eleagiacum, carmen uidisset, inscriptum,
Hosce tyrannida dum extinguit Mars sustulit atrox,

Ponē

Ponē Selinuntis mœnia conciderant.
Iure peristis, inquit, qui tyrannidem ardentem conati sitis extinguere: cōtra magis opor-
tuit illam sinere, donec tota deflāgraret. Arripuit iocum ex occasione uerbi extinguere,
Extinguitur enim quod opprimitur, & extinguitur incendium.

ARISTÓ

Aristo cuidam laudibus uehenti dictum Cleomenis, qui rogatus, quid oporteret bonum regem facere, respondit, Amicis benefacere, inimicis male; At quanto praestanti Humanitas est, inquit, uir optime, amicis benefacere & ex inimicis reddere amicos: Hanc sententiam citra controversia primus omnium Socrates prodidit, & ad illum autorem refertur.

Alij cuipia rogati, quot essent numero Spartiatæ. Quot, inquit, ad arcenos multos sui

Cum Atheniensis quidam apud illum recitaret funebrem orationē conscri^v (ficiunt. 36 ptam in laudem eorū qui fuerant à Lacedaemonijs in bello cæsi, Quales igitur, inquit, no stros esse putas qui istos uicerunt? Mos erat apud Athenienses, ut qui in prælio cecidissent, publicitus oratione laudarentur, quā illi uocant Epitaphiū: in hac magno artificio amplificabantur & ciuitas Atheniēsis & populus: postremo peculiariter hī, qui fortiter in bello mortem oppetissent. At uir generosi animi non inuidit arte exaggeratis Atheniē sium laudib. sed eas in suæ gentis gloriâ retorſit. Itaq; recitator ille magis illustrabat uirtutē Lacedaemoniorū q̄ Athenienſiū: quandoquidē hoc cōſilio Homerus multis modis attollit uirtutem Hectoris, ut Achilliis uictoriā reddat illustratiōrem.

Archelaus regni socius Charilaus solitus est de illo dicere. **Quo pacto nō sit vir bonus** 37
Charilaus, qui ne sceleratis quidem molestus est. Fertur enim Charilaus mansuetissimi
fuisse ingenij. Hoc mox in catalogo commemoratur in diuersam sententiam, ac meo iu-
dicio argutiorem. Et haud scio an in uita Lycurgi superlit syllaba ovx. Ad hanc hincio an
Charilaus & Charillus idem sint.

ARCHIDAMIDAS

Archidatidas cuidati in laudem Charilli praedicant quod pariter erga cunctos fuis set misit & mansuetus. Et qua fronte laudetur aliquis, inquit, qui erga sceleratos se miserebeat? Perspexit uir egregius, tamen mansuetus in eum iustitia coniunctam esse oportere. Alioqui principis in facinorosos lenitas quid aliud est quam in bonos crudelitas?

Idem cuidam qui uitio uertebat Hecatae rhetori, quod adhucbitus ad ipsorum conuium nihil dixisset, Videris, inquit, mihi nescire, quod is qui dicendi nouit artem, etiam dicendi norit opportunitatem. In senatu, in foro, in concionibus, in legationibus, alijsq[ue] reipub. negotijs locus est oratori: in conuiujs temulentis maiore cum laude filet eruditus quam loquitur. Sic periti bellatotis est, non minius scire fugiendi arte quam pugriandi.

ARCHIDAMVS

Archidamus Zeuxidamī filius, roganti qui nam essent Spartanæ ciuitatis præfeci; 40
Leges, inquit, ac legitimū magistratus. Grauitate censuit, in repub. bene instituta supremā Leg
autoritatem esse legibus deferendam, nec ulli magistratui fas esse quicquam contra le
ges publicas tentare.

Apud hunc quum quidam prædicaret citharœdum, eiusq; in canendo facultatem ad 41 miraretur, Heus, inquit, uir optime, quid honoris ac p̄mij abs te ferent boni uiri, quum Artes inna cantopere prædices citharœdum? Recet faxauit non vulgi modo, uerum & principum les præpostera iudicia, qui plerunq; pluris faciunt Mithum aut Morionem, quā sapientem fidic̄ consilij uirum. Citharœdum uero, cuius ars non reipub. sed uoluptati seruit, adeo non iudicauit prædicandum, ut nec inter bonos uiros habendum ducet.

Adeum qui ipsi cantorem commendare uolens dixit, hic est bonus cator, **A**t apud nos; **42**
inquit, hic est bonus condimentum artifex: perinde quasi nihil referret, utrum quis mu- **Ars inutiles**
sicorum instrumentorum sono, an obsonijs & condimentis voluptatem adferret. **A**pid
Athenienses, cantores erant in summo pretio, cum coquisi non haberetur idem honos: **i. amara** **L**acedemonijs uero nihil placebat artiū, quod ciuitū animos effeminarer magis, & ad

Quodam illi pollicente uinū suauē, Quorsum, inquit, opus? (uirtutēm accenderet: quandoquidem & plus absumentur, & quæ fortes decet ea reddent inutiliora. Uere ma- 43 sculinum anūmum, & omnium deliciarum contemptorem. Contineat

Cum Corinthiorum urbem obsideret, uidit e solo magnibus proximo exilire leporis, 4.

moxq; uerius ad cōmilitones, Habemus, inquit, hostes expugnatū faciles; quod fortūtu acciderat, uelut in omē rapiens. Molles em ac parū uiros Græcileporis uocabulo notare solent, argumento est illud ē Comœdia, Tute lepus es, & pulpamentum quāris.

45 A duobus inter se dissidentibus delectus arbiter, ambos duxit in lucum Mineruæ cog solerter nō momento Chalcioeac sacrum, ibi exegit ab illis iuslurandū, ut starent arbitri iudicio; id ubi iurassent, Pronūcio, inquit, ne prius hunc loci exeat, quām quod estis inter uos dissidiū deponatur, & inuicem reconciliemini. Reperit uir ingeniosus quo pacto fieret, ut nec ambos offēderet recusaro arbitrio, nec alterum ē duobus alienaret, si pro altero contra alterum tulisset sententiam. Apud Lacedæmonios autem nefas erat fallere quicquid in Mineruæ templo promissum esset.

46 Cū Dionyſius Siciliæ tyranus filiabus Archidamī uestes splendidas multiq; pretij do sc̄ere nō misisset, recusauit accipere, dicēs, Vereor ne h̄c amicū puellæ mihi turpes uideant. Intellexit uir prudens, uirgines nullo cultu melius ornari quām simplici; porro sericiis, gemmis & auro dehonestari magis quām ornari: propterea quod uestium luxus arguit animum parum sobrium, & intuentum animos ad libidinem solicitat citius, quām ad honestam opinionem. Decet autem ut uirgo tota & undiq; uirgo sit, nec ulla ex parte det corruptæ mentis significationem.

47 Conspiciens filium suum cum Atheniensib; iuuenilitet ac temeritē congredientem, Audacia Aut uiribus, inquit, addē, aut animis adime: docens, periculōsam esse audaciā si uires nō periculosa

ARCHIDAMVS AL TER (suppetant spiritibus.)

48 Archidamus Agelilai filius post conflictum apud Chæroneam habitum, quum à Phb Arrogantis lippo rege Macedonum literas accepisset acerbius scriptas, hūc in modum rescriptit, Si metieris umbram tuam, haud quaquam reperies illam factam maiorem quām erat ante uictoriā. Grauius admonens, non esse prudentis ob fortunā successum iutumescere, quum ipse sit nihilo maior. Aequū autem est, ut homo se suis ac proprijs bonis metiatur potius quām externis, quā fortuna cum liber dat, quum uisum est eripit.

49 Percōtanti quām spaciosem regionē obminerent Spartiar; Quaniā, inquit, hasta pos sunt assequi. Allusum est autē ad menores agrorū, qui decēpedis aruorū spatia metiunt.

50 Periandro qui quū esset arte medēdi celebris, & in primis laudatus, carmina scriberet Degeneratio infelicitā, Quid, inquit, ubi accidit Periander, ut pro eleganti medico malus poeta uocari concupiscas? Norauit hominum mores, qui res honestas aggressi degenerant ad sordidū ora, quum consultum sit, unumquenq; in ea se arte exercere, in qua ualet plurimum.

51 In bello quod gerebatur cum Philippo, quibusdā suadentib; ut procul à patria pugna retur, Haud istud spectandū est, inquit, sed bene pugnantes hostibus erimus superiores: significans nō perinde referre ubi cōfigas cū hoste, ut q̄ strēne se gerat dux aut miles in fortiter

52 Cū Arcadas bello superasset, ob id laudatus à quodā, Pr̄statiū erat, inquit, si (bello. vitoriaspe illos prudētia quām uirib; superassemus. Intellexit dux egregius, nullā esse speciosiorem cōfia uictoriā, q̄ uirtute uincere, quum uirib; superemur & à brutis animantib;.

53 Cum irrupisset in Arcadiam, auditō quod hostibus Elei ferrent auxilium, scripsit illis breuiter in huic modum, Archidamus Eleis, Quies bona. Non potuit breuius & suadere quod erat illis commodum, & minari malum si quid perperam aggredierentur. Decet h̄c bre uiloquentia & ducem & Laconem.

54 In bello Peloponnesiaco socijs roganib; quanta pecunia futura esset satis, ac possumtib; lantibus ut tributorū certum modum præscriberet, Bellum, inquit, non quārit definita: significans eos qui bellum suscepereunt, oportere per omnia seruire bellī necessitatib; quārum nullus est certus modus, quod uariæ sint bellorum præter expectationē occasiones.

Vbi uidisset iaculum catapulta mittendum, id temporis primū ex Sicilia adueciū, **55** exclamans inquit, Hercules, perijt uiri uirtus. Quoties enim instrumentis bellum gerit Fortiter quā missō telo laxōue procul feriunt, minimum interest inter fortēm uirum & ignauum: uerum ubi cominus res geritur, tum apparet qui uiri sint, qui non.

56 Quum Græci nollent rescindere pacta quā cum Antigono & Cratero pepigerant, & Vafre amplecti libertatem, quam offerebat Archidamus, ueriti ne grauiores essent habituri Lacedæmonios quām Macedones, Quis, inquit, semper eandem ædit uocem. Carterum h̄omo multas ac uarias emitituoces, donet quod decrevit consecerit; hoc dicto significans fallendam

fallendam esse fidem, si qua magna inuitet utilitas. Nullum autem est animal cui tam uaria uox sit quam homo. Hoc apophthegma uideri possit indignum Lacone, nisi post integras eius gentis, barbarorum commertio degenerasset. Dicū potest honestus aliquis uetus esse, ueluti si quis admiraret, pro tempore procreata uariandum esse sermonis habendum. Est ubi loquendum sit severius, est ubi blandius, est ubi magnificientius, est ubi submissius: est ubi iucundius, est ubi durius: id si fiat citra perfidiam, prudentia est. Porro oī uilli mores dicuntur hominum stupidorum, qui se nesciunt rebus ac personis accommodate. Græcorum igitur constantiam Archidamus stultitiae tribuit, qui proposita libertate nollent mutare uocem.

A S T Y C R A T I D A S

Astycratidas posteaq; Agis superatus est apud Megalopolin in prælio aduersus Antigonum, cui dā dicenti, Quid nūc facturi es in Lacedæmoniā, an Macedonibus seruitur? Generose Quid tandem, inquit: num Antigonus uerare potest quo minus in pugna pro patria mortem oppetamus? Generosa uox, sentiens libertatem urbis esse uita chariorē, nec turpiter occumbere qui pro patria pugnans moritur. Quoniam moriendi potestatē nullus hostis potest eripere, quisquis mortem contemnit habet quo quum uult semet in libertatem afferat. Ea uox arguit egregie fortē animū, sed cuius exemplū nulli bono sit imitandum. Fortius est diutinam seruiturem quamvis duram perferre, quam morte finire dolores: multoq; sanctius est, quod docet Socrates, non esse fas animam de corporis præsidio decidere iniustū imperatoris.

B I A S L A C E D A B M O N I V S

Bias Lacon insidijs circunseptus ab Iphicrate Atheniensium duce, quū illius milites rogarent quid in eo rerum statu esset faciendum. Quid aliud, inquit, nisi ut uos serueminij Fortiter ego pugnando moriar? Talis erat animus Catonis Uticensis, qui cæteris sualit, ut suæ fætuti consulerent, ipse spontanea morte turpem effugit seruiturem.

B R A S I D A S

Brasidas quum murem in caricis cōprehendisset, morsus ab eo dimisit captum, moxq; 53 ad eos qui aderāt, Vt nullū, inquit, est animal tam minutū, quin seruari possit, modo ausit Solerter ulcisci inuadētes. Hoc dicto fortis & animosus dux suis animū aduersus hostes addidit.

In prælio quodā pet clypeū uulneratus, eduxit hastā ē uulnere, & eadē hostē interemit 60 qui uulnerauerat. Pulcherrimū est, inimicū suis ipsius armis opprimere. Hoc apophthes-

Cuidā percōtanti quomodo uulnus accepisset, perq; festiuiter respōdit, (gma nō est. Prodēte me scuto. Ita crebro malū per illos uenit, quorū p̄sido credimus nos esse tutos.

Egressus ad bellum in hunc modum scripsit Ephoris, Quicquid erit malorū in bello, aut profligabo aut moriar: restatus animum fortissimo duce dignum. Nam euentus homini non est in manu. Cæterum ubi cecidisset in prælio, dum Græcos Thraciam incolentes liberat, & id nunciaturi oratores Lacedæmonē missi matrem eius Archileonidē adissent, illa nihil prius rogauit, quam en Brasidas honeste occubuisset. Thracibus illius uirtutem collaudantibus dicentibusq; non esse apud Lacedæmonios alium illi parem, Ignoratis, inquit, hospites, quales sint Lacedæmoniā. Erat quidem uir bonus Brasidas, cæterum Sparta multos habet illo præstantiores. Vtrum in hac foemina magis admirari cōuenire animi ne generositatem, quæ de filij morte quod obtigisset honesta, gloriandum etiā pueraret, tantum abest ut muliebriter defleuerit: an modestiā & in patriam affectum, quæ nō passa sit ita filium prædicari, ut reliquorum Spartanorum gloria decederet aliquid.

D A M O N I D A S

Damonidas quū à chori magistro postremū in choro locū accepisset, Euge, inquit, chō 63 rage reperisti quo pacio & hic locus quū per se sit inhonoratus, fiat honorificus. Generus adolescentis animus, qui fiducia sui non metuit ne locus abiectione esset dedecori, sed citius futurū arbitrabatur, ut per ipsum locus fieret honorior. Id em̄ sēpē numero facilius legimus, ut hominis uirtus magistrati per se contempto & humili dignitatē conciliarit.

D A M I S

Damis quum Alexander Magnus per literas petisset, ut Lacedæmoniorum decretō 64. decernerentur ipsi diuini honores, & in deorum numero referretur, Age, inquit, cōceda. Ambitio nō mus Alexandro, si uelit appellari deus. Vt despectum risit stultā principis ambitionē, qui tata

putarit ab ijs posse creari deos, qui ipsi nihil aliud essent quam homines: aut si hoc non puit, insigni stultitia falsi nominis umbra gloriaretur.

DAMINDAS

⁶⁵ Damindas quum Philippus irrupisset in Peloponnesum, & quidam ita loqueretur, peccatum est ne acerba patientur Lacedæmonij, nisi Philippo reconcilientur, O semiuiri inquit, quid nobis poterit acerbe accidere, qui mortem contemnitus?

DERCILLIDAS

⁶⁶ Dercillidas orator missus ad Pyrrhum, qui iam exercitum induxerat in terram Spartorum, ut cognosceret quid sibi uellet: quum Pyrrhus præscriberet, ut regem suum Cleonymum reciperent, alioquin futurum ut intelligerent se nihil cæteris esse fortiores, huc in modum respondit, Si deus est Cleonymus, non metuimus eum, quippe qui nihil sceleris commisimus: sin homo est, nihil est nobis præstantior. Hoc dilemmate taxauit superbas regum minas. Dixi, qui quos uelint possunt laedere, nec à quoquam laedi uicissim, non nocent nisi improbis: homines hominibus ex æquo metuendi sunt, proinde qui superbe minant alij, aut dixi sibi uideñs, aut nō cogitat, id quod minant alij, in ipsis

DEMARTVS

(posse recidere.

⁶⁷ Demaratus postquam cum ipso colloquium Orontes habuisset asperius, cuidam dicenti, asperius tecum egit Orontes ô Demarate, Nihil, inquit, in me peccauit. Siquidem qui ad gratiam colloquuntur, hi laedunt, non qui durius cumq; malevolentia uerba faciunt. Intellexit uir prudens, nihil esse nocentius blandiloquio, quod ut non fallat, reddit hominem insolentiorē; at qui non ex odio durius loquitur, adeo non laedit, ut interdum proicit etiam ei, præsertim qui nouit ex inimico decerpere fructum aliquem.

⁶⁸ Cuidam percontanti, quam ob causam apud Spartanos quis scutum abieciissent notarentur ignominia, & infamia uocabulo Rhipsaspides appellarentur: qui galeas aut thoraces, non item, Quoniam, inquit, haec sua ipsorum causa gerunt, scutum uero communis exercitus gratia: significans unicuiq; pluris esse faciendam communem utilitatem, quam propriam. Qui galeam aut thoracem abiecit, seipsum prodit tantum & exarmat: qui scutum abiecit, prodit uniuersam phalangem. Nam obtenuit clypearum tota acies tutu aduersus hostium facula.

⁶⁹ Cum audiret cætorē quandā ostentantē artem suam, nihil aliud laudis illi tribuit, tantū ait, Mihī uidetur nō male nugari. Tantus erat contemptus artiū, quæ licet essent operæ, tamen solūmodo delinirent aures, nullam seriam utilitatem adferrent reipub.

⁷⁰ In confessu quodam rogatus, utrum ob stultitiam an ob sermonis inopiam sileret, At silentium op̄ qui stultus, inquit, ne possit quidem silere. Quidam hoc præclarum existimat, si nunquam portum sileant, quum id sit certissimum fatuitat̄ argumentum: ut contra silentium, ubi loquendi tempus non est, prudentiæ signum est.

⁷¹ Cuidam percontanti, quur exularet Sparta, quum esset rex, Quoniam, inquit, leges Moderate sunt in ea potentiores: significans, regem apud Lacedæmonios esse principem ciuitatis, at non legum dominum, sed his non minus obnoxium regem quam ciues: hoc ipsum lundabat in suæ gentis institutis, per quod cogebatur exulare. Dedit interim insigne moderationis specimen, æquo animo ferens exilium autoritate legum indicium, nec de patria male loquens, nec de legum iniuritate querens.

⁷² Cum Persa quidam crebris munieribus puerum quem amabat Demaratus, tandem abduxisset, atq; id iactans apud illum dixisset, O Lacon, uenatus sum amasium tuum, Per deos, inquit, nō tu sane uenatus es, sed mercatus: in iocum uertens contumeliā, ob quam alij solent cœlum miscere terræ: simulq; significans, non esse speciosum pecunia uincere.

⁷³ Persa quidam à rege defecerat, Is suauit Demarati mutatus quum reuertisset ad suos, tentaretq; eum rex interficere. Turpe, inquit, fuerit, ô rex, si cum hostis fuerit non ualens ab eo defectionis poenas sumere, nunc amicum factum uelis occidere. Hoc prudentissimodicto, & regis indignationem temperauit, & eius cui teditum persuaserat incolumenti consuluit. Vtricq; consultor utilis, alteri ne quid indignum regia mansuetudine committeret, alteri ne poeniteret ab errore reuocanti paruisse.

⁷⁴ Ad eum uero qui apud regem Persarum parasitum agebat, ac subinde in Demarati exilium dicterij ludebat. Non, inquit, amice tecum pugnaturus sum, nam uitæ aciem absumpsi

absumpsit. Ludens ex ambiguitate uocis. τάξις enim Graece, tunc ordinem sonat, tunc actum. Nullus autem ad pugnam instruclius est, cui nulla superest acties: & ordinem uitæ absumpsit, qui ex rege factus est exul.

E M E R E P E S

Emerepes Ephorus, ex Phrynidis musici cithara nouem habete chordas, duas incidit,
Noli, inquiens, depravare musicam. Prisci cantores non nouerant nisi septem chordas,
quib. aliquid addere, ac musicam pro simplici reddere operosiorum, iudicabat artis esse
corruptelam. Adeo Lacedæmonijs nulla non in re placebat simplicitas ac frugalitas.
75 Frugaliter

E P A E N E T V S

Epanetus dicere solitus est, mendaces omnium scelerum & injuriarum autores esse. 76
Ea sententia non dissonat à literis Hebræorum, quæ narrant, serpentis mendacio primū Mendacium
fores apertas omni uitiorum generi. Mendacium autem nomine continentur asserato-
res, calumniatores, infidi consiliarij, peruersi educatores, qui fontes sunt ferè malorum
omnium, quibus sursum deorsum turbatur uita mortalium.

E V B O I D A S

Euboidas audiens à quibusdam prædicari uxores alienas, non approbauit id factum,
dicens: De moribus ingenioꝝ uxorum apud exteris nullā omnino faciendam esse men-
tionem. Qui nō tulit laudari coniuges aliorum, quid faceret uituperantibus? Prima laus
pudicitiae matronalis est, nulli notam esse præterquam suo viro quicunq; cubat.
77

E V D A M I D A S

Eudamidas Archidami filius, Agidis frater, quum audisset Xenocratem iam senem in
academia cum amicis disputantem, percontatus est, quis esset ille senex: ubi responderat
aliquis, illum esse uirum sapientem, & ex eorum numero, qui uiriutem quererent, Et quā
do, inquit, ea usurpus est, si adhuc quārit? Vixum est Laconi ineptum, per omnem uitam
de uirtute disputare, ueluti de re controuersa, quum oporteat à prima statim adolescētia
habere certissima decreta de honesto impressa animo, & secūdum uirtutem exerceri, nō
querere, quēadmodū faciunt philosophi, qui magna contentione inter ipsos de summo
bono ac malo digladiant, ne in hoc quidē satis cōsentientes, quid sit uirtus aut beatitudo.
78 Argute

Idem audito philosopho, qui disseruerat, solum sapientem esse bonum belli ducem,
Sermo quidem, inquit, mirificus est, at qui eum dicit, fide caret, eo quod illum nūquam Experiens
circumsonuit tuba. Probauit sententiam, sed indicauit, neminem cum fide loqui de re
quam nullo modo sit expertus.

Die quodam quum Xenocrates argumentum quod tractabat disserendo absoluisset, 80
iamq; finem dicendi fecisset, superuenit Eudamidas: cui cum comitū quispam dixisset,
posteaquam nos adsumus tum ille desijt dicere, Recte, inquit, siquidem ea dixit quæ uo-
luit. Rursus cum alter diceret, bonum erat audire, putans fore ut sua causa iuberet Xeno-
cratem eadem deintegro disserere. Quid, inquit, Eudamidas, si uenissimus iam ad coena/ Urbane
tum, num postularemus ut coenaret iterum? Ciuitas erat quod philosophum ad iteran-
dam disputationē perpellere noluīt, quod ea res non caruisse tædio dicentis: Laconicæ
uirtutis erat, quod magis admirabat præclara facinora designates q̄ de uirtute disserētes.

Cuidā percōtanti, quur ciuib. bellū aduersus Macedones suscipere uolentibus ipse au-
tor esset quiescendi. Quoniā, inquit, nolo illos mēdaciū arguere: teclē significās, Sparta-
nos gloriose magis quā serio bellū poscere: eos prodidisset Eudamidas, si ipse quoq; bel-
lum approbasset. Tum enim fore putabat, ut ciues bellum detrectarent. Nunc effecit, ut
per ipsum stetisse uideretur, quo minus bellū susceptum esset, ac ciuib; fortitudinis glo-
riam reliquā integrā, quasi promptos haberent ad bellandum animos.
81

Cum quidā cōmemorando laudem ac trophæa quæ Lacedæmonij ex rebus cū Persis
præclare gestis retulissent, hortaretur ad bellum cum Macedonibus suscipiendum, Ignor-
are mihi uideris, inquit, istuc idem esse, ac si quis deuictis mille oviſbus pugnaret cū quin-
quaginta lupis: significans, Persas ut delitijs effeminatos, & ob id imbellis non fuisse
difficile uincere: sed aliud esse cum Macedonibus bellacissima gēte rem habere. Proinde
qui ob uictorias à Persis reportatas censeret cum Macedonibus bellum item suscipien-
dum, nihilo probabilius diceret, quām si quis ei qui uicisset mille oves diceret, aude cum
quinquaginta lupis congregdi, qui tot oves deuiceris.
Argute

Rogatus

83 **R**ogatus de cantore quodam, qui feliciter cecinerat, qualis ipsi uideretur, **Magnus**, inquit, in re parua delinitor. Contempsit operosam artem, cuius nullus erat fructus præter inanem ac temporariam delectatiunculam aurium.

84 **C**um quispiam prædicaret laudes urbis Athenarum, **Quis**, inquit, eam ciuitatem merito laudet, quam nemo dilexit factus seipso melior? Non iudicauit eam urbem esse dignam ulla laude, quæ sic esset corrupta delitijs ac uitij, ut nullus in ea libenter uiuens eauderet melior, sed deteriores omnes: tacite preferens Spartam Athenis, in qua qui uixisset efficeretur melior.

85 **A**rgiuo cuidam dicenti, Lacedæmonios peregrinationibus reddi deteriores, quod interim degenerent à maiorum legibus & institutis, **At** uos, inquit, quum Spartam uenitis non deteriores, sed meliores euaditis. Dicium retorsit in Argiuum. Nam hoc dicens magis suam gentem uituperauit quam Lacedæmoniorum: simul indicauit, quahopere referat inter quos uiuas.

86 **C**um Alexander in Olympijs præconio ius fecisset, omnibus exilibus in suam cuique patriam redeundi, præterquam Thebanis, Infortunatum quidem, inquit, præconium, sed uobis o Thebani gloriosum. Solos enim uos metuit Alexander. Ad consolando Thebanos sic interpretatus est uir animi solertis. Etenim qui permittit exilibus redditum in suam patriam, non metuit ne moliantur uindictam. A Thebanis igitur solis metuebat.

87 **R**ogatus à quodam, quam ob causam Lacedæmonij priusq; irent in prælium, **Musis** Generose immolarent, cum Musis nihil uideretur cum Marte esse cōmercij. Ut rebus, inquit, fortiter gestis contingat honesta cōmemoratio. Bene gerendæ rei laudem sibi tribuebant: ut autem egregia gesta splendidis uerbis celebrarentur, hoc à Musis eloquentiæ præsidibus petendum iudicarunt, eo quod ipsi negligerent eloquentiæ studium: simul admonebat, non expetendam honorificam memoriam nisi recte factis promeritam.

EVRYCRATIDAS

88 **E**urycratas Anaxætridae filius, percontanti quur Ephori per singulos dies de combuuentis & contractibus ius dicerent, Ut inter hostes etiam, inquit, mutuam fidem inueniamus. Maiore reip. discrimine pacia uiolatur in bellis, sed illuc quoq; uiolantur ab his, qui domi consueuerint fallere.

HERONIAS

89 **H**erondas cum esset Athetis, audissetq; quendam iudicium sententia damnatum de criminis occisi, qui modestus incederet, & ab amicis modestis deduceretur, iussit sibi cōmonstrari eum, qui in causa liberali reus perageretur. Lacedæmonij quicquid etat sordidiarum artium, non per ciues, sed per Helotas mancipia exerceti uolebant: eoq; mirabatur Herondas, ob id quenq; uocari in ius quod seruilia non exercebat, ibi pro crimine haberis, quod Lacedæmonie iudicaretur honestum ac liberale.

THEARIDAS

90 **T**hearidas quum gladium cote acueret, rogatus à quopiam num esset acutus, **Acutus** Calumnia or, inquit, calumnia: grauiter innuens, rem omnium rerum nocentissimam esse calumniā.

THEMISTEAS

91 **T**hemisteas quū esset uates, prædictus Leonida regi, futurā apud Thermopylas internationem tum ipsius tum cōmilitonū eius. Itaq; quum à Leonida Lacedæmonē mitteatur, hoc quidem titulo ut renunciaret euentura, sed te uera ne simul cum alijs periret, non sufficiuit ire, dicens, Ut pugnarem huc missus sum, non ut ferrem nūncia. Quis non admittetur in uate tam præsentem animum? Præuidit exitium, nec euitare uoluit, quum id licet honesto titulo. Admirabilis etiam fuit Leonida moderatio, qui uati tristia nunciādū non tantū non succensuit, ut principū vulgus solet, sed & uite & fame illius cōsultū uoluit.

THEOPOMPVS

92 **T**heopompus interrogati quo pacto quis regnum tuto possit tueri, Si, inquit, amicis concedat iustam libertatem, pro uitib; interim aduigilans ne subditi afficiantur iniuria. Multis principibus exitio fuit, quod amicis nihil non permetterent, ciues iniuria affectos negligenter. Hic temperantia adhibenda est, ut princeps nec amicos alienet tyranhice faciat, nec patiatur illos regia familiaritate abuti ad quiduis audienti præter illa aduersus plebeios, qui himsum irritati sēpē reges subs excussetunt;

Hospiti

Hospitū cūdā factanti quōd apud Theopōpi ciues phislolacon, hoc est, Laconū amās ⁹³ diceretur, Præstaret, inquit, si φιλοτολίτης, id est, ciuiū amans dicereris, potius quām Lā Argutē cons. Aker expectabat ut sibi pro studio erga Lacones ageretur gratiē, at ille notauit hospitē, qui alienā ciuitatis studiosus haberī mallet quām suā, quum prima charitas debetur patrī. Porro quisquis alienā remp. uehementer adamat, suā quodāmodo uituperat.

Huic simile est illud, Quū legatus ab Helide missus diceret, sibi ob id à ciuibus legatio/ ⁹⁴ nem cōmissam, quōd unus Laconicam uitam admiraretur: rogauit hominem utrum me liorem duceret uitā aliorum ciuiū, an suam ipsius: cum is respondisset, suam ipsius, Qui potest, inquit, igitur ista ciuitas seruari, in qua quum multi sint, unus tantū bonus est: Sal ^{Argutē} setaxauit oratoris imprudentiā, qui Lacedæmonios ac sese laudarit cum suorum ciuium uituperatione. Probabat Lacedæmoniorum mores, sed solus Helidensium: restabat igitur ut apud Helidenses non esset nīsi unus uir bonus, cui placerent honesta.

Dicente quodā, ideo seruari remp. Spartanā, quōd reges scirent imperare, Imò potius ⁹⁵ inquit, quōd ciues sciant parere: insigni modestia regum laudē in ciues transferens. Mul ^{Gratiter} tum habet momenti principis integritas, sed multo plus ciuium recta institutio.

Cum Pyliū decretum aedidissent, quo Theopompo tribuebantur summi honores, re/ ⁹⁶ scripsit, Mediocres honores ipsum tempus auget, immodicos abolet. Hoc animo quid excellentius: quod alij sibi aut uindicant arroganter, aut ambiunt inepte, hoc ultro delatum reiecit: simul & suam declarans modestiā, & amicos admonens, in omni re modum esse optimū. Quin & illud acute perspexit, quæ subito crescunt in altū, non esse diurna quod genus sunt betæ & cucurbite: cæterum quæ paulatim augescunt, ea ferre ætatem, / ueluti querum & buxum.

Cuidam ostendenti ciuitatis suę mœnia, ac percōtantī, num ualida & alta uiderentur, ⁹⁷ Minime, inquit, siquidem sunt mulierū: sentiens ciuitatem satis munitam esse si uiros habeat: sin minus, nihil prodesse quamlibet operosa munita.

Vxor obiurganti, quōd regnum humilius ac minus esset filijs traditurus quām accessum, Hactenus igitur, inquit, maius, quod diurnius. Ita Plutarchus in Vita Lycurgi. ⁹⁸ Quæ moderata sunt, in longum tempus durant, & hoc ipso meliora sunt. ^{Sapienter}

T E C T A M E N S

Tectamenes posteaq; Ephori capitis sententiā in ipsum pronūtiassent, abiit ridēs: ro/ ⁹⁹ gantib. qui aderāt, an etiā conteneret Spartanorū leges, Nequaq; inquit, quin gaudeo potius, quōd hæc mihi multa soluēda est, quū eā nec indixerim cuiquam, nec à quopiam mutuo acceperim. Vir innocēs nō accusauit patrī suā leges, sed hoc felicitatis esse iudicabat, quōd morti iuberetur, qui nemīnē ad mortē adegit, nec cuiq; deberet uitā nīsi sibi. Facete mortis poenā uocauit multā, rem atrocē molliori uocabulo signās. Iure autem cogitur soluere pecuniā, qui eam uel extorsit ab alio, uel mutuo sumpliit. M. Tul. hoc a popbtheuma sic uertit Tusc. quest. lib. i. Cū Lacedæmonius quidā, cuius ne nomē quidē proditum est, mortē tantopere contēpserit, ut quū ad eam duceretur dānatus ab Ephoris & esset uuln̄ hilariatq; lāto, dixissetq; ei quidā inimicus, Cōtemnis ne leges Lycugī responderit, Ego uero illī maximā habeo gratiā, qui me eā poena multauerit, quā sine mutatione & sine uersura possem dissoluere. O uirū Sparta dignum, ut mihi quidē qui tam magno animo fuerit, innocens damnatus esse uideatur. Pro ^{M. Lætitia} Cicero uertisse uidetur, uersurā. Uñt autem cōtemptu mortis Tectamenes, quasi mors leuior esset multa, quām pecuniaria, quōd illam quisq; de suo posset soluere, ob hanc multi cogantur uifuram aut uersuram facere.

T H E R Y C I O N

Therycion ē Delphis rediēs, quū uideret in Isthmo angustias à Philippi copijs occupatas, Malos, inquit, o Corinthij portarum custodes uos habet Peloponnesus. Allusit eō, quod grauter animaduerti solet in ciues, quibus urbē commissæ sunt, si eas diligenter custodierint. Multomagis accusari merebantur Corinthij, qui totius Peloponnesi portas Philippo prodidissent.

H I P P O D A M U S

Hippodamus quo tempore Agis aduersus Archidamum aciem instruclam habebat, ¹ simul cum Agide iussus est ire Spartam, curaturus illiē ea quibus erat opus, An non, inquit

inquit, honestius est, ut pro Sparta fortem bonumq; virum præstant mortem oppetam^d. Ac post sumptis armis, stansq; regi ad dexteram pugnando interiit. Consultum uolebat illius senectuti, quæ viribus defecta in bello non ita multum esset habitura momenti, in patria futura nonnulli usui (excesserat enim a nonum octogesimum) at ipse sibi non indulxit.

HIPPOCRATIDAS

2 Hippocratidas acceptis literis à Carthaginiano, in quibus continebatur, Lacedæmoniū Moderate quendam quum fuisset conscius insidiarum, quas quidam ipsi struxerant, non indicasse rē, sed silentio texisse, simulq; rogabat satrapas quid de illo facturus esset, respondit hunc in modum, Si quo magno beneficio illum affecisti, interfice; si minus, ejce e regione, ut ad uirtutem formidolosum. In gratitudinem erga bene meritū cēsūt morte plectendam Cæterum quod esset non per malitiam, sed per formidolositatem cōgnissūt, ei fatis super placiūt iudicabat exiliū. Non enim ipse struxerat insidias, sed sibi metuens non prodidit.

3 Hunc quum aliquando fuisset obuius adolescentis, quē amatōr sequebatur, erubescēti Pudice adulescentulo, Cum his, inquit, oportet ambulare, cum quibus conspectus, hō mutes colorē. Docuit, ex improbis cōuictoribus nihil capi fructus, nisi probrum & ignominiam.

CALLICRATIDAS

4 Callicratidas classis præfectus, à Lysandri amicis solicitatus, ut unum quēdam ex inimicorum numero permetteret ipsis interimere, & acciperet talenta quinquaginta tamē si uehementer opus haberet pecunia ad soluēdum nautis stipendum, haud tamē concessit. At quum Cleander, qui erat illi à consilijs, dixisset, accepisse si fuisset Callicratidas, Et ego, inquit, si fuisset Cleander. Mira ducis integritas, qui nulla pecunia licet necessaria, uel ad hoc corrumpi quisiuerit; ut in unum hominem pateretur aliquid iniquum fieri: simulq; monuit, in omni actione spectandum esse decorum personæ. Quod forte decuisset Cleandrum, non decuisset Callicratidem: Quod deceret plebeium, non semper decet principem.

5 Idem profectus Sardeis ad Cyrum iuniorem, quo tum Lacedæmonij in bellicis socio Animo utebantur, petiturus pecunias rei nauali necessarias, primo statim die iussit renunciari, sc̄ cum Cyro uelle colloqui, Quē ut audiūt bibere, expectabo, inquit, donec biberit. Actum quidem abiit, quoniam intellexit, eo die non posse dari conueniendi regis copiam, ne parum ciuiliis haberetur. Postero uero quum iterum audisset illum bibere, nec se admitti ad colloquium, dixit, Ita curam habendam pecuniarum, ut ne quid tamē committeretur Sparta indignum: moxq; inde recessit Ephesum, multa imprecatus mala ijs, qui primi à barbaris fuissent ludibrio habiti, eosq; sua patientia docuissent illos fiducia diuinarum a lijs illudere. Iurauitq; apud comites, lese ut primum Spartam redisset, nihil nō faciūt, ut Græcos inter se conciliaret, quo barbaris fieret magis formidabiles, desinerentq; illius regis viribus inter se pugnantes egere. Quid non & faciunt & patiuntur homines, ubi pecuniariū urget inopia? At generosa Spartani mens maluit pecuniam negligere, quam effeminati regis tertio pati fastidium, quum alijs leuioribus de causis æquo animo ferant, si uel post totos sex menses admittantur ad regis colloquium. Deinde nihil imprecatus est ipsis barbaris aut regi, sed ijs indignabatur, qui primi sua tolerantia docuissent eos ob opulentia tantas cristas sumere. Nam si fuissent omnes, quales erant Spartani, opū ac uo luptatum contemptores, nunquam ad tantam insolentiam uenissent barbari. Postremo singularis erat prudentia, quod perspexit, Græcos nō alia magis ratione posse barbaris reddi formidabiles, q; si positis intestinis similitatib. mutuam inter se concordiam sancirent.

6 Intertogatus quod genus homines essent Iones, Liberi, inquit, mali, sed serui boni: significans illos nescire imperare, ac libertate uti, sed seruitutem æquo animo fert: uidelicet referendos ad secundum hominum genus iuxta distinctionem Hesiodi, qui per se quidem non sapiunt, sed parent recte sapienti.

7 Quum Cyrus stipendum misisset militibus, Callicratidi seorsim xenia, amicitiam monumenta; Stipendum quidem accepit, xenia uero temisit, negans sibi cum ipso priuatum habendam amicitiam, sed quam haberet publicam cum Lacedæmonijs omnibus, eandem illi secum quoque intercedere. Quid hoc animo incorruptius, qui totus ad rei publicæ commoda spectabat?

8 Apud Arginusas quā esset navali pugna cōficiūt, atq; Hermon naucleus diceret, bonum

bonum esse ab eo loco soluere, quod Atheniænum tristis numero longe plures essent, Quid, inquit, tum postea? Atqui fugere ignominiosum est Spartæ ac damnosum: contraria, *Mors cōm* manentem aut mori aut uincere, honestissimum. Gloriam uitæ anteposuit, sed publicam tempta gentis, non priuatam suam.

Ante cōflictum peractio sacrificio, quum aruspex nunciaret ex incensis, exercitui qui dem portendi uictoriæ, sed imperatori mortem: nihil expaefactus, Haud penes unum, inquit, sunt res Spartæ: me siquidem mortuo nihilo deterius habitura est patriæ: sed si cesero hostibus, aliquid decedet patriæ. Itaq; quum Cleandrum pro se ducem designasset, naualem pugnam aggressus est, ac pugnando interiit.

C L E A R C H V S

Clearchus militum auribus subinde solet inculcare, *Militi magis esse metuendum im-* peratorem quam hostem: quæ uox mortem minabatur militi, qui parum gnauiter se ges- sisset in prælio. Honestius autem est cum laude uitam impendere patriæ, quam cum dede core pœnae. Hoc dictum non quicquid milites latrui sint, sed hi facile ferebant, quibus matres domi solent edicere, ut aut uictores cum armis redirent, aut mortui in armis referrentur.

C L E O M B R O T Y S

Cleombrotus Pausanias filius, cum hospes quidam controuersiam haberet cum patre de uirtute, Tantisper, inquit, pater est te præstantior, quoad tu quoque genueris. Civiliter urbane deterruit hominem à contentione, quod pater uel hoc nomine superior esset, quod filium dedisset patriæ, quum ille nondum pater esset.

C L E O M E N E S

Cleomenes Anaxandridæ filius dicerè solet, Homerū esse poetam ciuium Lacedæmoni 12 niorum, Hesiodum uero Helotum, hoc est, seruorum, quod ille docuisset quomodo gerens Argutum sit bellum, hic quomodo colendi agri. Nam, ut ante dictum est, Lacedæmonij tantum ad bellicas res instituebantur, eoq; humiliores operas & artes manuarias seruis committebant, quos inserviunt Helotes.

Idem cum Argiuis septem dierum pactus inducias, quum obseruas deprehendisset illos tertia nocte indulgere somno, fiducia uidelicet induciarum, adortus est eos, & alios interfecit, alios abduxit captiuos. Catetum quum illi probro daretur uiolata iusurādi fides, De diebus, inquit, pactus sum, noctes non additæ sunt in iureurādo. Quanquam & alios vafre qui quicquid mali quis fecerit hostibus, id & apud deos & apud homines habetur iustitia præstantius: uerum huic magnificæ uocis non respondit euentus. Nam & urbe, cuius gratia uiolarat conuenta, frustratus est, eo quod mulieres detractis è templis deorum armis illum ultæ sunt: perinde quasi dijs ipsis, quos contempserat, pœnas de ipso sumentibus. Postremo uersus in dementiâ, ipse sibi gladiolo quodam fodit & occidit corpus à tarsis usq; ad loca uitalia, itaq; uitam finiit ridens, & ore diducto. Ita hoc apophthegmate nihil habes imitatu dignum, utile tamen exemplum ad uitandum iusurandi uiolationem.

Cum augur illum dehortaretur ne exercitū educeret ad urbem Argiiorum, alioqui 14 seditum illinc fore turpem: posteaquā admouisset ciuitati copias, ac portas uideret clausas, & mulieres in mœnibus. Hic, inquit, redditus ab turpis uidetur, in quo uitris mortuis uxores occulscere portas: Fortis animus, si cum æquo bonoq; fuisset coniunctus.

Argiuis nonnullis illum conuicio lacestatis, ut perjurum & impiū, Vobis, inquit, 15 potestas est mihi maledicendi, at mihi potestas est uobis faciendi male. Admonet, nō esse Moderate tutum eos maledictis irritare, quibus in manu est, quum uelint, re ipsa lædere: ad hæc non oportere potentes humiliorū dictis admodum cōmoueri. Satis enim uindictæ est, quod licet quum libertulcisci, quum illis nihil aliud reliquum sit quam male loqui.

Venerunt ad Cleomenem Samiorum oratores, hortaturi ut cum Polycrate tyranno 16 bellum susciperet: id quum fecissent oratione plus æquo prolixa, respondit in hunc modum, Quæ primo loco dixisti non memini, & ob id ne media quidem intelligo, quæ ueLo quacitatis ro dixisti omnium postremā, non prōbō. Admonet, multiloquiū non solum molestum esse auditori, uerum etiam ad persuadendū inutile, præsertim apud principes, tum uarijs curis occupatos, tum auribus fastidiosis.

Pirata quidam populabundus discurrebat per agros Lacedæmoniorum. Is ut captus 17 est, rogatus quur id ausus esset, Quoniam, inquit, deerat thibi cōmeatus, quem missibus Andafid k præbetsit

præberet, ad eos uenit qui & habebat, nec sponte dabant, ut erupturus. Ad id Cleomenes, Compendiosa, inquit, malitia: detestatus prædonis nefarium scelus, probauit tamen orationis expeditam breuitatem.

18 *Cum improbus quidam ipsum cōuicij̄ incesseret, Num ideo, inquit, tu maledicis omnibus, ne si uelimus respondere, ocium habeamus uicissim de tua dicendi malitia? Vt è sublimi contemptus maledicūm, nec ullo responso, nec alia poena dignum iudicauit hominem nullius rei, cui nihil esset præsidij̄ præter maledicam lingam.*

19 *Cum è ciuib⁹ quispiā apud eum diceret, bonum regem omnino erga omnes mitem & placidum esse oportere. Sed hactenus, inquit, ne sit cōtemptui significans, erga improbos mansuetudinem nimiam esse inutilem ciuitati: notansq; quorundam mores, qui principes uehementer bonos & clementes, quum impensius amare debuerint, discunt habere contemptui. Est quidem præcipua uirtus in principe comitas ac mansuetudo, uerū ob malorum ingenium hæc ita temperanda est, ut principi sua constet autoritas.*

20 *Cum diutino morbo uexatus, expiatorib⁹ ac diuinis auscultaret, ante non solitus idem facere, quodam id admirante, Quid miraris, inquit? Non enim idem sum nunc, qui tunc eram. Cum autem non sim idem, nec probo eadem. Elusit quidem ille inconstans reprehensionem, uerum tamen est, non eadem placere seni, quæ iuueni placuerant.*

21 *Sophista quodam de fortitudine multa differente risit Cleomenes. At sophistæ dicunt, quid rideas Cleomenes, audiens de fortitudine differentem, præsertim quum sis rex. Quoniam, inquit, ó amice, si hirundo de fortitudine loqueretur, idem facerem quod nūc facio: si aquila, magno silentio auscultarem. Visum est ineptum, quenquam de fortitudine magnificis uti uerbis, qui ipse nihil fortiter gessisset unquam, nec aliud posset quam in hirundinis morem gartire.*

22 *Arguius profitentibus se prioris conflictus fortunam, in qua uicti fuerant, iterato prælio sarcire uelle, Demiror, inquit, si duarum syllabarū accessione facti estis meliores quam eratis prius. Huius apophthegmati argutia latine reddi non potest. Nam Græcis μάχης pugnare est, αὐταρχεῖται redintegrare pugnam. Inter hæc duo uerba nihil interest, nisi quod posterius superat prius duabus syllabis, αὐτα.*

23 *Belle retoriū Quidam per conuicium illum dixerat delicijs deditum, At hoc, inquit, satius est quam iniustum esse. At tu pecuniarū amore teneris, quum quod satis est possideas. Argute signifcauit, neminem esse posse iustitiae tenacem, qui supra quam satis est congerendi studio tenetur. ad hæc, stultum esse, qui alteri leuius exprobrat uitium, quū in ipsum illico grauius crimen possit retinueri.*

24 *Quidam ut Cleomeni cantorem quandam cōmendaret, quum alij̄ multis nominibus prædicabat hominērum illud in primis affirmabat, eum esse cantorem inter Græcos præstantissimum. At Cleomenes ostendo quodam ex his qui aderant, At per deos hic, inquit, apud me iuris condidi artifex. Contempsit artem ad solam delectationem utilem.*

25 *Mæander Samiorum tyrannus ob incursionem Persarū profugerat Spartam, ostenditq; quantam pecuniarū uim secun. apportasset, & quantum Cleomenes uellet largiri. Integre At Cleomenes ipse quidem nihil accepit, sed ueritus ne quid alij̄ ciuib⁹ donaret, adhuc Ephoros, dixitq; satius esse si hospitem suum Samiū e Peloponneso submouerent, ne cui Spartano persuadeat ut fiat malus. Ephori uero Cleomenis consilio parentes, eodem statim die promulgarunt edictum, ut Mæander Peloponneso decederet. Quantus in hoc homine diuītarū contemptus, à quibus non secus atq; præsentissimo ueneno timuit ciuib⁹ suis: quum pleriq; nō aliter existimant beatas ciuitates, q; si quam maxime abundant opibus. Munc Mæandrum Herodotus lib. 3 Mæandrium appellat.*

26 *Industrie Quodam interrogante, quur Argiuos cum Lacedæmonijs bellum gerentes, quum saepe numerio uicissent, non deuerint. Ne optauerimus quidem, inquit, illos deletos, ut habeamus qui iuuenies nostros exerceat. Perspexerat egregius dux, corrupti iuuentutem, si permittatur ocio, luxus ac malorum omnium magistro.*

27 *Fortiter Percontanti cuidam, quam ob causam Spartiatæ non dicarent dījs spolia ab hostibus detracta, Quoniam, inquit, à timidis uenerunt. Porro quæ parta sunt ab his qui ob timideitatem capti sunt, nec decet intueri iuuenies, nec dījs cōsacrata reponi. Sensit, in bello aut uincēdū, aut fortiter occumbendū; adeoq; rem ignominiosam iudicabat metū mortis, ut aliena;*

ut alienæ quoq; timiditatis monumenta putaret ab iuuenum oculis submouenda.

Cleomenes quum amicus quidam hospiti in Phiditijis nihil apposuisset, nisi uinutū his grum, & panem igni duratum, succensuit homini dicens, Erga peregrinos non oportere nimium λαξωρί^{sy.} Seueritas est si quis à seipso exigat uiustum duriorem; at inhumanitas est, hospitem eodem compellere.

CLEOMENES AL TER

Cleomenes Cleombroti filius, quum quispiam illi donaret gallos gallinaceos pugnae, ac munus suum ornans uerbis diceret, illos ob uictoriam pugnando interire, Da igitur, Lepide tur, inquit, mihi aliquot ex his qui hos occidunt. Nam illi his sunt præstantiores. Vir miliaris ad bellum torsit omnia. Quisquis laudat uiustum, illustrat uictoris gloriam.

LABOTVS

Labotus cuidam apud ipsum prolixiore utenti sermone, Quid mihi, inquit, de re pu/ silla longa texis proemia? Quanta tes est, tam oportet & orationem esse qua ueris. Est hoc omnibus Spartanis peculiare, offendit sermone quam causa postulat longiore, adeo nusquam non placet frugalitas. Nam ad causam non magnam adhibere superuacuum uerborū copiam, luxuriæ genus est. Hunc Labotū Herodotus Leobotan appellat, quod nobis sonat populi pastorem.

LEONTYCHIDAS PRIMVS

Leontychidas huius notinīs primus, cuidam obijcenti quod facile mutaretur, Mu tor, inquit, sed pro temporū ratione, non, ut uos, proprio morbo. Prudentis est, pro re na/ ta nouare consilia: at sine causa subinde alium fieri, inconstantiae uitium est. Non habetur in Greco

Idem rogatus à quodam, quo pacto quis bona quae adsunt tueri ualeret, Si non omnia, inquit, fortunæ crediderit. In animi bona nullū ius habet fortuna. Tum externa bona redemus nobis stabiliora, si quædam sepösuerimus, nec fortunæ uolubili cōmiserimus. At sunt principes, qui proferendæ ditionis studio setnet in periculū coniuncti, ne hoc ipsum quod habent imperium amittat: multi item diuites augendæ rei studio quicquid habent totum committunt nauibus.

Interrogatus quid potissimum oporteret pueros ingenuos discere, Quæ illis, inquit, ubi ad virilem ætatem peruererint, usui sint futura.

Percontanti cuidam, quamobrem Spartiatæ parcissime biberent, Ne, inquit, pro nobis alijs sed nos potius pro alijs cōsultemus: salissime notans, uinosos non esse ad consulandum idoneos, sed salubrium consiliorum parens est sobrietas.

Leontychidas unus ē seniorū numero, quos ferunt Lacedæmonijs fuisse uiginti ocio, quum Corinthi coenaret apud hospitem, rogauit num illuc quadrata nascerentur: illo negante, Quid igitur, inquit, si quadrata nascerentur, saceretis rotundas Ita Plutarchus in uita Lycurgi. Quancq; hoc alibi refertur alterius nomine, uidelicet Agesilai.

LEONTYCHIDAS AL TER

Leontychidas Aristone natus, cuidam ipsi dicēti, quod Demarati amici male de eo lo queretur, Per deos, inquit, nihil miror, quandoquidē nullus illorum de quoquam bene loco possit. Docuit cōtemnendam esse maledicentia, quæ non à iudicio, sed ab animi morbo proficiuntur. Qui uero passim maledicunt omnibus, eos pāsam est id naturæ uitio facere, non ex eorum merito quibus obtrectant.

Quum portæ illi proximæ clavem draco circunuolutus esset complexus, idq; augures affirmarent esse portentum, Mihi, inquit, nequaq; uidetur, sed si clavis fuisset circūplexa draconem, portentum erat. Lepide irrisit hominum superstitionem, qui terrentur his quæ casu, nec præter naturā accidunt. Hunc mortalis ingenij morbi alunt augures, arioli, aruspices ac diuini. Verum ubi quis præter rectum & honestū instituit nefaria consilia, tum oportebat horrere portentum, & aliquid magni malii securum expectare.

Philippus quidā erat profitens Orphei mysteria, et his alios initiatæ solitus: is quū esset extremæ paupertatis, tamen apud Leontychidā diceret, eos q; apud ipsum Orphei sacris initiati essent, post obitū fore beatos: Quin igitur, inq; t, ô demens q; oclissime uitā abrum, Superstitionis, ut desinas infelicitatē tuam ac inopiā deplorare: O animū ab omni superstitione libertū, nulla Post hanc uitā felices erunt qui hic pie iusteū uixerint, nō qui factis ceremonijs fuerit iniuratus. Hoc plusu sum erat Lacedæmonijs, qui hic pie uixissent, eos ab obitu fieri diuos.

LEON

39 Leon Eurycratidis filius interrogatus, in qua tandem urbe aliquis possit tutum uitam agere. In ea, inquit, quam qui incolunt, neque plus possident, neque minus: & ubi iustitia uiget, in iustitia imbecillis est. Grauiter admonuit, aequalitatem esse pacis & tranquillitatis alterius: inaequalitatem seditionis esse seminarium: nec ibi locum esse iustitiae, ubi ut quisque potentior est, ita licentius opprimit imbecilliorem.

40 Idem quum uideret in Olympijs cursoribus sollicitos de emissione, ut aliquid lucri haberent ad occupandam uictoriā, Quanto maior est, inquit, cura cursoribus de celeritate quam de iustitia. Vir integrus mentis etiam in ludis uolebat haberi rationem iustitiae, nec tam agendum ut prior quis ad metam pertingeret, sed ut iuste uinceret.

41 Cuidam de rebus haudquaquam inutilibus intempeстie loquenti, O hospes, inquit, re opportuna non opportunē uteris. Nihil oratione melius si parce promas linguae thesaurū.

LEONIDAS

42 Leonidas Anaxandridæ filius, frater Cleomenis, cuidam ad ipsum ita loquenti, excepit regno nulla re nobis praestas. At, inquit, ni uobis fuissim melior, non essem rex. Moderate dicto & refellit conuicium, & suam dignitatem sibi defendit. Etenim ubi reges non nascuntur, sed ciuium suffragijs eliguntur, hoc ipso publicis calculis princeps iudicatus est cæteris melior, quod ad regnum ascitus est.

43 Cum ad Thermopylas proficisceret cum Persis cōflictaturus, uxori Gorgoni rogans, si quid ipsi mandaret. Ut bonis, inquit, nubas, bonosq; liberos parias. Haec uox testatur illum animo præfigisse interitum: nec hac præsensione deterritus est ab expeditione, pulcherrimum esse dicens, pro patria pugnantem occumbere.

44 Ephoribus dicentibus, quod ad Thermopylas proficiscens paucos secum educeret, Ni mirum ad hoc, inquit, negociū ad quod proficiscimur. Indicans satis multos educi ad moriendum in bello: satius enim perire paucos quam multos.

45 Rursus quum Ephori percōtarentur, si quid præterea rei facere statuisset, Nihil aliud, inquit, quam uerbotenus impediturus barbarorum transitum, sed re uera pro Græcis mortem tempta. Egregium imperterriti peccoris documentum, in causa honesta, piacq; nec certam mortem horrescere.

46 Vbi peruererat Thermopylas, sic cōmilitones affatus est, Aīunt Barbarum in propinquo esse, nos autem tempus terimus. Nunc enim peruenimus ad barbaros, quos aut uincamus oportet, aut uicti moriamur.

47 Quodam ita dicente, præ iaculis barbarorū nec solem uidere licebit, An non, inquit, Lepide pīdum fuerit, si cum illis sub umbra pugnaturi sumus: Quid hoc animo fortius? Ad mortem eunti etiam iocari libuit: sed ludens interim metum exemit suorū animis. Hoc apophthegma refert M. T. Tuscul. quæst. lib. i uelut de ignoto. E quibus, inquit, unus quū Perses hostis in colloquio dixisset glorians, solem præ iaculorum multitudine & sagittarum umbra non uidebitis. In umbra igitur, inquit, pugnabimus.

48 Quum alias quidam militū de hostibus dixisset, Sunt prope nos, Et nos, inquit, prope illos: significans ob id non minus imminere discriminis hosti quam ipsis.

49 Cuidam dicenti, Siccine cum paucis aduersus multos bellū fortunam experturus huic uenisti: Leonidas, Si putatis, inquit, me multitudine fretum huc uenisse, ne Græcia quidem omnis satis sit, Siquidem ea ad barbarorum multitudinem collata exigua portio est. Sin uirtute, & hic numerus sufficerit. In bello iudicauit plus habere momenti quales ducas milites, quam quam multos.

50 Alteri cuidam dicenti, quod cum paucis aduersus multos cōflictrurus iret, Imò multos, inquit, duco ut morituros. Hoc conuenit cum eo quod ante respondit Ephoris.

51 Xerxes Leonidæ scripserat, Si desinas θεομαχεῖν, id est, cum diis bellare, sed meis te copijs adiunixeris, potes Græcia fieri monarcha. Huic ita respondit, Si nouisses quæ sint in uita honesta, abstinuisses à concupiscentiæ alienis. Mihi uero potius est pro Græcia moriri, quam in populares meos gerere monarchiam. Quid tam impium est, quod mortalium vulgus non admittat ampli principatus gratia? At hīc prius duxit honestam mortem pro amicis liberandis oppetere, quam monarcha factus eos seruitute premere, à quibus uenerat depulsurus seruitutem barbarorum,

Rursus

Rursus quā Xerxes scripsisset, mitte arma: rescripsit. Veni & cape. Maluit armis mo⁵²
ri, quām traditis armis turpiter de uita cum hoste pacisci.

Animosē

Cæterum ubi iam adornaret cum hoste configere, belli duces admonuerūt, expecta/
ret reliquos socios. Non adsunt, inquit, qui pugnaturisunt: An nescitis eos solos cum ho⁵³
stibus pugnare, qui reges uerentur ac metuunt: Non putauit eos expectādos, qui ad præ/
scriptum ab imperatore tempus non adessent: reliquos etiam si adfint non pugnare.

Milites sic adhortatus est, Ita prandete cōmilitones mei, tanquam apud inferos cœna/
turi. Haec uox ignauis ademisset animū, at uiris fortibus addidit: admonēs ne cibo uinoc⁵⁴
graues uenirent ad prælium, aut certe pro patria fortiter occumberent.

Idem percontanti, quam ob causam fortes uiri gloriosam mortem ingloriae uitæ ante/
ponant, Quoniā, inquit, alterū naturæ propriū, alterū peculiariter suum esse ducūt. Nam⁵⁵ Sapienter
naturæ beneficio uiuūt & ignauissimi, at honeste mori nō contingit, nisi uirtute præditis.

Quum cuperet iuuenes cœlibes quo forent incolumes, abesse à belli periculo, sciretq⁵⁶
illlos id minime laturos, singulis illorū tradidit scytalas, id est epistolarū Laconicarum ge/
nus, cumq^b his misit illos ad Ephoros. Cum uero treis etiam ex his qui grandiores iam du/
xerāt uxores, optaret saluos, ac simili prætextu ablegare conaretur in patriā, intellectio do/
lo, non sustinuerunt accipere scytalas. Quorum unus se ita excusauit, nō pre^cco, sed pugna/
tor te secutus sum. Alter uero, hic, inquit, manens ero melior. Tertius porro, non postre^d
mus, inquit, horum, sed primus inib^eo pugnam. Vtrum hīc potius admirari conuenit, du/
cis ne anīmum qui de se nihil sollicitus, eorum incolumitatí prospexit, quos adhuc uiuere
referebat patriæ: an in ætate florenti tantum uitæ contemptum?

L O C H A D V S

Lochadus Polyænidē filius, Sironis pater, nuntianti quod ē filijs ipsius alter interisset,⁵⁷
Olim sciebam, inquit, illi moriendum esse. Nihil illi uisum est nouæ rei, si mortalís natus Fortiter
moreretur: nec magni referre, paulo serius an citius uita decederet, cui omnino breui fo/
rēt decedendum.

L Y C V R G V S

Lycurgus is qui Lacedæmonijs leges condidit, quum conaretur ciues suos à moribus⁵⁸
præsentibus ad temperantiotē uiuendi rationem traducere, eosq^b uirtutis & honesti stu/
diosos reddere: nam erant corrupti delicijs: duos educauit catulos eodem patre eademq^b
matre progenitos, quorum alterum passus est domi lautioribus uesci cibis, alterum edu/
cium uenatibus exercuit. Dein quum ambos produxisset in forum apud multitudinē, po/
suit illuc spinas, simul & escas aliquas delicatores, mox emisit leporem: quumq^b uterq^b ra/
peretur ad assueta, alter ad escas, alter leporē inuaderet, An nō uidetis, inquit, ciues, duos
catulos, quum eiusdem sint generis, tamen ob diuersam educationem admodum dissimili/
les inter se euasisse, plusq^b ad honestatē momenti habere exercitationē quām naturam.
Sunt qui dicāt ab illo productos catulos, non quidē ex iisdem parentibus natos, sed quo/
rum alter esset ex ignobili canum genere, qui aluntur ad ædium custodiām, alter ex his
qui aluntur ad uenādum. Deinde qui erat ex ignobiliorē genere, exercuit ad uenatum: al/
terum qui erat ex præstantiore genere, tantum delicijs exercuit. Deinde quum uterq^b fer/
retur ad ea quibus assueuerat, atq^b hoc pacto palam omnibus fecisset Lycurgus, quantum
institutio ualeret, tum ad meliora, tum ad deteriora, dixit. Proinde ne nobis quidem o ci/
ues nobilitas quam miratur hominum uulgas, duclumq^b ab Hercule genus profuerit, ni/
sia gesserimus, per quæ ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus extitit, ac
per omnem uitam quæ honesta sunt & discamus & exerceamus. Reperit uit ingeniosus
uiam, qua multitudini philosophicis rationibus non satis idoneæ, uirtutis imaginem ob/
oculos poneret: magis enim mouent ac penetrant animos quæ cernuntur, quām quæ au/
diuntur. Quod autem ille fecit in ciuitate, hoc cuiq^b patrifamilias in sua domo, cuiq^b mode/
ratori in suo grege faciendum est. Res quidem efficax est natura, sed potentior est institu/
cio quæ malam naturam corrigit & uertit in bonam. Quales nascantur liberi nulli in ma/
nu est, at ut recta institutione euadant boni, nostræ potestatis est.

Quoniā intelligebat æqualitatem ad frugalitatem & ad concordiam in primis con/
ducere, fecerat nouam agrorum partitionē, & in singulos ciues & quam portionem distrit⁵⁹ Aequalitas
buerat. Fertur itaq^b quum dein ex peregrinatione rediens, iter faceret per agrum recens

demessum, cōspiceretq; manipolorum aceruos ordine positos æquales, deleclatus eo spe claculo cum risu dixisse comitibus, Vt tota Lacedæmon uidetur multorum esse fratrum, qui nuper inter se diuiserint hæreditatem. Bono principi nihil iucundius est ciuium concordia, rursum tyranno nihil formidabilius.

60 Idem quū inductis nouis tabulis debitores æris alieni liberasset, sam & ea quæ quisq; **Divitiarum priuatum** in ædibus habebat, ex æquo partiū tētauīt, quo funditus è ciuitate tolleret discrī men opum & inæqualitatē: sed quum cerneret eos ægre laturos manifestam rerum ablationem, idem occultiore uia facere aggressus est, monetam auream simul & argenteam abrogauit, instituitque ut ciues ferreo duntaxat nūmo ueterentur, & quatenus postulabat usus ad huius permutationem, totius substantię modum præscripsit. Hoc facto omnis in fustitia exulabat ab Lacedæmone. Neque enim iam furari, neque largitionib; corrum pere corrumpi'ue, neque fraudare dolo, neq; rapere per uim quisquam poterat, quod nec caleari ualeret, nec parare magnificum esset, nec uti periculo uacaret, nec importare aut exportare turum foret. Hac arte uir solertis ingenij, quibus diuinitarum contemptum persuadere nō potuit, diuinitarum usum subtraxit, ac reponendū studium negociandi que materia ademīt.

61 Ad hæc, quicquid erat rerum superuacanearū è ciuitate ejusdem curauit, adeo ut nec **Arte super uacue negotiator, nec sophista, nec uates, nec circulator, nec lauitiatum artifex Spartam ingredetur.** Neḡ enim passus est illīc esse pecuniam talibus utilem: tātum ferream monetam cudit, quæ pondere Aeginetico æquabat minam, ualore æreos quatuor. His remedij ex pugnauit auaritiam.

62 Cæterum quum statuisset inuadere delicias luxumq; & in his quoq; tollere diuinitarum admirationem, instituit sysitia, hoc est, conuiua publica. Percontanti uero cur ea consti tuisset, sic ut in singulis cōuiutijs pauci cum armis discumberent, Vt, inquit, expediti sint ad parendū imperatis, & si quid tumultus inciderit, penes paucos sit delictum, sitq; inter omnes potus ac cibi equa portio: deniq; non solum in esculentis ac poculentis, uerum ne in stratu quidem, aut uasis, aut alia re quacunque plus haberet diues quam pauper. His rationibus quum diuinitijs detraxit admīrationem, posteaquā nemo erat qui uel uti possit illis, uel ostentare, dicebat amicis, Quām præclarum est ò amici, ipsa re declarasse cuiusmodi sint diuinitæ, si quando cæcæ sunt, carentq; spectatoribus & admiratoribus. Interim obseruabat, ne quis prius domi sumpta coena ueniret ad publica conuiua, & explesus alijs cibis altoue potu. Quod si quis cum cæteris non biberet ederet'ue, eum uituperabant, ut qui alijs edulij delinitus abhorret à uictu communi. Porro qui palam cōuictus esset id fecisse, ei mulcta dicebatur. Vnde Agis qui multo post Lycurgum tempore rex fuit, debellatis Atheniensibus domum reuersus, quum uellet unum diem coenam capere cum uxore, missus à sysitijs poscenti præfecti militiæ non miserunt. Ea res quum postero die innotuisset Ephoris, multam illi dixerunt. In eodem facto geminum exemplum nobis est proditum, primum frugalitatis, deinde seueritatis, quum in causa non graui leges nec regi pepercernet.

63 Sed Lycurgo euénit, quod ferè solet his qui cum corruptis populi moribus bellum suscipiunt. Diuītes hoc genus institutionis indigne ferebant, coortijs sunt in illum, & nō solum conuicijs insectabantur, uerum etiam saxa in illum faculabantur, conantes eum lapidare. At quum urgerent persequētes, dilapsus est per forum, ac reliquos quidem fugiens anteuerterit. Alcander autem pertinacius insequens fuste respiciēti in tergum extudit oculum. Hunc Alcandrū quum noxæ deditum publico decreto accepisset puniendum, nec ullo affecit incommodo, nec incūsauit, sed quum illum sui instituti socium haberet, effecit ut & ipsum Lycurgum & uitæ rationem quam cum eo egerat, predicaret: nec uicium modo, sed uniuersam ciuium educationem amaret, quam Lycurgus induxerat. Porro inali quod acciderat monumentum locauit dicatum in templo Minerue, cui ab æreo delubro nomen Chaciœco, deæc cognomentum addidit, ut Optiletis diceretur: nam Dores Lacedæmonem incolentes, oculos optilos uocant, ab opto, quod Græcis sonat uideo. Et hic habemus geminum exemplum: alterum admonens, non absque discriminē mores ciuitatis corruptæ uicij ad meliorem frugem reuocari: alterum insignis tolerantia, quæ ex hoste capitali reddidit amicum ac propugnatorem: quem etiam si necasset, ut ipsi licuit, nihil

nibilo tamen minus ipse fuisset luscus, & uno legum suatum defensore minus habuisset.

Percontanti quam ob causam non uteretur legibus scriptis, Quoniam, inquit, erudit*64*
qui sunt, recteque educati, probant quid pro ratione temporis expeditat: significans scriptum Prudentes
ram non mutari, quum pro uarietate occasione uir probus & sapiens saper numero co-
gatur mutare consiliū. Ea res nominatim prescribi nō potest. Satis est, ciues honeste fuisse
institutos, hi sua sponte uidebunt quid pro tempore factio sit opus.

Rursus alijs percontantibus quā ob rem statuisset, ut ad aedium cultum imp̄p̄endum *65*
fabri securi uerentur, ad fores uero addendas sola serra, nec ullo alio instrumento, Vt, in Frugaliter
quit, ciues mediocritatem seruent in omnibus quae in aedes inferunt, neque quicquam ha-
beant earum rerum quae apud alios sunt admirationi. Videbatur enim indecorum, si per
ostium rude ac uile supellex inferretur exotica, pretio chara, arte operosa. Id ne fieret ipse
quodāmodo fores admonebant. Hinc aiunt accidisse, quod Leonychidas primus apud
Lacones rex, quum cœnaret apud quendam, cerneretq; teclum domus sumptuoso appa-
ratu factum, ac lacunaribus ornatum, rogabat hospitem, num ligna apud eos quadrata na-
serentur: adeo luxum esse putabat, naturam artificio corrumpere.

Rogatus aliquando Lycurgus, quam ob rem uetusset frequenter aduersus eosdem ex- *66*
peditiones agere, Ne, inquit, dum crebro se defendunt, bellandi peritiam usu colligant.
Vnde & Agesilaus grauiter accusatus est, quod crebris in Boeotiam expeditionibus ac
bellis Thebanos Lacedæmoniorū hostes ad repugnandum induxisset. Nam cum Antal-
cidas uidisset illum sauciū, exprobrait quod Thebanos prælādi artem docuisset, quum
ante nec sciret bellare, nec uellent, Praclarum, inquit, doctrinæ tuae mercedem habes, qui
Thebanos nec animatos ad bellandum, nec exercitatos, uel inuitos consuefeceris, docue-
risq; bellum gerere. Hoc strategema latius etiam patet, uidelicet ne sāpius cum hisdem liti-
gemus aut contendamus, ne tandem assueti uel contemnant nos uel superent.

Alio quopiam percontante, quam ob rem uirginis corpora cursibus, luctis, discorū ac *67*
telorum iactibus fatigaret, Vt, inquit, foetuū prosemnatio ab ipsa statim radice ualidum *Famine*
in ualidis corporibus initium sumens, recte germinet: simul ut ipsæ in perferendis partu-*mascula*
bus facile simul & generose certent aduersus pariēdī nixus doloresq; postremo si qua in-
cidat necessitas, possint & pro se & pro liberis et pro patria pugnare. Intellexit uir prudēs
quanta rerum publicarū pestis sit ocium atq; ignauia: contrà moderatos labores etiam cor-
pora reddere tum firmiora, tum salubriora: unde nec uirginibus permisit in ocio uiuere,
sed has quoq; masculinis exercitijs quodāmodo uertit in masculos, quum in plerisq; ciui-
tatibus per delicias ac luxum masculi transformarentur in foeminas.

Cæterum quum essent qui uitio darent, quod uirgines in pompis ac ludis solennibus *68*
nudas exhiberet oculis omnium, causamq; quū id instituisset requirent, Vt, hisdem, in-
quit, cum masculis rationibus instituta, nihil sint illis inferiores, uel robore, uel salubrita-
te corporum, uel animorū uirtute, ac generositate, studioq; uerae laudis, uulgarem autem
gloriam contemnāt. Vnde tale quiddam fertur de Gorgone Leonide uxore, Quum que-
dam, ut probabile est, extera mulier illi dixisset, Solæ Lacenæ uiris imperatis, respōdit, Ni-
mirum solæ uiros parimus. Hoc exemplum nec in masculis, nec in puellis imitandū cen-
suerim: hacenus tamen conducit, ut stupidum pudorem qui frequenter obstat honestis
actionibus ab ætate tenera excutiamus, statimq; discant, nihil esse uere pudendum, præter
turpitudinem. Innumeræ uero reperias quae nudatae uehementer erubescant: si quid præ-
ter honestum dixerint fecerint uer, non mutent colorem. Sunt item innumeræ quibus amī posterus
etius uilior cultusq; simplicior genas rubore tingat, contrà gloriosum esse ducant, si splen-
dido uestitu prodeant in publicum, negligentes earum rerum quae uerum probrum, ue-
ramq; laudem adferunt.

Ciues qui à nuptijs abhorrerent, cœlibesq; uiuere mallent, à spectaculis quibus nudi *69*
pueri incedebant, arcebat Lycurgus, aliasq; addebat ignominias, hac arte prouidens dilt
genter, ut ciues creandis liberis operam darent. Quum enim mos esset apud Lacedæmo-
nios, ut iuniores senioribus multum honorem cultumq; præstarent, hoc honoris ademit
ijs qui coniugibus ductis nollent augere ciuium numerū. Vnde nec illud in Dercyllidam *Cœlibatus*
dictum reprehendit quisquā, quum tamen bellidux esset probatissimus. Quum enim ad *dampatus*
genienti iuuenis quidā non assurget, atq; ille diceret, num mihi assurgēs cessisti, Nec tu, *Inquit*

inquit, mihi cessurum genuisti. Tam procax iuuenis dictum in seniorē, eumq; bellica laus de celebrem, nū quam tulisset populus Spartanus, nisi pro pessimis ciuibus habuisset eos, qui sponte steriles esse statuerint, nec agnoscerent quid patriæ deberent. Nam rem propius intuentibus non ita magnum discrimen est inter eum qui ciuem occidit, et qui ciuem reipub. dare quum possit, recusat.

70 Cuidam percontanti, quam ob causam lege cauisset, ut sine dote uirgines elocarentur, **Vxorēlis genda** Vt, inquit, necq; propter inopiam ullæ relinquetur innuptæ, necq; ob diuitias expeterentur, sed ut iuuenum quisque ad puellæ mores respiciens, ex uirtute faceret electionem. Ea dem de causa fucos & ornamenta quibus alia formam uel fingere uel commendare solent, ex urbe submouit. Vt ubiq; uir egregius studuit æqualitatē.

71 Idem quum certum tempus præscripsisset quo puellæ nubere, iuuenes ducere debarent, interrogatus quir id statuendū putarit, Vt, inquit, soboles ex adultis perfectæq; ætatis parentibus nata, ualida sit & uegeta. Ex coitu præpropero non solum laeduntur corpora dignitatiū, uerum etiam proles nascitur imbecilla. Tum qui ante tempus dant operam liberis, carent apud illos autoritate, quam ætas conciliat: rursus qui uergente iam ætate, nec fruuntur liberis suis, nec eos possunt ad perfectam institutionem perducere, morte se nioq; præuenti.

72 Altero quodam admirante, quam ob rem uetusset sponsum cum sponsa simul dormire, sed statuisset ut uterq; cum suis æqualibus maximam diei partem uersaretur, cumq; his totas noces quiesceret, cum sponsa uero furtim ac ueracunde cōgrederetur, Primum, inquit, ut corporibus essent ualidi, si no[n] uerentur congresu ad satietatem, dein ut illis amor mutuus semper maneret recens ac uigens, deniq; ut foetus æderent robustiores. Hoc hoc demum est patriæ patrem agere, nusquam non aduigilare ad reipub. utilitatem, ciuiumq; tum animis tum corporibus undiquaq; cōsulere. At multi sunt qui sibi legitimi magistratus uidentur, si quā plurimum tributorū ac uectigaliū ē ciuib; extorqueant, & interdum puniant immania scelera, quum alioqui scelerū iritamenta præbeant suis.

73 Quin & unguenta eiecit ē repub. tanquā olei corruptelam ac perniciem. Nam oleum **Delitiae** odoribus uitiatū nullum habet usum, nec ad esum, nec ad membrorum unctionem: atque dum rem necessariam ad delicias corrumpunt, fit ut minor sit copia.

74 Submouit & tingendi artificiū, ueluti sensus adulmentationem. Etenim dum color blanditur oculis, natura rei corruptitur. In summa, cunctis ornandorū lenocinio corporum artificibus Spartanā urbe interdixit, ut qui malis artibus bonas arteis corrumperent: propterea quod huiusmodi delicijs ciues à salubribus ac serījs exercitamentis auocarentur.

75 Tanta porro erat illis temporibus uxorum pudicitia, tantumq; aberant ab ea facilitate **Additum** quæ post inuasit, ut prius esset incredibile, adulterij crimen apud Spartanas inueniri: ferturq; dictum cuiusdā uetusissimi Spartani Geradæ, qui rogatus ab hospite quodā, quid poenarum darent apud Spartanos adulteri, nec enim uidere se quicquā super hac re sanctum à Lycurgo. Nullus, inquit, ó amice apud nos adulter est. Quū ille subiecisset, Quid igitur si existat? Dabit, inquit, bouem tantum, ut porrecto ultra Taygetum montem collo bibat ex Eurota. Cumq; ille ridens dixisset, fieri non potest ut tantus bos inueniatur. Et quo pacto, inquit Geradas, Spartæ existat adulteri, in qua diuitiaz, deliciaz, & corporis asceticius cultus probro habentur: contra ueracundia, modestia, ac obedientia magistratibus debitæ obseruatio, decori laudiq; dantur: Prudenter intellexit Geradas, ibi non posse nasci uitia, ubi non admittuntur uitiorum seminaria, eaq; ubique facere, quib; pro honore tribuitur ignominia. Atq; hæc est clementissima ratio medendi prauis moribus, excitandiq; uirtutis studium.

76 Cuidam postulanti ut in ciuitate pro aristocratia, id est, optimatū gubernatione, constitueret democratia, hoc est, popularem gubernationem, Tu fac, inquit, prius domi tuæ democratia instituas. Comperidio docuit, eam reip. speciem nō esse utilē ciuitati, quam nemo uellet esse in sua familia. Ciuitas autem nihil aliud quam magna domus.

77 Percontanti cur instituisset ut minutis ac uilibus rebus sacrificaretur, Ne unq;, inquit, **Sacrificia frugalia** Lycurgus, deficiat nos quo numeri honoremus. Quis non diceret in solenni deorum cultu magnificentiam ac splendorem adhibendum? At uir prudens intellexit, numen magis delectari frugalitate quam opimis uicimis, ne sub religionis obtentu luxus irrepereret, aut cer-

aut certe rerum penuria. Deus enim non eget nostris impendijs, amat autē homines, quo
rum necessitati poterat illis impendijs succurri.

E certaminibus ea sola concesserat exercere, in quibus manus non extenderetur in ali- 78
tum. Eius constitutionis causam percontanti, Ne quis, inquit, illorum laborando consue-
scat defatigari. Siquidē exercitia ad confirmandū corporis robur adhibentur, non ad ex-
hauriendas vires. Qui uero subinde delassantur in exercitamētis, quoniam imbecilliores ue-
niunt ad labores necessarios, facilius deficiunt.

Cuidam percontanti quam qb rem crebro mutari castra iuberet, Vt magis, inquit, læ- 79
damus hostem. Lacedæmonij quoniam erant expediti, non magno negotio transferebāt Exercitatio
exercitum: uerum idem facere non perinde commodum erat hostibus, magnam sarcina-
rum & impedimentorum uim secum trahentibus, præsertim qui castra ferē fossis, aggeri-
bus ac uallis solent communire.

Rogāti qua de causa uetusset oppugnari turres, Ne, inquit, à fœmina pueroue, aut ab 80
alio quopiam homine puero ac fœminæ non dissimili, uiri præstantiores occiduntur. Non Strategema
probauit prælij genus, in quo uirtuti locus non esset. E turribus uero puer aut mulier deie-
ctu saxorum potest uirum quātumuis fortem interimere. Quis igitur locus uirtuti in bel-
lis nostris, in quibus præcipuas partes agunt bombardæ.

Quum Thebani cōsulerent Lycurgum de sacrificio lucubq; quem illi Leucotheæ solēt 81
facere, Si, inquit, deam esse creditis, ne lugeatis: si hominem, ne ut deæ rem diuinā facia-
tis. Mire taxauit Thebanorū ritus secum pugnantes. Non enim cōuenit simul lugere & Argute
sacrificare, hoc est, ab ea petere opem, quæ ipsa sit in calamitate, ac lugenda.

Ciubus quibusdā interrogantibus, quomodo licet hostium insultum effugere, Si, in 82
quit, pauperes fueritis, nec alius alio plus requirat. Ad opulentos & onustos prædæ spes Panperat
inuitat hostem, nec facile potest elabi, qui sarcinis & impedimentis retardatur: ad hæc tu-
tores sunt ab hostiū incursu, inter quos est æqualitas, & ex æqualitate concordia.

Iisdem percontantibus cur prohibuisset urbem cingi muris, Quoniam, inquit, non ca- 83
ret moenibus ciuitas, quæ non lateribus sed uiris cincta est. Indicauit id genus munimen-
ta magis arguere ciuium ignauiam, quam fortitudinem. Fortiter

Spartanis studio est alere comam, & super ea quoq; re narrat Lycurgum reddidisse ra- 84
tionem, Quoniam, inquit, coma formosiss addit decorum, deformes uero reddit hostibus Coma
terribiliores. Vt enim decet coma speciosos, ita minus felici specie præditis horrorem ac
ferinum quiddā conciliat. Capillitum naturalis est ornatus, minimoq; constans: hoc ge-
nus nō damnauit Lycurgus, ut quod nec operosis artibus cōstaret, nec pro frugalitate lu-
xum induceret. Ad scititū cultum magnoq; paranda lenocinia non probauit. Quo magis
detestanda est quorundam præposta cura, qui corporis eas partes uellunt raduntq;, qui
bus natura pilos dedit, nō tantum ad decorum aut uerecundiā, uerum etiam ad tuendam
ualetudinem: contrā illuc eliciunt syluam artificio, ubi natura uoluit esse glabriem.

Præcipere solet, ut posteaquā in bello hostem uertissent in fugam, ac superassisent, tam 85
diu fugientes insequerentur, donec certa esset uictoria, moxq; retrocederet. Neque enim Moderatio
Græcorum cōuenire moribus, eos trucidare qui cessissent: idq; non solum honestius, ue-
rūmetiam utilius esse dicebat. Siquidē hostes, quibus cum res est, ubi cognorint Lacedæ-
monios parcere cedentibus, occidere uero qui loco non cedunt, sibi conducibilius existi-
mabunt fugere quam persistere. Frequenter enim desperatio magnū robur addit animo,
non minus quam spes uictoriae. Decet autē Græcos legibus ac disciplinis imbūtos etiam
in bellis meminiſſe clementiā: Barbaricæ feritatis est fæuire in prostratos. Sed rursus ita
temperanda est clementia, ne nobis sit exitio. Fit enim non raro, ut hostis fugam simulet,
ut redintegratis uiribus acrior insurgat in uictorem.

Percōtanti quam ob rem hostiū cæsorum cadauerā spoliare uetusset, Ne, inquit, dum 86
spolijs incumbunt, pugnam negligent, sed paupertatem unā cum ordine seruent. Vt uir Strategia
ille sapiens ubiq; ciuibus suis metuit à diuitijs, tanquam à fonte plurimorum malorum,
quum apud hominum uulgas nihil expetatur audīus, quasi in his sint præcipua felicita-
tis humanæ præsidia.

Dicere solet, rem pub. duobus rebus contineri, præmio & poena. Refert Marcus Tul. 87
hius libro Epistolarum ad Brutum.

Lysander

LYSANDER

- 88 Lysander preciosas uestes, quas Dionysius ad filias ipsius miserat, non accepit, dicens,
Vereor ne his amictæ turpes uideantur.
- 89 Idem quū aliquanto post idem Dionysius ipsi misisset stolas duas, iubens ut utram ele
gisset eam mitteret filia, Ipsa, inquit, rectius eligit: itaq; accepit ambas & abiit. In hoc exem
plo nihil est imitandum, nec uiro Lacedæmonio dignum: nec aliud ab hoc duce expectan
dum fere præter malitiosam ingenij uafriciem.
- 90 Is quum egregius simulandi artifex euafisset, ac pleraq; quæ crudeliter & auare gerer
Vtilitas uirtu bat, callidis fucis ornaret, iustum non alia re quam utilitate, & honestum cōmodo metiēs,
te potior fatebatur quidem ueritatem mendacio præstantiorē esse, sed utriusq; dignitatē ac pre
cium utilitate æstimandā. Inuertit uir improbus philosophorum dogma, qui quoq; hone
stum est, idem uolunt utile esse: hic quicquid esset utile, idem ducebat honestum.
- 91 Ad eos uero qui ipsi probro dabant, quod pleraq; dolo ac fraude gereret, nō palam uir
tute conficeret, hac parte Hercule generis autore indignus, ridens dixit, Vbi quod uellet
Vafre non assequeretur leonis exuuiū, ibi uulpinum applicandū esse: sentiens quod honestis ra
tionibus non posset effici, id fraude dolisq; perficiendum.
- 92 Rursus alijs illi uitio uertentibus, quod födera quæ cum iureiurando fecisset in Mi
Perfidio letō uiolasset, ait, Pueros talis esse falleridos, uiros iureiurando: quasi hoc ipsum esset uis
ro dignum, periurio fallere.
- 93 Quū Athenienses non uirtute, sed inuidijs uicisset iuxta flumen, cui nomen Aegis, eisq;
Gloriose fame pressis, urbem in fidem suam accepisset, scripsit Ephoris, captæ sunt Athenæ: perin
de quasi uir rem gessisset, gloriati aucupans meridacio.
- 94 Quum Argiū de ditionis finibus ambigeret cum Lacedæmonijs, asseuerarentq; se su
violente stiorem habere causam, Lysander stricto ense, Qui hoc, inquit, superior est, is optime de fi
nibus disputat. Ab æquo & bono uir insolens ad vim prouocauit.
- 95 Ad Boeotos ancipites, nec huic nec illi parti addictos, quum per illorum confinia face
ret iter, legatos misit, qui percōtarētur, utrum rectis an inflexis hastis per illorū agros pro
ficiisci deberet: significans siue amici essent Boeotij, siue inimici, nihilo minus se cœpto iti
nere perrecturū, nisi quod per hostium agros iturus esset erectis hastis ad propulsandū si
quis obfisteret: per amicorū inuersis, ueluti nemini nocituru. Hoc dictū non nihil resipit
indolis Laconicæ, qui nec inimicis supplex esse uellet, nec amicis grauis.
- 96 Megarensi cuidam in publico cōuentu liberius aduersus ipsum loquenti, Tu uerba.
Libertas in inquit, amice opus habent ciuitate: significās in ciiali confessu cuiq; liberum esse quæ uis
dicendo dentur dicere, in bello non esse eandem libertatem.
- 97 Cum ad Corinthiorū qui defecerat muto's peruenisset, uidens Lacedæmonios conani
tes aggredi, ac forte accidisset, ut lepus conspiceretur excitatus transilire fossam, Non pu
solenter det, inquit, o Spartanī huiusmodi formidare hostes, quorum mœnibus ob ipsorum igna
uiam lepores indormiunt: Casum fortuitum solertia ducis torcit ad animum addendum
militibus.
- 98 Eidem in Samothrace oraculū consulenti sacerdos iussit, ut quod in uita maxime scele
ratum cōmisisset, diceret, Ille sacerdotem rogauit, Vtrum hoc tuo an deorum iussu facere
oportet: quū sacerdos respondisset, deorum iussu, Tu igitur hinc discede, ac dijs dicam si
percontentur. Hic cuiq; liberum est, utrum malit laudare animum ab omni superstitione
liberū, an prudentiā qui senserit sacrifici fucum hoc agentis, ut ex conscientia criminis ha
beret illum obnoxium. Mos erat Lacedæmonijs, nihil aggredi nouæ rei, nisi cōsultis ora
culis: at Lysander, quum nulla religione teneretur, nihilo secius hinc quoq; solitus est suis
uitijs honesti speciem petere, tametsi parum successit.
- 99 Interroganti Persæ, quam rem pub. maxime probaret, Eam, inquit, in qua fortibus uir
præmia ris ac meticolosis congrua utrisq; redundunt. Sensit uirtutē inuitari præmijs, ignauos ex
nirtutis citari ignominia. Nimirū hoc est, quod apud Homerum stomachatur Achilles, idem ho
noris haberet ignauis ac fortibus. Ea sententia nō solum habet locum in republica, uerum
etiam in priuatis familij. Sunt enim hæc duo præcipua ad conseruandam cuiuslibet gre
gis disciplinam. Honos enim non solum alit artes, ut habet prouerbium, uerū etiam uirtu
tem. Nec tā refert monarchia sit, an aristocratia, an democratia, an aliqua reip. forma ex
bis tem/

his temperata, quam ut in quacunq; gubernatione discrimin habeatur publicum inter uiros utiles reipub. & suo uiuentes abdomini.

Cuidam apud Lysandrum iactanti, quod ipsum & laudibus ueheret, & aduersus ob/ 100 trectantes tueret. Duo, inquit, mihi sunt boues ruri, tacentibus ambobus, tamen certo no^t *Laus ab ha* ui uter sit ignauus, uter ad laborem strennuus. Sensit, ueram uirtutem nō egere laudibus *minibus* humanis, quum ipsa secum ducat suam laudem ac decus. Ceterum qui nihil gerunt prae/ clari, his opus est praeconibus.

Ad quendam à quo conuicij impetebatur. Dic, inquit, affidue ô amicule, dīc dīc, nihil ¹ omittas, si quā tuum animū malis, quib; uideris plenus, ualeas exonerare. Ingētis animi: *Moderate* argumentū, ne ira quidem dignum arbitrari maledicū, quum in promptu esset ultio.

Ali quanto post defuncto iam Lysandro, quum de societate belli nata esset controuer/ sia, Agesilaus adiit Lysandri domū, inquisitus super hac re literas, quas Lysander apud se detinuerat. Reperit autem præterea librum *Lysandro cōscriptum* de nouando reipub. statu, quod oportet regnum ab Eurytionidis & Agide ablatum (Nam ex his tantum fa milijas fas erat creare reges) in cōmune ponere, ac *regē eligi* ex optimis: quo uidelicet hoc honoris decerneretur, non his qui genus duxissent ab Hercule, sed ijs qui tales essent uir/ tute, qualis fuisse Hercules: quando quidem uirtute, non generis commendatione, & ille ad diuinos honores subiectus est. Hanc orationem Agesilaus nitiebatur apud ciues euul/ gate, cupiens per eam ostendere, qualis ciuis clanculum fuisse Lysander, non sine calum/ nia eorum, qui Lysandro fauerat. Sed ferunt *Cratidem*, qui tum inter Ephoros primas te/ nebat, ueritum ne lecta oratio persuaderet, reuocasse ab eo consilio Agesilaum, ac dixisse, non solum non esse refodiendum Lysandrum, sed ipsam potius orationem cum illo defo/ diendam, quod callide & ad persuadendum accommodata composita uideretur. Hoc fa/ ctum declarat Lysandri peruersam ambitionem, qui nihil intentatū reliquerit ad regnum adipiscendum: sed idem arguit Agesilai moderationem, qui priuatam similitatem post/ habuit utilitatē reipublicæ.

Ceterum qui filiarum illius nuptias prius ambierant, mox post obitum eius, quod re/ pertus esset pauper, eas recusabant, ijs *Ephori* dixere multā, eo quod quem diuitem esse ³ *Seuere* credentes coluerant, eundem iustum ac probum ex paupertate agnūtum contemnerent. Hoc ut apophthegma nō est, ita salubre est exemplū *seueritatis*, quod admoneat, in con/ ciliandis matrimonij magis spectādam uirtutem quā censum: eosq; perfidos & incon/ stantes esse amicos, qui amicitiam cōmodo metiuntur, cuius spe adempta protinus rece/ dunt ab amicitia. Quin & illud nos admonet, honestius esse fama q̄ pecunia ditescere.

N A M E R T E S

Namertes quum legatione fungēs, à quodam eius gentis ad quam erat missus, beatus ⁴ prædicaretur, eo quod multos haberet amicos, interrogauit quomodo qui multos habe/ ret amicos, periculum faceret an amicum haberet sincerū ac probum. Id quum alter fas/ sus se nescire, cuperet discere, Per aduersam, inquit, fortunam.

N I C A N D E R

Nicander cuidam dicenti, quod Argui male de ipso loquerentur, Num igitur, inquit, ⁵ dant pœnas qui de bonis loquuntur male: significans rempub. *male moratam*, ubi liceret impune maledicere nihil mali commeritis.

Idem percōtanti, quare *Lacedæmonij comam* ac barbam alerent, Quoniā, inquit, hic ⁶ ornatus quum sit homini omniū pulcherrimus ac proprius, nullo constat impendio.

Cum Atheniensis quidam dixisset, nimiū ô Nicander amplectimini ocium, Verū, in/ quid, prædicas, sed non quemadmodū uos, quocunq; modo nobis parare studemus. Sen/ fit, ocii honestis rationibus partū non esse reprehendendū: sed eos uituperio dignos, qui per fas nefasq; secularentur ocii. Ociū aut̄ Atheniensis dixit, nō exercere sordidas artes.

Z E V X I D A M V S

Zeuxidamus cuidam percontanti, quam ob causam *Lacedæmonij leges* de fortitudi ne citra scriptum seruarent, ac non potius descriptas tradenter iuuētibus legendas, Quo niā, inquit, assuefaciendi sunt, ut præclaris gestis potius quā scriptis intendant. Iner/ tiae genus est, de fortitudine philosophorum more disputare, sed protinus factis exerce/ da uirtus, quæ paucis dogmatibus tradi potest.

Aetolo

9 Aetolo quodam dicente, quod qui studerent probitatem cum fortitudine coniungere, ijs bellum esset potius pace. Non per deos, inquit, sed his mors uita potior esse debet. Correxit Lacon dictum Aetoli. Non enim optandum bellum, sed nec in bello, nec in pace libertatem tueri licet, nisi mortis terorem abieceris.

PANTHOIDAS

10 Panthoidas legatus missus in Asiam, ostenditibus ipsi murum probe munitum, Per deos, inquit, o hospes, bellum conclave mulierum.

11 Idem quum in academia philosophos audisset multa de uirtute differentes, interrogatus, cuiusmodi uiderentur eiusmodi sermones, Quid aliud, inquit, quam probi, sed prorsus inutiles uobis, qui illis non utimini. Salse tetigit mores Atheniensium, qui uirtutē habent in labris, non in factis.

PAVSANIAS

12 Argute Pausanias Cleombroti filius, quum Delij de insula cum Atheniensibus haberent controuersiam, atq; inter cetera dicerent, quod ex more regionis, neq; mulieres in insula parent, nec mortui sepelirentur, Quomodo igitur, inquit, haec insula erit uobis patria, in qua neq; fuit quisquam uestrum, nec futurus est? Argute notauit ineptam Deliorū consuetudinem, qui suos in patria, neq; nasci sineret uiuos, nec humari mortuos: quā ut mulier, neq; nec regio mater sit, nisi gignat. Alienū aut sit à materna pietate, nolle sepeliri quos genuit.

13 Bloderate Quum Atheniensis exules hortarentur illum, ut aduersus Athenienses moueret exercitum, dicerent, q; quum in Olympijs praecōnīs uoce pronunciaretur uictor, soli Athenienses ipsum exsibilassent, Quum hoc, inquit, fecerint in bene meritū, quid faciuros creditis, si illis malefecero? Insigne moderationis exemplum, nihil tam atroci cōmoueri contumelia, at idem ingenij mire solertis argumentū, quod adserebat uelut instigaturū Pausaniae animum ad suscipiendum bellum, id in partem diuersam retorquere.

14 Argute Percōtanti, quur Tyrtaeū poetam Spartæ ciuem fecissent, Ne quis, inquit, exterruit nobis dux fuisse uideatur. Poetę apud Lacedæmonios non erant in precio, nec hoc noui ne Tyrtaeus meruit apud illos honorem, sed quoniam strenuum ducem in bello praestiterat, putarunt eam laudem partia uindicandam.

15 Salse Ad quendam imbecilli corpore, tamen hortantem ut cum hostibus terra mari expiraret, Vis, inquit, igitur positis uestibus teipsum ostendere, qualis sis, qui nobis bellum di es autor? Salse risit ad id hortantem alios, in quo ipse nihil opis adferre posset.

16 Sapienter Quibusdam in spolijs barbarorum demirantibus preciosas uestes, Praestiterat, inquit, ipsos esse multi precij, quam possidere preciosa. Correxit suorum admirationē, eosq; ad uerorum bonorum admirationem reuocauit.

17 Lepide Post uictoriā à Medis apud Plateas reportatā, præcepit suis ut apponenter coenam pericā, quam sibi barbari prius apparauerāt. Ea quum esset opéra ac sumptuosa, Lurco, inquit, eras o Persa, qui quum tantas haberes delicias, ad nostram ueneris mazam: id erat panis genus cōtemptum ac uulgare. Admonuit, stultissimum esse, locupletes pugnare cum his quibus nō multum est quod eripiatur. Etenim si feliciter cadit Martis alea, ex ille lucrum est: sin secus, ingens est damnū. Dicū uero argutia in hoc est, quod fastidiōse delicatus uidetur, qui inter uarias delicias apperit cibum uilem ac plebeium. Nam id solent interdum diuites, quibus assidua copia lauticiarum parit nauseam.

PAVSANIAS AL TER

18 Legum auctoritas, set ullam priscarum nouare legum, Quoniam, inquit, legibus cōuenit autotitas in hominibus, non hominibus in leges.

19 Salse E patria profugus quum Tegeæ laudaret Lacedæmonios, cuidam dicenti, quin igitur mansisti Spartæ, sed fugere maluisti? Quoniam, inquit, nec medici apud sanos, sed apud agrotos uersari solent. Salsissime conuicium exiliū retorxit in Tegeaten, quod eius gentis corrupti mores egerent Spartana disciplina.

20 Dux bonus Alteri percōtanti, quo pacto possent debellari Thraces, Si, inquit, qui uir optimus est, eum bellū ducent delegerimus. Admonens, plurimum ad uictoriā momenti esse in imperatore. Quemadmodum in omni negocio magni refert, quales sint, quibus gerendē res creditur autoritas.

Medicus

Medicus qui inuisebat Pausaniam dicebat; nihil habes malum. Non enim, inquit, te medico 21 utor. Hoc ipsum quod nihil habebat malum, adeo non acceptum ferebat medicis, ut eos Medicina solos iudicaret prospera esse ualeudine, qui medicis non uerentur. Id ut perpetuo uerum, contempta, non sit, tamen extra cōtrouersiam est, maximā malorum partem à medicis proficiisci; uel quia sint imperiti, uel quia negligentes, uel quia ambitione questūue corrupti.

Quum ab amico argueretur, q̄ de medico quoddam male loqueretur, à quo nec ulla re 22 Iæsus esset, nec cuius fecisset periculum. Si fecisset, inquit, periculum, nequaquam uiuerem.

Medico cuidam dicenti Pausaniam, ad senectutē peruenisti. Ob id, inquit, quod te medico 23 non sum usus. Medicus existimabat artū suū debet, si cui cōtigisset senecta; at ille credebat uix unquam ad senectutem pertingere, qui medicis utuntur.

Eum uero medicum censebat optimū, qui non sineret ægrotos extabescere, sed quam 24 optimum sepeliret. Inhumanior quidē uidetur hæc sententia, sed tamen à Socratis opinio, Medicus ne non multum abhorrens, qui uult admodum ualeudinarios, nec ulla fam ex parte ueritatis reipub. æquo animo debere è uita decedere, sic tamē, ut nemo sibi uim adferat, sed honestis actionibus immoriatur. Certe non apparet quid magni faciat, quum quatuordecimi medici multo tempore immodicis impendijs admittuntur, ut anui iam præmortua uitam in unum alterum ueris mensis proferant. Quid enim aliud agunt, nisi quod arte sua mortem reddunt longiorem, quasi hoc cuiquam sano sit optabile, diu morit. At uiri sapientes mortem inopinatam ac breuem iudicant optimam.

P A E D A R E T V S

Pædaretus cuidam dicenti, magnum esse numerum hostium, Tanto, inquit, plus gloria referemus, quoniam plures interficiemus. Quod alter adferebat ad persuadendā igna fortiter uiam, ille uertit in calcar fortius agendi. Eodem telo repelli possunt, quicunq; difficultatis causatione dehortantur ab honesto.

Idem cōspecto quodam, qui natura mollis, tamen ob humanitatem laudabatur à ciuibus, dixit, Nec uiros qui mulierum similes sint, oportere laudare: nec mulieres, quæ uirorum sunt similes, nisi si qua mulierem urgeat necessitas. Sensit, aliud decere bonū uiorum, aliud bonam mulierem: ac pro muliere in uirum transfigurata accipit necessitatis excusationem; in uiro degenerante in mulierem, nullam recipit excusationē. Ita non eadem laus decora principi est, quæ plebeio, non eadem magistratu, quæ priuato.

Quum in trecentorū uirorum ordinem non esset adscriptus, qui honos apud Sparta nos primam dignitatem obtinebat, repulsus discessit hilaris ac ridens: reuocatib; autem Ephoris, quidq; rideret percontantibus, Gratulor, inquit, huic reipublicæ, quæ trecentos habeat ciues multo me meliores. Quid hoc peccore magis philosophicū? Nec moleste tulit repulsam, nec uestis est de Ephororum iudicio, sed plus uoluptatis capiebat ex publico reipublicæ bono, quam sensurus erat ex honore impetrato.

P L I S T A R C H V S

Plistarchus Leonidæ filius cuidam interrogatus, quam ob causam reges Lacedæmoniorum non à priscis regibus cognomen sortirentur. Quoniam, inquit, illi ducere quam regnare maluerunt, posteriores illis nequaquam. Primus omnium regum Lacedæmoniorum Agis dictus est, & hoc nomē in aliquot posteriores demanauit. Agis autem dictum est à ducendo, quoniam clementer imperabant: & regum est imperate potius quam persuadere. Plistarchus autem sonat, plurimis imperantem.

Quum patronus quidam ridicula loqueretur in causa, Plistarchus interpellans illū dixit, Non tu cauebis amice perpetuo risu digna dicere, ne quemadmodū qui assidue palæ stricam exercent palæstritæ fiunt, ita tu fias ridiculus. Sensit uir egregius, raris lapib; danum esse ueniam: cæterum quum error transit in habitum & consuetudinem, fit immensabilis. Expedit autem hac Plistarchi interpellatione amicos crebrius peccates reuocare, ne peccandi colligant usum, & uitium transeat in naturam.

Cuidam referenti ipsum à maledico quodam laudari, Demiror, inquit, si quis illi dixit me mortuum esse. Nam ille de uiuo bene loqui possit nemine. Non delectatus est uir generous laude, quæ à uiro illaudato proficisci batur.

P L I S T O N A X

Plistonax Pausaniz filius, quum rhetor quidā Atticus Lacedæmonios dixisset inde,

Clos. Nos enim, inquit, Græcorū soli nihil à uobis didicimus mali. Lacedæmonij malum existimabant, quicquid non faceret ad efficiendam ciuitatem meliorem.

POLYDORVS

32. Polydorus Alcamenis filius, in eum qui nō cessabat minitare hostibus. Non intelligis, **Generose** inquit, te maximam uindictæ partem frustra cōsumere? Qui statuit inimicum ulcisci, misnis nihil aliud efficit, nisi ut præmonito inimico sibi minuat lædendi facultatem. Fortium autem uirorum est, male facere ihs qui malo digni sunt, non maledicere.

33. Quum in Messenensiū regionem eduxisset copias, roganti cui piam, num aduersus **Dissimulanter** tres essent pugnaturi. Non, inquit, sed in eam agrorū partem proficiscimur, quē nondum sortito diuisa est. Elusit percontatorem, dissimulans consilium suum. Sī hoc quoq; ex ea plū cælandi propositum, si quem cupias lædere.

34. Quum Argiū post illam trecentorū pugnam rursus essent prælio superati, socij Polydorum adhortabātur, ne eam opportunitatem præteriret, sed aggressus hostium muros, ciuitatem illorum caperet. Id enim factu fore facillimū, quum interfecitis uiris solæ mulieres essent reliquæ. His in hunc respōdit modum, Mihī pari Martis alea rebellantes deuin cere honestum est. Cæterum quum pro agris pugnarim, urbem uelle capere non arbitror esse iustum. Siquidem huc ueni agros recepturus, non urbem occupatus. Vir excellētis animi ne cum hostibus quidem putauit agendū secus quām postulabat equitas, quum hominū uulgas sibi in hostem putet licere omnia, in tantum ut si de frigido oppidulo fuit cōcertatio, uictor existimet sibi ius esse, regnum uniuersum uicti occupare. Ille etiā turpesibī iudicabat bellare cum his quibus deerant paria ad bellum præsidia. Talis enim uictoria nullam habet uirtutis laudem, sed crudelitatis crimen.

35. Percontant quid esset in causa, quod Spartani in bello fortiter se periculis obijcerēt, **Sapienter** Quoniam, inquit, duces reuereri didicerunt potius quām timere. Reuerentia cum amore coniuncta est, metuimus autem illos maxime, quos odimus. Recius autem suo fungitur officio, qui ex animo facit, quām qui metu mali.

POLYCRATIDAS

36. Polycratidas unus cum cæteris missus orator ad duces regios, quum ab his interroga patris studiū retur, utrū priuatim uenissent, an publice missi. Si im petramus, inquit, publice: sin minus, priuatim. Vox pīj candoris in patriam index. Si cessisset ex sententia legatio, gloriam uolebat reip. cedere: sin minus, ignominiam repulsa ad patriam non pertinere.

SOEBIDAS

37. Soebidas cum essent Lacedæmonij in pugna Leuctrica Martis alea experturi, cūdam Argute dicenti, hic dies declarabit uirum bonum. Praclarus, inquit, dies, qui posuit declarare uirum bonum in columem: præfigiens in eo prælio plurimos egregios uiros fortiter occubitos, quos ipse patriæ maluisset in columem.

38. Idem quum esset loco iniquo, præterea nullam habente aquā, ob sessus ab hostibus, dis citur ita pactus cum hostibus, ut eis terram bello partam cederent, si milites unā cum ipso Callide è uicino fonte bibissent. Nam eum fontem hostes obfederant. Ictio foedere congregatis ad se suis, omnibus pollicitus est se daturum eius regionis imperium ei qui non bibisset. Porro quum nemo sibi temperaret, sed bibissent omnes, ipse post omnes descēdit in fontem: & aqua conspersus, hostibus etiamnum presentibus abiit, ac regionem occupauit, ut qui solus non bibisset. Eodem strategemate & exercitum à sitis periculo liberauit, & hostem elusit, & regnum sibi uindicauit tolerantia. Non erat obstrictus inimicis ex foedere, quia non omnes cum ipso biberant: nec milites se sellit, quia nemo præter ipsum à potu abstinxuit. Quod si hostes uoluissent ad arma currere, iam nactus locum pugnat cōmodiorem, ac fonte poritus, facile poterat illis esse par.

TELECRVS

39. Telecrus ipsi nunciati patrem de eo male loqui. Nisi, inquit, illi dicendum esset, haud Pictas in quaquam diceret. Maluit in se transferre culpam, quām committere, ut pater quicq; te patrem mere loqui uideretur. Habes & pietatis simul & modestiæ exemplum.

40. Iam fratri suo querēti, q; ciues erga se nō perinde afficerent, atq; erga illū, sed inhumanius tractarent, q; nondū ab illis esset creatus Ephorus. Tu, inquit, iniuriā ferre nescis, ego scio: significās ei qui uelit uti fauentib. ciuib; ad multas iniurias esse cōniyendum.

Percons

¶ Percontanti, quare mos esset apud Spartanos ut iuuenes assurgant senioribus, Vt, in- 41
quit; assueti honorem habere nulla propinquitate iunctis, magis honorent parētes. Opti- Grāuter
ma ratio consūfaciēdī ad debitum officium, si ultra quam debetur doceamus p̄stā-
dum. Veluti si quis assuecat cum uxore uerecunde castę cōiuere, multo minus impro-
bus erit apud alienas.

¶ Percontanti quantum possideret facultatum, Non plus, inquit, quam sat est. Diuitias 42
non cupiditate, sed usu metiebatur.

CHARILLVS SIVE CHARILAVS

Charillus interroganti, quam ob causam Lycurgus tam paucas leges tulisset Lacedæ- 43
monijs, Quoniā, inquit, pauca loquētibus, paucis etiam legibus est opus. Sensit nimirum Loquacitas
pleraq; mala ex multiloquio nasci. Laconibus autē peculiaris erat breuiloquentia.

¶ Alteri percontanti, quam ob rem Lacedæmoniū uirgines nudas produceret in publi- 44
cum, uxores uero tectas, Quoniā, inquit, uirginibus mariti sunt inueniendi, uxores uero
seruandæ ijs qui eas nacti sunt. Huc spectabat ea consuetudo, ut nec puellis deessent mari-
ti, nec cōtaminarentur matrimonia præter aliarū gentium consuetudinē, ubi uirgines ui-
deri nefas est, uxores oculis hominum exponuntur.

¶ Seruo cuidam audacius agenti cum ipso, Ni iratus essem, inquit, occiderem te. Adeo 45
putabat nihil recte dici fieri ue ab irato, ut ne in seruum quidem animaduertere uoluerit Moderate
commotior.

¶ Interroganti quam arbitraretur optimam rem publicam, In qua, inquit, plurimi cives 46
de uirtute inter se decertāt citra seditionem. In pleriq; ciuitatibus certamen est de opibus Sapienter
& honoribus, de uirtute qui certent penē nulli. Quanquam hoc quoq; certamen de hone-
sto debet hactenus seruere, ne prorumpat in seditionem. Nam enim non est cōcertatio uir-
tutis sed ambitionis. Qui uera uirtute præditus est, nihil spectat, nisi ut pro sit reipublicæ.
At sedition, præsens uenenum est ciuitatis.

¶ Percontanti cuidam, quam ob rem omnīū deorum statuæ apud Lacedæmonios pone 47
rentur armatæ, Ne, inquit, probra quæ ob ignauiam faciuntur in homines ad deos refera-
mus, néue iuuenes nisi armati deos comprecentur. Eo cōmento ciuium animis hanc opī-
tionem infigere studebant, dījs gratam esse fortitudinem, inuisam ignauia: simulq; iuuen-
tutem armis ferendis debere assūescere, quo simul & minus indulgerent delicijs, & utilio-
res bello euaderent, si ne religionis quidem causa fas esset arma ponere, cuius obtentu fe-
rē solet ocium & luxus in ciuitates irrepere.

LIBER SECUNDVS LACONIUS

NVM ALIQVOT ANONYMΩN
apophthegmata.



AMIORVM legatis prolixiore utentibus oratione dixerūt Spartani, 1
Prima sumus oblitī, postrema nō intellexim⁹, q̄a prima nō meminim⁹.

Ad Thebanos item, qui de quibusdam pertinaciū contradicebant: 2
Oportet, inquiunt, aut minus habere spirituum, aut plus uirium.

Lacon quidam senex interrogatus, quur barbā gestaret syluosam ac 3
promissam, Vt, inquit, intuens canos pilos, nihil committam illis indi- Canicies
gnūm. Vir bonus undecunque uenatur stimulos ad uirtutem.

Alius cuidā laudib⁹ immodicis efferenti bellatores optimos. Apud Troiam, inquit. 4
Significans tales olim fuisse, sed hoc genus hominū iam olim desisse inueniri. Argute

Alius quidā Lacon, quum audisset quosdā à cœna cogi ad bibendum, Num, inquit, co- 5
guntur etiam ad edendū? Notauit Græcorum morem in coniuījs compellentī ad cer- Bibositas
tum cyathorū modum, quum id re uera nihil absurdius sit q̄ hominem, qui non esuriat
ad certum escarū modum compellere, nisi q̄ alterius absurditatem eleuat consuetudo.

Recitato quod scripsit Pindarus, Græciē fulcimentū esse Athenas, Lacon dixit, ruitu 6
ram Græciam, si tali cultura niteretur. Taxauit Atheniensū mollitiem, quæ poete elegio
non respōderet: aut certe poetæ uanitatē, qui tali præconio celebrasset indignos. Libere

- 7 Quidam cōspecta tabula quæ picturam habebat, quomodo Lacedæmonij trucidarentur ab Atheniēibus, dixit: fortis Athenienses. Id Lacon audiens, subiecit, In tabula: significans ridiculū esse de pictura gloriari, q̄ ea non minus mentiri soleat quām poetæ.
- 8 Ad eum qui maledicta in alios per calumniam iactata solet facile admittere, Lacon, Deſi Maledici ne, inquit, aduersum me præbere aures. Sensit non solum eos uituperio dignos qui calumniarentur alios, uerum etiā qui calumniantibus accommodarēt aures. Et iniuriæ genus est, aduersus nihil male meritum audire maledicam linguam. Non enim essent maledicti, si nullum inuenirent auscultatorem. Proinde Lacon expostulauit etiam cum illo qui præbuerat aures de ipso male loquenti.
- 9 Quidā seruo qui dum puniretur dicebat, non uolens errauī, Non uolens igitur, inquit, Argute pœnas dato. Vulgaris quidem, sed frigida excusatio est, insciens feci: uigilandum erat, ne quid committeret imprudens.
- 10 Alius quum in peregrinatione uidisset homines in sellis curulibus sedentes, Absit, in Severe quī, ut in talibus sedeam sellis, unde non liceat assurgere seniori. In his enim sedebant desificati porrectis cruribus, ac cœlum immīnens capiti prohibebat exurgere. Apud Lacedæmonios uero scelus erat, iuuenem non assurrexisse seni.
- 11 Chīj quondam Spartæ peregrinantes à coena, uomuerant in Ephororum curia: dein Licentia etiam in sedes in quibus sedere solent Ephori, uentris onus deficerat. Ac primū quidem acris inquisitio facta est, qui nam hoc designassent, ne forte ciues essent. Ut uero compertum est tuisse Chios, edixerunt se Chījs permittere, ut agant intēperantius. Excellentium uirorum est negligere contumeliam, quæ à palam improbis proficiscitur, à quibus etiam laudari turpe est.
- 12 Alius quidā Lacon, quū duas amygdalas duras duplo uendi consiperet, Sunt ne hīc Lepide inquit, rari lapides: Quasi nihil intercesset inter silicem & duram amygdalā. Adeo Lacon deliciarū erat rudis, ut nesciret sub gemino cortice latere nucleus. Et appetit, hoc genus arboris non quibuslibet regionib⁹ fuisse notum, quando Plinius dubitat an æstate Cato nis fuerit in Italia.
- 13 Alius quum in luscinia plumis reuulsis minimū reperisset carnium, Vox, inquit, tu es, Loquacitas præterea nihil. In eos dīc potest, q̄ preter garrulā lingua ac magnifica uerba nihil habent.
- 14 Alius quidam quum uideret Diogenem cognomento canem, in uehementi frigore sta Argute tuam ęream amplectentem, rogauit num algeret: illo negante, Quid igitur, inquit Lacon, magnifacis? Philosophus gloriæ mancipiū, hoc ipsum existimabat magnificum, q̄ sic haberet corpus ad omnes iniurias duratum ut in rigore frigidæ statuæ complexū ferre posset absq; dolore. Id Laconi nihil pulchrius uidebatur, quām si quis in æstate simile quipiam amplectetur nullo suo incommodo.
- 15 Quidam Metapontinus Laconi obīscienti ignauiam, Atqui, inquit, non parum alienę Argute regionis possidemus. Ergo, si quis Lacon, non solum ignauī estis, uerum etiā iniusti. Significans non posse fieri, ut quis meticulosus & imbellis multum teneat alienæ ditionis, nisi fraude partum.
- 16 Hospes quidam apud Lacedæmonios, quum ipsi stanti interim altero pede, crepida in alterū indueretur, dixit cuidam, Non arbitror te Lacon tantū temporis uni pedi posse insistere, quantū ego possum. Lacedæmonius excipiēs, Fateor, inquit, attamen nullus est serum, qui istuc non possit. Iure derisit hominē, qui longo usu didicisset artem, quæ nihil utilitatis adferret reip. Huiusmodi sunt artes præstigiatorū, funambulorum & similium.
- 17 Cuidā iactanti de arte rhetorica, At per geminos, inquit Lacon, ars nisi uerū attigerit, Graniter nec est, nec unq̄ erit. Notauit rhetores qui se profitent uerisimilia dicere, licet uera nō sint.
- 18 Arguo quodam dicente, multa Spartanorum sepulchra apud nos sunt, Lacon excipiens: Atqui Argiuorum apud nos nullum est sepulchrum: innuens quod Spartanis semper inuasissent Argos, Argi uero Spartanos nunquam. Solerter Lacon quod ille dixerat in gentis suæ laudem, retorsit in ignominiam.
- 19 Lacon in bello captus cum sub hasta ueniret, ac præco diceret, Laconem uendo, obtuleravit illi os. Captiuum, inquit, prædica te uendere. Suam conditionem æquo animo tulit, patriæ ignominiam ferre non potuit in auctione traducendæ.
- 20 Ex his militibus qui sub Lysimacho stipendiū faciebant, quidā quum ab eo rogaretur, nuna

num esset quispiam ex Helotum, id est, seruorum Laconicorū numero. Tu ne, inquit, exi
stimas Laconem ad te uenturum, ut abs te ferat quatuor obolos? Maluit se fateri seruum,
quam hoc probri admittere in nomen Lacedæmonicum.

Quum Thebani deuictis apud Leuctra Lacedæmonijs ad ipsum uenissent Eurotam, ²¹
& quidam gloriabundus dixisset, ubi nunc Lacones? Spartanus quidam ab illis captus, ^{Generose}
Non adsunt, inquit, alioqui uos huc non uenissetis. Ne uictus quidem & captiuus potuit
obliuisci indolis Laconicæ, nec tulit uictoris factantiam.

Atheniensibus quum tradita ciuitate postularent, ut Samum tantum ipsis reliquerent, ²²
ita responderunt Lacones. Hoc tempore quo uestri non estis, alios habere postulatis: un/^{Argute}
de natum est prouerbium,

Qui semetipsum non habet, Samum petit.

Quum Lacones ciuitatem quandam armis cepissent, Ephori dixerunt, Periſt iuuentu²³
tis luctamen, Non enim posthac habebunt aduersarios. Gaudebant quidem de uictoria,
sed iuuenibus exercenda uirtutis materiam erectam dolebant.

Quum Lacedæmoniorū rex polliceretur se funditus euersum alteram quandam ci²⁴
uitatem, quæ sæpenumero Lacedæmonijs exhibuerat negocium, nō permiserunt Epho, ^{Generose}
ti dicentes, Nequaquā abolebis, neq; subuertes iuuenum cotem. Vrbem infestam appellabant cotem iuuentutis, quòd per eam iuuentus acueretur ad bellandi peritiam.

Lacedæmonij non præficiebant pædotribas, qui pueros ad luctam exercent, ut uir²⁵
tutis esset certamen non artis. Vnde & Lysander interrogatus, quo pacto à Charonte ui/
ctus esset, respondit, uario artificio. Non existimabat ea gens, in quauis re speciosam esse
uictoram, quæ callidis consilijs contigisset, potiusquam animi corporisq; robore. Ars au/
tem omnis ut à naturali simplicitate recedit, ita dolo affinis est.

Philipo quū peruenisset in agros Lacedæmoniorū, scripsissetq; utrum uellent ipsum ²⁶
uenire hostem, an amicū, responderunt, Neutrum. Vnico uerbo absoluunt sententiam, ^{Libere}
quod erat Laconū: ac simpliciter negantes segi transitū, quod erat uirorum fortium.

Lacones legatum quem ad Antigonū Demetrij filium miserant, quoniā acceperant q²⁷
Antigonus appellasset regem, multarunt, quamvis in annonæ penuria medimnū fru^{Factum}
menti in singulos ab ipso reportaret. Tantus erat apud illos legum rigor, ut nec tanto be/
neficio subleuata inopia ab illis ueniam impetraret, ut unius uoculae gratiā facerent pro/
sperē legatione perfunctio.

Quum improbus quidam sententiā dixisset optimam, ipsam quidem sententiam ap²⁸
probarunt, sed eo qui dixerat amoto, alteri cui dā inculpati moribus eandem sententiam ^{Factum}
tribuerunt. Adeo in repub. nihil honoris habendū putarunt his qui flagitiose uiuerent: au/
torem mutarunt, ne esset dedecori reipublicæ, consiliū non reiecerunt, ne ob priuatā igno/
miniam publicā utilitatem neglexisse uiderentur. Meminit huius & A. Gellius.

Quum duo fratres inter se dissidium haberent, Lacedæmonij mulctam dixere patri, q²⁹
. filiorum discordiam dissimulasset. Iuuenibus ignoscendū putarunt, sed quicquid illi per ^{Factum}
calorē etatis peccassent, parenti imputabant, cuius autoritas prouidere debuerat, ne quid
inter filios oriretur similitatis.

Cantori apud Spartanos peregrinanti dixere mulctam, quòd citharam digitis pulsa/³⁰
ret, non ebore. Adeo non patiebantur innouari publico usu recepta. Hoc studio cuidam ^{Factum}
alteri ex nouem chordis duas indicit Lacedæmonius ille. ^{seuere}

Duo pueri inter se pugnabant, quorum unus alteri letale vulnus inflixit. Puerorum au³¹
tem so dales quum saucijs ille moriturus esset, polliciti sunt illi uindictā, sc̄q; uulneris au/
torem interficiuros. At ille, Nequaquā, inquit, per deos: Non enim æquum est, quando,
quidem & ipse hoc facturus eram, si ante uertissem, siq; strenuus fuisset. Indolē uere La/
conicam, qui uictus ac moriens iusto tamen uictori fauebat, quòd uirtute non dolo supe/
rasset aduersarium. Quid talibus ingenij felicius, si à teneris ad ueram uirtutē fuissent in/
stituta, potiusquam ad militarem duriciem?

Alter quidā puer eo tempore quo mos erat apud Spartanos, ut pueris ingenuis phas ³²
esseret, quod quisq; possit suffurari, sed haec tenus ut deprehendi turpe esset: quum uiuā uul/
peculam quam sodales erant furati, sibi ab eis traditam seruaret, uenissentq; qui eam per/
diderant, inquirēdi gratia, uulpeculam sub ueste abditam tenebat. Cæterum quū efferata

bestia latus pueri usq; ad intestina eroderet, dissimulauit tacitus, ne proderet furtū. Mox uero quū digressis illis pueri uidissent quod acciderant, obiurgabant illum dicentes, præstiterat aperire uulpeculam, quām ad mortem usq; cælare. Nequaquam, inquit, imo præstat doloribus immori, quām hac nota traduci, ut ob mollicē dicar lucrifecisse uitā ignominiosam. Quid absolutius, si tam feliciter natis ingenij accessisset philosophia?

33. Quum quidam forte obuij Laconibus dixissent, fortunati estis o Lacones: nam mox do hinc abiuere latrones, Nō nos, inquit, per Enyalium (sic enim illi Martem uocant) sed illi potius fortunati sunt, qui in nos non inciderint. Adeo gens ea gerebat animos ad omnia impavidos, quæ uulgaris hominum formidat.

34. Lacon quidam interrogatus, quid artis sciret, Liber, inquit, esse. Ea gens nec disciplinis Generose philosophorum, nec opificij exercebatur, tantum inuictis animis libertate tuebatur, nec hominibus nec uicijs seruire docilis.

35. Puer Spartanus captus ab Antigono rege, ac sub hasta uenditus, in cæteris omnibus, Portitor quæcūq; putabat ab ingenuo decenter fieri posse, obsequens erat ei, qui ipsum fuerat mercatus, cæterum iussus adferre matulam, haud sustinuit dicens, non seruiam. At quum instaret herus, puer consciente techo dixit, Senties cuiusmodi mercatum feceris: moxq; se è sublimi præcipitem dedit ac perire. Captiuus esse poterat, seruilia facere non poterat, ac semet in libertatem morte asseruit.

36. Alter quū uenderetur, rogatus à licitatore, eris ne frugi si fuero mercatus, Etiam si non fueris mercatus, Ne fortuna quidem seruiliis docere potuit illum seruilia loqui, Qui enim natura probus est, ubiq; & apud omnes probus est.

37. Alter quidam captiuus, quum uenderetur, ac præco diceret se mancipium uendere, Sceleris, inquit, non tu dices captiuum? Non puduit duræ conditionis, sed puduit titulus seruiliis. Tantus erat libertatis amor.

38. Lacon quidam in clypeo pro insigni gerens muscam, eamq; non maiores uera: quis Salse busdam irridentibus dicentibusq;, quod id studio fecisset quo lateret, Imo, inquit, ut sim conspicuus. Tam enim prope actedo ad hostes, ut ab ipsis insigne cuiusmodi sit uideri possit. Salsissime conuicium ignauia uertit in argumentum fortitudinis.

39. Lacedæmonius alter quum super conuicium esset illata lyra, Nos est, inquit, Laconis Seuere cum nugari, longe dissentiens à cæteris Græcis, quibus nullum conuicium suáue uidebatur absq; musica. Id Laconi nugale uidebatur, qui lautius existimabat honestis ac festiuis fabulis condire compotationem, quām inani lyræ strepitu.

40. Spartanus interrogatus, num tutum esset ad Spartam iter, Refert, inquit, qualis eò des Argute scandas. Nam leones illuc euntes plorant, lepores autem in umbraculis uenamur: significauit nec ferocibus ac uiolentis esse tutum proficisci Spartam, nec mollibus & effeminas: quod hostili animo illuc proficiscentes male acciperentur à fortioribus, delicatos homines illic non sinerent lasciuire in tenebris.

41. In luctandi genere, quod illi chirapsiam appellant, quum is qui collum alterius urget frustra, præterq; legem palæstræ pulsaret undiq; & in terram detraharet, posteaquam corporis uiribus destitueretur, qui inhærenti cedere cogebatur, brachii urgentis momor Argute dit: cumq; alter diceret, mordes o Lacon foeminarū more, Non, inquit, sed more leonum. Ut solerter obiectam ignauiam detorsit in laudem fortitudinis. Nullum enim probrum apud illos deterstabilius, quām muliebris imbecillitatis. Iure autem se morsu liberauit, qui præter ius certaminis urgebatur à uicto.

42. Claudus ad bellum proficiscens, quum ab alijs rideretur, Nō opus est fugientibus, inquit, sed qui subsistant, locumq; in acie tueantur.

43. Alius sagitta percussus, quum animam ageret, dicebat, Non me mouet quod morior, Generose sed partim quod ab imbelli sagittario ac mulierculæ simili, partim q; nullo facinore è dito morior. Vicitis solet esse solatio, uirtute præstantis uiri dextra cadere. Lacedæmonij uero, quoniam ensibus pugnare solent cominus, non putabant esse uirtutis procul missa sagitta quempiam interficere, quod idem possunt & foeminae. Tum æquiore animo decedunt è uita, qui recte factorum post se relinquunt memoriam.

44. Quidam ingressus diuersorum cauponā dedit obsonium ut appararet: quum ille pos Frugaliter sceret caseum & oleum, Quid, inquit Lacon, si caseum haberem, iam nō egerem obsonio? Caupo

Caupo caseū et oleum petebat ad condieñū pīscem, at Lacon id uidēs, cui sufficiebat uis
cius simplicitas, superuacuū existimabat, cibum cibo miscere, quum alter per se satis esse
posset. Quātum absunt ab huius Laconis animo, qui centum rerum species in unum mi-
scerent discum?

Cuidam Lampen Aeginetam efferenti, ac felicem prædicanti, quod prædiues uideba- 45
tur, multorum nauigiorum dominus, Lacon, nīhil, inquit, moror felicitatem de funibus Argute
pendentem. Quum omnes diuitiae sunt in manu fortunæ, tum ea præcipue quas negotia-
tores cōmisere nauibus: ruptis funibus sequitur naufragium, & hinc mercium omniū in-
teritus. Vnde philosophus quidam interrogatus, utrum putaret maiorem esse numerū ui-
uorum an mortuorum, uicissim rogauit, utro loco haberet nauigantes, quod hi uersantes
in summo uitæ discriminæ, uix essent habendi pro uiuis.

Quidam Lacon dixit, Mentiris: ille contra, Nimirū, inquit, liberi sumus, alij uero nisi 46
uera dixerint uapulant. Nihil cōmotus est Lacedæmonius, sed atrox conuicium elusit io- Argute
co, obiter taxas maledicuum quod ipse non esset Lacedæmonius, atq; ob id nec liber. Por-
rò serui si quid fallant mendacio, loris emendantur.

Alius quum uellet cadauer statuere reclūm, nec id posset efficere, quum nīhil nō fecis- 47
set. Per louem, inquit, aliquid intus sit oportet. Suspiciatur est Lacon animam aut genium
malum latere in cadauere. Solent enim cadauera in rogo erecta ponit.

Tynnichus Thrasybuli filij mortem perquam fortū animo tulit, in hunc hoc faciūm 48
est epigramma, Fortiter

Exanimis Pitanen clypeo Thrasybule redisti
Septem ex arguis uulnera sœua gerens,
Aduersa ostendis tamen omnia, sanguinolenta
Membra rogo imponens Tynnichus hæc senior,
Plorentur timidi, mi infletus humabere fili,
Qui & patre hoc uere dignus es & patria.

Quum Alcibiadī Atheniensī balneator plurimū administraret aquæ, Lacon id uidēs, 49
Quid hoc rei est, inquit, plus aquæ infundit, quasi nō puro, sed uehementer sordido. Hoc Salse
scommate notauit Alcibiadis uitam multa infamia contaminatam.

Philippo regi Macedonum quædam per literas imperanti rescripserunt Lacedæmo- 50
nij, De quibus nobis scripsisti, non. Ad prolixam regis epistolam unica syllaba responder-
unt, αν, quam grandibus literis pinxerat, ut exploreret iustum epistolæ spatium, simul &
gentilis breuiloquentiæ memores, & solitæ fortitudinis.

Rursus quum Philippus in agro Lacedæmoniorum duxisset exercitum, resq; in eo es- 51
set statu, ut probabile esset eos ad unum omnes interituros, rex dixit cuidam Spartiatæ, Fortiter
Quid nunc facietis Lacedæmonij? At ille, Quid, inquit, aliud, nisi quod fortiter mories-
mur, quando nos soli Græcorum liberi esse, non alijs parere didicimus. Nemo seruire
cogitur, qui mori paratus est. Quam dulce bonum est libertas quæ morte emitur, quam
misera res seruitus cui mors anteponitur? Quid igitur mētis dicemus his esse qui se spon-
te dedunt in eam seruitutem, unde nec dato peculio possunt redimi, nec gratuita manus-
missione liberari?

Post Agin bello superatum Antipatro postulanti obsides pueros quinquaginta, Eteo 52
cles qui tum Ephorum agebat respondit, Se pueros non daturum, ne si licenter uixissent,
fierent indociles patriæ disciplinæ, itaq; ne ciues quidem essent: cæterum senes ac mulies-
tres se duplo numero daturū. Verum Antipatro dira minitanti ni acciperet postulata, po-
pulus una uoce respōdit, Si imperas acerbiora morte, facilius moriemur. Hunc animum
in uno alteroē ciuium reperire, fortasse non ita magni miraculi esse uideatur, in uniuerso
so populo tantū esse cōsensum, prodigiosum est. Hoc exemplo simul admonetur, quan-
ta solicitude debeatur ætati teneræ ad probitatem educandæ, quando licenter educatos
ciuenes illi non putarunt habendos pro ciuibus, perinde quasi mater abdicet filium exse-
natum, nisi probitate morum maioribus suis respondeat.

Senex in Olympijs cupidus erat spectandi certaminis quod agebatur, sed quum nulla 53
vacaret sedes, ad uaria loca se se cōferens ludibrio erat, ac scismaticis perebatur, q; nullus
eum exciperet; ut uero peruenit ad Lacedæmonios, non solū pueri omnes assurrexerunt,

uerum etiam viri multi cesserunt illi locum. Id factum quum ceteri Graeci quotquot aderant plausu cōprobassent, patriumq; morem supra modum collaudassent, Senex

Concutiens canasq; genas & tempora cana,

Salse Ac fuis lachrymis, Heu miseriam, inquit, ut omnes Graeci norunt quid sit honestum, sed eo soli utuntur Lacedæmonij.

54 Sunt qui narrant hoc idem accidisse Athenis. Quum enim agerentur Panathenæa, Attici senem ludibrio habuerunt, inuitantes tanquam admiruri, ceterū ubi uenisset non admittentes. Verum iam perambulatis ferè omnibus, tandem ad Lacedæmonios spectatores quum uenisset, omnes è sedibus assurgentes, locum illi cesserunt. Eo facto delectatus populus, plausu multaq; gestuum significatione comprobauit. Inter hæc è Spartanis quidam dixit, Per geminos norunt Athenienses quæ sint honesta, at nō ea faciunt. Apud Athenienses maxime florebat philosophia, quæ docet quid turpe, quid honestum: Spartani non recipiebant eiusmodi disciplinas, sed ex institutione maiorum uirtutem factis ac moribus præstabant. Ita factū est, ut apud Athenienses essent uerba philosophiq; apud Lacedæmones ipsa res. Admonet apophthegma turpissimū esse scire qd deceat, & tamē diuersa seq.

55 Mendicus quidam petiit aliquid à Lacone: at ille, Si quid, inquit, dedero, magis es futu Argute rus mendicus. Verum istius probrosæ uitæ tuæ fuit autor qui tibi primus dedit, tecq; fecit inertem. Apud Lacedæmonios probro dabatur mendicitas, quod & ocium odissent, & minimo essent contenti. Benignitas autē in mendicos speciem habet magnæ uirtutis, sed ea piorum hominum bonitas alit plurimorū malorum luxuriosam ignauiam.

56 Lacedæmonius uidens quandam dñs corrugantem, Nihil, inquit, moror deos qui me sint paupiores. Hinc liquet, uetus esse sub obtentu religionis exercere mendicitatē, quum plerunq; tali collecta titulo non impendantur diuis, qui nullius rei sunt egeni, sed improborum luxui ac libidini.

57 Alius quidam quum adulterū apud deformem uxorem deprehēdisset, Miser, inquit, Moderate quæ tibi fuit necessitas? Primum hic æditum est nobis moderationis exemplum. Quis sibi temperet in adulterum deprehensum? Hic potius uidetur misertus hominis, qui graui quapiam necessitate uideretur huc cōpulsus, ut cum deformi rem haberet. Negi enim uerisimile erat adulterum uoluptatis gratia sese in hoc discrimen coniecerisse.

58 Alius quum audiret rhetorem magnos sermonis circuitus cōnecientem, Per geminos, Loquacitas inquit, fortis sanè homo, qui quum nullum habeat argumentū, tamen egregie uoluit lingua. Lacedæmonijs nulla placebat oratio, nisi breuis & uera, & ad rem seriā pertinens. Proinde ridiculū existimabat, q; orator in fictio themate tantā uerborū copiā pfunderet.

59 Quidam profecitus Lacedæmonem, quum uidisset honorē quem iuniores præstant senioribus, In sola, inquit, Sparta expedit senescere. Paupertas onus est et miserum & grave, ut ait Comicus: sed in hac molestiarū maxima pars est, quod homines facit etiam ridiculos, ut ait Satyricus. Sic inter incōmoda quæ fert ætas ingrauescens, non minima pars est, quod seves ferè contemptui sunt ac ludibrio. Proinde Sparta uisa est multis honestissimum uirtutis domicilium.

60 Lacedæmonius percontanti quid ipsi uideretur Tyrtæus poeta, Bonus, inquit, ad dears inutilis prauandos iuuenum animos. Quemadmodū Plato indicabat Homeri poesim inutilem esse reipub. qualem institui uolebat, ita Lacedæmonij non recipiebant poetas, qui blanda scriberent potius quam salubria.

61 Cuidam qui laborans ab oculis exierat in bellū, quūm nōnulli dicerent, quò uadis ad istum affectus modum, aut quid facturus? Ut nihil, inquit, aliud, certe hostis gladium habetaro, Hoc dictum falsius ne sit an fortius, nondum statui.

62 Buris & Spartis Lacedæmonij sponte profeciti sunt ad Xerxem regem Persarum, daturi poenas quas Lacedæmonij iuxta oraculum pendere debebant, eo quod oratores à Persa missos occidissent. Hi quum uenissent ad Xerxen, iusserunt ut ipsos quocunque modo uideretur interficeret pro Lacedæmonijs. Quumq; rex admiratus, & pietatem in patriam, & animorum fortitudinem liberasset illos à poena, peteret que ut apud se manarent, Qui possumus, inquiunt, hic uiuere relicta patria, patrijs que legibus ac uiris, quorum gratia tantum iter suscepimus morituri? Cæterum quum Hydarnes exercitus regij dux, rogans instaret, diceret que fore, ut in pari honore haberentur, cum his qui inter regis

regis amicos primas tenebant, hunc in modum responderunt, Videlicet nobis ignorare quod ingens bonum sit libertas, quam nemo sanus uel cum Persarum regno commutaret. In eodem facto nobis propositum est exemplum pietatis erga patriam, & constanter ad amatores libertatis, & animi mortis terrore vacui. Ceterum Herodotus libro 7 hos duos appellat *αποθηλους θεους*; id est, Sperthien & Bulin.

Laconem hospes quem pridie declinauerat, postridie stragulis commodato sumptis splendide exceperat ille stragulis conculcatis dixit, Propter has heri ne storijs quidem indormiri re licuit. Lepide nisit illorum morem, qui quum sint tenues, tamen affectant uideri diuitias corrogata, aut conducta supellecstile, quod maxime solent in excipiendis hospitibus, in nuptijs, aut alioqui solenibus epulis. Porro quum ineptum sit ostentare tuas diuitias, quanto magis ridiculum est ostentare supellecstile alienam, interdum ab usurarijs sumptuosa. At Lacedæmonij non solum oratores regum, uerum ipsos etiam reges ad sua phiditia invitabant, eam frugalitatem sibi magno etiam honori futuram existimantes.

Alius quidam quum uenisset Athenas, uidissetque illic praecones, qui muriam promitteret, qui obsonium, qui publicanos & lenones, aliasque parum honestas functiones profiterentur, neque quicquam sibi turpe ducerent: ubi reuersus est in patriam, cuius percontantibus modo se res haberent Athenis, Omnia, inquit, honesta: per ironiam innuens, Athenis omnina haberi honesta, turpe nihil. Argutia dicti est in ambiguo sermonis.

Alter interrogatus de re quapiam, respondit. Non. Verum ubi percotator dixisset illum mentiri, Non uides igitur, inquit Lacon, te stultum esse, qui scisciteris de his quae noueris? Salse taxauit in illo uitium garrulitatis, qui de nihilo quæsierit fabulandi materiam.

Venerunt aliquando Lacedæmonij ad Lygdamin tyrannum legatione fungentes: sed quum ille uarijs causationibus frequenter distulisset colloquendi copiam, tandem post omnes excusationes dictum est, illum parum firma esse ualeudine, sed languere non nihil. Legati responderunt, Per Iouem non uenimus huc cum illo luctaturi, sed colloquuturi. Belli taxarunt barbari regis fastu ac delicias, qui quamuis friuola de causa res serias omittent.

Quidam sacris initiaturus, Laconem rogauit, quid sibi cōsciret maxime impiæ factū per omnem uitam. At ille hoc, inquit, dixi sciunt. Quum initiator magis urgeret diceretque, omnino proferas necesse est. Lacon uicissim rogauit, Vtrum, inquiens, oportet me tibi dicere a deo: quum ille respondisset deo, Tu ergo, inquit, hinc secede, ut illi dicam.

Alius Lacon quidam noctu præteriens monumentum, quum sibi uisus esset uidere spectrum, accurrat lancea traieclurus, & in hoc nitens, Quod me fugis, inquit, aia bis moritura? O superstitionem uere liberam omni formidine, quae nec laruarum nec lemurum occursu terrori potuerit. nulla

Lacon aliis uoto se obstrinxisset, & se de Leucate præcipite daret, cōscendit mons, & cōspecta altitudine se avertit. Id quum illi probri gratia obijceretur, Non putaram, inquit, illi uoto maiore uoto opus esse. Ioco elusit incōstantiae formidiniscque crimen. Etenim qui facinus arduum concipit animo, prius à diis optare debet animum facinori parem.

Quidam in acie quum strictum iam ensem in hostem esset infixurus, quoniam interim sicutum datum est receptui canens, non infixit. Roganti uero cuidam, quur hostem quem in potestate habebat non occidisset, Quoniā, inquit, melius est parere imperatori, quod hostem occidere. Exemplum disciplinae militaris, à qua immane quantu recesserunt, qui sub belli sciplina titulo mera exercent latrocinia. Olim non licebat ferire hostem, nisi tuba dedisset signum; eadem simulacrum cecinerat receptui, homicidij crimen erat hostem interemisse.

Quidam Laconi in Olympico certamine superato dixit. Aduersarius tuus o Lacon te fuit potentior, Imo, inquit, ad deiciendum accommodatior. Quoniam certamen artis erat Argute magis virtutis, Lacedæmonius non putabat se ob id detetiorem & uictus esset. Dicti argutia sita est in anticipi uoce: nam λεγεστη & meliore significat & potentiorē, siue superiorē aut præstantiorem. Is uere inferior est, qui honesto uincitur.

Aetoli quondam ingressi regionem Laconicam, abduxerunt quinquaginta seruorum milia: unde Lacon quispiam senior festiuiter dixisse fertur, Magno bono fuerunt hostes Laconiae, quam tanta turba leuarunt.

Mos erat apud Lacedæmonios, ut rex hostes aggrederetur, præcedente quopiā gestante coronā, qui in certamine uictor aliquādo tulisset coronā. Quum igitur Lacon quidam in Olympijs magnam pecuniam uim respuisset, sed multo cum sudore deieclio aduersario coronam

Generose coronam tulisset cuidam dicens, Quid emolumenti tibi adfert uictoria Lacon? Illeris dens & alacer respondit, Ante regem, inquit, coronatus incedes pugnabo cum hostibus. Generosæ mentis est, laudis honore teneri potius quam pecunia.

74 Miles quidam Lacedæmonius quum prostrato hostis insideret tergo occisurus, rogauit ut se uerteret, & in pectus potius stringeret ensem: rogatus quid ita, Ne amasius, inquit, meus erubescat, si uiderit aueris confossum vulneribus.

75 Lacon quidam ad Rhodit Diagoram, qui in Olympijs & filios, & ex filio filiacq; nepotes uidisset coronari, Morere, inquit, Diagora, non in Olympum ascendas: sentiens tum optimū exire de uita, quā res sunt prosperrimē. Ita Plutarchus in Vitis. Meminit & Cic. in Tusculanis quæstionibus, libro primo. Lepos est in ambiguo: nā Olympus mōs est, in quo singulis lustris peragebatur Olympia certamina, & pro cœlo accipitur.

76 Lacon quidam paedagogus pueri cura suscepta, quum interrogaretur quid esset illum docturus, Efficiam, inquit, ut honestis delectetur, turpisbus offendatur. Nihil efficacius ad ueram felicitatem, quam amare uirtutem propter se, odisse uitium propter se.

77 Spartanus quidam interrogatus, quid conferrent utilitatis pueris adhibiti paedagogi. Efficunt, inquit, ut quae sunt honesta, eadem pueris fiant etiam iucunda.

78 Ageilaus dicebat, sibi iucundū esse laudari ab his qui non uerentur & uituperare, si quid dispuicisset. Tales enim si quid laudant, iudicio laudant, nō metu aut adulatione.

79 Demonides amissis furto crepidis, precatus est, ut eius qui sustulerat, pedibus conuenerint. Visus est bene precari, quum illi magnum precaretur malum, uidelicet pedes distortos, quales habebat Demonides.

80 Lacedæmonij cum Smyrnæis egentibus cōmeatum misissent, atq; illi beneficium uerbis attollerent, Lacedæmonij sermonē interrumpentes, Nil magni est, inquiunt, Hęc enim collegimus unius diei prandio nobis & iumentis detracto. Gratius est beneficium quod extenuatur ab eo qui cōfert. Nam qui quod largiuntur exaggerant (qui plerisq; mos est) bonam gratiæ partem amittunt.

81 Lacydes Arcesilai familiaris, Cephisicrati crimen leſae maiestatis deprecanti, unā cum reliquis amicis aderat. At quum accusator annulum exhiberi flagitaret, per quem coarctari poterat: isq; clām in terram demisisset, Lacydes sentiens pede imposito texit. Inficiatus est igitur Cephisicrates & absolutus. Mox reo iudicibus, ut mos est, agēti gratias, qui dam ē iudicum numero qui uiderat, iussit ut Lacydi quoq; gratias ageret.

82 Arcesilaus quū arderet podagræ doloribus, cumq; Carneades inuisisset, atq; exiret tristis, Mane, inquit, Carneade, nihil enim illinc huc peruenit, ostensis pedibus & pectori: Sentiens pedes quidem dolere, sed animum dolore uacuum esse.

PRISCA LACEDÆMONIORVM INSTITUTA

Silentium, Ad publica cōuiuia ingredientibus, qui natu erat maximus singulis ostendebat fores, dicens, per has nullus egreditur sermo, admones nihil effutiendū, si quid liberius dictum esset in conuiuio. Hunc morem instituit Lycurgus.

Exercitatio pro condimento 2 Quoniam apud Lacedæmonios in summo precio erat ius, quod illi nigrum appellat, adeo ut seniores hoc cōtentī non desiderarent carnes, sed eas iuuēnibus cederent, Dionysius Siciliæ tyrannus dicitur huius gratia coquum emisse Laonicū, eiq; mandasse ut sibi hoc ius appareret, nullis parcens impendijs. Quod ubi rex gustasset, ac dispuicisset, expuit. Tum coquus, hoc, inquit, ius o rex sumendum est postea quā te Laconum more exercueris, & in Eurota laueris. Festiuus hoc narratur à M. Tul. Tusc. quæst. lib. 5 in hoc uarians à Plutarcho, quod scribit illū Spartę in phiditijs cōenauisse, & à cōena negasse sibi nigrum illud ius quod cōenē caput erat placuisse: tum q; illud coxerat respondisse, minime mirum si dispuicisset, condimenta enim deesse: ac Dionysio rogante quæ tandem illa: Labor, inquit, in uenatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis: his enim rebus Lacedæmoniorum expulas condiri.

Tenebris asperguntur 3 Lacedæmonij postea q; moderate biberunt in cōuiujs publicis, discedunt absq; teda: non enim fas est illis ad lumen incedere, nec hac uia, nec illa, quo consuecant in tenebris noctuq; cōfidenter & intrepide ire. Id interdū in bellis usu uenit ut necesse sit.

4 Idem literas quidem discebant ad usum, cæteras uero disciplinas exoticas ejsciebant; nec minus homines harum professores quam ipsos libros. Hęc autem erat illorū eruditio, bene

bene parere magistratibus, patientē esse laborum, & in prælio aut uincere aut mori. Hoc animo fuerunt olim & Romanorum quidam, qui philosophos Græcos urbe pepulere, quod curiosis disciplinis auerterent iuuentutem ad ocium & ignauiam, redderentq; ad disserendum quidem instructos, ad gerenda uero reip. munia inutiles. Quid illi dixissent, si sophistarum gryphos, si nominaliū & realium frigidissimas argutias audissent?

Perseuerabant absq; tunicis uestem unicam accipientes, corporibus squalidi, quippe ⁵ abalneis & unguētis fere in totū abstinentes. Nemo tales facile inuadit tum inopes, tum ^{Frugalites} duros: nec malis artibus cogebantur rem quærere, qui tam paruo contenti sunt. Hæc Laz̄ cedamonij, qui nec philosophorū dogmata, nec Christū nouerant, & non pudet nos de liciarum nostrarum ^{Anachoritas} uocamus, qui quatuor uestibus contenti sunt.

Iuuenes uero gregatim ac turmatim dormiebāt supra stibadas, herbae genus quas ipsi ⁶ sibi congerabant ex arundine apud Eurotam nascente, cuius summa non ferto, sed mani bus defringebant. Per hyemem uero substernebant sibi, quos uocant lycophanes, ac stibadijs cōmīcebant, quod ea materia caloris quiddam habere uideretur. Vbi sunt titic qui toto corpore plumis anserinis indormientes queruntur ob duricē sibi dolete lateras.

Amare puerorum indolem, qui probo ingenio uidebantur, permīssum illis erat, cæterum abuti illis turpissimum habebatur, quali corpus adamaretur. potius quam animam. ⁷ Quod si quis accusatus esset, quod parum honestam cum illis habuisset consuetudinem, is per omnem uitam infamis erat, & à publicis honoribus submouebatur. Hoc nō solum in pueris, quorum ætati consulens lex permisit grandioribus amare, sed citra turpitudinem locum habet, uerum etiam in conjugib;: non enim recte amat uxorem, qui corpus amat potius quam animam.

Mos erat ut adolescentes quopiam abituri à senioribus interrogarentur quò irent, & ⁸ ad quid: obiurgabatur autem, qui uel non responderet percontanti, aut friuolas causas re ^{Sapientes} citaret. Senior qui non obiurgarat adolescentem ipso præsente delinquentem, eidem pœna erat obnoxius, quam daturus erat si peccasset ipse. Cæterum qui obiurgationem mox ferebat, in magno erat probro. Merito puerorum errata imputantur ns quorum patres erant ea uel arcere uel corrigerē. Simul autem magna necessitas habebat, seniores ne quid testibus adolescentibus præter decorum committerent. Nam qua fronte obiurgarent iuniores, si ipsi senes essent obiurgandi:

Si quis in peccato deprehensus fuisset, is cogebatur aram quandam, quam erat in urbe, circumire, ac uituperationem interim in ipsum compositam canere, quod nihil aliud erat, ⁹ Cœstigatio quam seipsum sua uoce obiurgare. Ingenui pudore & laudis amore metus ducuntur ad honesta: uirgis ac flagris cædi seruile est.

Quin & ille mos erat, ut iuuenes non solum quisc̄ parentes reuereretur, hisq; di- ¹⁰ clo audientes essent, uerum etiam ut omnes seniores uereretur, tum de uia cedentes, tum è sedibus assurgentes, ac prætereuntibus illis taciti quieti. Qua re factum est, ut quisque non quemadmodum sit in alijs ciuitatibus, in propriis modo liberos, seruos ac possessio- nes autoritatem haberet, uerum etiam in amicorum ac uicinorum liberos ac possessio- nes perinde ius haberet, atq; in sua propria: ut omnia quam maxime inter se communiter haberent, ac aliena quisc̄ non aliter quam sua curaret. Intellexerunt illi quantam utilitas em haberet cōmunitas, non adacta, sed ex mutua benevolentia proficisciens. Quod enim Pythagora proditum est, amicorum communia esse omnia, id illi uolebant in repub. sua quam latissime patere. Omnes enim ciues inter se amici sunt, multo magis omnes eisdem professi religionē. Postremo inter omnes homines ob hoc ipsum quod homines sunt, favo- riter edere deberet mutua benevolentia.

Cæterum puer abs quopiam castigatus, si querelam ad patrem detulisset, turpe erat pa- tri, si hoc auditio non iterum filium emendasset. Siquidem ex institutione maiorum habe- bant hanc de se mutuo fiduciā, ut crederent neminem esse, qui cuiusquam liberis, quos quisc̄ pro suis habebat, quicquā imperaret in honestum. Prima ætas quoniam nondum sentit quid turpe, quid honestū, uerberibus eget. Solet autem pueri à præceptoribus cæsi apud parentes queri de crudelitate eorum à quibus castigati sunt. Ea res quoniam minuebat aliorum seniorum autoritatem, hanc fenebris occulserunt liberis suis, ut omnium se- niorum eadem esset in pueros autoritas.

Furantur

- 12 Furantur illi pueri etiam ex esculentis quicquid possunt, discetes dextre imponere uel dormientibus uel indiligentius sua seruantibus. Deprehenso poena erat uapulare & esu purandi ars rire. Datur enim illis coena perquam tenuis, quo suopte ingenio depellentes inopia cogantur audaces esse & callidi. Hoc erat quur cibi inopia premerentur: quin ob id etiam dabatur illis uictus exiguus, uti consuescerent nunquam expleri ad satietatem usq; sed famem tollerare possent. Siquidem hac ratione existimabant illos & ad bellum utiliores evasuros, si ualerent & post toleratam inediā perdurare in laboribus: quin & temperantiores Non est filius uilibusq; contentos fore, si longo tempore minimis impendijs degerent: insup si citra ob Plutarchi sonium assuescerent uiuere, & quemuis cibum appositum boni consulere, existimabant Sententia est corpora fore tum salubriora, tum maiora: quod subtracta cibi copia conferret ad proceri apud Xenon tam, dum nos depressa corpora tolluntur in altum potius quam in latum, redditurq; phantem etiam pulchriora. Tenuis enim & gracilis corporum habitudo obsequitur artuum momento: obesitas uero ex cibi copia collecta, propter grauitatem obsistit. Vt ea gens nihil dabant uoluptati delicijs ue, sed in omnibus spectabat reipub. cōmoda, longe lateq; diffensantes à plurimorum sententia, qui sibi persuadent, nihil esse utilius, quam pueros immodi co cibo potuq; saginare: quum ea res non modo pigros reddat, & laboribus inutiles, uerum etiam tum corpora reddit deformiora, tum ingenia crassiora.
- 13 Nec minor illis cura fuit de genere musices, modulorū & cantionum, q; de uiclu, cultu Musica uirilis & cateris quae commemorauimus. Haec autem talis erat, ut animi uitæ ac spiritus excitatet, & impetu diuino afflatui similem, adq; res gerendas accōmodum induceret, quū reli quis Graciz cūtiatibus magis placeret musica demulcens, & ad uoluptatē mollitiemq; effeminans animos. Nam Plato magni referre putat, quo genere musices utatur ciuitas.
- 14 Quin & orationis genus simplex & inaffectatum, nihil habens molle ac delicatum, nec in alijs uerfabatur argumentis, quam uel in laudibus eorum qui fortiter ac generose uitā exegissent, quiq; pro Sparta occubuisserint, & ob id ab omnibus ut beati celebrabantur: uel in uituperandis his qui metu periculorum nihilegregij gessissent, & qui ob ignauiam à morte cruciabilem infelicemq; uitam uiuerent: uel in pollicitatione per glorie studiorum accendente animos ad uitutem, ad cuiusq; ætatem accommodate. Itaq; tres erant apud illos chorū iuxta triplex ætatum discrimen, quibus in festis simul constitutis senum chorus incipiens canebat,
- Nos fuimus olim strenui iuuenculi.
Secundus in quo erant uiri robustæ ætatis, ita respondebat,
At nos sumus, si uis facito periculum.
Porro tertius qui erat pueroruin, ita canebat,
Præstantiores nos futuri olim sumus.
- 15 Quin insuper apud illos erant numeri, ad quos tempestante incessum concitandis Musice animis ad fortitudinem, audaciā, mortisq; contemptum accommodi, quibus uerbatur genus tum in choris, tum ad tibiam tendentes in hostem: Siquidē Lycurgus rei bellicæ studium cum musices studio copulauit, quo nimirum nimius bellādi ardor modulatione temperatus cōsonantiam aptumq; cōcertum haberet. Vnde mos erat, ut in bellis rex priusquam iniret prælium, musis sacrificaret, quo pugnantes facinora æderent digna, quæ scriptis honestaq; memoria celebrarentur. Nec permittebant ut quisquam aliquid de veteri musica mutaret, adeo ut Terpandrum quum esset antiquissimus, & omnium eius qui citharœdorum præstantissimus, egregiusq; gestorum heroicorum celebrator, tamen Ephori multa uerint, ciuiscq; citharam arreptā paxillo affixerint, quod unam tantum chordam in ea præter necessitatem intendisset, ob uocis uarietatem, Non enim probant modos nisi simplissimos. Ac Timotheum certantem in Carnis (id festum erat in honorē Carni cuiusdam uatis institutum: Pausanias autem indicat apud illos Apollinem dici Carnion) ex Ephoris quidā arrepto ense interrogaret, ex utra citharae parte incidi ueller chordas quæ accesserant ultra septem. Vt ubique gens illa frugalitatem colebat, luxum horrebat, mētuens à maiorū institutis recedere, quod ex his fontibus nasci soleat omnis rerum publicarum pernicies.
- 16 Quin & sepulchorum uniuersam superstitionē sustulit Lycurgus, permittens ut nos solum intra ciuitatem humarentur cadavera, uerumentam ut monumenta templis vicinas haberemus

haberentur. Submouit & funebres expiationes: nec concessit, ut quicquam unam cum casu
dauere sepeliretur. Nam aliae nationes si quid fuisse uero charissimum, id mortuo addes
bant in sepulchro, damno simul ac ridicula superstitione, quasi mortui sentiant aliquid:
sed in puniceo amictu, & olea folijs ex aequo positos, omnes sepeliri iussit. Vetus etiam
titulos, & inscriptio*nem* addi monumentis, praterquam eorum, qui in bello cecidissent.
Sustulit autem & lucius & funebres nenia, quas reliquorum hominum uulgas incredibili
sumptu & apparatu, etiam per conductos ploratores celebrare consueuit, magna spe
cie dementiae, quasi manum sit ullus sensus: aut si quid sentiunt, iisdem rebus delectetur,
quas in uita non iudicio, sed animi uitio dilexerunt.

Peregrinari illis concessum non erat, ne morum peregrinorum, uitae incompositae
contagium attraherent. Quin & peregrinos urbe exigebant, ne paulatim inundantes ma
li cuiuspiam ciuibus existerent magistri. Quisquis autem ciuium non tulisset libero/
rum suorum iuxta patrios ritus institutionem, iure ciuiu priuabatur. Rursus natranti qui
dam, quicunque peregrinus Spartanæ ciuitatis institutis sustineret exerceri, eum ex Ly/
curgi sententia admitti in eam ciuitatis portionem quæ fuerat à priscis ordinata. Cæ
terum uendere ius ciuitatis nulli phas erat. Perspexerat uir ille prudentissimus, commer
cijs exterorum ac negociatorum, ciuitates quamvis bene institutas corrumpi, quod ad
nequitiam omnes sunt magis dociles quam ad uirtutem. Sed nulla mixtura perniciösior,
quam quæ per imperij translationem prolationemue inuehitur. Sic influxu Græcarum
nationum effeminata est Roma: sic barbarorum commercio tandem & Sparta ex san
ctissima facta est corruptissima: sic aliarum nationum admixtu effeminata est Gallia, non
nihil etiam Germania.

Vicinorum famulis perinde ut suis uti mos erat, si quando quis opus haberet. Itidem
& canibus & equis, nisi forsitan his tum opus esset hero. Quin & ruri si qua re quis ege/
ret, apertis foribus, & ablatis ab eo qui habebat ad usum præsentem accommodis, obsi
gnabat locum unde abstulerat atq abibat. Inter huiusmodi mores ubi locu inueniret in/
satiabilis auaritia & ubi rapacitas aliena pro suis uindicantium & ubi supercilium è diuitijs
sumptum: ubi latronum immanitas ob aliquantulum nummorum uiatorem ignotum
& innocuum iugulantum: Dices hos germane Christians, si pro Lycugo Christum
nacti fuissent legum latorem.

In bellis utebantur puniceis tunicis, siue quod hic color uidebatur illis aliquid habere
uirile: siue quod sanguineus coloris rubor plus terroris incuteret bellorum imperitis: si/
ue ne protinus conspicuum esset hostibus, si quis uulnus accepisset, sed utiliter lateret, ob
uestem sanguini concolorum.

Si quando strategemate, hoc est, callido consilio superassent hostem, Marti bouem im
molabant: si aperto prælio, gallum: hoc pacto consuefuentes bellii duces, ut non solum
fortes essent ad prælium, uerum etiam callidis consilijs aduersus hostem instructi. Præclarious
enim existimabat hostem ingenio citra sanguinem deñcere, q[uod] pugna plerique utrinque crueta.

Quum deos comprecantur hoc uotis addunt, ut possint iniuriam pati, quod nem
item iudicarent ad gerendum imperium, aut alioqui magnas res obeundas idoneum, qui
quauis iniuria commoueretur.

Summa compreceptionis haec erat, ut d[omi]n[u]s bonis adderet honesta, præterea nihil. Non a/
liud petebant uirtutis præmium & honestam famam, quu[m] multo alia sint aliarum gentium uo
ta, non solum multiloqua, uerum etiam inutilia, non nunquam & turpia à d[omi]n[u]s postulantur.

Venerem quam illi uocant μορφω, armatam colunt, quin omnes etiam deos deasq[ue] hac
figura fingunt ut lancea teneant, hac imagine significates omnes esse bellica uirtute præ
ditos. Quoniam nihil ducebant turpius ignavia, nihil bellica uirtute pulchrius: tali specie
proponebant deos suos, quales cupiebant esse ciues. At cæterorum Græcorum theolo
gia faciebat deos ociosos & quietos, eocq[ue] fingebat illos gestu recumbentiū. Porrò quum
archetypum omnis honesti petendum sit à numine, periculosest reipub. tales facere
deos, quales si quis imitetur, inutilis aut perniciösus sit reipublicæ futurus.

Iam & proverbio celebratum est apud illos, admota manu fortunam esse inuocandam:
quo significabant, sic esse inuocando deos, ut simul & manum apponamus, & nostram
addamus operam, alioqui frustra inuocari. Vetus est, numini acceptum ferri oportere,

Si quid in actionibus hominū prospere cœlit, sed non fauet numen ociosis, ac pigris: uult sua munera ad nos, per nostram uenire industriam, ne stultū uideatur, si faueat ipsius dona contemnentibus.

Pueris ostendebāt seruos, qui uino essent temulentī, quo magis abominarentur ebrietatem, uidentes quād deformē spectaculum sit, homo immodico madens uino, quamq; dementisimilis. Immo cogebant Helotes quāmplurimum bibere, deinde saltationes in eptas saltare, & carmina quādam ridicula canere. Ita quod alij prolixo sermone uix persuadent, sobrietatem esse rem honestissimam, ebrietate nihil esse hominē indignius, illi compendio ponebant ob oculos, sed in mancipijs, ad quorum mores degenerare in genuis turpissimum est.

Mos erat apud illos, non pulsare fores atriorum, sed uoce foras euocare si quid uellēt. Adeo nihil clam geri uolebant, sed propalam omnia.

Strigilibus quibus sudor abstergetur, non ferreis sed arundineis utebantur in balneis, ut minus operosis, paruoq; parabilibus: nusquā nō memores frugalitatis ac parsimoniae.

Comœdias & tragœdias non audiebant, ut nec serio nec ioco quicquam audirent repugnans legibus. Leges enim prohibent stupra, incestum & adulteria, prohibent dolos, iniurias, furtū, cæteraq; flagitia: at in fabulis talia poetæ dīs affingūt. Nec placuit illis quod rundan excusatio, fabulas ad uoluptatem fingi, non ad fidem ueri. Voluptas ea corrumpit imbecillum animos. Hanc ob causam Archilochum poetam quum uenisset in Lace, dæmonem, eadem hora expulerunt, quod intellexerant ab illo scriptum, satius esse abrīce rearma quām mori. Carmen sic habet,

Scuto aliquis gaudet Saiorum, quod bene pulchrum
Deserui nolens inter opaca rubi.

Ille quidem clypeus ualeat, quoniam mihi posthac
Illi haud deterior forsitan obueniet.

Virginib. ac pueris sacra erāt coīa, quo uel sic puellæ ad masculinū robur proficerent.

Sciraphidam mulctarunt Ephori, quod à multis erat iniuria affectus. Interpretabantur enim illius ignauiam esse in causa, quod complures auderent eundem lædere. Nam qui ueterem impune fert iniuriam, inuitat nouam. Si qui primus læserat delatus deditset poenas legibus, cæteri temperassent ab iniuria.

Scutiferum militem interemere, quod scuto non nihil purpurei panni intertexuisse. In Seueritas tantum horrebant exemplum peregrinæ luxuriae, non ignari, ex minimis initijs immediabiliem uitiorum colluuiem inundare, eoq; tutissimum esse iudicantes principijs obstat. Ob id in primos autores seuerissime animaduertebant. Plurimum nocuit reipublicæ quisquis fenestram uitij saperuit.

Adolescentulum ex eorum numero qui exercebantur, increpauerūt, quod uiam nosset Peregrini mores, quæ ducit in Pyleam: adeo studebant suos à peregrinationibus ac rerum exoticarum cognitione seruare alienos, ne per occasionem à patrijs institutis degenerarent: præsertim cum Arcadia, cuius est Pylea, luxu delitijscq; barbaricis esset corrupta.

Ctesiphontem eiecerunt, qui se profitebantur de re quauis totum diem posse dicere, Loquacitas dicentes, Boni oratoris esse, sermonem habere rebus parem. Nulla in re iustius putarūt adhibendam frugalitatem quām in oratione, quam Hesiodus nō aliter quām preciosum thesaurum parcissime censeret esse de promendam ad usum, non ad ostentationem.

Pueri apud illos in ara Dianæ, cui ab indejcbili uirtute cognomē Orthia, flagellis ex Pueritia dura more totum diem cæduntur: itaq; frequenter durant ad mortem usq; hilares ac lœti, certates inter se de uictoria, quis ipsorum diutissime fortissimeq; toleret uerbera, uictor cum primis celebris habetur. Hoc certaminis genus appellant Agmēsiyow. Renouatur autem quotannis. Huius consuetudinis originem indicat Plutarchus in uita Aristidis. Quū Pausanias paulisper semotus à statione militum rem diuinā faceret, Lydi aliquot incursione facta, sacrificiorum apparatum diripuerunt: quos ipse cū comitibus suis comprehensos, quoniam inermes erant, loris cecidit. In huius facti memoriam fieri cœptum est Spartæ quod retulimus. Pausanias in Laconicis diversam adfert huius consuetudinis causam. Quum Limnates, Cynosurenses, Mesoani, & Pitanienses Dianę sacrificarent, in dissidium uenerunt, ex dissidio ad pugnam, adeo ut multis cadaveribus ara compleretur, reliquos

reliquo s̄ pestilentia cōsumpsit. Hinc proditum est oraculum, aram Dianæ humānō san-
guine expiādam esse. Quum igitur immolarent cuicūq; sors obuenisset, Lycurgus eam
mactationem querit in flagellationem adolescentiōrum. Ita factum est, ut cītra nec em ho-
minum ara sanguine humānō expiatetur. Hoc exemplū ut imitari sit ineptū, ita nobis ex-
probrat immodicam indulgentiā erga pueros, qui sic in delitijs eos educamus, ut ad stu-
diorum quoq; laborem sint inutiles, & omnis increpationis quamvis blandę impatiētes.

Hæc utcunq; æstimentur, unum tamen quiddam ad honestatē con-
ducens ciuib. suis præstissime uidetut Lycurgus. Quid hoc? Affatim ocij, propterea quod
sedentarias artes in totum attingere phas non erat. Neq; prorsus opus erat ullo opificio
negocioq; operoso ad quæstum, posteaquam diuitijs in totum tum admirationem, tum
honorem ademerat. Sed Helotes, hoc est, mancipia colebant illis agros, fructumq; redde-
bant à maioribus præfinitum. Sunt & hodie qui hoc exemplum imitetur, per seruos, aut
conductitas operas, aut per eos quos ex liberis seruos fatiunt pleraq; facientes, nō ut ip-
sis interim uacet meditari meliora, sed ut ocium habeant bibendi, aut ludendi aleam.

Erat autem detestabile, si quis alicui pluris locasset agrum, quam erat præscriptū: quo 36
simil & mancipia lucri gratia libentius inferirent, nec ciues plus solito quærerēt. Quan-
to consilio ea gens omnium uitiorum materiam in mancipia rejicebat, ab ingenuis arce-
bat, contra quam reliqua faciebant nationes, quæ liberis luxus, libidinis, avaritia, temu-
lentiæq; seminaria uindicant, seruos ad paupertatem & frugalitatem adigunt.

Interdicendum erat illis nauticam exercete, ac naualibus uti pugnis, tametsi post nauali
bus prælijs mare potiti rursus abstinuerunt, quum perspicerent ciuium mores corrum-
pi. Sed denuo ab hac sententia mutati sunt, quemadmodum in cæteris omnibus. Vbi pè fera res
cunæ sunt in Lacedæmoniorum tegsiohem contuectæ, qui eas importarant morte datu-
nati sunt. Siquidem Alcameni ac Theopompo regibus hoc oraculum erat redditum,
Pecuniarum amor Spartam perdet. Nihilo secius tamen Lysander deuictis Athenien-
sibus, magnam auri argentiq; uim inuexit, nec solum pecutias receperunt, uerum etiam
spsi uiro honos est habitus. Proinde Sparta donec Lycurgi legibus uteretur, nec à iureiu-
rando recederet, sexcētis annis in Græcia primas tenuit & legum æquitate & gloria. Ce-
terum quum ab his paulatim defluerent, inundaretq; obiter diuitiarum amor, & avaritiae
malum: non solum ob hæc decreuit illorum potentia, uerum etiam quibus antea socijs
& amicis in bello fuerant usi, eos inimicos habete coeperunt. Porro quum ita se gererēt,
tamen post Philippi Macedonis in Chæronea uictoriā, quanquam Græci cæteri om-
nes illum imperatorem terra pariter ac mari declarassent, ac post hunc Alexandrum fi-
lium, euersis Thebanis, soli Lacedæmonij tametsi ciuitatem haberent nullis cinctam mu-
ris, essentq; non modo perpauci propter assida bella, sed multo quam antea imbecillio-
res capti faciles essent facti, quoniam adhuc seruabant admodum exigua quasdam Ly-
curgicarum legum scintillas, non se præbuerunt bellis socios, neq; cæteris Græcis, neque
post Macedonicis regibus, neq; in commune cum illis concilium uenerunt, neque tribu-
tum pendere coacti sunt: donec per omnia contemptis Lycurgi legibus, à proprijs ciui-
bus tyrranide oppressi sunt, ita ut nihil iam reliquum esset patriæ institutionis, sed reli-
quorum similes effecti, & gloria, & libertate quam prius obtinuerant exuti sunt, & in ser-
uitutem traducti: ac nunc quemadmodum cæteri sub Romanorum uiuunt imperio. Gra-
ue documentum uniuersis, imperia uirtute parari: avaritia, luxu, delitijsq; uel perire, uel
uerti in tyrannidem.

A P O P H T H E G M A T A L A C A E N A R V M

Archileonis Brasidæ mater, post obitum filij quum Amphilopolitæ quidam uenissent
Spartam, eamq; inuiserent, percontata est num honeste, & ut Spartanō dignum erat, oc-
cubuisse: illis iuuenis uirtutem amplificantibus ac dicentibus, eū in bellicis negotijs La-
cedæmoniorum omnium esse præstantissimum, respondit, O hospes, honestus quidem
ac strenuus erat filius meus, sed mukos illo præstantiores habet Lacedæmon.

Gorgo Cleomenis regis filia, quū Aristagoras Milesius Cleomenem ad bellum pro
Ionibus aduersus regem Persarum suscipiendum hortaretur, magnam pecuniarum uim 2
pollicens, quantoq; magis ille recusabat, tanto plus adderet promissæ summae, Pater, in/ tempta
quis, corrupte te hic peregrinulus, nō ocyus eum adib; extruderis. Vbi nunc sunt qui
Tom. 4 m 2 dicunt

dicunt, auarum mulierum genus, quum Gorgo pro hortatrice patri fuerit dehortatrix?

3. Eidem quum pater aliquando mandasset, ut cuidam mercedis nomine daret frumentum, & elogium addidisset, docuit enim meum reddere suauius. Ergo, inquit, o pater, & uini plus bibetur, & qui bibent delicatores deterior esque redditur. Quis satis praedicit hanc puellam, & sena & uiro seueriorem? Atqui solet hic sexus maxime capi rebus suauibus.

4. Eadem quum uideret Aristagoram à quopiam è famulis calceati, Quid, inquit, pater? **Serere** Hospes iste manus non habet? Existimabat non ferendas uiri delicias qui in eo abutebatur famuli opera, quod ipse suis manibus facere sibi poterat. Et non pudet quosdā quibus uestiendis comediscat uix decem famuli sufficiunt? Opus est famulo qui uentre exone turo soluat ligulas, qui scenū aut lanā porrigit extersuro, ac minimominus qui abstergat.

5. Quum hospes quispiam molliter & ægre uestem pralongam attraheret, protrusit hō **Seuere** minem, dicens, Non tu hinc abis, qui nec ea possis quae sunt foeminarum? Mulierū est lacrinosis & in humum defluentibus uti uestibus, quin & caudas admodum longas inter dum trahunt, nec tamen grauantur onere, aut succingunt.

6. Gyrtias, quum Acrotatis qui illi erat ex filia nepos, è quadam puerorum pugna mul Fortiter tis acceptis plagiis domum pro exanimi relatus esset, plorantibus cæteris familiaribus ac notis, Non tacebitis, inquit: Declarauit cuius esset sanguinis. Addidit fortis nō esse com plorandos sed sanandos.

7. Quum illi è Creta nuncius esset allatus de morte Acrotati, Quis ad hostes, inquit, pro **Fortiter** fici sceretur, nonne futurum erat, ut aut ipse moreretur, aut illos occideret? Iucundius au Prudenter tem est audire quod mortuus est, ut & ipso & ciuitate & progenitoribus dignum erat, q̄ si iners & imbellis per omne æuum uiueret. Solent autem tenerius & impotentius amare nepotes suos q̄ ipsæ matres. Et ubi nunc sunt quae in morte liberorum configiunt ad la queum, quum Gyrtias nepotem & seminecem lugeri uetererit, nec eundem flendum pur tarit, quod fortiter pugnans interisset.

8. Damatria quū accepisset filium ita se gerere in bello, ut tali matre uideretur indignus, **Fortiter** domum redeuntem interemit. Qua de re hoc fertur epigramma,

Transgressum leges mater Damatria natum,

Ipsa lacæna necat non Lacedæmonium.

Hoc facinus proprius accedit ad barbaricam immanitatem, q̄ ad fortitudinem, utile tamen exemplum est ad exprobrandam uulgo matrum nimiam in liberos indulgentiam, quae ob hoc ipsum saepe impotentius amant eos, quod sint nequitia corruptissimi.

9. Altera quædam Lacæna filium, qui deserto in acie loco fugerat, ut patria indignum in **Fortiter** teremit, dicens: Haud meum est hoc germen, in quam hoc extat epigramma,

Germen iners abeas ad tartara, tecum perosus

Eurotas ceruis nec det aquam timidis.

Ignawis catulus, mala sors, hinc uade sub orcum,

I, Sparta indignus, quem nec ego peperi.

Alia quædam quum filium audisset fortiter in acie cecidisse, ait,

Plorentur timidi, mihi infletus humabere nate,

Et matre hac uera dignus es & patria.

Hoc ante tributum est Tynnicho, quod tamen Philephus separatim commemorat.

10. Alia quædam ut audierat filium incolumem, sed fugisse ab hostibus, scripsit illi: **Animose** Ius rumor de te sparsus est, aut hunc dilue, aut ne sis. Præstabilius iudicavit mori, quam cum ignominia uiuere.

11. Alia ruris quum filij qui è prelio fuderat, ad ipsam uenirent, Quò, inquit, itis ignauia **Rustice** & fugitiua mancipia: & ostē so uentre, Num huc, inquit, denuo subituri unde emerisisti? Hoc apophthegma Cynica dignum est.

12. Quædam filium ad se uenientem conspicata, percōtata est quid ageret patria: is quum **Fortiter** respondisset, perierte omnes, laterem coniecit in illum occiditq; dices: Te igitur nobis misere malū nuncium: Vita putauit indignum, qui cum suis perire non sustinuisset.

13. Cuidam qui matri narrasset quā generose frater occubuisse, Proinde an non turpe **Animose** est, inquit, tibi non contigisse illi esse comitem?

Quædam

Quædam filios quos habebat quinque posteaquā in bellum emiserat, ante suburbiū sta
bat expectans quis esset bellī exitus. Ut accessit quispiam nuncians filios illius omnes omnibus Fortiter
cubuisse, Non istuc percontabar, inquit, ignavum mancipium, sed quid ageret patria. Is
quum respondisset, à patria stetisse uictoriā, Libenter igitur, inquit, accipio filiorum in
teritū. Egregia mulier priuatum in liberos affectum publicæ in patriā pietati posthabuit.

Quædam sepeliebat filium, ad eam quum uilis anicula quædam accessisset, dicens, 15
Heu fortunam o mulier; illa subiecit, Per geminos, inquit, bonam equidem arbitror. Si Fortiter
quidem cuius gratia filium peperi, uidelicet ut pro Sparta moreretur, id mihi contigit.
Fortissima mulier anicule deplorationem uertit in gratulationē. Huius meminit M. Tul
lius Tusc. quæst. libro primo.

Quum mulier quædam Ionica de texto quodam suo ut precioso gloriaretur, Lacæna 16
ostensis quatuor filijs quos habebat moribus compositissimis, Huiusmodi, inquit, decet Grauiter
esse honestæ probæc mulieris opera, dec̄ his tollere animos & gloriari. Iones operosis
texturis uacant, quæ uaria picturarum habent argumenta. At Spartana docuit, nullum
opus esse præclarius, quam si filios honestis moribus instituat. His enim melius ornari pa
triam, quam aulæis aut uestibus Ionicis.

Alia quum accepisset quod filius peregre agens, inhoneste se gereret, scripsit illi, Ma 17
lus rumor de te sparsus est, hunc tollito, aut ne esto.

Similiter quum Chij exules uenissent Spartam, multis nominibus incusabant Pæda, 18
retum. Eos mater Teleutia ad se accersit; ex his ubi cognouisset quæ filio obijcerent, vide Scuere,
returque filius in culpa esse, scripsit illi in hunc modum. Mater Pædareto, ut aut melius ui
ueret, aut illic maneret, desperans se Spartæ esse in columem. Virago mortem minata est
filio, ni mores corriget suos.

Alterà filio iniuriarum postulato, Aut criminе, inquit, fili, aut uita te ipsum libera. Ma 19
ter in filium seuerior quam iudex, quæ extinctum malebat, quam cum ignominia uiuum. Scuere

Alia filium claudum in aciem proficiscentem deducēs, Fili, inquit, singulo quoque gra 20
du fac uirtutis memineris. Alijs claudicationis uitium solet formidinem incutere: at hæc Claudus
monuit ut ex ipso uito sumeret animos ad rem fortiter gerendam ita cogitans, nihil est in
fuga præsidij claudio, aut uincendum est, aut moriendum.

Alia quum illi filius redisset ex acie, atque ex uulnere pedibus uehemeter doleret: Si uir 21
tutis, inquit, memineris o fili, non solum non dolebis, uerum etiam bono futurus es ani
mo. At uulgus matrum solet filiorum dolorem suis querimonij & lachrymis exaspera
re, hæc animauit ad doloris tolerantiam.

Lacedæmonius quidam sic in bello uulneratus, ut ingredi non posset, sed quadrupe, 22
dum more ambularet, quum ob id derisus erubesceret, à matre reprehēsus est his uerbis: Fortiter
Quanto præstabat fili de fortitudine gaudere, quam de stulto risu pudescere? Simile nar
rat Cicero de matre Sp. Claudij, uerba mulieris sumens ex apophthegmate, quod paulo
ante præcessit.

Alia clypeum imponens filio sic illum adhottata est, Fili, aut hunc, aut super hunc: La 23
conica breuitate sentiens sic rem gerendam in bello, ut aut uictor clypeū referret, aut mor Fortiter
tuus in eo domum reportaretur.

Alia rursus filio ad bellum proficiscenti clypeum imponens, Hunc, inquit, tibi pater 24
semper seruauit, proinde tu fac serues eundem, aut ne sis.

Alia filio dicenti quod breuem haberet gladium, Tu, inquit, adde gradum: significas 25
nihil obfuturam gladij breuitatem, si proprius ad hostem accederet. Argute

Alia quum audisset, quod filius fortiter in prælio se gerens occubuisset: Nimirum, in/ 26
quit, meus erat. Non deplorauit mortem filij, sed de uirtute sibi gratulata est. Contra Fortiter
quum de altero audisset, quod ob timiditatem prælium detractans saluus esset: Nimi
rum, inquit, non erat meus, sentiens non esse habendos pro liberis qui à parentum insti
tutione degenerassent.

Alia quum audisset filium in prælio cæsum, Deponite illum, inquit, ut etat in ordine lo 27
catus, eiusque locum expleat frater. Tale robur animi quam in paucis repetias uiris. Non Fortiter
metuit orbitatem, in modo uita patriæ impenderetur.

Alia quum in publica solennicque pompa audisset filiū in prælio quidē tulisse uictoriā, 28

sed ex vulnerum multitudine mori, coronam non depositit, sed glorians comitibus dixit,
Quanto pulchrius est amicæ, in acie uictorem occumbere, quam in Olympijs parta uictoria uiuere. Quantum hæc uirago dissensit à cæteris mortalibus, quibus persuasum erat, dñs proximum esse in Olympijs ferre palmam, quum ibi non ageretur certamē uirtutis; sed artis & impeditorum: tum nihil esse terribilis morte, nec quicquam esse tantum, quo uita iactura sit emendum? Hæc nullam existimauit uictoriā speciosiorem, quam quæ patriæ quereretur, nec ullam mortem optabiliorem, quæ cum hac laude contigisset.

29 Quū quidā sorori suæ narraret, & fortiter ipsius filius in prælio occubuisse. Quārum, inquit, illa, de filio cœpi uoluptatis, tantum tuā doleo uiscē, qā tā honesta societate defeceris;

30 Quidam Lacænam misso nuncio solicitauit, nū assentiretur ut ipsi sui ficeret copiam. Pudice Cui illa, respondit, Quum essem puella, parenti obedire dīdici, idq feci, mulier autem facta, uiro. Itaq si me inuitat ad honesta, uiro meo primum rem aperiatur.

31 Virgo quædam paupercula roganti quam sposo dotem esset allatura, Pudicitia, inquit, Pudice quit, à maioribus traditam. Generose professa est, eam esse pulchre dotatam, quæ mores incorruptos adferret ad nuptias.

32 Lacæna rogata num ad uirū accessisset, Non, inquit, sed ille ad me: significans sese non Pudice libidinis causa commercium habere cum uiro, sed parentibus ac legibus obtemperatē. Turpissimum enim esse fœminæ, si uirum ad coitum solicitet.

33 Virgo quædam clanculum corrupta fœtum extinxit, tam interim patiens dolorum, Fortiter ut nullam æderet uocem, adeo ut parturient & patrem & alios qui aderant falleret. Nam magnitudinem cruciatus turpitudo cum honestate confundit superauit. Generosi animi erat quod ignominiam pati non posset: factum ipsum habebat turpitudinem, quam ut effugeret, nixus, in quibus aliae mulieres solent miseris uoces ædere, silentio perpesta est.

34 Alia quum uenderetur, interrogata quid sciret, Fidelis, inquit, esse. Existimabat fidem Generose in famula quois opificio esse melius.

35 Alia similiter captiuia, quum interrogaretur, quid sciret, Probe, inquit, regere domum. Et hæc non uulgaris ars est in muliere.

36 Quædam à licitatore interrogata, num esset futura proba si ipsam emeret, Etiā, inquit, si me non emeris.

37 Alia quum in auctione præco rogaret illam quid sciret, Libera, inquit, esse: significans sese captiuam quidem esse, cæterum ad illiberalia iussa non paritaram. Itaq quū emptor imperasset quædam non cōuenientia liberæ, Plorabis, inquit, qui tibi ipsi talē inuideris possessionem, moxq sibi necem consciuit.

38 Agestrata quum Agidem filium exanimem iacentem uideret, exosculata faciem dixit, Nímia tua o fili bonitas, nímia mansuetudo & humanitas te simul & nos perdidit. Moliebatur enim Agis facinus sanè præclarum, sed inuidiosum, nimium ut degenerantes Lacedæmoniorum mores ad priscam illam seueritatem reuocaret. Interim dum studet offendere neminem, & gratificari omnibus, semetipsum in exitium coniecit.

39 Eadem laqueo guttur inserens, In hoc tantum, inquit, Spartæ utilis fui. Doluit genero sae fœminæ, quod filio non licuit de patria quemadmodum uoluit bene mereri.

40 Quum Thebani irrupperint in Laconiam, & inter captiuos captiuasq multos etiam seroru tur abduxissent helotas, iusserunt illos Terpandri, Alcmanis ac Spendonis Laconica carmina canere: illi recusarunt dicentes, id nolle filias heriles. adeo plus apud illos ualuit captiuarum puellarum autoritas, quam iussa uictoris. Hinc probartū quidam esse uerum quod uulgo diceretur: liberum Spartæ maxime liberum esse, contrà seruum maxime seruum. Ita Plutarchus in uita Lycurgi.

41 Theanò uestem induens casu brachium nudauit: cuidam autem dīcenti, o pulchrum brachium, At non publicum, inquit. Admonens unū pulchrum esse, non cuius, & laudatoris illius intemperantiam notans, qui alieni corporis nimium curiosus spectator esset.

CHILONIS LACONIS APOPHTH.

1 Non dubium est quin Chilo Lacedæmonius, qui fertur unus de numero septem Græcæ tribuitur ciæ sapientum, in apophthegmatis Laconiam inolem retulerit, quanquam scriptorum alteri ut opinor, uitio, non habent eandem gratiam quæ illi tribuuntur. Diogenes Laertius hęc Moderate illi ascribit. Fratri querenti quod Ephorus ipse non crearetur, quū ille esset; Ego, inquit, iniuriam

Induriam ferre noui, tu non significans neminem esse idoneum magistratu, qui non posse dissimulare multa præter æquum & bonum facta, iuxta illud, ἐγχειρὸν τοῦ καὶ θεοῦ πάντων καὶ τοῦ πρίνατος, id est, Princeps æqua & iniqua pariter audias.

Ab Aesopo interrogatus, quid ageret Iupiter, respōdit, Excelsa deprimit, depressa ex tollit: indicans arbitrio numinis res hominum sursum deorsum uolui reuoluit. Vicissitudine

Interrogatus, qua re docti præcellerent in doctos, Bona, inquit, spe. Doctos autem appella πέρι τῶν bat, honestis legib. ac morib. institutos, & iuxta rectam institutionem uitam agentes. Hi ceteris, rebus pares hoc uno superat improbos, quod post hanc uitam sperat recte factorum premia. Virtutis pre Nā Lacones existimabant egregios viros post obitū in uitam beatam translatos fieri diuost mia

Dicere solet, quod Lydius lapis est auro, id aurum esse homini. Lapis enim index affri 4 etiū prodit quale sit aurum, ipsum autem aurum arguit quale hominis ingenium, iuxta illud, Aurum index Magistratus uitum arguit.

Iam grandævus dicebat, se sibi nullius facili conscientiæ esse, cuius pœniteret, uno excepto, 15 quod quod esset ascitus arbiter, ut inter duos amicos finiret controversiæ, nec quicquam uel conscientiæ let aduersus leges facere, persualit alteri amico, ut ad alios deferret arbitrii. Hoc pactio & paritas legem seruauit & amicti. Hic scrupulus non nihil mouebat sensum animum, quod perfecte virtutis fuisset, nullo metu à regula legum deflectere, nec illius amicitia magnificare, qui ob sententiæ secundum leges non secundum ipsum datam desineret amicus esse. Quid illa sanctus anima, qui per omnem uitam, quæ illi longa contigit, hoc tantum criminis admisit?

Quidam, quorum est A. Gellius, huic tribuunt & illud, Sic ama tanquam osurus, sic moderis tanquam amaturus. Hoc dicto admonuit, nec simultates tam acriter exercendas, ut præcludatur omnis in gratiam reditus: nec amicis adeo fidendum, ut illis committas, quo si fiant inimici possint te perdere.

Docebat, neminem conuicjū laceſſendum, ne si dixerimus quæ lubet, audiamus uitum 7 sim quæ dolent. Habet enim & maledicēdi morbus suam uoluptatem, sed quæ plerumq; male audiendi summo dolore pensatur. Huc allusit M. Tullius, Salustio comminans fore, ut si quam uoluptatem male dicendo cepisset, eam male audiendo perderet.

Dicebat, non committendum ut lingua præcurreret animum: admonēs prius cogitandum quid loquaris, quā lingua prorumpat in uerba. Nescit enim uox missa reuerti. Co Lingua prior potest corrigi posteriore meliore, ut habet prouerbium, uox non item. cepit

Damnum aiebat turpi lucro præferendum. Nam illud semel dolere, hoc set per. Iactura rei facile sarciri potest, fama contaminata uix unquam diluitur. Res amissa exiguo temere Lucrū turpe pore dolet, sceleris conscientia semper cruciat animum. Itaque lucrum scelere partum, damnum est non lucrum.

Non esse tentanda quæ fieri nō possunt. Quædam honesta sunt ac magnifica, sed magno 10 reip. malo tentantur, si nequeas perficere. Atq; hæc est præcipua pars boni consultoris, di Aduerat spicere non solum quid per se optimum sit, sed quid pro temporū ratione possit obtineri.

Rogatus quid esset difficile, Arcanum, inquit, reticere. Tanta est linguae omnium maxime uolubilis incontinentia, quum alioqui nihil videatur facilius quam silere. Silentium

Idem præcipiebat, linguam quum alijs semper, tum præcipue in coniuicio continet, 12 dam, quod illic cibus & potus inuitet ad intemperantiam. Porro ubi plus est periculi, ibi Loquacitas maior est adhibenda cautio. in coniuicio

Nulli minandū esse, nō solum quod id mulierū uideatur esse potius q; virorum, uerum 13 etiā quod minitari ei cui uelis nocere, est inimicum admonere ut sibi caueat, tibiq; ipsi læsi dēdi facultatē adimere. Amicis autem minari, parū est humanū. Recte tamē minamur, quoniam aliquem hoc remedio correctū esse cupimus, & hac pœna decreuimus esse contenti.

Promptius ad amicorum aduersam fortunā, q; ad res secundas accurrendum. Rebus 14 prosperis aduolat quilibet, etiā minus amici: q; ad sunt reflante fortuna, hi uere sunt amici. Amicus uerus

Vxorem humilem modico apparatu ducēdam, ne pro coniuge dominam accersas domum. Sat enim dotata uenit puella, quæ pudicitiam & honestos mores secū adfert. Proximis 15 inde hoc erat unum ex Laconicis institutis, ut uirgines sine dote nuptium irent.

Verabat de mortuis male loqui, quod ignavum uideretur, eos incessere lingua, qui respondere non possunt, ac turpe esset cum umbris ac larvis luctari. Nam id est quodammodo 16 Mortuis patrem sepultum refodere.

tm 4 Docebat

- 17 Docebat honorem à iunioribus habendum sene*cūtū*, ut ipis facili*senes ab alijs habeantur in precio*. Ea res geminam habebat utilitatem. Siquidem ut serum autoritas ac reueroranda temperabat æratem lasciuam à peccando, ita senes cauebant, ne quid cōmitterent, quo iuuēnibus uel ob ineptiam ludibrio possent esse, uel ob turpitudinem perniciōsi: sed inter omnes iuuenes omnesqe senes ea esset reuerentia, quæ inter parentes ac liberos.
- 18 Admonebat secundis rebus elato non applaudendum nec arridēdum. Infelix felicitas *Insolentia* est, quæ hominem reddit insolentiem, eocqe non plausum meretur, sed lachrymas. Grauiuscq peccant, qui docent insolentiam, quām qui utuntur. Sæpe populus clamat in auaritiam ac tyrannidem principum, quum ipse doceat illos hæc uitia. Quidam codex Græcus habebat, ἐπιχείρη μὲν τῆς λαζαρᾶ, id est, infelicem non esse irridendum, siue infelici non insultandum; id enim extremæ est inhumanitat̄is.
- 19 Docuit potentia*z adiungendam mansuetudinem, ut à suis non tam metū extorqueat, Moderate* quām impetret reuerentiam. Reuerentia*z comes est amor, metus odium. Amari autem non solum honestius est, uerū etiam tutius.*
- 20 Admonebat, ut suæ quisqe domui bene præfasset. Primam enim curam debemus familiaribus: nec idoneus uideatur administrandæ reipublicæ qui priuata recte gubernare nescit. Dominus enim nihil aliud est quām parua ciuitas.
- 21 Vincendam iram, quod is affectus sit cæteris potentior, quam superare fortius est, quia hostem armatum deinceps, nec minus exitij mortalibus sit ab ira, quām ab hoste.
- 22 Diuinationem non esse detestandam, quod hanc deorum munus esse crederet, quæ ratione percipi posset ab homine insigni uirtute prædicto. Nam ipse prædixisse fertur, futurum ut ex insula Cythera summum malum oriretur Lacedæmonijs, cuius situm naturamqe cum didicisset, Utinam, inquit, hæc aut nunquam fuisset, aut simul ut nata fuit, subuersa fuisset. Nam Demaratus Lacedæmonie pròfugus Xerxi suasit, ut in ea insula classem haberet: ac planè Græciā subegisset Xerxes, si Demarati consilium fuisset sequutus. Post Nicias ea potitus statuit illuc præsidium Atheniensium, & Lacedæmonios multis cladibus affixit.
- 23 Fertur & hoc illius nomine, in uia properandū. Ex incessu colligitur animus, præceps Mores in pu- arguit præcipitem, nīmum lentus ignauum. Decet autem in publico compositis esse mo blico ribus. Fortasse deterruit à præcipiti consilio.
- 24 Huic simillimum est, inter loquendum noa esse mouendam manum. Id enim esse uæcordium. Unde & in Hebraeorum proverbijs est, Stultum dígito loqui.
- 25 Monuit obtemperandum legibus. Hoc ad príncipes præcipue pertinet, qui se credūt Legum auto- non teneri legibus. Nec aliunde magis florent respub. quām si legum uigeat autoritas. ritas Nec ibi tyrrannis oriri potest, ubi ex arbitrio priscarum legum geruntur omnia.
- 26 Dicebat, adamandam esse quietem, quoties datur honestū ocīū, iuxta illud, οὐ νοχέ καὶ Ociū, λόγ. Nihil enim uel tutius, uel iucundius. Nullum autem negotiū periculosius quia bellum.
- 27 Quin & illud huic ascribitur, Cœte ubi ipsi. Fortasse legendū, caue te ipsum, siue à te Cantio sui ipso, siue obserua te ipsum. Nam Græce est, φυλάττεψ εἰστὸψ, ut admoneat sibi quemqe de bere suspectum esse. Omnes sibi cauent ab alijs, at frequenter nemo magis hostis est homini, quām homo sibi, dum libidinem, dum iram, dum ambitionē aliasqe cupiditates adhibet in consilium. Demiror autem quem autorem sequutus Ausonius hæc illi ascribat.
- 28 Ita moderandum uitam, ut nec inferioribus sis terrori, nec superioribus despectui. Me Amari sine tui à subditis, tyrannicum est: negligentia uero est, sic agere, ut à maioribus cōtemnaris. contemptu Hoc & ad ætatem referri potest. Sic temperandi mores, ut à iunioribus ameris potius quia timearis, à maioribus non contemnaris. Immodica seueritas parit terrorem: somnolentia, uinolentia, incogitantia similiaqe uitia gignunt contemptum. Potest & ad fortunam accommodari, quæ si sit uehementer ampla, parat qui metuant citius, quām qui ament aut reuereantur: si humilior, patet contemptui. Mediocritas igitur hic quoqe est optima. Ausonijs carmen sic habet,
- Nolo minor me timeat, despiciatqe maior.
- 29 Præterea sic esse contemnendam mortem, ut nihilo secius curā habeas in columitatis. Mors quater Non enim est fortitudinis, sed amētia, semet temere in uitę discrimin coniçere: sed quoniam cōtenēda ties aut ineuitabilis necessitas urget, aut grauis honestaqe causa suadet, morte cōtemnere fortis

Fortis animus est. In morbo non est metuenda mors; sed interim adhibenda curatio mediorum. In bello sumendus est animus ad mortem paratus, sed interim fortiter pugnandum pro uiatoria. Ausoniū Carmen sic legendum arbitror,

Vive memor mortis, uti sis memor & salutis.

Potest autem & hic accipi sensus, Hactenus memineris te moriturū, ut abstineas à uitijis curisq; superuacaneis: sed interim perinde quasi diu uicturus sis, ea cures quae ad honestā beatamq; uitam pertinent. Multos mortis consideratio deterret ab honestis actionibus, contrā mortis obliuio multos inuitat ad licentius peccātum. Potest & sic intelligi, Ne sic metuas mortem, ut uiuas anxius ac tristis, sed uitæ spes mortis horrōe temperet. Hunc sensum indicat carmen quod sequitur.

Tristia cuncta exuperans aut animo, aut amico.

Hæc uita præterquam quod multis miserijs exposta est, nihil habet tristius, quam quod Amicitia ^{con-} mortem habet certissimam, diem mortis incertissimum. Sed omnia superanda sunt, aut solator animi fortitudine, aut amicorum alloquij. Nullum enim in dolore remedium præsentius quam curas astusq; animi in amicorum sinum effundere, quorum & consolatio, & com- munis dolor maximam malī partem tollit.

Beneficij dati obliuisci decet, accepti meminisse. Vulgus hominum contrā facit. Si ³⁰ quid cui benefecerunt, & sine fine prædicant, & sine modo exaggerant: si quid in ipsis Gratitudi collocatum fuerit officij, mox aut obliuiscuntur, aut dissimulant, aut eleuant. Carmen Ausoniū sic habet,

Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.

Eadem hanc tribuit sententiam, optabilem esse senectutem iuuenilem, molestam esse ³¹ iuuentutem senilem. Maxima malorū pars ob quæ male audit senectus, à uitijis hominum Senectus illue proficiscitur: habet autem ex se se nonnulla commoda, plurimarum rēfū usum ac memo- riam, consulendi facultatem, reuerentiam & autoritatem: hæc si adsint cōmoda, absintq; incommoda, ea senectus optabilior est multorum iuuentute, uitijis & inertia marcete. Vi deas autem in nonnullis iuuenibus senilem imbecillitatem, senilem somnolentiam, senilem ignauiam, senilem motilitatem: horum iuventus peior est senectute. Nam quū senecta careant, senio rāmen abundant, Ausoniani uersus sic habent,

Grata senectus homini, quæ parilis iuuentæ.

Illa iuventus grauior, quæ simili senecta.

Plinius & illud oraculi uice celebratum ascribit Chiloni, ιγύας, ωραὶ τέττα, sponde, ³² sed noxa præsto est.

A. Gellius Noct. Atticarum lib. I. cap. 3. adscribit illi quod dīcā, idq; autore Plutarcho ³³ in lib. De anima. quendam prædicantem, sibi nullum esse inimicum, rogauit, an ullum e/ Amicitia in- tiam haberet amicum: sentiens amicitias & inimicitias inuicē se seque: nec fieri posse inimicitia se, quin qui multos habet amicos, complures habeat & inimicos. Sit hic huius cōiuīj secundus missus, si uidetur, cui subiectiemus philosophos, non omnes, ne nullus sit finis, sed aliquot eximios, ut uarietas excludat lectionis tedium. Quod si quem huius patinæ ma- jor auditas tener, huic Diogenes Laertius facile stomachum explebit, si modo non ha- beat nimis fastidiosum.

LIBER TERTIVS

SOCRATICA

ADLACONICAM in dolem mihi proxime uidetur accedere Socrates; non tantum integritate morum, decretis ac dīctorum sale, uerum etiam tolerantia, ut dicas patria quidem Athenensem, ingenio uero Spartænum, nisi quod Laconicam breuiloquentiam non affectauit, magis stu- dens uirtutem persuadere quam præcipere. Ad id potissimum utebatur similibus & inductionibus, quas Græci uocat εἰδωλοί, cui generi non conuenit illa Laconica breuitas. Vt autem hac parte uincitur a Lacedæmonijs, ita sancti- tate dīctorum superat illos, quorum aliquot recensere non ab re fuerit.

Dicebat, deos omnium optimos ac felicissimos, ad hominū similitudinem quo quisq; ⁱ propius



- propius accederet, hoc & meliorē esse & beatiorem. Si corrigas unius uocis numerum, nihil dici potest Christianus.
- Vota qualia** 2 A dijs nihil petendum, nisi bona simpliciter, quum uulgaris petat bene dotatā uxorem, opes, honores, regnum, longam uitam, quasi prescribentes humini, quid oporteat facere. At deus optime nouit, quid nobis bonum sit, quid hon.
- Sacrificia minimi sumptus** 3 Sacrificia uolebat q̄d minimis impendijs constare, quod dij ut non egent rebus hominum, ita magis spectant affectus immolantium, q̄d diuitias. Alioqui quum improbissimi quiq̄ maximē abundant diuitijs, actum esset de rebus humanis, si malorum pōtiū quām bonorum uicīniis delectarentur. Eoq̄ uersum hunc magnopere probare consuevit,
- καλούμασιν οὐ τρόπῳ οὐδὲν ανέβοι θεοῖς.
- Hoc dictum & ad nos Christianos pertinet, qui immodicis impendijs ornamus tempora, peragimus sacra & parentalia, gratias facturū deo, si quod ultra frugalem mundiciem superest, fratribus egenis erogaremus. Eandem frugalitatem adhibendam docuit in excipiendis hospitibus, eodem utens uerſiculo,
- καλούμασιν οὐ τρόπῳ οὐδὲν ανέβοι θεοῖς.
- 4 Quum admoneretur ab amico, quod excepturus hospites admodum tenuem fecisset Argute apparatum, Si boni sunt, inquit, satis erit: si minus, plus satis.
- Frugalitas** 5 Docuit abstinentiā cibis, qui nō esurientē incitarēt ad edendū: & à potu, qui nō sitientē inuitaret ad bibendū. His enim reb. nō est utēdū, nisi quatenus corporis necessitas exigit.
- Frugalitas** 6 Dicēbat optimū condimentū esse famē, q̄ & optime edulcaret oīa, & nullius esset imprimis pēdij. Vnde ipse semper iucūde edebat ac bibebat, q̄a neutrū faciebat nisi esuriēs ac sitiens.
- Affectus coi** 7 Quin & ad famem ac sitim tolerandam exercuerat se: post sudorem enim ē palæstra collectum, quum alijs potum uehementer appetunt, nūnquam bibebat de primo craterē: biti rogatus quamobrem id faceret, ne cōsūescam, inquit, obsequi affectibus. Interdum enim licet sitiās, noxiū est bibere: hic quum ratio suadet abstinentiam, affectus hortatur ut bibas, magis obtemperandum est rationi.
- Voluptas ex uoluptatis** 8 Dicebat eos qui se ad cōtinētiā ac frugalitatem exeruerint, & longe plus habere nūrtute uoluptates intemperantium præter animi sibi male consciū cruciatum, præter infamiam ac paupertatem, frequenter ipsi. etiā corpori plus adferant molestiā quām delectationis. Contrā quāe sunt optima, eadem fiunt iucundissima si quis assuerit.
- Seruire uolu-** 9 Aiebat esse turpe, si quis sua sponte seruiens uoluptatibus, talem se faceret, quales nem domī suā uellet habere seruos. Talibus autem nullam salutis spem reliquā esse, nisi ptatibus pro eis deos comprecarentur alij, ut bonos dominos nancisci possent, quādo prorsus decretum erat seruire. Existimabat autem nullos fœdiorē miserioremq̄ seruire seruitutem, quām qui & animo & corpore seruirint uoluptatibus.
- Prodeſſe plu-** 10 Interrogatus quam ob rem ipse non administraret rempub. quum administrandi ratio ribus, bernardæ reipub. quām qui ipse recte gubernaret. Idem mihi respondit Nicolaus Leonī cenus Ferrariae, demiranti quur artem medicandi, quām profitebatur, ipse nō exercebat, Plus, inquit, ago, docens omnes medicos. Nec dissimile mihi respōdit unicus studiorum meorum Mæcenas Guilielmus archiepiscopus Cantuariensis sacerdotium improbe re cusanti, dicentiq̄, Qua fronte fruar illorum pecunijs, quibus ut linguae ignarus nec concessionari possum, nec mo nendo, nec consolando adesse, nec ullum boni pastoris officium præstare: Quasi, inquit, nō plus efficias, qui libris doces pastores omnes, quām si uni rusticanæ plebeculæ inseruias. Fassus sum, amicē dictum, mihi tamen non persuasit.
- Fama quomo** 11 Rogatus quo pacto quis posset honestā assequi famam, Si talis, inquit, esse studeas, qua lis haberī uelis. Veluti si quis bonus tibicen habert cupiat, ea præstet oportet, quā à pro do paranda batis tibicinib. fieri uiderit. Quemadmodū qui medendi est imperitus, nō ideo medicus est, quod pro medico ascitus est. Et uulgo medicus appellatur: ita non statim princeps est aut magistratus, qui populi suffragijs declaratus sit, nisi sciat arte in gubernandę ciuitatis.
- Ars guberni** 12 Dicebat, uehementer absurdum esse, quum artes sedentarias nemo profiteatur absq̄ dedecore, qui eas non didicerat, neq̄ quisquam scrinium faciendum locet ei, qui rudis sit nandi eius opificij: ad publicos magistratus admitti, qui nunquam dederunt operam disciplinis, sine quibus nemo potest recte magistratum gerere: quumq̄ nemo nō detestaturus sit eum

cum qui clavo assideret ignarus artis nauticæ, multo magis detestandos, qui rem p. capes, serent ignari politicæ philosophiæ. Necq; eum putabat appellandum impostorem, qui à persuaso quopiam pecuniam aut uasculum acciperet, quod non posset reddere: sed illos magis impostores habendos dicebat, qui dolo persuaderent se idoneos gubernandæ rei publicæ quum sint homines nihili. Hoc dictum multo magis ad principes, magistratus & episcopos Christianos pertin et, quam ad ethnicos.

Dicere solitus est, nullam esse possessionem preciosiorem uero bonoq; amico, nec aliis, unde plus fructus aut uoluptatis capi. Itaq; præpostere facere multos, qui pecuniaq; dispendium grauius ferunt, quam amici iacturam: quicq; se beneficiū perdidisse clamant gratiæ collocatum, quum eo sibi conciliarint amicum quoq; lucro potiorem.

Vt illis committimus statuas faciendas, à quibus uidemus aliquot statuas eleganter factas: ita non sunt admittendi in amicitiam, nisi quos cognoverimus erga alios præstitisse. E factis iudicium

Quendam acrius castigantem seruum percontabatur, quamobrem ita saeuiret: quo/ 15 niam, inquit, quum sit obsoniorum uoracissimus, tamen ignauissimus est: quumq; sit aui Punire in a, dissimus, tamen desidiosiss. est. Tum Socrates, Nunquā ne, inquit, cōsiderasti, uter uestrū lijs quod ipsi plurib. egeat uerberib. tu ne an famulus? Vtinā sibi quisq; dicat, qd illi Socrates, quoties committimus hoc in alijs reprehendit, punitq; idem quod sibi ignoscit, aut si non idem, crebro deterius.

Cuidam cupienti quidem ire ad Olympiā, sed itineris labore deterrito, Quum, inquit, 16 domi sæpenumero totum prope diem ambules, ante prandium, rursus ante cœnam: si do Spontanea mesticas ambulationes proferas ad quinq; séxue dies, facile peruenies Olympiā. Docuit bores vir ingeniosus, id quod terret in adeundis laboribus, imaginationē esse potius quam ipsi sum laborem. Si quid honestæ rei gratia periculi, dispendijs, aut laboris suscipiendum est, excusamus, detrectamus, horremus, quum frequenter ultro in rebus nihili, non enim dicam turpibus, plus impendamus. Ita quidam inuitati ad studia literarum, excusant ualeitudinem, insomniā, impendia librorum, quum interim totam noctem ludant aleam, portatione contrahant febrim, podagram, hydropon, & lippitudinem, scortatione paralysim, aut scabiem nouam, quam Gallicam appellant.

Quendā conquerentē se defatigatum longo itinere rogauit, num puer ipsum potuerit 17 consequi. Ait. Rogauit, uacuus ne an aliquid ferens oneris. Portauit, inquit, nō nihil sarcina Seruus domi, parum. Quid, inquit, queritur ne ille se defessum? Quum negaret, An non pudet, inquit, no melior te molliciei, qui uacuus ambulans defessus fueris, quum ille gestans sarcinam non queratur se fatigatum? Ostendebat Socrates, seruum in hoc feliciorem domino, quod ad labores exercitator minus sentire molestiae.

Admonere solet, quod apud alios diceretur edere aut coniuari, apud Athenienses 18 dici θυσια, qua uoce dicebat nos admoneri, eo temperamento sumendū cibum, ut nec Sobrietas in corpus, nec animus oneretur: huc opinor alludens, quod θυσια sonet uehi, unde θυσια ue edulij hiculum, quanquam θυσια dicatur & cibus, eoq; additum tū, ne sarcina iusto grauior imponeretur corpori.

Dicebat, optime natis ingenuisq; potissimum adhibendam reclamam institutionē. Idem 19 enim in his usu uenire quod in equis, in queis quiferoce sunt ac generosæ indolis, si statim à primis annis recte instituātur, egregij & ad omnem usum accommodi euadunt: sin minus, efferati, intractabiles, & ad nihil utiles. Eoq; fit, ut feliciss. quæq; ingenia corrupti pantur inscitia instituentium, qui mox equos uertunt in asinos, quod erectis ac liberis animis imperare nesciant.

Dicitabat, illū impudenter facere, qui quū boues efficeret pauciores, postularet tamen 20 haberī bonus bubulcus: sed multo absurdius esse, si quis haberī uelit bonus reip. gubernator, quū ciuiū numerū imminuat. Hoc dictū torsit in Critiā & Chariclē, qui multos ciuiū trucidarant. Nec illos id latuit: Critias enim illi minatus est, ni sileret, fore ut ipse quoq; faceret boues pauciores: et qd minatus est uerbo, re præstitit. Nā huius opa Socrates perijt.

E priscis autoribus seleggerat uersiculos aliquot, quos proverbiorum uice frequenter 21 usurpabat, quorum est ille Hesiodius,

Eποργ' ὅλη ὄρδεθ, ἀπύδιθετ' ὄρδεθ. Id est,
Non probrum est operari, ast est cessatio probrum.

Ociū turpe
Quo

Quo dehortabatur iuuenes non solum ab ocio, uerum etiam ab actionibus infrugiferis?
Siquidem eos appellabat ociosos, qui alea, compotationib. & scortis ætatem absumeret.

- 22 Item i. lud Homeri, ut indicat Gellius ac Laertius,
σητοι γν μεγάροις κακῶντ' ἔγεδων τέτυκται Id est,
Curiositas Aedibus in nostris quæ prava aut recta gerantur.

Eo non solum reuocauit auditorem à curiositate rerum alienarum, uerum etiam à disciplinis non necessarijs: uelut ab exacta cognitione astrologiæ, aut geometriæ, aut causarum naturalium, aut rerum ultramundanarum, ad cognitionem ethices, cuius scientia prestat, ut nobis ipsi noti simus, utq; rem domesticam aut publicam utiliter administremus.

- 23 Eodem spectat & illud, quod illi adscribitur, & in primis celebratur, Quæ supra nos, Curiositas nihil ad nos. Sic enim respondere solet admiratibus, quod de morib; semper, de astris, deq; meteorologis nunquam disputaret.

- 24 Quum in uia quidam illi per lasciuiam calcem impegisset, admirantibus quod id pateretur, Quid facerem, inquit: Illis hortantibus ut uocaret hominem in ius, Ridiculum, inquit, si quis asinus me calce percussisset, diceretis mihi, uoca illū in ius: Nihil putabat interesse inter asinum, & hominem brutum, nullaq; uirtute praeditum: ac uehemeter absurdum uideri, non pati ab homine, quod ab animante bruto passurus sis.

- 25 Quidam ab eo salutatus non resalutauit, nec id moleste tulit Socrates: amicis autem admirantibus, & ob hominis inciuilitatem indignatis dixit, Si quis nos preteriret, peius affectus corpore quam nos sumus, nequaquam illi succensereimus: quur igitur illi succensem, qui peius affectus est animo, quam nos sumus?

- 26 Euripides obtulit Socrati librum ab Heraclito conscriptum, eo lectio rogauit quid illi salse uideretur. Per Iouem, inquit, quæ intellexi mihi præclara uidentur, qualia puto & ea que non intellexi, sed opus est Delio quopiam natatore. Notauit perquam salse affectata eius scriptoris obscuritatem, unde & *κωλεψη* cognomen inditum est. De Delio natatore diximus in Chiliadibus.

- 27 Quum Alcibiades illi spaciosem aream offerret dono, in qua sibi domum ædificaret, Manus inutis Quid, inquit, si mihi calceis opus esset, num coriū dares unde mihi calceos cōficerem? Et le si dares, an nō ipse ridiculus essem si acciperem? Hac similitudine munus inutile recusauit.
28 Frugalitas Per forum obambulans, quum aspiceret mercium copiam, quæ illuc uendebantur, ita secum loqui consueuit, Quam multis rebus ego non egeo, ast alij cruciantur animo ita cogitates, quam multa mihi desunt. Socrates sibi gratulabatur, quod iuxta naturam uiuēs, ac paucis assuetus, aurum, purpurā, gemmas, ebur, aula, reliquasq; diuitum delicias, nec cuperet, nec egeret, quas dicere solet magis necessarias agēdis tragœdijs q; ad usum uitæ. In hanc sententiam usurpabat uersus Iambicos poetæ nescio cuius.

*τάδε ἀργυρόματ' θεῖη, οὐτε παρφύρα
Εἰ: τὸν τραγῳδίας χρήσιμον, οὐκ εἰς τὸν Βίον.* Id est,
Argentea iſihæc uasa simul ac purpura
Tragœdiarum accomoda histrionibus
Sunt ad beatam conferunt uitam nihil.

- 29 Dicere solitus est, eum esse dijs simillimum, quiq; paucissimis egeret, quum dijs omnis no nullius egeant rei. At uulgas diuites dijs proximos existimat, quorum delitij nihil satis est. De his enim dictum est in comedìa Terentiana, Quam uos facillime agitis. Hoc autem Homerus dijs tribuit, quos appellat *ἡστορίας*, id est, facillime uiuentes. Facilius me autem uiuit, qui paucissimis contentus est.

- 30 Dicebat, qui si auiter ederet panem, huic non esse opus obsonio: & qui si auiter bibet, Frugalitas ret quemlibet potum, hunc non desiderare poculum præter id quod adest. Fames enim & sitis optime condit omnia.

- 31 Dicebat, cuius esse promptum, si quid rerum insignium haberet proloqui, quum diffil Amicus syn- cillum esset nominare quos possideret amicos, quum hac possessione nulla sit charior: cerus Hoc dicto taxabat præposterum uulgī de rebus iudicium, qui hoc negligentissime habet, quod omnium plurimi faciendum erat. Dicitur sibi uiderur cui pecuniae non nihil obigit, & damnum deplorat cui perijt: at qui sibi parauit bonum amicum, non uideatur sibi factus beator, nec iacturam deflet qui perdidit.

Euclidis

Euchidi contentiosarum argutationum admodum studioso. Sophistis, inquit, ô Euclides uti poteris, hominibus non poteris. Indicans, Sophisticen inutilem ad publicas functiones, quas qui affectat, eum non oportet gryphis & inanibus argutis ludere, sed hominum moribus semet accommodare.

Scientiam dicebat unicum esse bonum: contrà, unicum malum ignorantia, quod qui cuncti committunt rem iniustam, hoc peccant, quod ignorantia cuique sit tribuendum: & qui fortes sunt, non alia re fortis sunt, nisi quod sciunt ea expetenda, quae uulgaris existimantur horreda: & qui intemperantes sunt, hoc errant, quod ea putant suaua aut decora, quae minime sunt. Summum igitur bonum esse dicebat, scientiam rerum expetendarum ac refugendarum.

Cuidam dicenti, Antisthenem philosophum matre Threicla prognatum esse, uelut hoc probrum impingenti viro quod hybridum esset, patre quidem Atheniensi, sed matre barbara. Quid, inquit, an tu putas virum adeo preclarum ex utroque parente Atheniensi nasci posuisse? Notans corruptissimos Atheniensium mores, ut citius è Thrace Scythae na sci posset vir probus, quam ex Atheniensi: & hoc quod habebat probitatis Antisthenes, matri tribuendum putauit.

Dicebat, ocium possessionum omnium optimam, Ociū autem sensit non ignauiam, sed à tumultuosis negocijs, & à cupiditatib. animi tranquillitate uitiantib. esse quietum. Ociū bone-

Illud omnium maxime celebratur quod dicebat, se nihil scire, nisi hoc unum, quod nihil sciret. inquirerebat enim de singulis, tanquam atnbigens, non quod re uera nihil habeat certo cognitionem: sed hac ironia & suam declarabat modestiam, & aliorum redargueret. Modestus bat arrogantiam, qui se profitebantur nihil nescire, quum re uera nihil scirent. Sophistae quidam publice profitebantur, sese ex tempore responsuros ad omnem propositam materiam, horum arrogantem inscitiam saepenumero confutabat Socrates. Atque ob hoc ipsum, ut ipse quidem interpretatur, ab Apolline iudicatus est sapiens, quod quamuis omnium rerum ignorantiam cum ceteris habet etiam communem, eo nomine tamen illos superaret, quod suam inscitiam agnoscet, quum illi hoc quoque nescirent, se nihil scire.

Laertius & hoc illi tribuit, Cœpisse, dimidium faci. Dicebat enim dimidium operis per actum ei, qui iam esset aggressus. Sunt enim qui contando ac deliberando uitam omnem absunt. Est autem hemisticchium Hesiodum,

Αεχαντιστητων των πολιτων.

Qui res præcokes magno emerent, eos aiebat desperare, quod ad tempus maturitatis essent perueturi. Alioqui stultum est, & pluris & deterius emere, quum paulo post liceat festinatio & minoris & meliores. Ita nusquam non reuocabat hominum cupiditates rationis experentes ad sobrium iudicium.

Quodam tempore quum Euripides ita de uirtute differeret, ut diceret,

Καρπους εις ταῦτα ταῦτα ἀφειμία. Id est

Hæc missa temere est optimum relinquere.

Quali uirtus inueniri uix posset: surrexit Socrates dicens, Ridiculum esse, quum mancū virtus quæcum si non protinus inueniatur, opera & precium existimemus inuestigare: uirtutem nulla inuestigatione dignam iudicare, si non protinus contingat homini.

Rogatus ab adolescenti quodam, utrum melius censeret, uxorem ducere, an non duere. Utrumque inquit, feceris, poenitebit: iudicans & coelibatum & coniugium habere suas molestias, ad quas preferendas esset præparandus unus. Coelibatum comitur solitudo, orbitas, genetis interitus, hæres alienus: matrimonium perpetua sollicitudo, iuges querelæ, dotis exprobratio, affinum graue supercilium, garrula socrus lingua, subfessor alieni matrimonij, incertus liberorum eventus, aliaque innumera incommoda. Proinde non hic est electio, qualis est inter bonum & malum, sed qualis inter leuiora & graviora incommoda.

Quendam ex amicis conquerentem, quod Athenis omnia magno uenirent, uinum enim Chium mina, purpuram tribus minis constare, mellis hemina quinq; drachmis: manu illius prehensa duxit in penum fatinariam, obolo, inquietes, semisextarius uenit, ussis igitur annona est. Hinc ad olearium deducens, duobus, inquit, ærcis sextarius. Non magno igitur in urbe ueneunt omnia: Qui paucis ac necessariis contentus est, sibi facit uile ahnonam.

Archelaus rex Socratem ad se uocarat, multa pollicens, Socrates respödit, se nolle ad eum uenire a quo acciperet beneficia, quum illi te defendere partation posset. Hoc dictum inter-

probat Seneca; quod philosophus persuadens auri argentic⁹ contemptum, plus dat q̄ si det aurum & argentum.

43 Quodā tempore reuersus ē foro, inter amicos dixit, Emissem pallium, si nummos habuitronē be/ buissim. Nihil postulauit, tantum uerecunde admonuit egestatis. Mox inter amicos anteficentia bitus erat, à quo Socrates acciperet. Et tamen post eam uocē quisquis properauit, ut ait Seneca, sero dedit.

44 Cuidam querēti, quod peregrinationes sibi nihil profuissent. Non imerito, inquit, tū peregrinatio bi istud evenit. Tecum enim peregrinabarī. Multi putāt, longinquis peregrinationibus inutilis colligi prudentiam, quum Horatius clamet,

Cœlum non animum mutat, qui trans mare currit:

Congressus sapientium consert prudentiam, non montes aut maria.

45 Colapho percussus à quodam in uia, nihil aliud respondit, quām quod homines nesci Patienter rent, quando prodire deberent cum galea. Simile quiddam Laertius ascribit Diogeni.

46 Lepide Aiebat se mirari, quod quum statuarum artifices id summo studio conniterentur, ut lapidis quām simillimus homini redderetur, non pariter hoc curarent, ne ipsi lapidibus similes & uiderentur & essent. Sunt autem qui putent Socratem priusquam, ad ocium philosophiā sese conferret, statuarum opificem fuisse.

47 Cultus animi Adhortabatur iuuenes, ut se subinde ad speculum contuerentur, quo si essent egregia corporis forma, cauerent ne quid ea indignum committerēt: si minus, quod corpori de esset, id ingenij cultu morumq; honestate penſarent. Adeo uir ille undecunq; rapiebat occasiōem ad uirtutis studium adhortandi.

48 Frugalitas Aduocarat diuītes aliquot ad cœnā: ob id solicita Xanthippe, quod apparatus esset perquām exiguis, Bono animo es, inquit. Nam si frugi temperantesq; sunt, boni consūlent: si minus, nulla nobis horum cura debet esse. Hoc dilemma nobis merito excuteret operosam & sumptuosam ambitionem in excipiendis conuiuis.

49 Luxus Dicebat, multos in hoc uiuere ut ederēt biberētq; se cōtrā ob id edere ac bibere ut ueret, quod his rebus nō ad uoluptatē, sed ad naturae necessitatē ueteretur. Hanc sententiā rerulit Sasyricus, Non uiuas ut edas, sed edas ut uiuere possis.

50 Pecunia qua/ Eos qui multitudinē imperitā fidem habebant, aiebat perinde facere, ac si quis tetra drachmum unum contemnens rejiceret, & aceruum e similibus congestum probaret res ciperetq;. Cui non fides soli, ei nihilo magis fidendum est in turba similiū. Nec enim refert quām multi sint, sed q̄ graues. Nummus adulterinus etiam in quamvis magno aceruo adulterinus est. Hoc aduersus turbam testium, & indocti uulgū iudicīa.

51 Comiter Quum Aeschines ambiret esse de numero discipulorū Socratis, excusaretq; uerecundus de paupertatem suam, ac moleste ferret, quod quum cæteri Socratis amici diuītes multa largirentur, sibi nihil esset quod daret præter seipsum, An non intelligis, inquit, quām magnum munus mihi dederis, nisi forte te ipsum paruo aestimas? Itaque mihi curæ erit, ut te cibi reddam meliorem quām accepi. Alij Sophistē quum meras nugas docerent, nullum admittebant discipulum nisi magna mercede, Socrates nihilominus libenter recepit in opulentos.

52 Mors inculta Quum quidam illi diceret, Athenienses te morti adiudicarunt, Et illos, inquit, natura. Sentiens, non esse magnum malum, si quis adigatur ad mortem, paulò post moriturus, bilis etiam si nemo interficiat. Quanquam hoc dicium quidam ad Anaxagoram referunt.

53 Mors non de Quod muliebriter comploranti dicētiq;. Mi uir, innocēs morieris, Quid, inquit, uxor, num me nocentem mori malles? Mors honorū ob hoc ipsum minus desflenda est, quod flenda præter meritum occiduntur: bis uero deplorandi sunt, qui ob malefacta dant poenas: sed longe miserius est, meruisse poenas quām dedisse.

54 Funeris cura Eo die quo Socrates bibiturus erat uenētū, Apollodorus ei palliū multi precij ad sola tium obtulit, ut eo inducus moreretur. At ille recusans donum, Quid, inquit, hoc meum palliū quod uiuenti conuenit, mortuo non cōueniet: Damnans quorundā ambitionē, hoc mīro studio prouidentium, ut q̄ honorificentissime efferantur ac sepeliantur.

55 Moderate Nuntianti quod quidam de ipso male loqueretur. Nimirum, inquit, non dīdicit bene loqui: lingua morbi non malitia tribuens, sed inscitiae: nec ad se iudicauit pertinere, quid de se dicent, qui morbo animi, non iudicio loquuntur.

Quum

Quum Antisthenes Cynicus pallium haberet pertusum, idq; obnertetis fissuram om̄ib⁹ daret inspiciēdam, Per fissuram, inquit Socrates, pallij tui video tuam inanitatem: eleganter notans, turpiorem esse ambitionē e ulla tate cultus, quām ex amicū splendido. Atq; utinam inter Christianos non sint multi Antisthenes, qui sub ueste fusca, uili sordidaq; plus cælent gloriæ, quām alij diuites habeant in holosericis ac byssinis.

Cuidam admiranti, quōd nihil in eum commoueretur, à quo conuictis incessebatur. Mihi, inquit, non maledicit, quandoquidem ea quæ dicit, mihi non adsunt, nec in me haec sent. Atqui ob hanc causam hominum uulgas magis commouetur, si quid dicitur in immoderatam. Boni quum male audiunt, sibi gratulantur quōd puri sint ab his malis quæ ipsi sis impinguntur, nec in se dici interpretantur: nihil magis quām si quis oculorum errore Platonem appelleat Socratē, & in Socratem congerat maledicta, is nō maledicit Platonem, sed ei quem existimat esse Platonem.

Vetus comœdia solet nominatim in ciues dicteria facere. Horum libertatem quū ple-
tis metuerēt, Socrates dicebat expedire, ut quis semet illic sciens ac uolens obijceret. Nā Maledicis si quid, inquit, dixerint in nos merito reprehendendum, admoniti corrigemus, & profue prodest rint: si falsum conuictum in nos iaculabuntur, nihil ad nos.

Socrates quum Xanthippen diu rixantem tulisset in ædibus, ac tandem fessus conse-
disset ante fores, illa magis irritata quiete viri, de fenestra perfudit eum lotio. Rideantibus Lepide &
qui præteribant, & ipse Socrates arridebat, dicens: Facile diuinabam, post tantum toni- leniter
tru sequuturam pluviām.

Alcibiadi demiranti, quōd Xanthippen supra modum rixosam domi perpetueretur, 60
Ego, inquit, iam pridem his sic assueui, ut non magis offendar, quam si roce quæ aquam Assuetudo mi-
educit e puto stridorem audiam. Nam is stridor molestissimus est insuetis, eundem qui tigat quotidie audit, adeo moleste non fert, ut se audire nesciat.

Eidem simile quiddam dicenti, At tu, inquit Socrates, nonne domi tuæ toleras gallina-
rum glorientium strepitum? Tolero, inquit Alcibiadēs, sed gallina mihi pariūt oua pul- Vxor querē
losq;. Et mihi, ait Socrates, mea Xanthippe parit liberos. ferenda

Sunt qui putent Socratem simul aluisse domi duas uxores, Myrthō & Xanthippen. 62
Proinde demiranti cuidam, in quem tandem usum aleret duas mulieres, præsertim rixas, Lenitas
sas, nec eas domo exigeret: Haec, inquit, me domi docent tolerantiam, qua mihi in publico
utendum est: harum moribus exercitatus, commodior ero ad aliorum consuetudinem.
Hunc percontatorem A. Gellius facit Alcibiadēm.

Quum Xanthippe in publico pallium marito detraxisset, ac familiares admonerēt, ut 63
tantam iniuriam manu ulcisceretur, Pulchre, inquit, nimirum ut nobis colluctantibus ac, Lenitas
clametis, alius, Eia Socrates, alius, Eia Xanthippe. Nam huiusmodi uocibus spectatores
animant duos inter se commissos. Maluit autem vir sapiens, tolerantia exemplum de se
præbere, quām ridiculum exhibere speciaculum viri cum uxore concertantis.

Percontanti, quur Xanthippen moribus incommodissimis fœminam haberet domi, 64
dicebat, Sic habendam consuetudinem cum morosis uxoribus, quēadmodum qui se ad Lenitas
studium equestre exercent, parant equos ingenij ferocioris, quos si subegerint, ac perpeti
possint, cæteris utuntur commodius: ita qui motosæ coniugis mores ferre didicerit, mul-
to facilius cum quibuslibet habebit consuetudinem.

Quum Socrati Lysias orationem, quam in eius defensionem composuerat, recitasset, 65
Præclara, inquit, & elegans oratio est, sed non conuenit Socrati. Erat enim forensi iustitu Decorum per
to aptior, quam philosopho, ac tali philosopho. Rursus Lysias percontanti, quur si bonam sonæ
sudicaret orationem, putaret sibi non conuenire: Nonne, inquit, fieri potest, ut amicus aut
calceus elegans sit ac pulcher, qui tamen alicui non conueniat: Hoc ipsum Valer. Maximus narrat odiosius, minusq; Socratice. Sic enim Lysias respōdisse memorat. Aufer quæ
so istam. Nam ego si adduci possem, ut eam in ultima Scythia solitudine perorarem, tum
me ipsum morte multandum concederem. 66

Quum iudices inter se disceptarent, qua pœna dignus esset Socrates, Ego, inquit, ob ea Fiducia bene-
qua feci dignum me censeo, qui publicitus alar in prytaneo. Nam hoc honoris haberis o factorum
let, qui præclare de repub. fuissent meriti. M. Tullius hoc refert lib. De oratore primo, E-
rat, inquit, Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœna æstimatio ex sen-

tentia quum iudicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi aestimationem commis-
suisse se maxime confiteretur: quod quum interrogatus Socrates esset, respondit, se me-
tuisse, ut amplissimis honoribus & praemis decoraretur, & ut ei uictus quotidianus pu-
blice in Prytaneo præberetur: qui honos apud Græcos maximus habebatur. Cuius re-
sponso iudices sic exarserunt, ut capit is hominem innocentissimum condemnarent.

Cultus animi 67 Xenophontem in angiportu quodam Socrates habuit obvium, quumque uideret ad o-
fuscentem rara indole, porrecto baculo uetus ne præterire: ubi constiterat rogauit, ubi fie-
rent uenderenturq; uaria merces, quibus uulgo utuntur homines: ad id quum prompte
respondisset Xenophon, percontatus est, ubi homines fierent boni: cum adolescentis res-
pondisset, se id nescire, Me igitur sequere, inquit, ut hoc discas. Exeo Xenophon coepit
esse Socratis auditor. Absurdum est scire ubi parare queas honestam uestem, aut poculum,
& ignorare unde tibi comparare possis animi cultum.

Pragalitas 68 Quondam pro foribus deambulanti contentius usq; ad uesperam: quum prætereun-
tium quispiam dixisset. Quid agis Socrates: Obsonium, inquit, mihi cōparo in cœnam:
Tus. quest. de fame sentiens, quam agitatione corporis excitabat. M. Tullius sic explicat, Quo me-
lib. 5 lius cœnem, obsono ambulando famem.

69 Aiebat unguenta relinquenda fœminis, in iuuenibus nullum unguentum melius ole-
re q; oleum, quo inter exercendum utebatur. Nam amaracino, aut foliato, protinus identi-
olent seruus & ingenuus. Rogatus, quid senes olere deceat, probitatem, inquit. Rogatus
ubi hoc unguentum uenderetur, recitauit Theognidis carmen,

Εσθλῶν μὲν γῆρας ἔπει τε σθλάσσει δάκρεα. Id est,

Qui bonus est, ab eo bona disce. Huius generis quæda congerit Xenophon in cœnῳ:

Oratio specu 70 Quum diues quidam filium adolescentulum ad Socrate misisset, ut indolem illius in-
spiceret, ac paedagogus diceret, Pater ad te o Socrates misit filium, ut eū uideres: tum So-
lum animi crates ad puerum, Loquete igitur, inquit, adolescentis, ut te uideam: significatis, ingenium
hominis non tam in uultu relucere, q; in oratione, quod hoc sit certissimum minimeq; men-
dax animi speculum.

71 Dicebat, muliebrem sexum non minus esse docilem & ad disciplinas, & ad omnē vir-
Fæmitteus se/ tutem, etiam fortitudinem, quæ tanquam uiris propria, Græcis à uiro dicitur *ἀνδρία*, si di-
xus ad omnia ligenter instituatur. Id collegit ex puella saltatrix, quæ inducta in conuiuum, mira arte
docilis trochos duodecim in altum projectos excipiebat, ita temperato altitudinis spatio, nume-
risq; pedum, ut nunquam falleret: eadem inter acutissimos gladios, non sine horrore spe-
stantium, impauida saltaret.

72 Quum iret ab Agathone uocatus ad conuiuum soleatus & unctus, idq; præter mo-
rem, & ab amico quodam obuio rogaretur, quur esset solito nitidior, ludens dixit, Ut pul-
cher eam ad pulchrum, quum nullus esset ab huiusmodi affectibus alienior.

Voluptas do/ 73 Eo die quo bibiturus esset uenenum, quum detractis compedibus ex frictu sensisset
lotis comes uoluptatem, dicebat amicis, Quam mite hoc natura comparatum, ut haec duæ res se se-
nuicem comitentur, uoluptas ac dolor: nisi enim præcessisset molestia, non sentirem
hanc uoluptatem.

74 Carceris ministrū porrigitem in poculo cicutam interrogauit, quomodo sumendum
Hilaritas in esset hoc pharmacum, quod eius artis esset peritus: alludēs ad ægrotos, qui à medicis dis-
retristi cunt, quando & quomodo oporteat sumere, quod ab illis temperatum est: quumque puer
respondisset, semel totū hauriendum si posset, deinde tantisper inambulādum, donec sen-
tiret grauedinē in cruribus, post in lecto decumbēdum supino corpore, ibi pharmacum
effecturum quod solet. Socrates rogauit, liceret ne inde aliquid libare, quod in conuiujs
mos sit, effusa uini portiuncula, nominatim alicui deo libare: minister respondit, se tantū
misuisse, quantū opus esset: hoc sermone innuēs, nihil esse quod effunderetur. Tum So-
crates, sed & phas est, & oportet orare deos, ut felix faustaq; sit haec mea migratio.

Hilaritas in 75 Quum puer illum detexisset, quod illi iam frigerent præcordia, Debemus, inquit, o
morte Crito, gallum Aesculapio, quem persoluere ne neglexeris: perinde quasi sumpta potionē
medica conualuisset. Nam Crito hoc summis uiribus egerat, ut Socrates uitæ suæ consu-
leret. Adeo inerat illi uirua quædam uis urbanitatis, ut moriens etiam iocaretur.
Nam hanc ferunt illi fuisse supremam uocem.

Docuit

Docuit, animorum formam magis amandam & corporum, eamque uoluptatem, quam 76
in nobis dignit conspectu formosa facies, ad longe pulchriorem, sed latentem animi spe/ Amor castus
ciem esse transferendam. Verum ut hanc uideamus, philosophis oculis opus esse. Non
tabat φιλόσοφος Græcam uocem anticipetem esse od osculum & amandum, quorū prius
est corpus amantiū; alterum mentem.

Critoni uehementi studio suadenti, ut si uitam ipse suam negligeret, certe liberis etiam 77
nū paruulis, & amicis ab ipso pendentibus se seruaret in columem, Liberi, inquit, deo qui Mors sancta
mihi eos dedit curae erunt: amicos hinc discedens inueniam uobis aut similes, aut etiā me
liores, ne uestra quidem consuetudine diu cariturus, quandoquidem uos breui eodem
estis commigraturi.

Eos qui corpus tantum amarent, similes esse aiebat medicis, qui semper egerent, sem, 78
per instantē aliquid flagitātes: rursus qui amici essent potius & amatores, similes esse his Amor castus
qui propriū fundū possiderent, quem semper student reddere meliore. Amator suam
querit explorare uoluptatem, amicus haud quaquam ad se spectans, hoc se putat ditionem,
quo meliorem reddiderit amicum.

In conuiuio apud Xenophonem singulis dicere iussis, quo artificio quo uerbōno sibi 79
præcipue placerent: quū ordo uenisset ad Socratē, ioco dixit, se maxime gloriari de leno/ Lenocinium
cinio: sentiens se tradere ueram uirtutem, quæ potissimum commendat habentem, queq;
tum priuatim, tum publice conciliat homīnē benevolentiam & amorem.

Phyliognomon, qui se profitebatur ex habitu corporis, & oris liniamētis posse homi, 80
nis ingeniū certo deprehendere, inspeccio Socrate protiunciauit, illū esse hominē bardum Philosophia
ac stupidū, tum mulierosum, ac puerotū amotib; impurum, uiolentū & intemperan/ naturā mutat
sem. Quū amici uehementer indignati minaretur homini, Socrates illos cohibuit dicens,
Nihil, inq; mētitus est, oino talis erā futurus, hisi me philosophie gubernādū tradidisse!

Quū Aristippus Socratis discipulus ex quāstu, quē Socratīcōtū primus facere insti/ 81
tuit, præceptorī misisset uiginti minas, remisit illico Socrates ad illū pecuniā, dicens, ipsius Pecunie con
genium hoc nequaquam permittere. Dicebat enim Socrates, sibi peculiare esse démonem, temptus
à quo prohibetur arcano signo, si quid tentaret patū honestū. Genium autē illum opī/
nor fuisse rationē. Atq; interim ciuiliter indicauit Aristippo, sibi non probari, quod phi/
losophiam doceret mercede, eoq; donum ceu sacrilegio partum relect.

Socrates ē palæstra redeuentem Euthydemū casu factus obusus, duxit ad cœnam. Il, 82
lis autem inter se multa contmentantibus, Xanthippe irata surrexit, multaq; in maritum Patientia
dixit conuitia, quibus quū ille nihil commoueretur, tandem & mēsam subuertit. Quum
autem Euthydemus ualde perturbatus surgēs abire cœpisset, Quid habes, inquit Socrā/
tes, Nonne nuper hōc ideū accidit domī tuā, ut gallina subuolans euerterit quæ erant in
mensa? Nos tamen ob id non indignabatmur.

Quū in Aristophanis comœdia, cui titulus Nebulae, multis & acerbis conuicijs pro, 83
scinderetur, & adstantū quidā diceret, Non hæc iniquo fers animo Socrates? Nō per Io Comœdia li/
uem, inquit, ægre fero, si in theatro, perinde ut in magnō cōuiuio, salibus mordeor. Mos beras
hic etiam nū durat apud quosdā Germanos, ut in celerib. cōuiuicijs adhibeatur dicax ali/
quis, qui in conuiuas iaciat scotmata, quibus comtoueri uehementer inciuite habetur.

Dicere solitus est, saltatione inuenti corpus spatioſa domo opus esse ad exercēdum 84
ſeſe: at qui cantu aut oratione ſeſe exētceat, huic uel ſtanti, uel accumbenti quemuis locū Exercitatio
ſufficere. Hoc dīctio probabat moderatas exēcitatiōnes, præſertim à cibo ſumpto, turbū ſuperat
lentiores improbabat.

Socrati acrius obiurganti familiarem quēmpiam in conuiuio, Plato dīxit, Nonne ſa/ 85
tius erat hæc illi dīxisse ſeſrum: Cui Socrates, Et an non tu quoq; rectius feciſſes, si hæc ſalſe
mīhi ſeſrum dīxisse; ſalſiſſime taxauit hoc ipsum reprehendendo committentem,
quod reprehendebat.

Socrates in conuiuio uidens adolescentem audiuſ ſeſcentem obſonio, ac subinde pa/ 86
nem in ius immergeantem, o conuiuæ, inquit, quis uestrū pane uititur pro obſonio, obſo Delicie
nio pro pane? Hinc orta inter conuiuas diſputatione, ſenſit iuuenis & erubuit, coepitq; mo
deratius obſonio uesci.

Rogatus quæ eſſet præcipua iuueniū uirtus, Vt, inquit, ne quid nimis tentent. Nam ca/ 87

lorætatis uix sinit illos seruare modum. Huc Terentius spectauit in iuuenie Pamphilo.

88 *Memoria* Líteras quas uulgas putat repertas iuuantidæ memoriaz, dixit uehementer officere me moria. Olim enim homines si quid audíssent dignum cognitu, nō libris sed animo inseri bebant: hac exercitatione confirmata memoria facile tenebat quicquid uolebat: & quod quisq; sciebat, habebat in promptu. Post reperto literarum usu, dum libris fidunt, non per istud studuerunt animo infigere quod dídicérat. Ita factum est, ut neglecto memoria cul tu, minus uiuida esset rerum cognitio, & pauciora quisq; sciret: quandoquidem tantum scimus, quantum memoria tenemus.

89 *Animam immortam* Quum iam tempus urgeret moriendi, rogatus à Critone, quomodo sepeliri uellet, Muli tam, inquit, o amici, operâ frustra consumpsi, Critoni enim nostro nondum persuasi, metus hinc auolaturum, neq; quicquam mei relietur. Veruntamen o Crito, si me asséqui poteris, aut sic ubi naclus eris, ut cung; tibi uidetur sepelito. Sed mihi crede, necno me uestrum quum hinc excessero consequetur. Sensit Socrates, animum esse hominem, corpus nihil aliud esse quam animi uel organum uel domicilium. Eoc; stulte facere illos, qui solici sunt quomodo sepeliantur.

90 *Mors et somnus* Idem dicere solet, mortem esse similem profundo somno, aut diutinæ peregrinationi. Somnus profundior adimit omnem sensum, & animus à corpore digressus, aliquando in suum domicilium redditurus est.

91 Idem dicere solet, ut omnes omnium hominum calamitates in unum conferrentur, moxq; sua cuiq; sors singulis ex eo aceruo portiones æquæ distribuerentur, ita fore, ut suas quisq; calamitates displicet recipere malit, q; æquam è communi portionem. Hoc aduersus uulgares hominum mōres, qui alienæ inuident, suam deplorant sortem.

92 Didicit fidibus canere iam natu grandior inter pueros, id admirantibus uelut absurdum, negauit absurdum esse, quæ quis nesciret ea discere. Nulli enim uitio uertitur, ea sibi parare, quibus opus est, si desint: nec hic spectanda est ætas, sed egestas.

93 Dicebat bene incipere, non esse pusillum, sed iuxta pusillum. Græca sic habent, τὸν ἀριθμὸν μικρὸν μὲν οὐ ἔχει, παρεπαλέοντες δὲ, quod Laertij interpres ita reddidit, Bene incipere paruum non esse, sed maximum. Quanquam aliud exprimit uerba Socratis, sed sentit, nō fallor, bene incipere non esse quidem paruum, sed parui fieri. Aut, recte incipere nō esse pusillum, sed iuxta pusillum. Paulatim enim incipiendum, eo quod qui in initio præponerunt, serius perueniāt ad finem, ut alludat ad Hesiódum iubentem, ut pusillum pusillo addamus. Dicti argutia est in Græcis uocibus, eaq; latine reddi non potest.

94 Admonebat esse dandam operam geometriæ, donec quis posuit mensura terram & æcipere & tradere. Græca sic habent, ἐφασκεῖσθαι γεωμετρεῖν, μέχρι ἀρτιστῶν διάγονων γελασεῖντες. Opinor eum sensisse, moderatos agros esse parundos, quos & tibi cōmodum sit à maiorib. accipere, & hæredibus tuis tradere. Nam immodicē possessio nes ut non sine negotio parantur, ita nō absq; lite perueniūt ad hæredes. Dicti argutia est in uerbo γεωμετρεῖν, quod anceps est, ad artem geometricam, & ad agrorum mensores.

95 Cuidam moleste ferenti, quod negligetur, quo tempore triginta tyrani rem pub. occupant, Nunquid est, inquit, cuius te pœnitit? Sentiens non esse moleste ferendum, si quis contemnatur ab improbis, nec hoc nomine sibi quenquā oportere displicere, sed si quid cōmisit, ob quod merito & sibi & alijs bonis displiceat, Malis enim displicere, laus

96 Quum in somnis quidam ipsi uisus esset dicere,
ηματι μὲν τριτάτῳ φθίλω ἐριθολογίᾳ.
Ad Phthiam uenias simul ac lux tertia surget:

Aeschini dixit, tertio die moriar: uersum Homericum pro oraculo interpretans: id est nit. Phthia erat patria Achillis, & amici conati sunt persuadere Socrati, ut in Thessaliā fugeret, quod illīc haberet bonos amicos.

97 Dicebat, uiros oportere ciuitatis parere legibus, uxores autē maritorū quibuscum uiuest moribus: Norma coniugis uir est, quæ recte uiuit, si ille publicis legibus obtemperet.

98 Admonebat, uoluptates non aliter q; Sirenas esse prætereundas ei, qui properat ut uirtutem ueluti patriam conspiciat. Allusit ad Vlyssen, qui cera obturatis auribus præterea uigauit Sirenas, ut Ithacæ fumum subsilientem cerneret.

99 Quum audiret recitare Lysidem Platonis, Deum, inquit, immortalem, q; multa de me intentitur

mentitur adolescentis: siue quod ob modestiam non agnosceret laudes quas ipsi tribuebat Plato, siue quod in dialogo multa de Socrate fingeret.

Aeschinum, qui premebatur in opere, solet admonere, ut a seipso sumeret mutuum siue ¹⁰⁸ usuram, παρέχων δικαιοδοσίαν, & addidit modum, sibi ipsi subtrahendo cibaria, iuxta ille illud, magnum uectigal patrimonio. Expeditissima ratio est augendi census, detrahere sumptibus.

Interrogatus de Archelao Perdiccae filio, qui tamen fortissimus habebatur, num eum beatum iudicaret, Nescio, inquit, nunquam cum eo colloquutus sum. Subiecti, eadem opera de rege Persarum dubitare potes an sit beatus, Quid nescio, inquit, quum nesciam quam sit doctus, aut quis uir bonus. Socrates hominis beatitudinem ueris animi bonis metiebatur. Refertur a Cicerone lib. Tusculanarum quæst. s. ex Gorgia Platonis.

A R I S T I P P V S

Arbitror conuenire, ut discipulum & ætatem & autoritatem primum, praceptoris iungamus, quo nemo fuit inter philosophos uel ingenij dexteroris, & ad omnem uitæ habitum accommodatoris, uel in dictis urbanior aut festiuor, tametsi non præstissime uidetur ea mortum sanctimoniam, quam in Socrate mirantur omnes.

Inter hunc & Diogenem Cynicum nonnulla fuit æmulatio ob diuersum uitæ institutum. Diogenes Aristippum appellabat canem regium, quod Dionysium Siciliæ tyranum coleret. In quem uicissim Aristippus, Si Diogenes sciret uti regibus, non uesperetur crudis holeribus. Contra Diogenes, Si Aristippus didicisset esse contentus crudis holeribus, non esset canis regius.

Quum aliquando perdicem quinquaginta drachmis ^{Argute} uississet emi, cuidam detestati luxum in philosopho. Et tu, inquit Aristippus, si obolo uenalis esset, non emeres? Quum is respondisset, se empturum, Et mihi, inquit, tamen sunt quinquaginta drachmæ. Quod ille luxus nomine damnabat, hic detorsit ad laudem contemptæ pecuniae. Siquidem qui precij magnitudine deterretur ab emendo, is non contemnit cibum, sed pluris facit pecuniam. At philosopho nihil pluris æstimabatur quinquaginta drachmæ, quod illi obolus. Aristippus itaque obsonij cupiditate par, superior erat despectu numerorum.

Quum Dionysius illi tres uenueltas meretrices obtulisset admonens, ut ex his quæ uel let eligeret, omnes apprehendit dicens, Ne Paridi quidem fuisse tutum, unam ceteris præ tulisse: ac puellas deduxit ad aulæ uestibulum, dimisitque, non minus in contemnendo faci lis, quam in amplectendo.

Strato, siue ut alii tradunt, Plato, dixit Aristippo, Tibi uni & chlamyde & pannu ferre datu est. Chlamys uestis est satraparum, pannus mendicorum. Id notauit Horatius quod ait,

Omnis Aristippum decuit color.

Apud Dionysium saltauit in purpura, interdum uillo pallio utebat, semper tamè decori memor.

Conspitus a Dionysio, aequo animo tulit: ob eam contumeliam indignantibus, Piscatores, inquit, ut gobionem capiant, aqua marina se pariuntur aspergi, ego ut balenam capiam, non patiar me aspergi saluare. Balenæ uocabulo regem signans, quem sua patientia conabatur ad philosophia studium allucere. Plurimum autem utilitatis ex principum sapientia nascitur.

Rogatus quid fructus cepisset ex philosophia studio. Quod cum quisbuslibet, inquit, libere loqui possim. Nec enim metuebat potentes, nec fastidiebat humiles. Quoniam a nimum habebat spe pariter ac metu liberum, nemini seruiebat, neque cuiquam assentiebatur præter animi sententiam.

Quum quidam illi probro darent, quod splendide exquisitè uiueret philosophus, Id, inquit, si uitium esset, in celebritatibus deorum nequaquam fieret. In his enim & magnifice uestiri, & lautissimo ciborum apparatu solent uti. Porro quum dij sint infensi uitios, non placarentur, sed irritarentur eiusmodi magnificètia, si ea cum uitio esset coiuncta. Sic ille quidem elusit conuictum, non ostendit quid esset optimum.

Percontanti Dionysio, quid eximium haberent philosophi præ ceteris hominibus, Ut, inquit, etiam si omnes leges aboleantur, tamen aequabiliter uicturi simus. Vulgus philosophia legum præscriptis arcet a peccando, philosophus rationem habet pro legibus, non fructus ideo quod rectu est faciens quia lex iussit, nec a scelere temperans, quia lex uetait: sed quia nouit

nouit illud per se reclum esse, hoc per se turpe.

⁹ Vterq; Dionysiu coluit Aristippus & Plato, sed Aristippus à delitijs aulicis quū ades-
Lepide sent non abstinebat. Plato etiā inter regalem luxū frugalitatē seruare nitebatur. Itaq; quā
Plato reprehenderet Aristippū, quod adeo lautitij indulgeret: rogauit quid sentiret de
Dionysio, num uir bonus uideretur; quum respōdisset, uideri bonum. Atqui ille, inquit,
me multo uiuit lauitor. Proinde nihil uerat, eundem & laute uiuere, & bene uiuere.

¹⁰ Percontantī Dionysio, qui fieret, ut philosophi diuitū limina tererent, non cōtrā, Quo
Philosophia niam, inquit, philosophi norunt quibus egeant, illi nesciunt. Philosophi sciunt, abscq; p/
necessaria cunia uiui non posse, itaq; petunt eos qui quod opus est dare possunt. Quod si diuites &
que intelligerent se egere sapientia, multo magis tererent philosophorum limina. Mis-
erior enim est egestas animi q̄ corporis: atq; hoc miserius egenis sunt diuites, quod non in-
telligant, quam preciosa quamq; necessaria re careant.

Rogatus quo different docti ab indoctis, Quo, inquit, equi domiti ab indomitis.
¹¹ **Philosophie** Quemadmodum equus indomitus ad omnem usum incommodus est ob inscitiam ac
fructus ferociam: ita qui rapitur affectibus, quos sola domat philosophia, ad omnem uitā con-
suetudinem inutilis est.

¹² **Venus mode-** Quum aliquando adiret scortum, sensit quendam ex adolescentulis, qui aderant, eru-
rata bescere, quasi turpe esset philosophum ingredi fornicem: ad hunc uersus, Huc, inquit, in-
gredi turpe non est adolescentis, sed egredi non posse turpe. Sensit, ignoscendum si quis
moderate utatur licita uenere: non ignoscendum si quis addiclus uoluptati seruiat. Hoc
dictum illo seculo probari poterat, quo nulla lex uerabat cum scorto congredi, nunc p̄re-
ter argutiam nihil habet laudabile.

¹³ **Lepide** Cuidam qui proposuerat ænigma, uehementer instanti ut solueret, Quid o stolidi, in-
quit, uis soluam, quod nobis etiam ligatum exhibit negotium: Lusit ex ambiguo. Solui-
tur enim quæstio, & soluitur homo aut belua uincta. Stultum autem sit, furiosum homi-
nem aut noxiā bestiam soluere, magis nocitaram.

¹⁴ **Eruditio uti-** Dicebat, satius esse fieri mendicum quam indoctum, quod ille tantum pecunijs e-
lis geat, hic humanitate. Nihilominus homo est, cui deest pecunia: at homo non est, cui de-
citat ut accipiat.

¹⁵ **Maledico ce-** Quum à quodam conuicijs incesseretur, tacitus abiit: at quū maledicus insequeretur
dendum abeuntē dicens, quur fugis? Quoniam, inquit, tibi quidem potestas est male loquendi,
mihi uero non audiendi. Salsissime notauit hominis impudentiam, qui quum sibi ius su-
meret male loquendi, non saltē hoc iuris concederet alteri, ut subduceret sese, desineretq;
male audire. Nam uox hæc, quur fugis? erat uelut expostulantis de iniuria.

¹⁶ **Philosophia** Quidam multa destomachans in philosophos, etiam hoc adiecit, quod consiperet il-
medicina ani- los semper obsidere fores diuitum: cui Aristippus, Et medici, inquit, ægrotatiū domos
morum frequentant, nemo tamen ægrotus esse mallet quam medicus. Scite retorsit in diuersum
conuictum. Philosophi prædicant felicitatem, quam unī sapienti uindicant, & tamen assi-
due uersantur apud diuites aliquid uenātes ab illis: unde colligebat, diuites esse beatiores
& philosophos. Sed ille interpretatus est, philosophos ideo potissimum colere diuites,
quod ob luxum ac delitias cæteris mortalibus & stultiores & corruptiores, magis egeret.
præceptis sapientiae: philosophus autem animorum male habentium medicus est. Porro
beatius est esse medicum, quam ægrotum.

¹⁷ **Mortis metus** Quum aliquando Corinthum nauigasset, & orta tempestas naufragium minaretur,
expalluit Aristippus: id animaduertens e uestoribus crassus quispiam militaris ac philo-
sophorum osor, sedata tempestate cœpit insultare: quur inquiens uos philosophi, qui
prædicatis, mortem non esse formidandam, expallescitis in discrimine, nos indocti non
timemus: Quoniam, inquit Aristippus, non de pari anima tibi mihiq; cura ac metus est,
A. Gellius hoc addit, Ego timeo animæ Aristippi, tu non times animæ nebulonis: quod
tamen amarulentius dictum est, quam ut Aristippo conueniat, cuius urbanitas non tan-
tum habet nigri salis. Rebus uilissimis minime timemus, unde prouerbium, Hydria in fo-
ribus. Hinc lusit Aristippus, illum non expalluisse, nō quod esset fortior, sed quod quum
esset homo nihil, haberetq; animum omni uirtute uacuum, minimum erat detrimenti si
perisset

perisset. Vir eruditus ac sapientia praeditus, non perit, nisi graui reipublicae dispendio. ¹⁸

Cuidam iactanti se, quod esset πολυμαθης, hoc est, multiplicitis eruditionis, quasi nihil non ^{Varia lectionis} didicisset. Quemadmodum, inquit, non hi qui plurimum edunt excernuntque, melius uarent his qui sumunt quantum opus est: ita non qui plurima, sed qui utilia legerunt studio, si & eruditus sunt habendi. Grauiter taxauit eos, qui tumultuaria, immo^{dictaque} lectione sermet ingurgitant, nec ea quae legunt trahi ciunt in animum, sed tantum reponunt in memoria, quare nec doctiores euadunt nec meliores.

Orator quidam Aristippum reum defendit in iudicio, usciturque litem. Is quum uelut auctor ¹⁹ tem suam preferens philosophiam, diceret, quid tibi profuit Socrates Aristippe? Hoc, in Philosophia quid, quod oratio quam pro me dixisti, uera fuit: defenderat ut uirum bonum & innocentem. Ut autem talis esset, qualis ab oratore predicabatur, Socrates praestiterat, a quo philosophiam dicit. Orator non hoc efficit, ut quis sit uir bonus, sed ut talis uideatur iudicibus, etiam si non sit. Praestans igitur est, quod praefat philosophus est quod orator.

Aretam filiam salubribus preceptis instituebat, consuefaciens, ut ubique quod immodi ²⁰ cum esset, contemneret, quod mediocritas in omni re sit optima, & infirma maximae Modus virtutis sit temperare cupiditatibus.

Cuidam percontanti, quare esset melior eiusfurus filius, si eum curaret litteris erudire? ²¹ dum. Ut nihil aliud, inquit, certe in theatro non sedebit lapis super lapidem. Amphitheatre Eruditio utilia gradus habebant marmoreos, in quibus sedens populus spectabat. Lapidem autem uulgo dicebant hominem indoctum & elinguem.

Quidam cum Aristippo agebat, ut filium suum suscipere ut erudiendum: sed quoniam philosophus pro mercede peteret quingentas drachmas, alter deterritus magnitudine precij, minoris, inquit, emerem mancipium. At hic, inquit, habebis duo. Sensit eadem pecunia ille recte. Iuxta sibi paraturum, & philosophum utilem, & filium obsequenter. Lepide taxauit uulgi iudicium, qui nusquam paucior est, quam in recte instituendis liberis, plusque sumptus impedit curandis equis quam filiis.

Reprehensus quod pecunias acciperet ab amicis, ait, se non ideo accipere ut ueteretur ipsi, sed ut illi discerent, ad quas res uterum sit pecunias. Vulgus enim disuitum, aut in equos, aut in operosas structuras, aut in luxum perdit pecuniam, quoniam ea bonis uiris si egeant sit usus eroganda. Quin & aliter intelligas licebit. Aristippus non nisi ad uitae necessaria pecunias utebatur, ideoque a diuitiis accipiebat, ut eis demonstraret bene utendi rationem: id non poserat, nisi illi materiam subministrassent. Veluti qui cupit artem scribendi discere, chartam & calatum porrigit docturo.

Cuidam exprobrati quod in propria causa oratore conducitio fuisset usus. Nihil mirum, ²⁴ inquit, & coenam apparatus coquum conduco. Alter uideri uolebat ob hoc oratorem praestantiorē philosopho, quod eius opera conduceret: ille retorsit in diuersum, innuens inferiorem esse qui conductur. Oratoris enim munus inferior est, ut philosopho conueniat.

Iussus est aliquando e sua philosophia non nihil dicere, quoniam detrectantem urgebat Dionysius, Ridiculum, inquit, si quidem me ut de philosophia loquar rogas, & quando oporteat loqui ipse me doces. Sensit hoc ipsum esse philosophi, scire quando loquendum sit, quando tacendum: at qui petit ut audiat aliquid ex philosophia, declarat se philosophiam a philosopho uelle discere: rursus qui cogit ad loquendum, is uidetur ipso philosopho doctior, ut qui melius norit loquendi tempus quam philosophus ipse. Ob hoc Aristippi responsum indignatus rex, iussit illum in conuiuio infimum omnium ac cumberethic Aristippus nihil offensus. Hunc, inquit, locum o rex illustrare uis ac honestificum reddere: significans non locum reddere hominem uiliorem, sed ex dignitate hominis honorem addi loco. ²⁵ Locum ornat homo

Quendam sibi uehementer placentem de natandi peritia non tulit Aristippus. Et non te pudet, inquit, tam insolenter his de rebus iactare te, quae Delphinum sunt propriæ. Lessidius erat si dixisset, ranarum. Decet hominem gloriari super his quae sunt hominis propria. Nihil autem magis conuenit homini, quam ratione pollere. Nullus tam peritus natator est, quin hic a Delphinis superetur.

Percontanti, qua re differret sapiens ab indocto, Mitte, inquit, ambos nudos ad hostines ignotos, & uidebis. Significauit, sapientem secum in pectore circumferre, quo se com-

se commendet quibuslibet. Proinde si doctum & indoctum pariter nudos mittas in regio-
nem peregrinā, ubi ambo sint æque ignoti, sapiens proferens opes suas protinus & rem
& amicos inueniet, nudus alter pro insano ridebitur, & fame periclitabitur.

28 Iactanti cuidam, quod multum biberet, nec inebriaretur, Quid, inquit, magni narras,
Bibacitas quum idem faciat mulus?

29 Quidā Aristippo uitio dabat, quod cū meretrice haberet consuetudinē. Hunc Socrati-
tica iſagogē sic confutauit, Age dic mihi, num referre putas, utrū quis accipiat domū quā
multi inhabitarint, an quā nemo? Quū negasset referre, Quid, inquit, refert ne utrū ueha-
ris nauī quæ multos uexerit, an quē nullos? Quū negasset & hoc, Quid igitur interest, in-
quit, utrū consuetudinē habeas cū muliere, quæ multis sui fecerit copiā, an quæ nulli? Et
hoc dictū ut festiuū p̄bari pōt apud illos, apud q̄s simplex stuprū non habet pro criminē.

30 Reprehensus à quodam, quod Socratis discipulus contra Socratis morem pecuniam
Prouisio ne/ acciperet, Merito, inquit, hoc facio, nam Socrati plurimi diuites amici mittebant triticum
orſſiorum & uinum, è quibus pauca in usus necessarios refetuans remittebat reliquum. Nimirum
habebat ille dispensatores Atheniensium primores, ego uero Eutychidem seruū meum
emptitium. Significabat, se nihilominus contemnere pecuniā q̄ Socratem, sed illi fuisse
largiores amicos. Hoc colore se possent & hodie quidā excusare profitentes summū pe-
cuniæ contemptū, quū apud amicos habeant depositam pecuniā: quod olim habebat
benignos peni curatores, nunc esurituros satis, si nihil sit alicubi repositiū nummorum.

31 Habuisse dicitur consuetudinem cum Laide nobili scorto. Quo nomine quum uulgo
male audiret, cuidam obijcenti, quod philosophus haberetur à Laide, Imò Lais, inquit,
habetur à me, non ego à Laide: significans non esse turpe uti concessa uoluptate, sed ei ser-
uire deditumq̄ esse, in turpibus habendum.

32 Rursum obijcenti, quod cibis lautioribus uteretur, hac ratione occlusit os, Tu, inquit,
Lautitia hos cibos triobolo non emeres: quumq̄ is qui uolebat lautiarum uideri cōtemptor an-
nuisset, Ergo, inquit, non tam ego uoluptati studio, quām tu auaritia. Siquidem usurus
erat & ille lautitjs, si gratis aut mīnimo contigissent. Sic nationes quaedam Germanis
obijciunt bibacitatem, Anglis edacitatem, quum ipsis nihil sit uoracius, si quando gratis
datur indulgere gulæ. Avariores igitur illæ sunt, nō temperatiōres. Huic simillimū quod
ante retuli de perdice:

33 Dionysii quæstor, nomine Simus, natione Phryx, ostendit Aristippo suas ædes undi-
Libere quaç splendidas, etiam paumento preciosis tessellis constrato: omnibus circunspectis
Aristippus sputum oris reiecit in barbam Simi: & ob id indignanti hoc colore se excusa-
uit, quod in tota domo nihil uideret ad excipiendum oris recrementum opportunius:
innuēs, in tota domo nihil esse foedius aut immundius barbari facie, quum eam hominis
partem oportuerit esse mundissimam. Quanquam hoc dictū magis quadrat in Cynicum
aliquem, quām in Aristippum, utcunq̄ illi ascribitur.

34 Delectatus aliquando insigni unguento, Male sit, inquit, malis cinædis, qui rē tam bellam infamarunt: sentiens multa perse bona reiçī culpa utentium male.

35 Interrogatus, quomodo Socrates obisset diem, Vt ego, inquit, optarim: significans ta-
lem mortem quauis uita optabiliorē, nec potuit breuius felicem obitum describere. Dis-
cū tamen argutia in hoc est, quod philosophus aliud responderit, quām expectabat per-
contator. Ille quærebatur de genere mortis, morbo perisset, gladio, ueneno, an præcipitio:
ille putans id nihil referre, respondit, illum feliciter esse mortuum.

36 Sophista Polyaenus ingressus ædes Aristippi, quum uideret illic mulieres pulchre or-
Argute natas, ac magnifice instructum conuiuium, cœpit reprehendere tātum in philosopho lux-
xum. Aristippus dissimulata obiurgatione, aliquanto post, Potes ne, inquit, hodie nobis-
cum esse: Cum ille non recusasset, Quid igitur, inquit, incusas: Videris enim non lautio-
rem mensam reprehendere, sed impendium. Nam si conuiuium ob hoc ipsum displicu-
set quod esset lautius, recusasset esse conuua. Porrò probare quidem apparatus, sed of-
fendi sumptu, non frugalis sed auari hominis esse uidetur.

37 Vix credibile est quod de illo refert Bion. quum famulus in itinere gestans pecuniam
onere premeretur, abiçce, inquit, quod nimium est, & fer quod potes.

38 Quodam tempore nauigans, ut intellexit nauim esse piraticam, deprompsit aurum ac
numerare

numerare coepit, moxque abiecit in mare, & grauiter ingemuit, fingens sibi imprudenti & inuito excidisse. Hoc ingenio uitæ suæ consuluit, adempta piratis occidendi uinciendii materia. Sunt qui narrent illum & hæc dixisse, Satius est ut hæc per Aristippum, quām propter hæc pereat Aristippus.

Percontanti Dionysio, quur Aristippus uenisset in Siciliā reliquo Socrate, Vt, inquit, 39
quæ habeo impartiam, quæ non habeo accipiam. Sunt qui narrent illum sic respondisse, Libere
Quum egerem sapientia, adij Socratem: nunc quoniam egeo pecunia, ad te ueni.

Aristippus Platoni obiurgati, quod multos pisces emisset, respodit, se illos emisse obo 40
lo, quicque Plato dixisset, tanti & ipse empturus eram, Vide, inquit, igitur o Plato, me non Argute
esse obsoniorū auidum, sed te pecunia amantē. Similia quædam ante cōmemorata sunt.

Idem Aeginæ in neptunalibus consuetudinē habuit cum Phryne: quicque illi quispiam 41
obiecisset, quod tantum pecunia impenderet mulieri, quæ Diogenem Cynicū gratis ad Candide
mitteret, Ego, inquit, illi multa suppedito, ut ipse ea fruar, non ne quis alius. Traditum est
hoc de Phryne, quod quum esset formosissima, quibuslibet tamē sui copiam facere so-
let, nullo delectu personarum, seu diuites essent, seu pauperes, in neminem fastidiosa. Ita
que turbam amatorum habuit. Huc respexit Horatius,

Me libertina, nec uno Contenta Phryne macerat.

Aristippum cum Phryne consuetudinem habentem sic obturgauit Diogenes, Cum 42
publica, inquit, muliere tibi res est Aristippe: aut igitur canem agas quæadmodū ego, aut Candide
desinas. Hunc inductione sic repulit Aristippus, Num absurdum tibi uidetur Diogenes
inhabitare domum, in qua prius habitatunt alijs? Quis negasset ille. Quid, inquit, num ue-
hi nauis, quæ multos antea uexerit? Quum hoc quoq; negasset absurdū esse. Quis igitur,
inquit, absurdum putas congregi cum muliere, qua plures sunt usi? Hoc cōmemoratum
est, nisi quod Athenaeus hunc in modum retulit.

Quum prædium amoenissimum perdidisset, cuidam deploranti tam miserabilem illius 43
casum, Quid, inquit, an nescis tibi unicum esse præfolum, mibi uero tres agros superesse? Relictis gauis
Quum annuisset alter, Quin igitur tuam potius vicem deploramus: sentiens, insipientis dendum
esse, dolere amissis potius, quām gaudere relictis.

Cuidam interroganti, num tu es ubiq; ridens, Naulum, inquit, nō perdo, si sum ubiq;. 44
Elusit Aristippus sophisticam quæstionem, an idem corpus possit esse diuersis locis, dum Lepide
respondit non esse periculum, ne perdat naulum. Perdit enim haulū, qui dato precio non
peruechitur eo quod uult. Potest & sic accipi, Ergo naulum petdsdi.

Confutatus in disputatione à quodam homine audaci, sed eodem furioso ac stolido, 45
quum illum uideret gestientem inflatumq; uictoria, Ego quidē, inquit, redargutus abeo, Moderate
sed suauius dormiturus te qui redarguisti.

Hecicon Cyzicenus unus ex Platonis æqualibus, solis defeciti prædixerat: qui postea, 46
quam accidit, quemadmodum ille prædixerat, à Dionysio argenti talento donatus est.
Tum Aristippus ad reliquos philosophos, Et ego rem miram habeo quam possim præ-
dicere orantibus ut profeteret, Prædicto, inquit, breui inter Platonem ac Dionysium futu-
ram similitatem. Senserat enim regem animum suum iamdudum dissimulare.

Illud cum primis damnabat in hominum moribus, quod in auctionibus uasa diligenter 47
ter inspicerent priusquam emerent, uitam eorum non inspicerent, quos sibi in amicitiam Amicus delis
adiungeret. At maior utilitas est à fidis amicis quam à uasis, & plus damni est nisi deligas. gendus

Quum Dionysius in coniuicio iussisset, ut singuli in ueste purpurea saltarent: purpura 48
uero tum regum erat gestamen, nunc sutoribus etiam communis: id Plato facere recusa-
uit his trimetris è fabula quapiam,

οὐκ αὐτοῖς μαρτυρεῖ θῆλων φύσιών τοιλων
ἀπέβησε πεφύκεις, οὐ γάρ τοι ἀρρένες. Id est,
Muliebri ego haudquam indui queam stola,
Vir natus ipse, & ex virili germine.

Aristippus uero nō recusauit, sed induitus purpura saltaturus, hos uersus recitauit ex tpe, Comites
Επειδὴ γὰρ θεατῶν μαρτυρεῖ
οὐδὲ διαφέρει τὸ θεατήριον τοιλων. Id est;
Nam in Liberipatriis sacris

Mens

Mens quæ pudica est, nec iet corruptier.

49. *Dum aliquando Dionysium interpellaret pro amico, nec ille preces admitteret, pro*Preces abies* stratus coepit amplecti pedes regis, & impeirauit. Id factum quū quidam uelut abieciua*&c* quām ut Philosophum deceret reprehenderet. Non ego, inquit, sum in culpa sed Dionysius, qui aures habet in pedibus. Ingenium iuxta promptum & ad faciendum & ad excusandum quidlibet.*

50. *In Asia comprehensus est ab Artapherne satrapa, Id temporis quū quidam eum interrogaret, num & illuc haberet solitam animi fiduciā, Inepte, inquit, quasi unquam fuerim fidentiori animo quām nunc, alloquuturus Artaphernem. Nimisrum hoc illi praestebat philosophia, ne quem hominem metueret, sed cum omnibus libere ageret.*

51. *Eos qui liberalibus imbuti disciplinis, philosophiam negligetent, dicebat esse similes procis Penelopes, quod hic cum Melanthone & Polydora ancillis tem habuerint, & omnia potius se habituros sperauerint quam dominæ nuptias. Sensit libertales disciplinas esse uelut pedissequas philosophiae moralis, quæ cum primis sit adhibenda, & cuius gratia reliqua discuntur omnia. Simile quiddā dixisse fertur & Aristote de Ulyssē, qui quum descendisset ad inferos, ait illum cum omnibus ferè manibus fuisse colloquutum, quum ipsam reginam ne uidere quidem potuerit.*

52. *Percontanti quæ potissimum adolescentibus essent discenda, Quæ viris, inquit, usui optima pri futura sunt. Hoc dictum & alijs ascribitur. Optima statim discenda sunt, nec ruditis ætas, cum quæ maxime docilis est, superuacaneis est occupanda.*

53. *Posteaquam Aristippus magnam pecuniarum uim sibi comparasset, & admiratus Socrates diceret, Vnde tibi tam multa? Vnde, inquit, tibi tam pauca? Non enim minus adiuves mirandum arbitrabatur, quod Socrates tantus philosophus, & qui tantos haberet amicos, pauper esset, quam quod ipse diues.*

54. *Scorto cuidam dicēti, sum ex te grauida Aristippe, Istuc, inquit, nihil magis scire possem, Lepide sis, quam per densissimas spinas ambulans dicere, hæc me spina pupugit.*

55. *Incusante quodam, quod filii sic abiaceret negligenter, quasi ex ipso natus non esset, Liberi deges An non, inquit, & pituitam & pediculos è nobis natos uelut intiles procul à nobis abiijerentes cimus? Sensit eos non habendos pro filiis, qui nichil habentent alioqui quo se parentū affectui commēdent, nisi quod ab ipsis progeniti sint. Ita senex in comedìa, Tantis per te uolo meum, dum id quod te dignum est facis.*

56. *Quum Aristippus à Dionysio pecunia donatus esset, Plato libris: atq; ob id à quodam carperetur, quasi ad rem attentior esset quām Plato, Quid refert, inquit, mihi pecunia erat opus, Platonis libris: sentiens neutrum accusandum.*

57. *Interrogatus, quam ob causam sic ipsum argueret Dionysius, Ob eandem, inquit, ob Veritas odio quam cæteri: significans, philosophi libertatem omnibus esse molestam, nō igitur mirans dum si regi: simul illud innuens, regis iudicium nihil à uulgari differre, quod fortuna non addat sapientiam.*

58. *Quondam petiū talentum à Dionysio, quumq; rex redarguendi natus occasionem, Philosophus diceret, Nonne tu prædicabas, philosophum non egere? Da, inquit, & postea de hoc dis nullius ege sputabimus. Quum accepisset pecuniam, An non, inquit, recte dixi, philosophum non egere? Non eget qui quum opus est, habet unde accipiat.*

59. *Dionysio recitanti uersiculum ex Sophoclis tragedia,*

*Γρός τοι τύραννος ὁς πετυποθέτης,
Κέντος δέλλος, κάμελονθρός μάλα. Id est,
Quisquis tyranni ad tecta se contulit,
Fit seruus illi, liber et si uenerit.*

Aristippus correcto posteriore uersiculo respondit,

Οὐχ δέλλος, αὐτόνθρος μάλα. Id est,

Haud seruus est si liber illuc uenerit.

Significans non esse uere liberum, nisi cuius animū spe metuq; liberavit philosophia. Neque enim uere liber est quisquis ingenuus natus est. Quidam hoc dictū ascribit Platonis.

60. *Quum inter Aristippum & Aeschinem incidisset similitas, quidam autē diceret, ubi nunc illa uesta amicitia: Dormit, inquit, sed eam excitabo. Itaq; similitatem Aristippus commoda*

cōmoda liberaq; appellatione facile sustulit. Ne silentio malum; ut solet, in crudeliteret, ul-
tro adiūt Aeschinem. Non, inquit, quā primum redibimus in gratiā, ac nugari desinemus? Reconciliatio
an potius expectabimus, ut scurris inter pocula de nobis loquēdi materiam p̄rbeaimus?
Cui quū Aeschines respondisset, se lubenti animo redditū in gratiam, Memento igitur,
inquit Aristippus, quod cū essem natu maior, prior ad te uenerim. Tum Aeschines, Næ
tu profecto uir me longe melior es. Siquidem à me simultatis, abs te sarcendæ gratiæ fuit
initium. Hoc pacto redintegrata est inter illos amicitia.

Quodam tempore cum ciuib; aliquot suis nauigans naufragio electus est. Quum in 61
littere uidisset figuras mathematicas in harena depicas: Salua, inquit, res est amici: homi Verabona
num uestigia conspicio: & ingressus ciuitatem proximam inuestigauit, qui nam essent illi/ animi
sic disciplinatum studiosi: cum his ubi congressus est, summa cum humanitate tractarunt
non ipsum modo, uerū & comites illius, atq; etiam uiaticum ad redditum subministrarū.
Tandem quum hi qui cum Aristippo uenerant, pararent redditum in patriam, rogarentq;
illū, ecquid ueller suis ciuib; renunciari, Ut, inquit, studeant sibi huiusmodi parare os-
pes, quæ naufragio non pereunt, sed simul cum possidente enatant. Refert idem Vitru-
vius De architectura lib. 6 addens Aristippum tunc uenisse Rhodum.

Quum Socrates taxaret unguentis delibutos & Charondas, siue, ut alijs placet, Phæ-
don percōtaretur, quis esset ille unguentis delibutus, Ego, inquit, infelix, & me infelicior
Persarū rex. At uide, inquit, ut quemadmodū hac parte nullo cæterorum animaliū est su-
perior, ita nec hominum ulla præstantior. Sensit externis bonis hominem nihilo fieri me
liorem: & equus sanfucino oblitus idem oleret quod rex, & mēdicus unguento simili de-
libutus, non minus bene olet quam summus pontifex.

DIOGENES CYNICVS

Non in concinnus, ut arbitror, ordo uidebitur, si post facetam Socratis sanctimoniam,
post hilarem Aristippi libertatem, Diogenem Sinopensem commemoremus, qui dicto-
rum omnijugū gratia longe superauit cæteros: quāquam omnes hos tres diuersis quidem
uirtutibus, ex æquo tamē suspicēdos iudico, ut licet dissimillimi fuerint, equeales tamen
fuisse dicas.

Primum Athenas profectus ad Antisthenem se cōtulit, à quo sāpe repulsus (nullum 1
enim discipulū recipiebat Antisthenes) non destitit tamen hærere: adeo ut quum aliquan-
do baculum intentaret Antisthenes, ultro baculo caput subiecerit, dicens, Cæde si uis, at Studium sa
nullum inuenies baculū tam durum, quo me abs te abigas, dum aliquid dixeris. Insigne
exemplum adamatae sapientiae.

Quum murem forte conspiceret in Megarico discurrēt, qui neq; cauum quæreret, 2
neq; turbis terretur, neq; cibum appeteret, Bellum, inquit, libertatis exemplum: moxq;
contemptis omnibus cœpit in dolio habitare. Libertas

Demirantibus q; nullas haberet ædicas ubi cibum capere posset, ostendit Louis porti 3
sum, aitq; Athenienses ipsi magnificā extruxisse aulam ubi uesceretur. Quod publicum Facete
erat, sibi quoq; paratum interpretabatur. Neq; potuit optare coenationem splēdidiorē.

Euclidis scholam, quod arguta quidem, sed ad recte uiuendum inutilia docere uidere/
tur, χολὴ, id est, bilem ac molestiam appellabat, quum schola Gr̄cis sonet ocium. & Pla-
tonis θεωρία, id est, exercitationem, καταβίση, id est, contritionem uoce deprauata uo-
cabat, quod à cōmuni uita semotus disputationibus insenesceret, quum Diogenes in pu-
blico uiuens mallet philosophice uiuere quam disputare.

Dionysiaca certamina quæ Athenis in honorem Bacchī magnis impendijs pompaq;
celebrabātur, appellabat magna stultorum miracula, q; in his nihil non ridiculū ageretur.

Oratores qui summo in precio habebātur Athenis, dicebat turbæ ministros, q; ad gra-
tiam loqui cogerentur, ac seruiliter adulari stolidæ multitudini. Coronas aut dicebat esse
gloriæ pustulas, διαθηματα, qualia nonnullis progerminant in naso uultuq; ex bile.

Quoties considerabat in hominū uita ciuitatum gubernatores, medicos ac philoso-
phos, dicebat nullum animal homine sapientius. Idem contemplans somniorū interpre-
tes, coniectores, diuinos, & huius generis cæteros, aut qui gloriæ diuitijsq; seruirent, aie-
bat sibi nihil homine uideri stultius: indicans hominis ingenii ad res optimas accommo-
dum si exerceatur; sin ad uitia degeneret, longe esse infra mutas pecudes.

8 Dicere solitus est, sæpius in uita parandum λόγου ή θρόχου, id est, sermonem δη λαqueū.
Ratio Qui desponderunt animum, ad laqueum cōfugiunt, quum ad consolatorium sermonem potius sit confugiendum. Nam animo ægrotanti medicus est oratio. Nec absurdus fuerit sensus, si λόγοι accipias pro ratione.

9 Quum in opiparo conuiuio uideret Platonem nihil attingentem lautitarum, sed oleis **Philosophus** duntaxat uescentem, Quid accidit, inquit, uir sapientissime, ut quum ob huiusmodi men **aulicus** fas in Siciliam profectus sis, hic à paratis abstineas? Ad hēc Plato, At Hercule, Diogenes, & in Sicilia huiusmodi fere cibo contentus eram. Quid igitur, inquit Diogenes, necesse erat Syracusas nauigare? An tum Attica non ferebat oleas? Hoc dictum quidam ascribunt Aristippo.

10 Diogenes aliquando Platoni occurrit caricas edens, eiç offerens dixit, Licet particeps esse: quum acceptas edisset, Participem esse dixi, inquit, nō deudorare, μεπάχεψ εποιησού καταφεγγεῖ. Hic iocus ad rem seriam potest accommodari, uidelicet in eos qui principis, præceptoris, aut parentum permisso abutuntur ad inconcessa. Veluti si quis admonitus, non esse inutile degustare dialecticam, totam uitam ei impendat studio. Dictum ita referatur à Laertio, ut dubites uter alteri obtulerit caricas.

11 Plato frugalis quidem erat, sed tamen amans mundicie, contrà Diogenes sordidus. **Gloriæ testa** Itaq; calcans Platonis culcitram præsentibus aliquot Dionysij amicis, quos Plato inuitarat ad conuiuium, dixit, Calco Platonis ambitionem. Mox Plato. At quanta superbia tu mes ipse Diogenes, dum alienam superbiam te calcare putas. Hoc ipsum ab alijs narratur lepidius. Diogeni dicenti, Calco fastum Platonis, Calcas, inquit Plato, sed alio fastu. Nam hoc ipsum fastus erat, quod iactabat mundicie contemptum, & qui sordibus gloriantur, nō minus ambitiosi sunt quam qui splendide uestiuntur, sed aliter. Turpior est autem ambitio ex fuco uirtutis laudem captans. Sotion tamen hoc non ascribit Diogeni, sed Platonii Cynico.

12 Diogenes à Platone petierat uini paululū, tunc & caricas. Plato misit lagenam: cui **Cynicus** hunc in modum gratias egit. Quum interrogaris quot sint duo & duo, respondes, **Liberalitas** uiginti: ita nec secundū ea quæ rogaris das, nec ad ea quæ interrogaris respondes. Notauit Platonem ut immodece loquacem, quod idem in illius scriptis notauit Aristoteles.

13 Percontanti in qua parte Græciæ uidisset bonos uiros, Viros, ait, nusquam, sed Laces dæmone uidi pueros. Notans totius Græciæ corruptissimos mores, adeò ut apud Laces dæmonios gentem incorruptissimam, tantum in pueris resideret prisca integritas. Simul illud innuit, in reliqua Græcia ne pueros quidem esse bonos: tum & illud, uiros esse pueris deteriores, quum ab his oporteat pueros ad probitatem institui.

14 Ridicula pre feruntur sa lutaribus Quum aliquādo de re seria differens: nullum haberet auscultatorem attendentem, coepit ineptam cantionem canere ueluti saltaturis. Vbi iam plurimi concurrissent, obiurgavit illos, quod ad stulta & inepta frequentes & alacres accurrerent, ad seria uero & ad bene uiuendū utilia, nec alacriter conuenirent, nec diligenter auscultarent. Huic simillimum est quod Demostheni quidam ascribunt de umbra afini.

15 Cura pre postera Reprehendebat homines q; lucta calcitrando alijsq; his similibus semet exercerent, ut periti euadant: nullos aut in hoc incumbere, ut probi & honesti euaderent.

16 se demirari, quí tanto studio mala Vlyssis perquirerent, sua ipsorum mala ignorarent, Olim Grammatici potissimum uersabantur in Homerij rhapsodijs, at is in Odyssea cōmemorat uarios Vlyssis errores. Musicos item accusabat, quod in cithara diligenter aptarent chor das ad concentus, mores haberent inconcinnos. Reprehendebat & Mathematicos, q; som, lunam ac stellas intuerentur, non uidentes ea quæ essent ante pedes. Oratores carpibat, quod studerent iusta dicere, sed eadem facere negligerent. Auaros obiurgabat, q; pecuniam uerbis uituperarent, quum eam animo plurimi facerent. Est enim auaros hoc peculiare, quod nulli magis detestantur auaritiam quam ipsi.

17 Taxabat hominum uulgas, quod bonos uiros hoc nomine laudarent, quia pecunias contemnerent, nec interim imitarentur quos laudibus extollerent uehementer, sed pecuniosos magis sequerent, quos uituperabant. Destomachabatur in eos qui pro bona ualitudine sacrificarent, & in ipso sacro epulis immodicis semet ingurgitantes, facerent bonæ ualeitudinē

ualetudini cōtraria. Dicebat se mirari seruos, qui quum uiderent dominos plus aequo uocates, non illis eriperent cibos. Nam hoc esse dominorum ualetudini consuleret, & seruis magis conuenit edacitas.

Hactenus dictum est, quos quibus nominibus reprehenderit, nunc audi quos laudat.
Probabat eos qui uxores ducluri non ducerent, qui nauigaturi non nauigarent, qui pueros alturi non alerent, qui ad rempublicam accessuri non accederent, qui se ad coniuendum præpotentibus componerent, nec tamen accederent: significans ab his omnibus abstinendum, eoque prudentes uideri, qui ad ea solicitati, tempestive uertissent sententiam, quod semel aggressis non sit integrum mutare consilium, etiam si pœnitentia instituti. Qui duxit uxorem, iam sui iuris non est: qui se mari cōmisit, uentorutu arbitrio feratur oportet: qui semel accessit ad rempublicam, seruat oportet, & ut cupiat, tutum non est ad priuatam redire uitam.

Illi tribuitur & hoc enigma, manus non esse porrigendas amicis complicatis digitis: in quo quens non satis esse, si comes nos præbeamus amicis, sed comitati comitem adiungendam Benignitas benignitatē. Qui comiter tractant amicos, dicuntur Affectus, quasi dicas dextrare.

Quum captus uenderetur in Creta, præconi rogati quid sciret, & quo titulo eum commendaret emptori, Dic, inquit, te uendere hominem, qui sciat imperare liberis. Quidam Educatio Xeniares Corinthius admiratus præconi nouitatem, adiit Diogenem, percontans num frugalis sciret quod profiteretur: ubi ex sermone hominis comperit esse sapientem ac doctū, mercatus duxit domum, eiq; suos liberos erudiendos tradidit; quos ille suscepitos liberaliter instituit, primumq; tradidit artes liberales, mox docuit equitare, arcum tendere, fundam rotare, iaculari telum. In palestra uero non permisit, ut pædotriba illos grauioribus lassibus in morem athletarum exerceret, sed hactenus quantum ad rubore bōnamq; corporis ualetudinem conduceret. Curauit ut ex poetis alijsq; scriptoribus optima quæque ediscerent, quod ea modo uere scimus quæ memoria tenemus: breuiter totius doctrinæ summam illis redegit in compendium, quo & citius perciperet, & fidelius memoria completerentur. Eosdem instituit domi ministrare parentibus, cibo leui uiliq;, & aquæ potū cōtentos esse: quumq; cæteri cæsariem alant ad formæ cōmendationem, ille iussit illos rādere comati: & si quād prodeūdum esset in publicum, incomptos producebat absq; tunicis, incalceatos ac tacitos. Quin & ad uenatū illos instituebat, Lacedæmonios imitatus, His rebus factum est ut à pueris obseruaretur, perq; illos parenti cōmendaretur. Alij narrant præconē Diogenis iussu ita prædicasse, Est ne quispiam qui uelit emere dominum?

Quum sederet in auctione, uetus est sedere, ac iussus est stare, ob id opinor, ut facilius inspiceret emptor quid emeret. At Diogenes, Quid, inquit, refert quando pisces quocunq; que modo iaceant emūtur: notans uulgi stultitiam, qui empturi seruum cauent, ne quod animi corporis uitium fallat, nec simili cautione explorant mentis habitum. Is autem deprehendit ex oratione.

Aiebat sibi uideri mīrum, quod quum ollam aut operculum non emerent homines, si pulsū actinītu exploratum, in emendo homine solo aspectu essent contenti: significas hominem nulla ex re melius cognosci quam ex oratione. Ut igitur qui uas fistile terūcio parant emere, digito pulsant, atq; ex actinītu redditio dignoscunt, sit ne integrum, probe argillæ, ac bene coctum: ita priusquam mīnis aliquot emant hominem, oportebat ad dicendum prouocare, atq; ex oratione deprehendere qualis sit. Eodem pertinet dictū superius: piscis mutus est, nec refert quomodo iaceat, quū nihil aliud sit quam piscis: ita non refert quo corporis habitu emas hominem, si silentem emas.

Xeniað à quo fuerat emprus dicebat, Mihi licet seruo obtemperes necesse est, propter rea quod qui nauclerum aut medicum habet seruum, ei tamē parere cogitur, si uelit ex eo capere utilitatem.

Apud hunc Xeniadē fertur consenuisse, & à suis discipulis sepultus esse. Rogatus à paulo post futurum est, ut inferiora fiant superiora: huc alludens quod id temporis Malediciones rerum potirentur, atq; ex humilibus fierent excelsi: quod si inuerteretur omnia, forent cadaver etiam ex prono fieret superinū. Fortassis illud sentiens, nihil referre quo statu corpus exanime sepeliatur, qua in re magna erat uulgi supersticio, porrectis in portam

pedibus efferebantur, stantes tremabantur: & hodie stantes ut audio sepeliuntur Iudea, certe supini sepeliuntur omnes Christiani.

25 In foro quondam stans clamabat, Adeste homines, ueluti cōcionaturus apud populum: **Homines per eundem similes** quumq[ue] iam frequentes cōuenissent, nec ille desineret clamare, Adeste homines: quidam indignati, En adsumus, dicit aliquid. Tum Diogenes baculo illos abigēs, **homines**, inquit, adeſſe iussi, non sterquilinia. Non putauit hominis cognomen competere in eos qui non uiuerent iuxta rationem, sed brutorum in morem agerentur affectibus.

26 Alexander Magnus quum esset Corinthi, adiit Diogenem pro dolio sedentem, cumq[ue] eo multa collocutus est: a quo digressus indignantibus amicis quod rex illi canitatem habuisse honoris, qui tanto principi nec assurgere dignaretur, Imo, inquit, ni Alexander esset, Diogenes esse uellem. Adeo demiratus est animum illum liberum, ac rebus humanis omnibus superiorem, ut nihil regno similius esse iudicaret. Præcipua regum felicitas est, quod nulli seruunt, sed quicquid uolunt facile efficiunt, tum quod nullius egeant: atque hoc ipsum homini præstat philosophia multo uerius quam regnum monarchis. Quandq[ue] **Alexandrum esse, Alexander** maius quiddam existimabat q[uod] regem esse.

27 Negabat illos debiles ac mancos appellandos, qui surdi essent aut cæci, sed qui peram **Philosophia** non haberent, Lusit aut affinitate uocum, Nam κύριος οὐκέτι Græcis dicitur mancus aut mutilus, ἀπόρος qui pera caret: innuens opinor, hominem ad omnem uitæ functionem inutili esse, qui expers sit philosophia. Pera enim Cynicorum penus erat.

28 Ingessus aliquando iuuenum conuiuiū capite semitonso, non solum non comiter ex vindicta ceptus est, sed multis plagiis onustus dimissus est. Quos ille hac ratione est ultus: Nomina **civilis** iuuenu à quibus fuerat cæsus, albo inscripsit, itaq[ue] obambulabat soluto pallio, plagarum notæ loquebantur quid esset passus, & album prodebat autores. Hoc pacio iuuenes in manus omnibus obiurgandos ac reprehendendos exposuit.

29 Quoniam Cynicus erat, canis dictus est, & hoc uitæ genus à multis laudabatur, netmo **Virtus lauda** tamen imitabatur. Itaq[ue] dicere solitus est, se canem esse laudantium, sed laudatorum nemini **ea tantum** nem cum laudato cane audere uenatum ire.

30 Iactante se quopiam ac dicente, Viros supero in Pythijs, Evidem, inquit, uiros, tu uero **Servi ueri** ro mancipia. Lusit rursus affinitate uocum, quæ est inter αὐθίς & αὐθαίδηλα. Mancipia autem appellabat quicq[ue] seruirent cupiditatibus: has philosophia uincere pulchrius est, quam in Pythijs ludis uincere uiros.

31 Cuidam admonenti ut iam senex quiesceret à laboribus, Quid, inquit, si in stadio curse intendendum rerem, utrum oporteret iam metæ uicinum cursum remittere, an magis intendere? Recie honesti studiū sensit, uirtutis studiū hoc magis intendendū quo minus superest uitæ, quod turpe sit tum ab honesto instituto refrigerescere.

32 Aliquando uocatus ad cœnā, negauit se uenturū. Roganti causam, Quoniam, inquit, heri mihi nō sunt actæ gratiæ. Vulgus hominū postular sibi ueluti pro magno beneficio gratias agi, si quem admirerint ad conuiuiū: at Diogenes licet pauper, existimabat sibi debet gratiam, quod non grauaretur interesse cōuiuio, quia nusquam iret a symbolo, sed laetus philosophiæ sermonibus pasceret conuiuatoris & conuiuarum animos, quam illi corpus epulis.

33 Demosthenem adolescentem aliquando in publico diuersorio prandentem deprehendit, quumq[ue] ille conspecto Diogene sese subduceret introrsum, Tanto magis, inquit, in diuersorio futurus es: significans hoc illum magis fore conuiuarum fabulam, quod nō solum ibi uersaretur, sed etiam tanquam in re nefaria deprehensus sese subduxisset. Hoc enim memorabilius quam quod illuc potaret. Alij narrat hoc cuidam adolescenti dicium, Is portuit & Demosthenes esse: simplicior autem sensus est, ut accipiamus adolescentulum admonitum, ne intrò fugeret, sed foras. Nam quo interius sese abdebat in popinam, hoc magis erat in popinā.

34 Hospitibus quibusdā celebrem illum Demosthenē uidere cupientibus, porreſcio medio **Hic est ille** dígito, Hic est, inquit, ille Demosthenes Atheniensis orator. Dígitus pollici proximus index dicitur, q[uod] hunc intendentis solemus aliquid cōmonstrare. Dígitus aut medius apud priscos infamis habebat ob causam hic nō referendam. Porro Demosthenes uulgō male audiebat, quasi parvū uir esset. Id significas Diogenes, maluit illū medio q[uod] índice demonstrare. Cuidam

Cuidam exciderat pānis, eumq; reliquit, quod pūderet recipere. Hūc castigare uolens. 35
Diogenes, iniecio fune collo traxit urceum per ceramicum, hoc faciens in poculo quod il^s Pudor in
le in pane facere erubescerat.

Quā multis uideretur immodicē philosophus, respondit, se se imitari chori magistros, 36
qui tonum legitimū excedere solent, ut alij congruum arriperent. Quodenim exedit mo Exempla
dum, tametsi uitiosum est, tamen ad excitandā aliorum socordiam cōducibile est. Ita pal^r insignia
num ac dolium Diogenis, diuitiis suas delicias exprobrabant.

Dicebat, plurimos insanire præter digitum. Nam si quis assidue medium digitum in, 37
tendat uice indicis, uulgo habetur insanus: si quis indicem, sanus uidetur. At plurimi sunt Insanis
homines qui grauius insaniunt in rebus serijs, quam si digitum pro digito portigant, & ta genera
men hi uulgo non habentur insani. Quemadmodum & hodie, parentes in liberis pro gra
ui peccato castigant, si læua pro sinistra utantur: at qui nō itidem castigant eos, quum tur
pia pro honestis eligunt.

Taxabat & in hoc hominū insaniam, quod res preciosas minimo emerent ueniderētq;, 38
uulgas plurimo. Statuam enim tribus nummūm triplibus emi, quū farinæ choenix duo Aestimatio
bus æteis ueniret. At statua nihil opus ad uitam, sine farina uiuere non licet. Conueniebat prepostus,
igitur farinam multo statuis esse chariorem. Philosophus precia rerum aestimabat usū na
turali, uulgaris aestimat stulta persuasione.

Quod suprà retulimus de Xeniade, quidam ita narrat. Quum esset emptus Diogenes, 39
periude quasi ipse Xeniadē emisset, dixit illi, Vide ut iussis meis pareas. Quumq; ille di Servus pri
ceret, οὐα ποταμῶν, significans rem præpostere agi, si seruus imperet hero. Si medicū in dentior hero
quit Diogenes, emisses æger, nū illi præscribenti obtemperares, an dices, οὐα ποταμῶν?
Si herus corpore male affectus auscultat seruo rei medica perito, multo magis decet ani
mo ægrum auscultare seruo philosophiae perito: quod enim ars medica præstat corpori,
hoc philosophia præstat animo: illa medetur febri, hæc prauis cupiditatibus. Quanto au
tem animus præstat corpori, hoc illius morbi sunt quam huius grauiores. Laertius addit,
quum à præcone rogaretur, quo titulo uellet prædicari, isq; respondisset, se scire impera
re liberis: ubi uidisset prætereuntem quendam bene cultum, huic, inquit, me uende, nam
is eget domino.

Cuidam ambienti à Diogene in philosophiæ disciplinam recipi, admisso explorandi 40
gratia pernam in via ferendam dedit, sēq; iussit sequi. Ille præ pudore abieci quod gesta, Pudor in
bat, furtum se subduxit. Ali quanto post forte fortuna illi factus obuius, ridens, Tuam, in, utilis
quit, ac meam amicitiam perna diremit: indicans illum non esse idoneum philosophiæ dis
cipulum, qui stultum pudorem non posset contemnere. Neg^r enim turpe est gestare per
nam, sed ab honesto recedere turpe est. Diocles hoc ipsum paulò secus narrat. Quum qui
dam ambiens esse Diogenis discipulus dixisset illi, Impera mihi Diogenes, admisso in fa
mulitum casei frustum portandum dedit. Id quum ille ob pudorem recusaret, Nostram,
inquit Diogenes, amicitiam paululum casei diremit.

Quum aliquando uidisset puerum caua manu bibentem, Hic puer, inquit, me frugalit, 41
tate superat, qui supellecstilem superfluam mecum circumferam: & eductum ē pera pocu Frugalitas
lum ligneum abiecit, Nesciebam, inquiens, & in hoc nobis prouidisse naturā. Quum alte
rum puerum uidisset uasco fracto, cauo panis excipere lenticulam, abiecit & catinum li
gneum, ut superuacaneum. Hæc patiar uideri ridicula, modo fateamur, immodicum sim
plicitatis exemplum in hoc utile, ut nos nostri luxus pudeat.

Sapienti nihil deesse colligebat hoc syllogismo; Deorum omnia sunt, deorum autem ami
cisunt sapientes, & amicorum communia sunt omnia, sapientum igitur sunt omnia. Sed Sapiens dicit
eodem syllogismo rei poterat petens aliiquid, Quur petis habens omnia?

Quum uidisset foeminam dijs procumbentem ita curuato corpore, ut à tergo quedam 43
appareret quæ nudari non decet oculis hominum, adjit illam dicens, Non uereris mulier Deorum
ne stante post tergū tuum deo (nam illius plena sunt omnia) parum deceter te gerar. Ae ubiq;
sculapio percussorem consecrassæ dicitur, qui accurens procidentes in faciem contereret,
hoc figmento deterrens homines à superstitione, qui credunt deos nō audituros, nisi ipsi
indecoro corporis gestu supplicant.

Solitus est ioco dicere, libi tragicas execrationes occurrisse quod esset ἀριστός, ἄπλος. 44

ἀπαγόρει, οὐκέτι λέπτης, καὶ μάρτυς, id est, domo, ciuitate patriaq̄ carēs, pauper & erro.

Alludēs ad locū aliquē ē tragœdijs. De Oedipi execrationibus nobis dictū in Chiliadib.

54 Quin & illud dixisse fertur, quod fortunæ opponeret animi fiduciā, legi naturam, affe
Philosophi cibis rationem, eo quod his tribus paratur ac seruatur hominum tranquillitas. Aduers
mita sus fortunæ procellas tuetur sapiētem animus impavidus: naturam pro lege sequitur, cui
si repugnet lex, contemnit eam: porrō cupiditatum tumultus ratione compescit.

46 Quum Alexander Magnus inuiseret Diogenem, reperit eum in crano sedentem pro
dolio, ac laceras schedas glutino committentem. Posteaquam rex multa cum illo collocu
tus pararet abiire, diceretq; Cogita Diogenes quid à me uelis petere, nam quicquid opta
ris feres, Mox, inquit, de alijs, interim secede paulisper. Quū rex secessisset, putans illum
uelle deliberare, diutius silenti repetit, Pete quod uis Diogenes, Hoc, inquit, uolebam, nam
prius arcebas mihi solem ad id quod ago necessarium. Alij narrant illum dixisse, Ne mihi
feceris umbram, quod uellet apricari.

47 Memoratur & illud: Alexandrum ita fuisse locutum, Adsum o Diogenes tibi subuen
Philosophus turus, quandoquidem uideo te multis egentem: cui Diogenes, Vix nostrum pluribus es
parcet eget: ego qui ultra peram & pallium nihil desidero: an tu qui non contentus patrio regno,
tot periculis temet obiçis ut latius imperes: adeo ut uix totus orbis tuæ cupiditati uideas
tur satis futurus?

48 Quodam tempore cū diutissime legens, tādem eò uenisset, ut uideret chartā uacuam,
Lepide Bono, inquit, animo estote uiri, terram uideo. Alludēs ad longa nauigatione fessos, quire
creantur animo quum ipsis procul apparet portus.

49 Cuidam sophisticis argutationibus colligenti, quod Diogenes haberet cornua: frons
Argutie tem ac tempora manu conrectans, Atqui, inquit, ego nō uideo: irridere maluit friuolūt
friuole enthymema quām soluere.

50 Quum Zenon in scholis differens, acutissimis rationibus probaret, nullū esse motum,
nec esse posse, Diogenes surgēs cœpit inambulare. Id admiratus Zenon. Quid, inqt, agis
Diogenes? Confuto, inqt, tuas rationes. Taxans interim inanē ingenij ostentationem.

51 Sophista quidam uolens apud Diogenem ostentare acumen ingenij, hunc in mos
Argutie dum ratiocinatus est. Quod ego sum, tu hō es. Quum annuisset Diogenes, Ego, inquit,
friuole sum homo, igitur tu non es homo. Tum Diogenes, A me, inquit, incipe. & recle colle
geris. Nō dignatus est aperire, quid haberet uitij ratiocinatio, sed maluit irridere de tam
friuolis nugis sibi placentem. Si sic sumplisset, tu es homo, sequebatur, sophistam non es
se hominem.

52 Cuidam ad ostentationem ingenij multa de rebus cœlestibus differenti, Quām nuper,
Ignota loqui inquit, de cœlo uenisti: Socratē in hoc retulit, cuius est illud, Quæ supra nos. nihil ad nos.

53 Eunuchus quispiā contaminatae famæ, inscripserat aedibus suis, οὐδὲν εστί τοι γένος, ne
Mala uere quid ingrediatur mali. Id uidens Diogenes, Aedium, inquit, dominus quā ingreditur? Eu
nuchus boni omnis gratia proposuerat titulum, ne quid infelicitatis attingeret domum,
id Diogenes detorsit ad mala animi, quæ sola uere mala sunt.

54 Nactus unguentum, eo pedes inunxit præter morem publicum. Id demiratibus dixit,
Ridiculum Quoniam unguentum capiti infusum exhalatur in aerem, à pedibus autem ascēdit ad na
res. Similiter alius reprehendit publicam consuetudinem, qua coronas capiti imponunt,
quum magis conueniat infra nares ponere, quod fragrantia vapor non tam descendat,
quām ascendat.

55 Athenienses hortabantur Diogenem ut mysterijs initiaretur, addentes quod initiati
Initiari non pud inferos principatum tenerent. Ad quæ Diogenes, Perq; ridiculum est, inquit, si Age
est satis silaus & Epaminondas in coeno degunt, et Patetion fur ac uilissimi quicq; homines, quod
initiati sint, in beatorum insulis erunt. Grauiter taxauit sacerdotum mores, qui quæstus
graia blandiebantur hominum imperitorum superstitioni, persuadentes initiationē con
ferre felicitatem post hanc uitam, quum ea parata sit his qui p̄ijs & egregijs factis eam pro
meruerint, siue sint initiati, siue non sint.

56 Quum primum cœpisset philosophari, quum in dolio, sicco mucidoq; pane uescens so
Lepide lus, audiret totam urbem læticiā perstrepentem (erat enim dies festus) sensit animo non
nihil tādij, diuq; secum de relinquendo uītæ instituto cogitauit. Sed quum tandem mures
uides

videt adrepentes, panisq; micas edere, Quid tibi dislices, inquit, o Diogenes, sat magnus
ficus es, ecce etiam parasitos alis.

Platonii ipsum ob uitæ sordes canem appellant, Sane, inquit, nam ad eos qui me uendit57
derant recurri. Solent enim canes si uendantur, ad ueteres dominos recurrere. Non offendit *Canis con-*
sue est conuictio, sed commode interpretatus est. Quum Aeginam nauigaret, interceptus *uitium*
est a piratis, atq; in Cretam perductus, ibi q; uenditus. Eos piratas puto fuisse Corinthios,
aut Athenienses, aut certe Aeginetas.

Quum è balneis redeuntem quidam rogasset, num illuc esset multum hominum, negavit58
uit esse. Rursus percontatus, an illuc esset multa turba, annuit significans hominis uocabulum *Homines non
lum in paucos competere.*

Narratur & illud uix credibile: Plato sic definierat hominem, homo est animal bipes 59
absq; pennis. Ei definitioni quum discipuli Platonis applauderet, Diogenes gallum galli *Ridiculum*
naceum pennis ac plumis nudatum produxit in scholam. En, inquiens, hic est homo Plato-
nis. Itaq; definitioni adiecit, latis unguibus, q; aues eiusmodi non habent.

Percontanti, qua quis hora prandere debeat, Si diues est, inquit, quum uult: si pau- 60
per, quum potest. *Festinum*

Apud Megarenses quum uideret arietes pellibus tectos aduersus frigoris iniuriā, ipso 61
rum autem filios nudos, Satius est, inquit, Megarensis esse arietē quam filium. Traditum *Educatio-*
est de Megarensibus, quod indiligerent habent filios suos.

Quidam in publico gestans longam trabem, per imprudentiam percusserat Diogenem, 62
moxq; ex more dixit, Cae. At Diogenes, Num, inquit, me uis iterum percutere? Alijs sic *Seramotio-*
narrant: dicenti caue, baculum impegit in caput, & post ictum adiecit, caue: par pari refe-
rens. Nam ante laesionem dicendum erat caue.

Quodam tempore lucernam accensam gestans obambulabat in foro clarissima luce, 63
quærenti similiis. Rogantibus quid ageret, *Homo rarus* *inuentus*
notans publicos ciuitatis mores utrum homine dignos.

Quum aliquando perfusus esset aqua, staretq; toto distillans corpore, circumstantes ali- 64
quot, ut fit, cōmiserabant hominem indigna passum. Quibus Plato, nam etis forte tum
aderat, Si uultis, inquit, cōmiserari Diogenem, abite: notans in philosopho gloriæ cupidi-
tatem. Hoc igitur spectaculo quoniam delectabatur, felix erat potius q; miserandus: at si
nullo teste perfusus fuisset, tum uere fuisset miserabilis.

Colaphum impingenti, Profecio, inquit, nesciebam me capite galeato ambulare. 65
dens manum pronam galeam dixit. Nec aliter ultius est percussorem. Nisi forte legendum *Moderate-*
est, nesciebam capite galea tecto incedendum esse.

At non eadem patientia tulit Midiam, qui impacto illi colapho dixerat, Tria milia tis 66
bi in mensa sunt posita: per ludibrium illi gratulans, quod pro colapho tantum nummos *Parpart*
rum ex mulcta ad ipsum esset redditum si lege ageret. At Diogenes postridie sumpto pu-
gilum loro, eoq; impacto Midie totidem uerbis dixit, Tria milia tibi in mensa sunt posita.
Aul, Gellius narrat de quodam, qui pro delectamento habebat manu depalmare homi-
nes, moxq; è crumena quam in hoc circuiferebat, iussit numerari mulctam. At Diogenes
declarauit, non omnes esse ea patientia, ut mulcta contenti sint.

Philosophi uulgo hoc nomine male audiebant, q; deos aut non crederent esse, aut con- 67
temnerent. Hoc innuens Lysias interrogabat Diogenem, crederet ne esse deos. Cui Dio- *Salse*
genes, Qui conuenit, inquit, ut non credam, quum persuasum habeam te dijs inuisum es-
se. Hoc dictum quidam attribuunt Theodoro. Non respondit ad questionem, sed in con-
tumelioso interrogantem retorxit sermonem.

Conspicatus quendam se religionis causa aspergenter aquis fluvialibus, Nam hoc ri- 68
tu prisci solent purificari, si quid piaculi cōmissum crederet. Infelix, inquit, quum erras in *Supersticio-*
grammatica, nō absoluoris aspersus: multo minus aspersio te liberabit a uitæ criminibus.
Recte notabat hominum superstitionē, qui crederent, sensibili elemento purgari maculas
animi, nisi prauas cupiditates amputassent.

Eos summopere reprehendebat, qui si quid secus evenisset, fortunam incusatent, 69
id quod uulgs hominum solet: dicens, ipsos homines potius incusandos, qui postula-
rent à fortuna, non quæ uere bona essent, sed quæ ipsi bona uiderentur. Nam si permitte-

rent dījs, quæ ipsi iudicant optima, dare, darent: nunc acceptis his quæ flagitarunt, impudenter incusant deos.

70 Superstitionem hominum qui insomnijs terrentur, hoc paclio deridebat. Quæ uigilantes, inquit, agitis, ea nō curatis: quæ uero dormiētes somniatis, solicite perquiritis. Ad felicitatem enim aut infelicitatem hominis non tam refert quid patiatur in somnis, quām quid agat uigilās. Ibi quoties aliquid turpe cōmittit, oportebat metuere deorum iram ac tristem euentum, non si quid dormientibus sit uisum.

71 In Olympijs p̄aēconē ita pronunciantem, Doxíppus uiros uicit, correxit Diogenes, *Victoria pulchra* Hic, inquiens, mancipia, sed ego uiros: significas eos q̄ certarent Olympia, nō esse uiros, sed glorię mācipia. Solus philosophus uincit uiros. Simile huic est quod supra retulimus.

72 Quum Philippus exercitum haberet apud Cheroniam, uenit eo Diogenes, & comprehensus à milītibus deducitus est ad regem: qui conspecto Diogene ignoto iratus exclamauit, Explorator. Cui Diogenes, Proorsus, inquit, explorator, nam huc ueni inspecturus insaniam tuam, qui non contentus regno Macedonum, aliena captans temet in discrimen coniūcis, ne & regno & uita priueris. Rex admiratus hominis libertatem, ius sit illum abire liberum.

73 Alexander Macedonū rex miserat ep̄istolam ad Antipatrum, per quendam nomine Athliam: quum id temporis forte adesset Diogenes, qui Cynico more dixit, Athlius ab Athlio per Athliā ad Athlium. Porro Athlius Græce miserū sonat, multisq̄ laborib. afflitum, unde & athletis nomen. Sensit philosophus, principes ob ambitionem assiduis bellis tumultuātes uere miseros esse: æque miseros qui illorū cupiditatibus inserviarent.

74 Inuitatus ut ad Alexandrū ueniret, recusauit: ac Perdiccæ p̄aefecto minitanti necē nō ueniret, Nil, inquit, magnifeceris, siquidem & cātharis & phalangiū idem possunt. Cantharis pusillum est inseclum non dissimile scarabeo, sed p̄äsentaneū habens uenenū: phalangium aranei genus est nōcentissimū. Nec dubitauit uicissim minitari Perdiccæ, se feliciter uicturū, si sine illo uiueret: indicans infelices esse qui cum Perdicca uiuerent.

75 Aiebat faciles esse deos ad donandam hominibus uitam, cæterum hanc ignorari ab his qui querunt dulciaria, unguenta, aliasq̄ hoc genus delicias. His enim qui fruuntur, credunt se uiuere, quum ueram uitam, tranquillam ac suauem sola præstet sapiētia. Non igitur dīj sunt inculandi, sed homines, qui per stulticiam non postulant ab illis uitam, sed uoluptates.

76 Consipiciens delicatum quendam à seruo calceari, Nondum, inquit, sat beatus es, nisi etiam abstergeat: id erit, si mancus fueris. Vūlum est Diogeni, non multo minus absurdum in calceatu abuti opera famuli, si quis ipse sibi hoc præstare ualeat, quām si post exoneratam aluum adhibeat famulum abstergendo podici. Quanquam intelligi potest & de abstergendo naso. Philosopho ethnico prodigiosæ deliciæ uidebantur, ethnicum calceari à famulo: at ego noui Christianum, sacerdotem ac Theologum, cui quum nul̄um esset membrum mancum, tamen aditurus latrinam famulos accersebat, qui soluerent ligulas, item reuersus qui alligarent. Id ego uidens, sic mecum cogitabam, Vtinam hic adesset spectator Diogenes.

77 Consipitus duci quendam, qui phialam ex ærario furatus sustulerat: Ducebatur autem à magistratibus, quos illi iſpoμνηματες appellant: Magni, inquit Diogenes, fures paruum ducunt. Vtinam hoc nō posse uere dici in magistratus aliquot Christianos, à quibus ad laqueum adigitur interdum, qui x drachmas sustulit, ipsi impune magnis furtis, uel peculatu potius ditescunt.

78 Videntes adolescentem lapides facientem in crucem, Euge, inquit, scopum attinges. In salse nuens fore, ut aliquando in crucem ageretur.

79 Quum adolescenti circūstantes Diogenem acclamassent, Canis, canis: ac mox territi fugere cœpissent, rogatiq̄ quur fugerent dixissent, ne mordeas nos canis, Bono, inquit, animo sitis filioli, canis non edit betulam: tecle illis exprobrans molliciem.

80 Cuidam sibi placenti, quod leonis exuuio teclus incederet, Non tu desines, inquit, uitatis stragulas pudefacere? Indecorum esse censuit, quod homo mollis Herculis amictum sibi uindicaret. Idem dici potest ihs qui prodigioso amictu profitetur sanctimoniam, uita non respondente.

Prædi-

Prædicantibus beatum Callisthenem philosophum, quod apud Alexandrum apparat⁸¹ splendido exciperetur, Imò, inquit, infelix est, quod illi prandendum cœnandum sit, quum Alexandro uisum fuerit: sentiens nihil esse beatum, si absit libertas. Hic est Callisthenes Aristotelis discipulus, quem Alexander tandem coniecit in carcerem, ubi & pertinet. Quidam pro Callistheno supponunt ipsum Aristotelem, cuius felicitatem prædicantibus quod cum regis filio uiueret: Aristoteles, inquit, prandet quā uult Alexander, Diogenes quum uult Diogenes.

Si quando egebat pecunijs, eas ab amicis accipiebat: at suggillantibus eum, quod præter philosophi dignitatem peteret, quod esset mendicorum, Imò, inquit, non peto, sed re Benignitas peto, οὐκ ἀττικῶς, ἀλλ' ἐπαντοῦ. Repetimus enim mutuum aut depositū. Amicus autem egentia amico dans non donat, sed reddit quod debebat. Quisquis enim in tali casu pecuniā seruat, rem alienam detinet.

Quum adolescentis quidam comptior Diogeni proposuisset quæstiunculam, Non tibi prius, inquit, responsurus sum, quam sublati uestibus ostenderis utrum masculus sis an Mollies foemina. Ex cultu parum uirili notauit illius molliem.

Alteri cūdā adolescenti, iussum quendā amatoriū eleganter in balneis exhibenti, quod Græci uocant φίλησθείη, Diogenes, Quo melius, inquit, hoc deterius: damnans improbatam artem, qualis est & alea, cuius quo quisq; est artifex melior, hoc uir est deterior.

Quum Diogenes adesset conuiuio, qui accumbeant appellantes illum canem, ossa il, cūdā projiciebant, quod id canibus fieri consuevit: at ille discedens à tergo commingebat ac Canini morte cumbentes: significans & hoc esse canum.

Oratores ac cæteros omnia ad gloriam facientes, appellabat Φίλερθέαν, id est, ter homines, ancipiū dicto. Nam ut uulgaris hominem esse negat, qui nec doctus est, nec humanus: ita philosophus hominem miserum, qui nihil haberet supra hominem. Siquidem iuxta Homerum, nullum animal homine miserius. Proinde ter homines dixit, ter miserios, qui sua studia omnia cōferrent ad rem inanissimam, ac populari multitudini, multorum capitum beluae, seruitutem.

Diuitem quendam indoctum, sed splendide uestitum, χρυσόν λόγον appellabat, hoc est, ouem aureo uellere. Nam tales fuisse proditum est à poetis, qui minimū ualerent ingenio, ouillis moribus etiam prouerbio dicebantur.

Præteriens prodigi cuiusdā ædes inscriptionem habentes, uehales, Facile, inquit, diuina fore, ut præ immo dica crapula domum euomeres. Iam enim domum absumpse, Profusio rat, anteq; uenalem proscriberet. Vomitus igitur ille erat uerius quam uenditio.

Adolescenti conquerenti quod à multis perturbaretur, Desine, inquit, & tu perturba tionis indicia præ te ferre: significans nulla re melius improbitatem laeditiū finiri, quam si qui laeditur, dolorem dissimulet. Etenim qui ob id incessūt hominem, ut illum discru simulant, desinēt si uiderint illum nihil cōmoueri. & Græcis suspicor alium esse sensum: Quā enim adolescentis quereretur sibi turbam esse molestam, παῦσαι γῆ, inquit, καὶ σὺ τὰ δέργα ταῦτα μηδὲν τοῦτο ποιέας, id est, At desine tu quoq; signa mollis et effeminati cīrcūferre.

Citharœdum imperitum ualstoq; corpore & ab omnibus uituperatum, solus Diogenes laudabat. Demirantibus quam ob rem id faceret, Laudo, inquit, quod quum talis sit, maluit se cithara quam latrocinijs exercere: significans illum corpore ualidū, ingenio rūdem, latrocinijs aptiorem esse quam musicæ. Locus est ab inexpectato.

Alterum citharœdum, qui quoties caneret ab auditoribus deserebatur, obuolum ita sa futabat, Salve galle. Quum ille offensus salutationis nouitate diceret, Quid ita? Quoniā, inquit, cantu tuo excitas omnes. Iocum captauit ex ambiguitate uerbi Græci, αὐτογένει enim dicitur, & qui excitat dormientem, quod solent galli gallinacei mane canētes: & qui sedentem excitat ut surgat, quod ille solet.

Quum adolescentem quendam insigni forma plurimi intuerentur, Diogenes in curuato corpore sinum lupinis implebat. Ad hoc spectaculum conuersis omnium oculis, aiebat, mirari se, quur adolescentulo dimisso sese intuerentur: obiter notans illos sum intemperantiam.

Cuidam uehementer supersticio, ac lemurū laruarumq; terroribus obnoxio, necem ipsi minanti, dicentiq; unico iictu tibi perfringam caput, At ego, inquit, si id feceris, tibi sinister

sinister astans, ut contremiscas efficiam. Significans se mortuum etiam illum tertere posse, à quo uirtus contemnebatur. Hic tamen affectus & hodie plurimos habet, qui quā sunt aduersus uiros feroce, aduersus umbras sunt formidolosissimi.

94 Ab Hegesia rogatus ut ipsi libros aliquos commodato daret, Non sapis, inquit, Hegesia, qui quā caricas non pictas sed ueras eligas, uera exercitatione neglecta ad scriptā te mortua conferas. Hoc dicto notauit eos qui per omnē uitam nihil aliud quā legunt philosophorum libros, recte uiuendi praecepta continent, quā virtus magis usū discatur quā lectione. γραφὴ Grēcī ancepit uox est ad scribere & ad pingere. Itaq; virtus libris expressa, quodammodo picta virtus est. Absurdum autem uidetur, in caricis habere delectum, in uirtute non item.

95 Cuidam illi probro obijcienti q; exularet à patria: Miser, inquit, istius rei causa philosophatus sum: siue quād exiliū compulisset Diogenem ad philosophandū, siue quād ideo nūtile didicisset philosophiam, ut exilium similesq; casus æquo animo perpeti posset.

96 Alteri cui piam per conuictū dicenti, Sinopenses te exilio damnant. At ego, inquit, illos mansione: significans se quād solum uertere iuberetur, nihilo infeliciorem esse his qui in patria manerent, nec exiliū æquo animo pati possent. Tam enim miserū est manete coactum, quā exulare coactum. Philosophus cui quāvis terra patria est, si iubeatur ire exulatum, unius tantum ciuitatis exul est. At qui nūquam potest uiuere nisi in patria, plurimarum regionum exul est. Diogenes autem ob adulteram, ut putant, monetam solum uertere iussus est. Erat autē Sinopensis. Hoc ita refert Plutarchus in libello De exilio, Te Sinopenses Ponto exulem esse iusserūt. At ego, inquit, illos hac damno poena: ut in Pon to extremisq; Euxini littoribus inclusi perpetuo maneāt. Diogenes mutarat patriam, sed in melius: exulabant potius qui infelici regioni erant asscripti.

97 Quum Olympionicen, hoc est, in Olympijs certare solitum, offendisset pascentem oves, Quā celeriter, inquit, o præclare ab Olympijs ad Nemea te contulisti: ludens affinitate uocum. Nam νέμεια certamina dicuntur à loco, quemadmodum Olympia. νέμεια vero pasco sonat, & νέμεια pascua.

98 Interrogatus quamobrem athletæ nūsī sentirent, Quoniā, inquit, suillis ac bubulis carnis & mūltis oībus educati sunt. Nam athletæ crassioribus cibis enutriuntur, qui corpori quidem rōbur conferunt, sed mentis acumen hebetant. Vocis autem ambiguitas dedit ioco locum. Stupor animi Nam ut grēcis ἀνθρώποι, ita Latinis sentire, tam ad animum quād ad corpus pertinet. At percontator ille quārebat quid esset causæ, quur athletæ ueluti sensu carentes non offendarentur plagis, Diogenes animorum stuporem notare maluit.

99 Solitus est interdum adire statuas, & aliquid ab illis petere. Demirantibus quur id fas v̄sus lenitatem ceret, Vt consuecam, inquit, non commoueri, si quando ab hominibus non impetro leſtiam quod peto.

100 Posteaquam inopia compulsa cœpisset mendicare, his uerbis solet aggredi, Si cui alteri dedisti, da & mihi: si nemini, à me incipe. Significabat se non inferiorem ceteris mendicis: itaq; par esse ut qui daret quislibet, daret & Diogeni: qui uero tam parcus esset ut nemini quicquam daret, huic tempus esse ut aliquando dare incipiat.

101 Interrogatus aliquādo à tyranno, è cuiusmodi ære potissimum oportet fieri statuas, Libere Ex eo, inquit, ex quo fusi sunt Harmodius & Aristogiton: innuē illum esse tollendum, qui illi tyrannicidæ fuerint.

102 Percontanti quo pacto Dionysius uteretur amicis, Vt utribus, inquit, plenos suspenſit, inanes abiicit: significans à tyranno diuites occidi, pauperes negligi.

103 Quidam gloriosum titulum inscriperat ædibus suis, Louis filius Callinicus Hercules sero hic habitat, ne quid introeat mali. Diogenes ex inscriptione stultitiam hominis deprendens, adiecit, μετὰ πολεμὸν καὶ συμμαχία, id est, Post bellum auxiliū: indicans seram esse malorum omnium depreciationem, posteaquam talis immigrasset. Colebatur enim Hercules ἀλεξικός, malorum depulsor. Eum oportuit in ædes immigrare priusquam immigrasset dominus ædium, qui ipse erat magnum malum.

104 Luxuriosum quempia in diuersorio conspiciens uescente oleis, Sisic prandisses, inquit, Luxus: nō ita coenares: sentiens nō esse frugalitatis q; cœnaret oleas, sed quād stomachus nimis lauto prādio grauatus, nihil appeteret in cœna. Nā tenue prandiū optime cōdit cœnam.

Dicere

Dicere solebat, cupiditatem esse malorum omnium arcem μητρόπολιν, non proculabilius
dens à sententia Solomonis, qui dixit, cupiditatem radicem malorum omnium.

Bonos uiros dicebat esse deorum simulachra. Deorum quum sint optimi natura, propter 6
prius est benefacere omnibus, nocere nemini. Hæc imago melius reluet in sapientibus Bonisimis
ac bonis uiris, quam in statuis, quum dij sint incorporei.

Amore dixit ociosorum negocium, quod hic affectus potissimum occupet ocio de 7
ditos. Ita fit, ut dum ocio uacant, in rem negotiosissimam incident, nec interim tamen quis Amor turpis
quam bona rei agunt.

Percontanti quid esset in uita miserrimus, Senex, inquit, egenus. Siquidem ubi naturæ 8
præsidia destruunt hominæ, extrarijs rebus fulcienda est etatis imbecillitas. Verum inter Senectus
egenos habendus non est, qui bonas artes ac probos amicos sibi parauit certissimum sene,
etutis uiaticum: ille infelicissime egenus est, qui nulla uirtute præditus est.

Interrogatus quæ bestia morsum haberet nocentissimum, Si de feris, inquit, interrogas, 9
obtrectator: si de cicuribus, adulator. Nam obtrectator præ se fert odiū, adulator sub amico
persona multo etiam laedit grauius.

Conspiciens duos centauros pugnantes in tabula pessime pictos, Vter, inquit, horum de 10
terior est? Notans pictoris imperitiam, quasi dubitaret uter esset deterius pictus. Vtus est Salse
aut uoce ambigua, nam χάρων & peior dicitur, & in pugna inferior.

Orationem blandam non ex animo proficiscentem, sed ad gratiam compositam dicere 11
solet, melleum laqueum, quod blande amplectens hominem iugulet.

Luxuriosorum uentrem uitæ charybdin appellabat, quod omnia deuoraret, nec satia 12
retur unquam. Charybdis tantum ea sorbet quæ mari uehuntur, & reuomit tandem quod
absorbiuit at lurconum ueteribus, nec aer, nec terra, nec flumina, nec maria sufficiunt, quin
& domos & agros totos absorbent, nec reuomunt.

Quum quidam Diogeni referrent, Didymonē mœchum comprehensum, Dignus est, 13
inquit, ex ipso nomine suspendi. Porro Didymī Græcis testiculi dicuntur: ab his igitur unus
de nomen habebat, & quibus peccauerat, uult eum suspendi.

Physicus quidam interrogauit Diogenem, quam ob causam aurum palleret, Quoniā, in 14
quit, plurimos habet sibi insidiantes. Pallent autem qui metuunt.

Quum uideret mulierem in lectica dixit: Caeam non conuenire feræ: notans tam effe 15
ferum ac noxium animal ferrea cauea cohuncendum. Lectica uero sellæ genus est cancel-
latæ, ut aliquam caueæ speciem præbeat: in hac diuitæ ac delicatae sedere, atque etiam ge-
stari solent.

Seruum fugitiuum uidens ad puteum sedentem, Vide, inquit, adolescēs ne excidas: am- 16
biguo uerbo ludens. Nam excidit qui in puteum decidit, & ἐκπίπλε, id est, excidit qui de
loco pellitur. Arbitror autem puteos olim fuisse sacros, & ab his nō fuisse phas quenquam
ui detrahere, quemadmodum e templis aut à statua principiis.

Quum in balneis uidisset λαππούτιον, id est, furem uestium, dixit illi, Num ad unctiū 17
culam, an ad aliud uestimentum: Rursum lusit affinitate uocum, quæ latine reddi nō posse 18
test, Græce est, ἐπ' ἀλεμματιογ, & ἐπ' ἄλλ' ιματιογ; dictiones minimo discrimine soni inter se
differunt: ἀλεμμα ab ἀλέφω, unguentum est, unde & aliptæ dicti, inde ἀλεμματιογ dimi-
nutiuum: ἄλλ' ιματιογ duæ dictiones, sed ob σωστιφλω propemodum una uidetur, quam
si remoureas, est ἄλλο ιματιογ, id est, aliam uesticulam. In balneis enim olim unguebantur,
& ibidem fures suum agebant negocium, quod positis uestibus lauare mos est. Notabat
itaq; furem, quod alibi furatus uestem, eo uenisset alteram furaturus.

Ingressus aliquando sordidum balneum, dicebat, Qui hīc lauant, ubi lauantur: signi- 18
ficabat ibi homines puros sordidari, & ibi lotis opus esse alio balneo quo mundentur. Sordes

Quum aliquando uidisset mulieres ex oliva pendere laqueo præfocatas, Utinam, in 19
quit, & cæteræ arbores similem ferrent fructū. Erat enim Diogenes μηχανης, id est, mu- Oſorfaemis
lierum osor, eoq; cupiebat omnes uidere peniles.

Cernens quendam male audientem, quasi monumenta spoliaret, Homeri carmine 20
compellauit,

τίπτε σὺ ὡδὲ φθίσε.

ἄλυττε συλήσωμε τεκύωμε κατατείνεσθαι;

id est,

Quid

- Sacrilegium** Quid tu huc ueniisti vir præstantissime, num fors
Vt spolies aliquem horum quos mors occupat atra?
- 21 Sepultura** Interrogatus num seruum ancillam ue haberet, negavit. Quumq; percontator adies tisset, Quis igitur te efferet si moriaris? Cui domo, inquit, erit opus. Multi superstitiose solliciti sunt, quomodo, & per quos efferantur. Hac cura prorsus uacabat Diogenes, non dubitans quin futurus esset aliquis qui cadauer ejceret, uel ob id quo domum faceret uacuam. Quanquam illi contigit honorifica sepultura.
- 22** Conspiciens adolescentem quendam neglectius dormientem, baculo pungens illum, dixit carmen Homeri,
Μήπες ζει εύθενά μεταφερόντων σόρου τάσση. id est, Surge,
Ne quis dum dormis, a tergo infixerit hastam.
- 23 Luxus** Adeum qui obsonijs ac luxu plus æquo indulgebat, illud Homericum accommodabat, *ἄκυμπος δίπλιοι τέρος έσται.* id est,
Nate mihi fueris breuis æui: significans illum sibi luxu mortem acceleraturum.
- 24 Argutia** Platonis Ideas, id est, formas risit & Aristoteles. Quodam igitur tempore quum Plato multa de Ideis differeret, & rem conficiā conficiis uocabulis explicare conaretur, sub in nugatoria de in ore habens menseitates & cyathitates, per quas uoces intelligebat species mensæ & cyathi: Diogenes irridens subtilem nugam, Mensam, inquit, ac cyathum video, menseitatem & cyathitatem non video. Tametsi sunt & hodie qui Sorteitatibus & ecceitatibus sibi uidentur acuti. At Plato regessit dictum, Nec mirum, inquit, nam oculos habes quibus certe nuntur cyathi ac mensæ, at mentem non habes qua cernuntur menseitates ac cyathitates.
- 25 Matrimonium** Interroganti quando ducenda esset uxor, Iuueni, inquit, nondum seni nūquam: Græce iucundius μυθίποτη, & μυθητώτε: subindicās prorsus abstinendum à matrimonio. uitandum At percontator ille discere cupiebat, quo ætatis anno, aut qua anni parte expediret asciscere re coniugem: quemadmodū Aristoteles prescripsit puellæ decimum octauum, uiro trigeminum quintū: & Romani Aprilem & Iunium existimabat auspicatum nuptijs, Maium inauspicatum.
- 26** Percōtanti quid nam uellet ut colaphum acciperet, Galeam, inquit. Et hic iocus est ab inexpectato. Nam ille expectabat quid mercedis peteret pro colapho.
- 27 Mollicies** Quum uideret adolescentem quempiam se sornatam, Si ad uiros, inquit, frustra: si ad foeminas, iniuste. Hoc dictum festiuus est Græcis ob uocum affinitatem, ἀτυχεῖς & ἀδικεῖς. Nam frustra se mas parat masculo, inter quos nō potest esse coniugium: & inique facit adolescentis, si cultura formæ insidiatur infirmo sexui, quum uxori nō lenocinio, sed honestis moribus concilianda sit.
- 28 Pudor** Adolescenti cui dā erubescendi, atq; ob id perturbato, Bono animo es, inquit, fili, istius modi est uirtutis tinctura.
- 29 Furacitas** Quum audisset duos legum peritos inter se contendentes, damnauit ambos, quod alter furtum cōmisisset, alter non perdidisset: significans utrumq; dignum exitio. Argutia dicti in hoc est: qui furatur lucifacit aliquid: is uero cui res furto tollitur, dāno afficitur. At hic absurdum quiddam acciderat, alter alterius rem furatus erat, nec tamen is cui furtum est factum perdidit, quod hoc ipse furatus esset, quod alter sustulit.
- 30** Percontanti quod uinum libentius biberet, Alienum inquit: & hic παπεστόντη, addit gratiā dicto. Aliud enim expectabat percontator, uidelicet de genere uini sentiens.
- 31 Neglectus** Cuidam ipsi dicenti, plurimi te derident, At ego, inquit, non derideor. Id autem uideretur adiutorum, ut aliquis te percutiat, tu tamen non percutiaris: sed Diogenes negauit se de iniuriarum rideri, siue quod non esset deridiculus, siue quod existimaret hominum irrisiōnem nihil ad se pertinere.
- Vita misera** Dicenti miserum esse uiuere, Non, inquit, uiuere miserum est, sed male uiuere miserum est. Vulgus miserā appellat uitam, laboribus, doloribus, morbis, damnis, exilijs, multisq; hoc genus incōmodis obnoxiam. At philosophus nihil malum aut miserū esse ducebat, nisi quod cum turpitudine coniunctum esset.
- 33 Frugalitas** Erat Diogeni seruus nomine Manes: is quum profugisset a domino, admonuerūt amici ut fugitiuum inuestigaret, At ridiculum, inquit Diogenes, si Manes absque Diogene uat, Diogenes absq; Mane uiuere non possit. At multi seruos inseguuntur ut ulciscantur, Diogenes

Diogenes spectabat usum. Melior autem philosophus est qui paucioribus eget. Nolebat itaque hic seruo uideri deterior.

Quodā tēpore prādebat oleas, mox inductā placentā abiecit accinēs illud è tragōedia, 34.

αὕτη τυράννοις ἐκπόλεων καθίσκει. id est,

Delicia
spete

Procul à tyrannis temet hospes auferas.

Item illud Homericū, ἔλαστη μεταφύση εἰλασσων. id est, Interdum scuticis agitabat. Se ty-
rannum appellans, deliciarum contemptorem, quas procul abigi uolebat.

Diogenes uulgo canis dicebatur. Sunt autem canum multa genera, sunt enim uenato- 35
ri, sunt aūcupatori, sunt custodes ouium & ædiū, sunt qui habentur in delicijs. Ergo per/ Canis Dio/
contanti qualis ipse canis esset, lepide respondit, Esuriens, inquiens, Melitæus, satur Mo/
genes losseus: quod cibi appetens blandiretur, saturatus morderet.

Interrogatus an philosophi placentis uesceretur, Omnibus, inquit, ut cæteri homines. 36

Rursus hic aliud respondit quam interrogabatur. Quærebatur percontator an conueniret Philosophi, iu-
philosophis frugalitatem profitentibus uesci placentis cibis delicatorum, Diogenes εἰγὼς homo
τὸν ita respondit, quasi philosophi non essent homines, & tamen uescerentur cibis hu-
manis. Siquidem animalia bruta non uescuntur quibuslibet, bos comedit foenum, leo ne-
quaquam: oves amant frondes salicum, equi auenam. Quædam aues pascuntur granis iu-
niperi, quædam carniuoræ sunt, quædam uescuntur piscibus. Huc allusit Diogenes.

Quum aliquando Diogenes in conuiuio placentam edet, diceretur conuiuarū quis, 37
piam, quid comedis Diogenes? suspicans Cynicum philosophū nescire quid sit placentā, Disimilitud.
Panem, inquit, bene pistum: dissimilans se scire quid esset: alij erat placentā, Diogeni pa-
nis erat qui non edebat uoluptatis gratia.

Percōtanti quur cæteris mendicis benigne largirentur homines, philosophis nō item, 38
Quoniām, inquit, sperant citius futurum ut claudi cæci ue fiant quam philosophi. Qui mi-
serentur afflictorum, quales ferè sunt mendici, faciunt hoc contemplatione cōmuniſ ho-
minum sortis: ita cæco opītulantur cogitantes, hoc ipsum mihi poterit accidere, de philo-
sopho non item cogitant. Dicūlū festiuus est, ob abusum uerbi sperant: ut philosophus
fias sperari potest, cæcitatē aut claudicationem nemo sperat.

Diogenes poscebat aliquid ab homine auaro: quem ubi uideret contantem ac negati- 39
ro similem, o homo, inquit, ad cibum te postulo, non ad cyppum, ut quā licet Græcarum Contanter
uocum affinitatē reddam. Græcis enim & προφά cibus est, & προφά sepultura. dare

Cuidam obijcenti q̄ aliquādo falsō signasset monetam. Nam hanc ob rem, ut dictum 40
est, iussus est exulare, Fateor, inquit, fuisse tempus quo talis eram qualis tu nunc es: qualis Error cor/
autem ego nunc sum, tu nunquam futurus es. Notabat eos qui iuuentutis errores in alij rectus
reprehendunt, quum ipsi ne in senectute quidem corrigan suos.

Alteri cuidā hoc ipsum opprobranti, ctimen iuuētutis obtentu defendit, dicens: Tum 41
celerius reddebam lotium, nunc non item. Cynica cīrquitione notauit iuuenilem etatem, Error iu/
quæ facilius reddit humorem uelicae, quum senibus molesta sit dysuria. uenilis

Myndum aliquando profectus, quum uideret portas amplas ac magnifice extructas, 42
quum oppidū esset exiguum, Viri, inquit, Myndij, claudite portas, ne ciuitas uelita egre- Ridiculum
diatur: notans oppidum tam esse pusillum, ut per portas egredi posset.

Cōspiciens furē purpurat cōprēhēsum, Homericū carmē in eū detorsit, οὐαῖ, inqī, te, 43
πορφύρος δένεται οὐοίται λεπται. id est, Facete

Tē mors purpurea apprendit, uiolentaq; Parca.

Craterus Alexandri Magni præfectus, homo præ diues, inuitarat Diogenem ut ad se 44.
commigret: cui respondit, Malo Athenis salem lingere, quam apud Craterum opi/ Libertas
par frui iuensa: sentiens libertatem quamvis inopem omnibus diuitū delicijs præferen-
dam, ubi minuitur libertas.

Anaximenes rhetor obeso aequalicolo erat onustus: hunc adiens Diogenes ita locutus 45
est: Impartire nobis tenuibus & uentrē. Nā & ipse leuaberis onere, & nobis cōmodabis. Obesitas

Quum oraret aliquando Anaximenes, Diogenes prætendens pernat, auditores in se 46
cōuertit: ob id indignatus Anaximenes obticuit, ab auditorio destitutus. Tum Diogenes, Ridiculum
Anaximenis, inquit, disputationem oboli precium dissoluit: significans illum de rebus fri-
uolis disseruisse, quæ non admodum attentos haberent auditores.

47 Quibusdam obscientibus, quod in foro cibum caperet, Quid mirum, inquit, in foro est
Vestis in publico surio: ratiocinatus a relative oppositis. Si fames non urgeret hominem in foro, fortassis
 absurdum esset in foro vesti. Sed eodem colore se tueri potuerat in foro deiens aluum
 aut urinam reddens.

48 Sunt qui & illud ascribant Diogeni. Plato offendens illum lauantem olera, dixit illi
Libertas ad aurem, Si Dionysio morem gessisses, profecto non lauares olera. Diogenes uicissim
 Platonis in aurem dixit, Si tu lauares olera, Dionysio non inferuisses. Verum hoc uidetur
 efficium ad similitudinem illius quod ante retulimus de Aristippo, quemadmodum &
 hoc quod subijcam.

49 Cuidā dicenti, Multi te derident o Diogenes. Et illos, inquit, fortassis asini. Altero sub-
Irriso cōtem hōciente, sed illi non curant asinos. Nihilo magis, inquit, ego ipsos. Asini irrisione tribuit
 pta quod subinde nudatis dentibus irrisione speciem praebant. Quin & deridentes quem-
 piam, mota ab aure manu imitatur asininas auriculas. Videntur igitur & asinus motis au-
 riculis ridere homines, nemo tamen offenditur.

50 Conspicatus adolescentulum philosophiae dantem operā, Euge, inquit, corporeae for-
Animi cultus mae auditores ad animi pulchritudinem auocas. Sentiens illum hoc agentem, ut animum
 uirtutibus & honestis disciplinis exornaret, hoc consequuturum, ut longe meliores am-
 cos sit habiturus. Nihil enim sapientia pulchrius, nihil uirtute amabilius.

51 Solent olim a periculis seruati, in templis suspendere donaria, uelut incolumitatem
Anathemata suam diis acceptam ferentes. Proinde quum Samothracen profecto ostenderentur illi
 donaria, quae ē bello, morbo, nauigatione, aliōue discrimine seruati dicarant. Atqui, in-
 quid Diogenes, multo plura essent, si qui seruati non sunt, ista dedicassent. Sensit opinor,
 eos qui seruarentur casu seruari, non deorum beneficio. Quod si diis imputandum est
 si quis seruatur, hōdem imputandum est quod plures pereunt quam seruantur. Sunt qui
 hoc tribuant Diagorae Melio, impio. Samothraces autem magna in hisce rebus super-
 stitione laborabant.

52 Adolescenti formoso ad coniuicium eunti, Deterior, inquit, redibis, Reuersus a con-
Coniuicium im- uiuio adolescens quum Diogeni dixisset, Lui, nec redij deterior: inquit, χάρω μενη, id est,
probus deterior igitur: indicans fieri non posse, quin adolescens ē luxurioso temulentoq; conui-
 uio redeat deterior.

53 Diogenes ab Eurytio petiit quiddam magni: qui quum ex more his uerbis negaret, fa-
Libere ciā si mihi persuadere possis. Si possim, inquit Diogenes, iam pridē tibi sualissim, ut te
 suspenderes. Hic præter Cynicam libertatem nihil est quod mireris.

54 Inuiserat Lacedæmonem: inde Athenas reuersum percōtabatur, ut fit, quod iret, & uenire
Delitie de ueniret. A uiris, inquit, ad foeminas: notans Atheniēsium delitij effoeminatos mores,
 quum Lacedæmonij dure instituerentur.

55 Redeuntem ex Olympijs quidam interrogabant, uidisset ne illic multā turbam, Tur-
Hocis pauci bam, inquit, plurimam, sed homines per paucos. Et hoc imitatum apparet ex eo quod su-
 pra dictum de balneo.

56 Eos qui per luxum in coquos, nepotes, scorta, & adulatores facultates suas profun-
Profusio derent, similes dicebat arboribus per præcipitia nascentibus, quarum fructus homē
 non gustaret, sed a coruīs & uulturibus ederentur; sentiens, eos qui gulæ uentrigi serui-
 unt non esse homines.

57 Græci si cui precantur exitium, iubent abire ad coruos, i.e. κόπας. At Diogenes di-
Adulatio cere solet, multo periculosius esse incidere in assentatores quam in coruos. Dicti iu-
 cunditas perit nobis; quae est in Græcarum uocum affinitate. Nam illi κόπας appellant
 coruos, & unica literula mutata κόλας dicunt adulatores. Hoc dictum tribui-
 tur & Antistheni.

58 Phryne mererrīx Delphis Venerem auream dicauit, eam uidens Diogenes, ascripsit
 elogium, Ex Græcorum intemperantia. Arguebat enim Græcos supra modum libidinosos
 deditos esse, quod scorium ē turpi quæstu tantum auri collegisset.

59 Sunt qui & illud illi attribuant. Quum Alexander Magnus ad Diogenem ueniret,
Libertas eumq; salutasset, percontatus est Diogenes quis esset: quumq; ille respondisset, Ego sum
 Alexander ille rex, At ego, inquit, sum Diogenes ille canis; non minus superbens sua lib-
 bertate

bertate quam Alexander suo regno. Interrogatus ob quæ facta canis nomen uulgo sotius esset, Quoniā dantibus blandior, inquit, non dantibus oblatro, mālos etiā mordeo.

E sicu quadam fructus decerpenti Diogeni, quum horti custos dixisset, ex ista arbore 60 ante paucos dies homo quidam se suspendit. At ego, inquit, illam purgabo. Arbitrabatur Superstitione ille fore, ut Diogenes admonitus abstineret à funesta arbore quæ gestasset cadauer. At ille nulla liber ab omni superstitione, nihilo impuriores fructus arbitrabatur.

Animaduertens Olympionicem quandam oculos defigere in scortum, adeo ut præ, 61 teritum capite reflexo intueretur, Ecce, inquit, ut aries Martius à puella publica, obtorto Volutas collo uinculus abducitur. Ridiculum existimabat, certare cum electis uiris, & à uili puella ueluti captiuum trahi sine funibus.

Formosa scorta similia dicebat mulso letalibus uenenis temperato, quod adferrent qui 62 dem initio uoluptatem, sed quam perpetuus dolor consequeretur. Scortum

Quum in publica uia pranderet, multiq; cingerent illum ob spectaculi nouitatem, ac 63 subinde acclamarent, Canis, canis, Imò, inquit, uos potius estis canes, qui prædentem cir Libere cum statis. Nam id canibus cum primis familiare.

Quum mentio fieret de pueru stuprato, Diogenes interrogatus cuias esset, lusit ex am 64 biguo dicens, Tegeates. Natū Tegea ciuitas est Arcadia. Tegos autem interdum idem Ambiguo quod lupanar, unde Tegeatē dixit philosophus scortum publicum.

Videns quendam iam artem medendi profitentem, qui prius fuerat palæstrites, sed igna 65 gus dixit illi, An eos qui te hacenus deiecerunt, nunc uicissim deijcis? Deijcit luctator Medicus quem superat, & deijcit medicus, quos in lectum coniçit, aut etiam in sepulchrum. Sensit malus autem Diogenes illum tam malum esse medicum, quam fuerat ignauus palæstrites. Si milis iocus est apud Martiale, de eo qui ex medico factus hoplomachus, non aliud faceret hoplomachus, quam quod fecerat medicus.

Ad puerum spurium ex meretrice natum, lapillos iacentem in populū, Cauē, inquit, 66 ne patrem ferias. Erat enim e scorto natus, atq; ob id incerto patre.

Quibusdam prædicantibus eius benignitatem, qui Diogeni quiddam donarat, Quin 67 & me, inquit, laudatis qui accipere merui? Plus enim est meruisse beneficium quam de Beneficium disse, iuxta illud Publij Mimi, meritum

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Ei qui pallium à Diogene repetebat, lepidissime respondit, Si donasti, habeo: si com 68 modasti, utor: significans sibi non in animo reddere, siue dono, siue cōmodato accepis, set. Turpe est reponcere quod dono dederis, & inhumanū est eripere quo utenti est opus.

Quum supposititius quidam de Diogene dixisset, Aurum habet in pallio: recte regessit 69 in illum cō uitium, Ideo, inquiens, supposito indormio. Supposititiū partus dicuntur, qui simulantur esse natī ex utero unde non prodierunt. Indormimus thesauro seruandi gratia, & indormimus ei quod negligimus. Diogenes autem pallium habebat noctu proculitra.

Percontanti quid lucri caperet ex philosophia, Ut nihil, inquit, aliud, certe hoc quod 70 ad omnem fortunā paratus sum. Hoc dictum uix sapit Diogenem, quanq; illi ascribitur. Philosophus

Interrogatus à quopiam, cuias esset, respondit, οσμοπολιτης, id est, ciuis mundi: signif 71 ficans philosophum ubi cuncti locorum agat, in sua patria uolueret.

Quā aliquando stipem posceret, ita φωνεγκω, id est, qui stipibus erogandis erat præ, 72 feclus, Homericō carmine compellauit, Facete

Τὸς ἀλλα γνῶεις, καπόδι ἐκέροιχερας. id est,

Despolia reliquos, teneas sed ab Hectore dextram.

Dicti festiuitas in hoc est, quod pro φωνεις dixit γνῶεις, quorum prius est, da stipem, alterum, armis spolia: se Hectoris nomine signans. Spoliat autem, qui negat agenti. Et solet hoc hominū genus esse furax.

Scorta dicebat esse regum reginas, quod ab his quicquid collibuisse peterent et impe 73 trarent. Nam ideo regum reginas appellabat, non quod essent pares uxoribus, sed quod Scottum in in ipsos regnum exercebant. Reges à populo non semper obtinent quod exigunt, at periosum scorto nihil negatur. Tales opinor olim fuisse reges barbaros.

Atheniensēs per adulationem decreuerunt, ut Alexander pro Libero patre habetetur 74

- & coleretur. Hunc honorē irridens Diogenes, Et me, inquit, Serapis facite. Ut enīt Bachus inter Satyros est, ita Serapis ab Aegyptijs specie bouis colitur.
- Locus non contaminat** Obiurgatus quod intraret loca spurca ac parum honesta, Et sol, inquit, subit latrinas, nec tamē inquinatur. Sensit probum uirum non fieri deteriorem ob loci infamiam.
- Pura sacra** Quum in phano cœnaret, eiq; panes sordidi essent appositi, abiecit illos ē phano dī cens, in templum nihil oportere ingredi sordidum.
- Philosophia simulatio** Cuidam procaciter interroganti, quur quum nihil sciret, se philosophum profiteretur, Si philosophum, inquit, simulo, hoc ipsum est philosophari. Subnotans philosophiā reit' esse usq; adeo difficultē, ut eam uel simulare magna sit philosophiæ pars. Quemadmodum multum regis habet qui scite regis personā possit gerere. Et qui simulat imitatur, aut itinari philosophos, est philosophari, hoc est philosophiæ studiosum esse.
- Laus immorata** Quidam adduxit puerum ad Diogenem, ut illius doctrinæ fieret particeps: ut autem illum philosopho commendaret, dixit illum excellenti ingenio optimisq; moribus prædictum esse. Hic Diogenes, Quid igitur eget mei? Notauit immodicum laudatorem, qui hoc tribueret adolescenti, cuius adipiscēdi gratia solent pueri tradi philosophis. Satis erat probam indolem bonamq; spem in puerō prædicare.
- Doctrina sine moribus** Qui de uirtute loquerentur, nec recte uiuerent, eos dicebat citharæ similes, quæ sonor prodebet alij, ipsa nec sentiret, nec audiret quicquam. Hoc dictum non multum abludit a dicto beati Pauli de cymbalo tinniente.
- Vulgo nihil recte placet** Quodam die quum populus theatrum egredieretur, ipse aduersus populum nitens in grediebatur: interrogatus quur id faceret, Hoc, inquit, in omni uita facere studeo: sentiens hoc esse philosophari, in omnibus actionibus quam maxime à multitudine dissidere, propterea quod uulgus hominum cupiditatibus agitur, non ratione.
- Degeneratio** Conspecto adolescentulo, cultu gestuq; parum virili, Non te pudet, inquit, qui peius tibi uelis quam ipsa natura uoluit. Siquidem illa te uirum fecit, tu te ipsum refingis in formam. Id in plerosque dicit potest, quos quā natura crearit homines, ipsis sua sponte degenerant in pecudes.
- Optima ne gligimus** Quum uideret cantorem quendam uæcordem, ac moribus incompositis aptare psalmum, Non te tui pudet, inquit, qui sonos ligno aptare noris, uitam ad rectam rationem componere nescias: Et hoc apophthegma ex superioribus uidetur effictum.
- Vita sine literis** Dicenti cuidam, quem ad sapientiæ studium hortabatur, nō sum idoneus philosophiæ, Quid igitur uiuīs, inquit, si tibi nulla recte uiuendi cura est? Non enim in hoc uiuit homo, nisi mors ut uiuat tantum, sed ut discat recte uiuere. Natura dat uiuere, philosophia dat recte uiuere. Natura gignit ad uiuitum dociles, doctos non gignit.
- Impietas** Ad eum qui patrem despiciebat, Non te pudet, inquit, eum contemnere, cui debes hoc ipsum quod tibi places: Dicti gratia sita est in allusione contrariorum. Pugnant inter se, despiciunt esse & sibi placere.
- Turpiloquiu** Audiens adolescentem honesta specie, uerbis parum honestis utentem, Non te pudet, inquit, qui ex eburnea uagina plumbeum educas gladium: Ebur olim in summo erat preciosum. Animus corpore tegitur, si in oratione relucet.
- Vesci quis loco** Quum illi quispiam probri uice obiecisset, quod in caupona biberet, Et in tonstrina, inquit, tondeor: significans nihilominus honestum bibere quam tonderi aut radi. Quemadmodum nemo reprehendit in tonstrina radi, quod is locus ei rei paratus sit, ita turpe uideri nō debet, si quis bibat in caupona, modo bibat modice. Nam immodece bibere, quo uis loco turpe est.
- Munera regum** Opprobrati quod à Philippo rege pallium accepisset, Homerico uersiculo respondit, οὐ τοι ἀπέδει τὸ διάθημα σπικυδίαις οἰωναῖς. id est, Non sunt reñienda insignia munera diuīum.
- Quod Homerus de forma corporis, quæ deorū munus est, scripsit, hoc Diogenes detor sit ad pallium à rege datum. Idem carmen & ipse possem occinere calumniantibus, quod interdum à principibus, aut episcopis accipio, quæ dantur honoris gratia. Nullus est horum a quo quicquam unquam peti, nec aperte, nec oblique: quæ uero uolentes deferunt, libenter accipio, non tam ut munera, quam ut testimonia, præsertim quum illorum facultates abundantiores sint, quam ut hoc damni sentiant.

Diogenes

Diogeni de non irascendo accurate differenti, adolescentes quidam proterius, ueluti peri 88
culum faciens, an re praestaret ea que docebat, inspuit illi in faciem. Tum hoc leniter ac sa Lenitas
pienter, Non quidem, inquit, irascor, sed dubito tamen an irasci oporteat.

Conspiciens quendam meretrici supplicem ut impetraret quod petebat, Quid, inquit, 89
cibi uis miser? præstat non impetrare quod rogas. A scorto reñci felicior est quam admittit Scortator
ti. Et tamen pleriq; malum suum & ambiant instanter, & magno emunt.

Cuidam habenti capillos unguento delibutos, Cauet, inquit, ne capitibus sua violentia, uis 90
& malevolentia adducat: nam Græcarum uocum iucundam affinitatem utcunq; reddere Vnguentum
studimus, θυσίαν & θυσιαν. Vnguentum enim in uiro arguit uitę mollitem. Fama
porro uelut odor est hominis. Simile quidam dixit Martialis,
Ne uole non bene olet, qui bene semper olet.

Dicebat inter seruos ac dominos malos preter uocabula nihil aliud interesse, nisi quod 91
mancipia seruirent dominis, domini cupiditatibus significans utrosque esse seruos, misericordia seruitus uis
riorem tamen seruire seruitutem dominos quam mancipia, si sint improbi. Nam qui duci tiorum
tur affectuum arbitrio, & multos habet dominos & turpes & inclementes.

Græci mancipia, præcipue fugitiua, uocant ῥύσθαις, quæ dictio uidetur composta, 92
ta ex uiro & pede, quem Grammatici uariam reddant etymologiam. Quum igitur quis salse
dam improbus Diogenem interrogasset, quare mancipia fugitiua dicerentur ῥύσθαις,
Quoniam, inquit, pedes habent uirorum, ahimè autem qualem tu nunquam habes, qui hoc
percontaris: sentiens illi esse mentem non hominis, sed pecudis.

A prodigo petebat mitam. Ille miratus improbab postulationem rogabat, quum quum 93
ab alijs obolum petere soleas, à me minam petis? Quoniam, inquit, ab alijs iterum me ac Profusio
cepturum spero, à te uero an unquam posthac accepturus sim, θελη γὰρ τελέτη, id est,
In deorum genibus situm est. At texuit enim hoc Homeri hemistichium. Significauit au
tem homini profuso periculum intinere, ne breui redigeretur ad extremam inopiam, ut
ne obolum quidem haberet reliquum.

Quibusdam Diogeni probro uertentibus quod peteret, quum id Plato non faceret, 94
Umo, inquit, petit & ille, sed

Αγχιζώντις λεφαλίων ιντεκτονίδης οἱ αἴστοι. id est,

Mendicitas
occulta

Admoto capite, ut ne quisquam exaudiat alter.

Abusus est Homericu carmine, quod est Odyssæ quo significauit, Platonem non mi
nus esse petacem, nisi quod ille clam peteret, ipse palam.

Animaduertens quendam in perite iaculanten, ptoxime scopum consedit: quum id face 95
ret interrogantibus, Ne forte, inquit, me feriat: significas illum quiduis percussurū citius Ridiculum
scopū. At alij spectatores quam possunt longissime sese à scopo semouent ne feriantur.

Qui scopum nō attingunt, hi uulgo ἔπειροι, id est, frustrari discuntur. At Diogenes ne 96
gauit illos frustrari qui aberrat à scopo, sed eos qui curas suas ad uoluptates uelut ad sco
pum dirigerent. Nam ab his petunt beatitudinem, quum per eas deueniant in summam
misericordiam.

Interrogatus num quid mali esset mors, Quo, inquit, pacio malum, quum presentem 97
non sentiamus: Quod autem abest, nulli malum est. Dum sentit homo, uisit: nondum igit Mors a mala
cur adest mors: quæ si adsit, abest sensus. Malum autem non est, quod non sentitur. Hanc
rationinem quidam tribuunt Epicuro. Mors quidem mala non est, sed iter ad mor
tem miserum est. Id si metuimus, tota hominis uita quid aliud est q̄ iter ad mortem?

Narrant Alexandrum Magnum adstantem Diogeni, quæsse ab eo, num ipsum me, 98
tueret. At ille, Quid es: bonum an malum? Alexander respondit, bonum. Quis, inquit, ti Argute
met bonum? Conuicit regem nō esse metuendum, nisi se malum esse profiteretur. Sed eo
dem entymemate colligeret, deum non esse timendum.

Eruditionem omnibus hoc sermone commenidabat, quod diceret eam iuuenibus ad/ 99
ferre sobrietatem, senibus solatium, pauperibus diuitias, diuitibus ornamentum: propte Eruditio
rea quod ætatem suapte sponte lubricam coherçeat ab intemperantia, senectutis incom
moda honesto solatio mitiget, pauperibus sit pro viatico, nō enim egent eruditæ. Diuitum
fortunas ornet.

Didymon, qui uulgo audiebat adulter, curabat oculum virginis. Ei Diogenes dixit, 100

Tom. 4

p. 1 Vida

- 1 Vide ne corrumpas pupillam. Hoc dictum apud nos perdidit suam gratiam. Apud Graecos autem νέος & uirginem sonat & oculi pupillam. Lusit igitur ex ambiguo Diogenes.
- 1 Amicis si liter & cum amicis & cum inimicis habebimus consuetudinem: Ab inimicis nobis cauedendum, amicis fidimus. Quod si pariter ab utrisque nobis cauebimus, non est suave uiuere.
- 2 Interrogatus quid esset in uita optimum, Libertas, inquit. At uere liber non est, quia Libertas seruit uitij: nec liber esse potest, qui multis eget: plurimi autem eget avarus, ambitio, sus ac delicijs deditus.
- 3 Olim in scholis pingi solent Musae ceu studiorum praesides. Ingressus igitur scholam, quum uideret multas Musas, discipulos admodum paucos, dixit praeceptor, Cum diis multos habes discipulos. Ludens ex ambiguo sermonis. Nam Graeci cum diis dicunt, pro eo quod nos dicimus, fauētibus diis. Interdum των, id est, cum, significat comitem: cum multis te defendi, id est, multi mecum te defenderunt.
- 4 Quicquid per se turpe non esset, id ne in publico quidem dicebat esse turpe. Hunc igitur in morem ratiocinabatur, Si prandere malum non est, nec in foro prædere malum est: turpe sed prandere nihil malum est, ergo nec in foro prandere malum est. Hacenus tolerari poterat Cynicus syllogismus, uerum quis ferat similiter colligentem, exonerare uentrem, aut reddere lotium, aut habere rem cum uxore, aut exuere uestes, malum non est: ergo nec in publico malum est. Probris uiris ubique placet uerecundia.
- 5 Dicebat usum atque exercitationem quemadmodum in actionibus extrarum, ita & in actionibus uirtutis & animi tum celeritatem quandam tum facilitatem parere.
- 6 Dicebat, nec legem esse sine ciuitate, nec ciuitatem sine lege.
- 7 Nobilitate atque hoc genus alia fortunæ decora, dicebat nihil aliud esse quam uelamenta malitia. Divites enim quum alijs nihilo sint meliores, tamen peccant licentius, iuxta Iud Flacci de diuine, Et quicquid uolet, hoc ueluti uirtute peractum, Sperauit magnè laudis fore. Nobiles autem plerique & hodie sibi nihil non permittunt.
- 8 Quum Xeniadæ seruiret, amici agebant de illo redimendo. At ille, Nequaquam, inquit, an nescitis leones non ijs seruire a quibus aluntur, sed altiores potius seruire leonibus. Nam leo ubique est, semper leo est.
- 9 Quum à letali somno esset experctus, medicusque rogaret quid ageret, Recite, inquit, nam frater fratrem amplectitur. Alludens ad Homerum, qui θάνατον & ὑπνον germanos finxit, quod somnus mortis sit imago.
- 10 Rogatus quomodo se uellet sepeliri, iussit cadauer ab ieiuii inhumatum. Tum amici, uolucibus ne & feris: Minime uero, inquit, sed bacillum prope me quo illos abigam posse. Rursus illi, Qui poteris, non enim senties. Quid igitur, inquit, mihi ferarum laniatus Oberit nihil sentientis?
- 11 Quum Plato laudaret quedam hoc nomine, quod erga omnes esset humanissimus, Quid, inquit Diogenes, illi tribuendū est, qui tot annos in philosophia uersatus, nullum bacillus affecit dolore: Sentiens proprium philosophi munus esse mederi uirtutis hominū: id autem fieri non posse, nisi metu ac dolore: metu probri, dolore praesentis ignominiae.
- 12 Idem in Lacedæmoni peregrinum quendam conspiciens se studiose ad festum diem componentem, Quid facis, inquit? An non quilibet dies uiro bono festus est: Sensit hunc mundum esse phanum deo dignum, in quo constitutus homo semper honeste uelut in conspectu numinis omnia cernentis uersari deberet. Detorsit huc proverbiū quo dicitur, pigris semper esse festum.
- 13 Scorts Dicere solet adolescentibus meretricū domos ingredere, ut perspicias quae uiles res, quanto emantur precio. Huc allusit Terentius, Hec omnia nosse salus est adolescentulis.
- 14 Obiurgatio Ad salutem opus esse dicebat, aut fidis amicis, aut acribus inimicis, eo quod illi monenti redargunt, utrique diuersis quidem modis, sed pariter prosunt, dum per eos uita nostra discimus. Hoc Laertius tribuit Antistheni, Plutarchus Diogeni.
- 15 Interrogatus à quodam, quo pacto maxime posset ulcisci inimicū, Si te ipsum, inquit, probum & honestum uitrum præstiteris. Hoc qui facit, & sibi prodest maxime, & inimicū optima cum maxime discruciat. Nam si fundum conspiciens bene cultum discruciat inimicū, quid fiet si te ipsum uiderit ueris ornatum bonis?

Quum

Quum Antisthenem morbo decubentem inuiseret, dixit: Nū quid amicō est opus? 16
Significans in rebus afflictis potissimum fidis amicis utendum, qui uel re opitulentur, uel Amicus cō
consolando molestiam mitigant.

Ad eundem aliās, quoniam acceperat, illum amore uitæ morbum ferre molestius, cum 17
sīca ingressus est: ad quem quū Antisthenes dixisset, Quis hisce doloribus liberabit? Dio Mors liberat
genes prolata sīca, Hæc, inquit. Contra Antisthenes, doloribus, inquit, dixi, non uita. à cruciatis

Corinthum profectus ludum ingressus est, quem ibi Dionysius regno pulsus aperue/
rat, audiuitq; pueros male canentes. Interim ingressus Dionysius, quoniam putabat Dio/ Qui malus
genem consolandi gratia uenisse, Humaniter, inquit, facis Diogenes, hæc est rerum huma ubiq; malus
narum uolubilitas. Imò, inquit Diogenes, miror te etiamnum uiuere, qui tantū malorum
in regno patraris: & uideo nihilo meliorem esse ludim agistrū, quam fuisti rex.

Idem dicebat cæteris mortalibus, quibus res sunt prosperæ, uita iucunda est, mors odio 19
sīt: tursus infelicibus uita grauis est, mors optabilis. At horum utruncq; tyrannis est mo/
lestius. Siquidem ut uiuant insuauius ijs qui mortem uehemēter optant, ita mortem per/
inde metuant quasi uitam suauissime degant.

Cuidam ostendenti horoscopon, Bellum, inquit, hercle instrumentum, ne frustremur 20
cōdēa: sentiens inutiles esse artes geometricas cum cæteris.

Alteri cuidam iactanti musices peritiam, respondit,

*γράμμας γαρ αὐτῷ τὸν μὲν οἰκουμένην πόλεας,
εὖ οὐδὲν οὐ ταλαιπών καὶ τορπίσαμεν,* id est,

Prudentia urbes bene gubernat, at domus

Nec cantilenis, nec modis regitur probe.

Quum Speusippus paralysi resolutus uehiculo deportaretur in academiam, ac Dioge
ni forte obuio dixisset: respondit, At non tu sane, qui quum ad istum sis affectus mo/
dum, sustineas uiuere: sentiens esse ueri philosophi, sponte mortem asciscere, posteaquam
desire esse usui ad uitam humanam. Idq; fecit postea Speusippus.

Quum puerū conspiceret indecore se gerentem, paedagogū illius baculo percussit, di/
cens, Quir sic instituiss: Indicans primā ætatis formatoribus potissimum imputandum esse,
si adolescentes euadant male morati, aut secus. Refert Aphthonius ac Priscianus.

Cuidam probri gratia obijcenti paupertatem, quum ipse esset scelerosus. Ob pauper/
tatem, inquit, neminem uidi torqueri, ob maliciam multos.

Paupertatem appellabat uirtutem *εὐπόλιτερον*, id est, quæ per se discitatur. Diuitibus 25
opus est multis præceptis, ut frugaliter uiuant, ut corpus exerceat laboribus, ne corporis Paupertas
ambitioso cultu delectent, aliaq; innumera quæ omnia seipsum docet paupertas.

Lacedaemonijs quibus merito prima laus debetur in Apophthegmatibus, subiecimus
tres philosophos, sed in hoc genere præcipuos, quibus addemus totidem reges, qui ciui/
num dictorum gratia præ cæteris celebrantur, ne leclore turba rerum obruamus.

LIBER QVARTVS

PHILIPPVS MACEDO



X Græcorum regibus, mea sententia, nullus fuit, quem cum Philippo
rege Macedonum Alexandri Magni patre cōferamus, uel ingenij de/
xteritate, uel dictorum urbanitate.

Is dicere solet, Atheniæ sibi magnopere beatos uideri, qui quotan
nis inuenirent decem quos bellii duces crearent, quum ipse multis annis Boni natiq;
unum duntaxat bellii ducem reperiisset Parmenionem. Significans in/ ne matet
utile reipublicæ subinde murarē duces, sed satius esse, quem idoneum ac fidum natus
fis, eum non mutare. Tum in bello non referre quam multi sint duces, sed quam bello ge/
rendo accommodi.

Quum illi nunciū esset allatum, uno die multas res feliciter ac prospere gestas esse: nam 8
eodem tempore, quadrigis uicerat in Olympijs, & Parmenio Dardanos prælio fuderat,

p 4 & Olym/

& Olympias ipsius masculum fœtum erat enixa: porrectis in cœlum manibus exclamauit.
Inuidia for Et ô fortuna, inquit, pro tot tantisq; bonis leui quopia malo me affice. Vir cordatissimus
tua non insolenter gestij ob rerum successum, sed fortunæ indulgentiâ suspectam habuit, cu
ius ingenium esse nouit, ut quibus exitium molitur, his prius noua rerū prosperitate blan
diatur. Huc pertinet quod de Polycrate Samiorum tyranno refert Plinius.

Metus malus 3 Quum subactis Græcis quidam ipsi autores essent, ut ciuitates præsidij contineret ne
dinturnitatis deficerent, Malo, inquit, diu bonus & commodus, quā breui tempore dominus appels
custos lari: sentiens regnum quod beneficij ac benevolentia teneretur esse perpetuum, quod
ui metuq; non esse diuturnum.

Maledicus 4 Quidam petulantioris linguae maledicta coniçere solet in Philippum: hunc amici hor
cōtemptus tabantur ut ejceret in exilium. At ille negauit se hoc faceret. demirantibus quid ita, Ne
inquit, obertans inter plures male de me loquatur. Quod maledictum nō egit in crucem,
uel clementiæ erat quod ignouit, vel magnanimitatis quod contempnit; quod noluit ex
pellere, prudentiæ. Plus enim nocisset.

Smicythus 5 Smicythus Nicanorem deferebat apud regem, quod sine fine de ipso male loquere
in nobis est ut tur: quumq; suaderent amici ut hominem accersi iuberet, deq; eo supplicium sumeret, Phi
bene audiam⁹ lippus ita respondit, Nicanor non est Macedonum pessimus, uidendum est igitur, nec us
bi nos cessemus in officio. Ut igitur cognovit uehementer afflictum inopia, & tamen à re
gē neglectū fuisse, iussit donum aliquod ad illum deferri. Hoc factio quum rursus Smicy
thus diceret regi, Nicario rem apud omnes sine fine prædicare laudes ipsius, Videlis igi
tur, inquit, in nobis esse situm, ut bene aut male audiamus. Immane quantum absunt ab
huius principiis ingenio, qui nunquam sibi uidentur satis laudari, quum nihil faciant lau
datum: nec student beneficij sibi conciliare benevolentiam hominum, sed metu ma
lunt quām amari: quumq; sapientiæ numero faciant detestanda; idq; palam, tamē perijt quis
quis ausus est hincere.

Conuicias 6 Aiebat se his qui in republica Atheniensit administranda primores essent, plurimam
tor utilis habere gratiam, q; suis conuicij efficeret, ut ipse tum oratione, tum moribus euaderet me
lio. Dum conor, inquit, illos dictis pariter ac factis mendacij conuincere. O uere philoso
phicum principiis animū, qui nouit etiam ex inimicis capere utilitatem, nec quod uulgus
solet, hoc tantum spectare, ut maledicos afficeret malo, sed ut ipse minus malus reddere
tur, illorum maledictis admonitus.

Ingratitudo 7 Quum Athenienses, quosquot apud Cheroneam capti fuerat, gratis dimisisset, illi uex
tolerata ro etiam uestes stragulasq; reposceret, atq; hac de causa Macedones in ius uocarent, risit
Philippus, dicens, Quid: Nōne uidentur Athenienses arbitrari, se à nobis in talorum lu
do uictos esse? Tam ciuiliter tulit uictor uictorum ingratitudinem, qui nō solum gratias
non agerent, quod ipsi & incolumes & gratis fuissent dimissi, uerum etiam criminaretur,
quod non simul & amici & stragulas redderent, quasi nescirent quale esset ius belli,
quasiq; nihil aliud esset certare armis, q; certare talis, qui ludus est puerorum.

Iocus in 8 Quum esset illi clavícula in bello fracta, ac medicus à quo curabatur, in singulos om
nino dies aliquid posceret, Sume, inquit, quantum uoles, nam clavem habes: ludens
morbō ancipiti uoce. *Ules enim Græce & clavem sonat, qua aperitur scrinum aut ostium, &*
commissuram humeri cum pectore. Quid hoc animo ciuilius, cui & in dolore, & erga
auarum medicum iocari libuit, nec ob cruciatum morosior, nec improbitate postulantis
offensor.

Locus ex 9 Duo erant fratres, quorum alteri nomen Amphoteros, quod Græcis sonat ambo, al
locus ex teri Hecateros, quod illis sonat uterq;. Philippus itaq; animaduertens Hecateron esse cor
vocabulis datum ac gerendis rebus accommodum, contrà Amphoteron ineptum ac degenerem, in
uertit illis nomina, dicens Hecateron esse Amphoteron, Amphoteron autem esse Vdete
ron, id est, neutrum. Significans alterum fratum, uidelicet Hecateron, duorum in se uiu
tes complecti, alteri nihil relatum. Itaq; ei qui Amphoteros dicebatur, mutauit nomen in
contrarium, ut απότηρος diceretur, quasi nullius precij.

Clementer 10 Quibusdam ipsi consulentibus ut cum Atheniensibus asperius ageret, respondit, Illos
absurde facere, qui homini cuncta ad gloriam tum agenti, tum patienti suaderent, ut glo
riæ sua theatrum abiijceret; significans sese hoc agere, nō ut ut Athenas euerteret, sed ut c
uitati

uitati celeberrime doctissimorum uirorum copia florenti suas uirtutes probaret.

Duo pariter scelerosi sese inuicem accusabat, cognoscente Philippo: audita causa pro*11*
nunciauit, ut alter exularet Macedonia, alter illum insequeretur. Hoc Graece sonat iucun *Facetum*
dius, quod φάγεται & ad fugientem pertineat, & ad exulantem: fugientem autem insequi *iudicium*
murmur. Neutrum igitur absoluit Philippus, sed utruncq; *damnauit* exilio.

Quum appararet in loco pulchro castra metari, & moneretur illuc non esse pabulum *12*
pro iumentis, Qualis, inquit, est nostra uita, si etiam ad asinorum commoditatem uiuer*Militia*
miseria re cogimus?

Quum arcem quandam ac praesidium capere destinasset, ualde munitionem, atq; explos*13*
ratores retulissent, prorsus esse difficile, atq; adeo etiam impossibile: percontatus est, num *Auro nibil*
usq; adeo arduū esset, ut nec asinus auro onustus posset accedere: significas nihil esse tam *inexpugna*
munitionem, quod auro non expugnetur. Quod ipsum poetæ significarunt fabula Danae*bile*
à Ioue stupratæ, sed deo in aurum uerso. Vnde Flaccus, *Aurum* per medios ire satellites,
Et perrumpere amat castra potentius Ferro.

Quum hi qui apud Laethenem erant quererentur, indigneq; ferrent quod quidam ex *14*
Philippi comitatu dicerent ipsos proditores, Philippus respondit, Macedones esse inge*Veritas*
nio parum dextro, sed plane rusticanos, qui ligonem nihil aliud noscent uocare quam ligo
nem. Alludens ad illud proverbiū celebre, τὰ σύνησ σύκα, τὰ σκωφίων σκάφην λέγων.
Innuit autem, illos re uera *esse proditores*. Rusticana ueritas quanque rem suis nominibus appella*t*.

Filium Alexandrum admonere solet, ut cum Macedonibus comiter haberet consue*15*
tudinem, uulgo interim conciliata beneuolentia uires ac robur sibi parat, dum licet alio *Regum bu*
regnante esse humanum: prudenter intelligens, ut nulla remelius *constabiliri* imperium, *manitas*
quam ciuium beneuolentia: ita difficillimum esse iam regnum administranti erga quoslibet esse humanum, no*n* solum quod *regia potestas* opposita sit inuidia, uerum etiam quod
respublica no*n* possit esse in columnis, nisi scelerata supplicij coherciantur. Regibus enim ha
cienus temperada est humanitas erga ciues, ut interim regiam tueantur autoritatē. Nam
immodica *bonitas* sape contemptum parit.

Eidem suadebat, ut eos qui in republica pollerent autoritate tum bonos, tum malos si, *16*
bi conciliaret amicos, ac bonis quidem ueretur, malis uero abuteretur. Præcipua regum *Bonis uti, mag*
ars est, nullum *reijcere*, sed ad publicam utilitatē omnium operam accommodare. Quem *lis abuti*
admodum deus unicus totius mundi monarcha, malis genijs ac impijs hominibus abutitur
ad utilitatem ecclesie: ita principes cordati norunt & probis & improbis ut: no*n* quod
ipso per malos mali quippiam faciunt, sed quod per malos puniunt malos. At multi sunt
principes qui præpostere bonis abutuntur, malis utuntur. Ad tyrannica negotia uiros ad
hibent sanctitatis opinione celebres, quo uulgas esse rectā ac piūm quod agūt existimet.

Idem Philippus quū Thebis obses esset, Philonis Thebani hospitio usus est, multisc̄ *17*
insuperab eo beneficijs affectus. Is quum uicissim à Philippo nihil muneris uellet accipe*Beneficentia*,
re, Ne me, inquit Philippus, beneficentia superatum hac laude spolies, quod haec tenus à
nemine beneficijs uictus fuerim. O animum imperio dignum, Pulchrius existimauit be
nefaciendo quam potentia uincere.

Quum multi bello capti uenderentur, Philippus in auctione sedebat sublata ueste pa*18*
rum decore. Quidam igitur eorum qui uendebantur exclamauit, Parce mihi Philippe, pa*Admonitiō*
temus enim tibi sum amicus. Philippo uero interrogate quo pacto, & unde o homo con*grata*
flata est hec amicitia? Tum ille, Volo, inquit, proprius accedens dicere: quum admissus es
set, quasi arcani quippiam dicturus, Demitte, inquit, chlamydem aliquantulum, nam ad
istum modum indecenter sedes. Mox Philippus, Hunc, inquit, sinite abiire libertū. Nescie
bam enim illum mihi uere beneuolum & amicum esse. Non offensus est rex tantus, nec si
simulatione, nec admonitione ignori hominis, sed simul & simulationem mutua simulationē
sexit, & tantillum officium magno libertatis præmio pensauit.

Quodam tempore ab hospite quodam inuitatus ad cœnath, inter eundum plures for*19*
te obuios secum adduxit umbras. Vbi sensit hospitem turbari, quod tam multis non suf*Urbanum*
ficeret apparatus, præmisso ad singulos amicos puero, iussit ut placenta seruarent locum: *mendacium*
illi persuasi dum placentas expectant, paululum edebant, ita factum est ut cœna sufficerit
omnibus.

omnibus. Faceto ioco simul & elusit amicos, & hospitis pudoris subuenit.

20 Hipparcho Euboico uita defuncto, Philippus præ se ferebat quām illius mortem acer
Gratitudo be ferret. Itaq; cuidam uolenti dolorem ipsius mitigare dicentiq; Attamen ille tempesti
ue deceffit, iam natu grandis: Sibi quidem ipsi, inquit Philippus, tempestiue deceffit, sed
mihi præpropere. Mors enim illum anticipauit, priusquā à me beneficium acceperit no
stra dignum amicitia. Perquām rarum est, principem sentire gratiarum affectus, sed ami
cis pleriq; non aliter quām equis utuntur, dum usui sunt, curant, inutiles factos abīciunt,
eosc spoliant cītius quām beneficio iuuant.

21 Vbi resciuit Alexandrum filium queri, quod pater ex pluribus foeminis gigneret libe
Regnum uiros, sic illum hortatus est, Ergo quum plures habeas regni competitores, da operā ut hos
tute ambiendū nestus ac probus euadas, ut non per me, sed per te ipsum regnum obtinuisse videaris. Vir
prudentia uere regia præditus, non consolatus est filium, sed metum illius auxit, quod ma
gis extimularet ad uirtutem: indicans illi non aliter sperandum paternum regnum, nisi se
successione dignū præberet, nec tam magnum esse regnū adipisci, & regnū promeruisse.

22 Eundem hortabatur ut auscultaret Aristotelis, cui traditus erat instituēdus, daretq; ope
Philosophia regi necessaria ram philosophiæ, Ne, inquit, multa committas, quæ me fecisse nunc pœnitet. Perspexit es
gregius princeps neminem philosophiæ expertem regno idoneum esse, nec puduit fate
ri, se multa per errorem fecisse perperam, quod à teneris unguiculis philosophiæ præcess
ptis non fuisset imbutus. Nam qui experimentis discunt administrare regnum, licet inge
nio felicissimo nati sint, tamen & sero & magno reipub. malo tandem euadūt boni reges.
At q; philosophiæ præceptis præmonitus accedit, si ad sit mens integra, uix poterit ab ho
nesto deflectere. Vbi sunt interim qui literas ac philosophiæ studium clamāt ad rempub.
administrandam prorsus inutile?

23 Ex Antipatri amicis quendam in iudicium numerū ascripserat. Verum post ubi cog
Fuco non nouit illum tingere barbam & capillos, submouit eum dicens, Qui in capillis fidus nō es
credendum set, eum in rebus gerendis non uideri dignum cui fideretur. Fuco utebatur in tingendis ca
pillis, ubi nō multum erat lucri, multo magis usurus erat fuco in publicis negocijs, ubi do
lus interdum ingens adfert emolumenū. Et hanc oportet regum præcipuam esse curam,
ut cognoscendis causis uiros præficiant incorruptos. Id qui fieri potest, ubi uenduntur iu
dicandi munia, & is designatur iudex, non q; uir melior est, sed qui ad dandū prior, aut lar
gior. At apud Philippum nec Antipatri tantum ualebat autoritas, quin suspectum è iudi
cum ordine moueret.

24 Machetæ cuiusdam pro tribunali sedens causam cognouit, sed dormitabūdus, nec fas
Index at tentus tis attentus ad iuris equitatem, itaq; sententiam tulit aduersus Machetam. Verum quum
is exclamasset, se ab ea sententia appellare, rex iratus, ad quē, inquit: Nam appellandi uer
bū monarchis est inuisum. Hic Machetes, Ad te ipsum ô rex, si expurgiscaris, & attentus
audias causam. Ac tum quidem surrexit rex. Ceterum poste aquā causam apud se melius
perpendisset, intelligeretq; Machetæ factam iniuriā, iudicata quidem non rescidit, sed pe
cuniā qua damnatus fuerat Machetes, ipse persoluit. In uno facto quo regiæ uirtutis ar
gumenta: Non perseuerauit irasci et prouocanti, et somnolentiam publice obijcenti, sed
per ocium rem suo cum animo accuratius considerauit, iam ab ira liber. Sit hoc ciuita
tis regiæ moderationis: illud uero prudentiæ, quod ingenioso commēto sic damnatum
exemit damno, ut regiam tamen in iudicando autoritatem non proderet, multam priua
tim perinde quasi ipse damnatus esset dissoluit.

25 Indignatibus Philippi amicis, quod Peloponnesij in Olympiacis ipsum sibilis deride
Vrbane rent, presertim beneficis à rege affecti, hoc sermone Philippum extimulantibus ad uindi
ctam: Quid igitur, inquit, futurū est, si quid illis faciamus malis? Urbanissime amicorū ar
gumentum uertit in diuersum. Si tam prauo ingenio sunt, ut eos irrideant qui de ipsis be
ne meriti sunt, grauius nocebunt, si quis illos malefactis prouocet. Hoc non solum mode
rationis & clementiæ, uerum etiam eximiæ cuiusdam magnanimitatis documentum fuit,
ingratorum sibilos regem negligere.

26 Harpalus pro Cratete propinquo ac familiari suo, qui iniuriarum postulabatur, peti
Index feuerus t à Philippo ut reus multā quidem solueret, sed à causa liberaretur, ne damnatus hominū
maledictis exponeretur. Hic uero Philippus, Præstat, inquit, ut ipse male audiat, quām
ut nos

et nos propter illum. Indulgebat amicis, sed quatenus licebat integra iudicis opinione.

In exercitu quum multo tempore dormisset, experrectus: Tuto, inquit, dormiui, uigilauit enim Antipater. Subiudicās, non esse regium indulgere somno, præsertim in bello: ²⁷ sed tamē hoc interdum absq[ue] periculo fieri, si rex habeat fidum ac uigilantem præfclum. ^{Prefectus uix gilans} Ita cum laude amici suam excusauit somnolentiam.

Rursus euenit, ut interdiu dormiente Philippo, Græci qui multi simul ad ostium conuenierant, indigne ferrent, regemq[ue] incusarent, quod ob illius somnolentiati non statim admitterentur ad colloquiu[m]: hic Parmenio sic regi patrocinatus est, Ne miremini, inquit, si nunc dormit Philippus, nam quum uos dormiretis, h[ic] uigilabat. Significans, Græcis negligenter rem gerentibus, Philippum illis fuisse præsidio.

Quemadmodum ipse fuit urbanus, ita aliorum false dictis delectabatur. Itaque quum cantorem inter coenandum uellet reprehendere, deq[ue] pulsu chordarum loqueretur, ^{Dij;} inquit cantor, prohibeant ô rex, ne tu me melius hæc noris. Ciuiliter & sibi uindicauit de arte iudicium, & regem non offendit, meliorem illum iudicans, quam ut cum musico de fidibus contenderet.

Quin & asperius dicta, modo tempestiu[m], æquo ferebat animo. Nam quum dissidium haberet cum Olympiade uxore, cumq[ue] Alexandro filio, Demaratum Corinthium ad se uenientem percontatus est, quomodo inter Græcos inuicem conueniret. Hic Demaratus, scilicet, inquit, magnopere tibi curæ est Græcorum concordia, quū qui tibi sunt coniunctissimi, huiusmodi in te sint animo. Quid hic expectas, nisi ut rex offensus Demarati libertate, iubeat illum ab oculis suis abduci? Immo quoniam Demarati sermo ab ira ad saniora cōsilia uocabat, rex se[us] ad eius obiurgationem composuit, positaq[ue] ira rediit cum suis in gratiam.

Anui cuidam pauperculae Philippum appellanti, ut causam ipsius cognosceret, quum ³⁰ hac flagitatione frequenter obstreperet illi, respondit, sibi non esse ocium: quumq[ue] anus inclamasset, proinde ne rex quidem esse uelis: Philippus admiratus aniculæ liberam uocem, non illi solum præbuit aures, uerum etiam alios audiuit. Hoc idem Latini tribuunt Adriano imperatori.

Philippus quum audisset, filium suum quodam in loco scite cecinisse, ciuiliter obiurauit, dicens, Non te tui pudet, qui noris tam belle canere: significans, alias artes esse regi digniores.

Idem in palæstra prolapsus, quum surgens in puluere uidisset corporis uestigium, Pa/ ³³ pè, inquit, ut minimam terræ partem natura fortiti, orbē appetimus uuiuerium: Vtinam Ambitio: hoc dictum inhaesisset animo filij, cuius ambitioni orbis fuit angustus.

Philippus Alexandrum filium obiurgans, quod largitionibus Macedonum benevolentiam consecraretur, Quæ te, malum, inquit, ratio in istam spem induxit, ut eos tibi pu/tes fore fideles, quos pecunia corruperis? An tu id agis, ut Macedones te non regē suum, ³⁴ Benevolentia virtute parat sed præbitorem putent?

Athenienses legationem ad Philippum miserant. Ea benigne audita, ut humaniter dismitteret, iussit illos dicere, qua in re gratum facere posset Atheniæsibus. hic Demochares Lenitas excipiens, si teipsum, inquit, suspendas. Is Demochares unus fuit è legatorū numero, ob linguæ procaciam dictus parrhesiastes. Ob tam inhumanum responsum indignantibus regiis amicis, Philippus compescuit eos, iussitq[ue] ut Thersiten illum incolu[m] dimittarent. Tum ad cæteros legatos cōuersus, Renunciate, inquit, Atheniæsibus, multo superiores esse, q[ui] ista dicit, q[ui] qui impune dicta audiunt. Tales demū animi regno digni sunt.

ALEXANDER MAGNVS

In Philippi dictis nihil erat, quod præter urbanitatem non etiam ad bonos mores conduceret: nec uideo quem Philippo iungamus congruentius, quam filium Alexandrum: ^{Indolis agilis} Is puer etiamnum, quum Philippus pater multa præclare felicitérque gereret, nequaquam eo gaudebat, sed ad pueros æquales ac collactaneos dicebat, pater mihi nihil reflecturus est. Illis contra dicentibus, Immo hæc omnia tibi parat. Quid profuerit, inquit Alexander, si multa possidens agam nihil? Iam tum cognoscas scintillam indolis ambitiosæ & irrequietæ.

Idem quum leuitate corporis, ac pedum celeritate polleret, patri hortanti ut in Olympijs, ² stadium

stadiū decurreret, Facerē, inquit, si reges habiturus essem cōcertatores. Et hīc agnoscas ex celum, nec cuiquam facile cessurum in certamine laudis & imperij. Non dū erat rex, & tamen non dignabatur nisi cum regibus committi.

3. Quum puella multa nocte ad Alexandrū esset deducta, cum eo dormitura, rogauit rex Adulterium ubi fuisset tam diu; illa respondentē, se expectasse donec maritus iſſet cubitū: ministros ac citos acriter obiurgauit, Reducite, inquit, haic, parum enim absuit quin uestra culpa fuerim factus adulter. Egregium castitatis exemplum, tum in iuuenie, tum in rege. Nam apud illos simplex stuprum pro nullo crimine habebatur. Apparet autē tum fuisse morem qui adhuc durat in Italia, ut uxores secubarent à uiris, nisi si quando uocantur.

4. Alexandro puerō dījs largius facienti suffitum, ac subinde ad thbus accurrenti, Leonis Profusio des illius pædagogus qui tum aderat, Heus puer, inquit, tum large facies suffitū, quum regionem deuiceris quæ thus gignit. Post quum eam regionem obtinuisset, memore eius dīti, hac sentētia scripsit illi literas, Mittō tibi thuris & casiae talenta aliquot, ne posthac patrus sis erga deos, quum nō ignores nos potitos regione odores gignente.

5. Apud Granicum Martem experturus, hortabatur Macedones ut affatim prandarent, ueluti postridie ex hostiū comēatu cœnaturi. Præsens animus, ac de bellī euenuit fiducia tu fideſ ac ſecurus.

6. Perillus unus ex amicorum Alexandri numero, filiabus suis ab Alexandro dotem petiit. Iussit rex illum capere talenta quinquaginta, quumq; iſ respondisset, decem ſatis eſſe, Tibi quidem, inquit, ſatis eſt tantum accipere, mihi uero non ſatis eſt tantum dare. Praedictum, niſi virtutis in dolem ambitio uitiasſet.

7. Anaxarcho philosopho iuſſerat quæſtorem dare quantūcunq; ille postularet, quācūq; quæſtor audita postulatione turbatus Alejandro indicasset, philosophus petere centū talenta, Recle, inquit, facit, ſciens ſe amicū habere, qui tantum dare & poſſit & uelit. Hic dubites utrū potius admirari oporteat, regiam ne liberalitatē in donando, an philosophi immiſſa probitatem in postulando, niſi malumus hanc uocare fiduciām.

8. Miletū quum uidiffet multas ſtatuaſ eorum qui in Olympijs ac Pythijs uicerant, easq; Fortitudo in temporaſ praegrandes. Et ubi, inquit, erant tam magna corpora, quā barbari ueſtrā urbem obſide rent? Salse taxauit illorum ſtultam ambitionē, qui gloriarentur hiſ qui corporū magnitudine uitribusq; preſtantes in ludicris certaminib; uictoriam reportaſſent, quum in tantis periculis nulli fuiffent qui aduersus barbaros ſe tales præberent.

9. Quum regina Carum Adas illud haberet studio, ut affiduo mitteret Alexandro opſoria bellariaq; per talium rerum architectos coquosq; magna arte parata, Alexander ait, ſeipſum habere meliores opſoniorum artifices, ad prandium quidem nocturnum iter: ad cœnam uero tenue prandium.

10. Quodam tempore quum omnibus ad præliū apparatis interrogaretur, nunquid aliud Barbæ bello inutiles præter hæc fieri uellet, Nihil, inquit, niſi ut Macedonū barbæ radantur. Hoc dictum quid sibi uellet admirante Parmenione, An nescis, inquit, in prælio nullā anſam meliore eſſe q; barbæ. Significabat cominus eſſe pugnandū, in quo genere certaminis barbæ officiunt, q; his milites facillime poſſunt apprehendi.

11. Darius obtulit has conditiones Alexandro, ut ab ipſo acciperet talentorum decem milia, & insuper Asiam ſecum ex æquo partiretur. Id quum recuſaret Alexander, Ego, inq; Parmenio, accepissem, ſi Alexander eſſem. Et ego, inquit Alexander, ſi Parmenio eſſem. Dario uero hunc in modum respondit, Neq; terram duos ſoles, neque Asiam duos reges ferre poſſe. Ethic animi celsitudinem probare poſſis, niſi dictum impotentiam quandam dominandi ſaperet.

12. Quum in Arbelis de rerum ſumma periclitaturus eſſet, conſlicturus cum mille hominibus millibus ad pugnandum inſtructis, adierunt illum milites aliquot ipſi bene uolentes, commoda deferebantq; cæteros, quod in caſtris inter ſe miſcerent ſermones, cōſpirarentq; ne quid prædae in regium tentorium deportarent, ſed ipſi totum in ſuum uerteret lucrum. His auditis ſubrifiſit Alexander, Fausta, inquit, nunciatis. Si quidem audio ſermones uironum, ad uiricendum non ad fugiendum animatorū. Nec illum ſefellit diuinatio, plurimi namq; milites regem adiere dicentes, Bono animo eſto rex, neq; metuas hostium-multitudinem, ne pedorem quidem nostrum ferre poſterunt.

Idem

Idem instructa iam ad prælium acie, quum cerheret militem quendam id temporis a / 13
mentum telo adaptantem, ut inutilem submouit ab exercitu, qui tum demum appararet *Seruus appa-*
arma, quum his utendi tempus adesset. Hoc inter strategemata magis commemorandum ratus
erat, quam inter apophthegmata, quemadmodum & hoc quod subhjcfam.

Legebat Alexander epistolam à matre missam, quæ arcana quædam & calumnias ad / 14
uersus Antipatrum continebat, simulq; ut solet, cum rege legebat Hephaestion, hec enim silentium
rex uetus legere, sed perlecta epistola anulum signatorum è dñgo detracitum ori illius
appressit: hoc gestu admonens, ut arcana contineret. Exemplum insignis de amico fidu-
cize, tum etiam humahitatis egregia, qui calumnias latius spargi noluerit, licet inuisum
haberet Antipatrum.

In Ammonis templo quum à uate dictus esset Iouis filius, Nihil, inquit, mirum, nam ¹⁵
Jupiter omnium quidem natura pater est, sed ex his optimos quosq; peculiariiter suos fa- *Filiij deorum*
cit. Modestissime interpretatus est oraculum: nam uates per adulacionem dixit illum fi- *qui*
lium Iouis, quasi sic è loue prognatus esset, quemadmodum Hercules creditus est esse
Iouis filius. Alexander faslus est, Iouem natura autorem ac parentem esse omnium, sed eos
demum peculiariter pro suis filijs agnoscere, qui uitute ac præclare gestis proxime ad di-
uinam naturam accederent. Ea est omnibus benefacere.

Quum in bello crus esset illi sagitta uulneratum, multiq; accurrerent, qui ipsum frequen- / 16
ter deū appellare consueuerant, exporrecta hilariq; fronte ad Homeri carmen alludens, *Modeste*
dixit: Hic sanguis est quæ uidetis, liquorq; qualis diuīs solet emanare beatis. Nimis irri-
dens adulatorum uanitatem, quū ipsa res declararet, ipsum nihil aliud esse q; hominem.
Allusit autem ad locum Homeri Illiā d.c., ubi narratur Venus à Diomedē uulnerata.

Nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus, quod alienam ab omnibus delitijs au- / 17
steramq; uitam ageret, Foris, inquit, *Antipater albo utitur pallio, intus uero totus est pur-* *Hypocrisis*
pureus. Notans fictam illius parsimoniam, quum esset alioqui ambitiosissimus.

Quum hyeme frigidoq; cœlo apud amicū quendam cōiuio acciperetur, uideretq; fo- / 18
culum exiguum & ignis pusillum: aut ligna, inquit, infer, aut thus. Subnotans conuiua- *Parsimonia*
torem lignis suis parcere, perinde quasi thus essent, quū in rigore tanto nec thuri parcen-
dum esset: simul satis esse ignis ad faciendū sufficuum dīs, at parū ad depellehdum frigus.

Quum apud Antipatridem cœnaret, isq; ad cœnam formosam plaltriam induxisset, ¹⁹
Alexander asperci motus in illam exarsit: mox rogauit Antipatridem, nūquid ipse mu- *Continentia*
lieris amore teneretur: illo confitehie, O scelestē, inquit, non tu protinus abduces e con-
uiuo mulierem? Quantum ille animus aberat à constupranda aliena uxore, qui tantope
re sibi metuit ab amica hospitio?

Rarsum quum Cassander Pythonem Euij tibicinis amasiū per uim osculari uellet, idq; ²⁰
Euium ægre ferente sensisset Alexander, stratus exilij in Cassandrum clamans, Ira ne per- *Continentia*
mos, ne amare quidē quicquam licebit: Non satis erat regi, si seipsum præstaret continen-
tem, nisi & præfectos haberet sui similares. Quando autē passus fuisset à suis per uim cōstu-
prari filiam aut uxorem honesti ciuis, qui tibicini suo atores etiam ab osculo uoluit esse
inuiolatos: Deniq; quod duces peccarent, arbitratus est ad se pertinere.

Quum è Macedonū numero ad mare remitteret ualestudinarios ac mutilos debilesq;, ²¹
proditus est quidam, qui se inter ægrotos assūti pserat, quum non ægrotaret. Is quum ad *Civiliter*
Alexandri conspectum adducius esset, & examinatus fateretur se in orbū prætexuisse ob-
amorem Telesippæ, quæ ad mare fuerat profecta: percontatus est Alexander, cui nego-
cium retrahenda ad exercitū Telesippæ delegaretur. Cæterum ut cognouit eam esse libe-
ram, Persuadeamus igitur, inquit, o Antigenes. Telesippæ, ut nobiscū maneat. Nam uim
admouere liberæ, non est nostrum. Sic induxit atori strenui militis, quæ in exercitu re-
tinere cupiebat, ut ingenuam mulierem redire hollēt nisi persuasam.

Quum Græci qui apud hostes stipendum faciebant, uenissent in potestate Alexandri, ²²
Athenienses quidem iussit in compedibus seruati, quod quum ex publico stipendiū ha- *Moderatio*
berent, tamen apud hostes meruissent: similitet & Thessalos, quod regionē optimam na- *pæne*
cii, non eam colerent: Thebanos uero dimisit, discessit: His per nos nihil est reliquum, neq;
ciuitas, neq; agri. Ita moderatus est poenam, ut mortem commeritis non indiceret nisi uincula,
& culpam eorum qui necessitatē excusare poterant, in se transstulit.

- 22 Ex Indis quendam sagittandi arte cum primis celebrem, adeo ut etiam per anulum sa
Gloria uite gittam mittere diceretur, quum in bello cepisset, iussit artis suae specimen ædere: recusan
charior tem iratus rex necari iussit. Quū duceretur homo, dixit his à quibus ducebatur, se multis
diebus non exercuisse artem, eoq; timuisse ne aberraret. Id ubi renunciatū est Alexādro,
quod non contumacia, sed ignominia metu recusasset, admiratus ingenii gloriae studio
sum, dimisit illum donatum, eo quod mortem oppetere maluisset, q; fama sua uideri indis
gnus. Hic apparet, non omnino uanum esse, quod proverbio iactatū est, Simile simili esse
amicum. Alexander gloriae supra modum appetens similem affectum in alijs amabat.
- 23 Taxiles unus è numero regum Indiæ, occurrens Alexandro, sic illū affatus est, Pro
Certamen ue uoco te, inquit, non ad pugnam, neq; ad bellum, sed ad aliud certaminis genus, Si inferior
re regium es, à nobis accipe beneficium: si superior, nobis benefacito. Cui Alexander, Atqui, in
quit, ob hoc ipsum inter nos certandum est, uter beneficiando supereret alterum. Et huma
nissime complexus illum, non solum non spoliauit ditione, sed auxit etiam.
- 24 Quum audisset de rupe quadā apud Indos, quæ ob sublimitatem uelut aubus inaccessa
Viri fortis si, àq; dicitur, quod ipse quidem locus expugnatū difficilis esset, sed qui eum teneret for
ducia midolosus. Nunc, inquit, locus captu facilis est, significās, nihil prodeſſe munimenta, niſi
uir fortis ea tueatur. Arx enim non tam fossis ac muris tuta est quam uiris.
- 25 Quum alius quidam rupem teneret inexpugnabilem, ut putabatur, semet Alexan
Fides in dedi dro dedit: at Alexander non solum eius ditionis principem esse iussit, uerum etiam
tum addidit, dicens, Hic homo mihi uidetur sapere, qui se maluit bono uiro, quam loco mu
nito concredere.
- 26 Rupe capta quum amici dicerent, illum egregijs gestis Herculem superasse. At ego, in
quit, meas res gestas in imperio, ne uerbo quidem cum his quæ gessit Hercules arbitror
conferendas. Adulabuntur illi, sed huius animo nulla satisfaciebat adulatio.
- 27 Quosdam ex amicis multauit, quod in ludo aleæ sensisset eos non ludere. Siquidem
multi sunt qui in hoc ludo uelut in re maxime seria uersantur. Non enim ludunt, qui for
tunas suas omnes, interdum & liberos, aleæ permittunt arbitrio.
- 28 Inter amicos quo s habebat præcipuos ac potentissimos, omnium maxime uidebatur
Amicus honorare Craterum, sed omnium maxime diligere Hephaestionem. Craterus enim, inquit,
amat regem, Hephaestion amat Alexandrum. Id Græce iucundius dicitur, Φιλεστέλευς,
Φιλαλέξανδρος. Sentiens, Craterum in his quæ ad regiam dignitatem attinebant præstare
fidum amicum, Hephaestionem priuato quodam affectu diligere Alexandrum. Pariter
itaq; licet dissimiliter, amantibus, diuersa ratione persoluit præmium; Craterum ornauit
dignitate, Hephaestionem ad intimum admisit familiaritatem.
- 29 Xenocrati philosopho quinquaginta talenta dono misit: ea quum ille recusasset acci
Liberalitas pere, dicens sibi non esse opus, interrogauit an ne amicum quidē ullum haberet cui esset
opus. Nam mihi, inquit, uix Darij opes in amicos suffecerunt. Hic utrius animum magis
admirari conueniat, nondum statui, regis ne tam ad liberalitatem propensum, an philoso
phi, qui tantum munus à tanto rege ultro delatum remiserit.
- 30 Porus rex ab Alexandro deuicius, quum ab eo post pugnam rogaretur dicente, Quo
Regaliter modo te tractabo: Regaliter, alt. Rursus subiuncti Alexandro, Num quid etiam aliud?
Omnia, inquit Porus, complectitur hoc uerbum, regaliter. Alexander & prudentiam &
fortitudinem uiri admiratus, latiorem ditionem illi addidit ea, quā prius obtinuerat. Sup
plici & ad pedes abiecto minus cōcessisset. Adeo diligebat animosus iuuenis impauidos
animos. Q. Curtius aliquanto secus narrat. Interrogatus Porus quid ipse uictorem sta
tuere debere censeret, Quod hic, inquit, dies tibi suadet, quo expertus es q; esset caduca
felicitas. Submonuit regem, ut modeste sua fortuna ueteretur, memor ipsi posse accidere,
quod acciderat Poro.
- 31 Quum accepisset esse quēdam qui conuicij ipsum impetereret, Regiū est, inquit, quum
facias bene, audire male. Nihil hoc dictio generosius, quamquā idem & alijs ascribitur.
- 32 Morti proximus ad amicos respiciens dixit, Magnū epitaphiū uideo futurū: præsen
tiens, res ab ipso gestas multorū eloquentia celebrandas. Nec eum sua sefellit diuinatio.
- 33 Quū Darij filias haberet captiuas, demissis oculis eas salutabat, idq; raro, sibi metuēs ab
illa rū insigni forma. Apud familiares aut dicere solet, Dolores oculorū sūt Persice pueſſe.
Edicto

Edicio uetus, ne à quoquā pingeretur præterquam ab Apelle, aut à quoquā aere sculpsit, 34
peretur præterquam à Lysippo, artificibus illius ætatis præstantissimis. Nam hoc quoque iudicatur.
cabat ad principis dignitatē pertinere. Cum Cherylo poeta paclus erat, ut pro uno quoque
bono uersu Philippicum acciperet aureum, pro malo colaphum.

Idem interrogatus, ubi suos recondere thesauros, Apud amicos, inquit: significas, 35
cultates nusquam reponi tutius. Quum enim res postulat, redeunt ad te cum scenore. *Liberitas*

Quum nuncius quidam gaudio gestiens, porrectaque manu accurreret, rē prospere geret, 36
stam narraturus, Quid mihi bone uir magni nunciabis, nisi nuncies Homerum reuixisse? *Preco rerum*
significans, omnium præclare gestorum gloriam abolendam, nisi contingere talis prægestarum
eo qualis fuit Homerus.

Civitas quædam ut ab armis Alexandri quiete haberet, obtulit illi partem agrorum, 37
& præterea rerum omnium dīmidium. Cui sic respondit, *Hoc animo ueni in Asiam, non Imperiose*
ut acciperem quod dedisset, sed ut uos haberetis quod reliquissim.

Alexander habebat Eudæmonicum philosophum, sed quouis parasito adulantiorem, 38
Hic quum aliquando tonaret uehementer, adeo ut omnes expauescerent, dixit Alexander *Adulatio*
Quin tu tale quippiam facis Alexander fili Louis? At ille non ferens tam abiecit phili-
osophi uocem, ridens ait, Nolo enim formidabilis esse, quæadmodum tu me doces, qui
Satraparum ac regum capita me iubes super coenam apponere. Sic Athenæus. Plutar-
chus in uita secus aliquanto, Quid mihi succenses, quod pisces apponam in coniuio, ac
non potius Satraparum capita?

Alexander quum hyeme duceret exercitum assidens igni, recognoscere prætereunteis 39
copias cœpit: quumque uideret senem quandam horrentem frigore, & ad ignem stantem, *Civiliter*
confidere loco suo iussit, dicens, Si in Perside natus essem, in regia sella sedere tibi capitale
foret: in Macedonia nato conceditur.

Alexander etiamnum adolescens uidens patrem Philippum equum præferocem, nec 40
ullum sessorem tergo patientem, uelut inutilem abieciūm ire, Qualem, inquit, equum isti *Indoles excel-*
perdunt, dum illo per imperitum ac mollitiem uti nesciunt. Quæcumque mira arte sine uerberi se
bus tractasset equum, tandem cōscensum ad cursum admisisset, tum calcibus usus est: ac
molliter flexis habenis quum equum reduxisset, descendens caput exosculatus pater, A-
liud, inquit, ô fili tibi par regnum quære, quando iam te non capit Macedonia. *Præfagi-*
tus prudens, tam excelsæ indoli non sufficituram paternam ditionem. Sed equus ille nos
admonet, multa bene nata ingenia perire uitio instituentium, qui ferè nesciunt imperare,
nisi ex equis generosis reddiderint asinos.

Idem Aristotelem, cui puer formandus fuerat traditus, summa ueneratione prosequitur 41
batur, dicens, se illi non minus quam patri debere, quod à patre uiuendi, à præceptore be- *Pietas in præ-*
ne uiuendi initium accepisset.

Quum pirata captus ad ipsum deducilus esset, rogatus, qua re fretus auderet infestare 42
maria: compendio respondit, Ego, inquit, quoniam id unico nauigio facio, pirata nomi- *Animos*
nor: tu quum idem facias magna classem, rex appellaris. Alexander admiratus intrepidum/
animum, donauit illi uitam.

Idem Delphos profectus, quum sacerdos negaret se consulturam deum, quod dies es, 43
sent nefasti, quibus ne oraculis quidem loqui phas esset: ui pertracta secum sacerdote tem *Oraculum*
plum ascendit: quumque illa importunitate uicta diceret: Inuictus es ô fili, Satis, inquit A-
lexander, oraculi est: mulieris uocem responsi loco dicens.

Posteaquā in expeditionē profectus regias opes penè omnes in milites ac duces distri- 44
buisset, roganti Perdiccæ, Quid tibi nūc rex supereris? Spes, inquit. Hic Perdicca, Hæc, in *Fiducia euera-*
quit, nobis commilitonibus tuis futura communis est: & præmium quod ipsi designarat *tus*
Alexander, recusauit. Tanta erat fiducia bene successuram expeditionem.

Idem initio quum in causis capitalibus sederet iudex, accusatori alteram aurem occlusum 45
debat: rogatus quur id faceret, Alteram, inquit, integrum seruo reo.

Quum Philoxenus classis præfectus Alexandro scripsisset, Tarentinū quendam Theo- 46
dorum esse apud se, pueros habentem insigni forma uenales, si uellet emere: indigne tulit; *Integritas*
apud æquales subinde clamitans, Quid in me Philoxenus tam obscenum animaduer-
tit, ut mihi tantum probri conciliaret?

47 In Callisthenem nequaquam sese accommodantem aulae regie moribus, sed & dictis
seruiretem, & gestu praeferen tem nihil ibi placere, dixit hunc uersiculum,
pori Μισθίοις εστι τούτων φόρος.

Sapientem ego odi, qui sibi sapit nihil.

48 Nisam expugnaturus, quum uideret milites deterreri fluminis quod ciuitate p̄raterla
bitur profunditate, exilij, o me omnium deterrimum exclamans, quin natare non didice
dus rim: moxq̄ clypeo pro subere innexus primus tranauit.

49 Ilium protectus Achillis statuam coronans, O te felicem, inquit, Achilles, cui uiuo ta
precipua lis amicus, mortuo talis contigerit praeco. De Patroclo loquens & Homero, quorum ille
bona fidissimus Achilli fuit amicus, hic defunctum Iliade tota celebrauit.

50 Duabus potissimum rebus, quum deus à multis prædicaretur, se quòd mortalis esset
Quenos ad deprehendere dicebat, somno & coitu, quod haec præcipue proderent humani corporis
monent mori imbecillitatem, ad cetera inuictus erat. Somnus enim mortis imago est, & coitus species
talitatis est morbi comitialis.

51 Darij regiam ingressus, quum uidisset sublime cubiculum, & in eo stratum, mensas,
Delicie indi, ceteraque omnia mirifico ornatu instructa, Hoccine, inquit, erat imperare: Sentiens non
gne principe esse regium huiusmodi delitij indulgere.

52 Idem lectum ingressus excussis accurate pallijs dicere solet, Nunquid hic delicatus aut
superfluum mater abdidit? Adeo abhorrebat à muliebrisbus delitij.

53 Quum delato ad ipsum scrinio, quo nihil inter opes Darij preciosius pulchritusue
Literarum repertum est, quereretur in quem usum destinandum esset: alijs aliud suadentibus, dixit,
mor Huic optime seruandus dabitur Homerus: sentiēs, nullum esse thesaurum illo preciosio
rem. Ita uisum est iuueni, qui se totum ad exemplar Achillis componebat.

54 Idem hortante Parmenione, ut noctu hostem adoriretur, alioqui summum fore discri
Ingense men, si palam cum tanta multitudine Martem experiretur. Siquidem ex fragore procul
uelut e pelago resonante conieclabant, immensum esse numerum, Non furor, inquit, ui
ctoriam: accusans tenebrarum præsidio uincere.

55 Quum legisset prolixam epistolam ab Antipatro scriptam, in qua multæ inerant ad
Matris lus uersus Olympiadem calumniæ, Ignorare uidetur, inquit, Antipater, quòd una matris la
chryma chryma multas delebit epistolæ.

56 Quum lensisset sororem suam cum iuene quodam eleganti forma consuetudinem
Candide agere, nihil offensus est, sed dixit, Concedendum esse, ut illa quoque aliqua ex parte re
gno frueretur: Multum dissentiens ab animo Cæsaris Augusti, qui nihil acerbius tulit,
quam filiae neptimq̄ lasciuiam.

57 Quum audisset Anaxagoram differentem, innumerabiles esse mundos, illachrymasset
Ambitio insa dicitur. Rogantibus nunquid accidisset lachrymis dignum, An non uideor, inquit, meri
tiabilis to stere, qui quum mundi sint innumerabiles, nos nondum unius domini facti sumus?

58 Philippus à Triballis in prælio uulneratus est femore lancea traiecto: opera chirurgi
liberatus periculo mortis, dolebat claudicationis deformitatem cōtractam manere. Cui
Alexander, Ne uerearlis, inquit, in publicum prodire, sed gradum mouēs uirtutis tuæ po
tius memineris. Hoc & alijs ascribitur.

59 Si quando in colloquij aut conuiujs incidisset contentio de carminib⁹ Homeri, alijs
Cōparatiocar alia præferentibus, hoc unice probauit Alexander,

minum Home Αιφότρομ βασιλεύε τ' ἀγαθὸς, κρε τῷ τ' ἀλημοτής. Id est,
ricorūliad.y Dux bonus atq̄ idem ualidus pugnator in armis.

Addebat, Homerū hoc ueris uirtute Agamēnonis prædicasse, Alexātri uaticinatū esse.

60 Quum transmisso Hellesponto Troiam inuiseret, ueterū heroum res gestas animo re
Musica digna uoluens, quidā si uellet, pollicitus est se Paridis lyram daturū. Hic Alexander, Minime,
duce inquit, illa mihi est opus, quum Achillis lyram habeam. Hac uir strenuus fortium uiro
rum laudes canere confueuit, quum Paris sua lyra molles ac lasciuos modulos incineret.

61 Quodam tempore Darij mulieres inuisit unā cum Hephaestione. Hunc quum esset eo
Humaniter dem ornatu quo rex, corpore etiam maior, Syngambris Darij mater pro rege adorauit.
Eadem quum ex nutib⁹ adstantium intellectisset errorem suum, perturbata denuo salu
tauit Alexandrum. Tum Alexander, Nihil est o mater quod turberis. Nam & hic Ale
xander

Xander est. Sentiens, amicum esse alterum Alexandrum.

Quum in Hammonis templum uenisset, sacerdos grandæus illum salutauit, Salve si-
li, & hanc appellationem à deo habeas. Tum Alexāder, Accipio eam ô pater, & posthac
patiar tuus dici, si mihi totius orbis dominii cōcesseris. Sacerdos recepit se int̄ro, & quasi
consulto deo respondit, Iouem certò promittere quod peteret. Hic Alexander, Scire cu-
pio num quis supersit inultus eorum qui patrem meum int̄fecerunt. Ad hæc sacerdos,
Philippi, inquit, interfectores omnes dedere poenas, sed patri tuo nemo mortalium potest
tendere insidias: significans illum esse Iouis, non Philippi filium.

Quum Darius numerosissimum exercitū instruxisset, Alexander profundissimo som-
no correptus est, adeo ut nec interdiu potuerit expurgisci: tandem imminente periculo ad Animofe-
nici ingressi regem excitarūt, qui quum dicerent, se mirari in eo rerum statu tantam regis
securitatem, Magna, inquit Alexāder, animi molestia me Darius liberauit, qui uires suas
omnes in unum contraxit, ut liceat uno die de summa rerum decernere.

Alexandro Magno Corinthij per legatos suis suæ ciuitatis detulerunt. Hoc officij gen-
nus quum risisset Alexāder, quidam è legatis, Nulli, inquit, ciuitate unquam donauimus
præterquam tibi & Herculi. Hoc audito, lubens accepit oblatum honorem, quē illi com-
mendabat partim raritas, partim cum Hercule laudatissimo uiro societas.

Dum in obsidione cuiusdā urbis infirmissima mœnium querit, sagitta icūs est, nec ta-
men ab instituto destitit: mox quū represso sanguine luccī uulneris dolor cresceret, & crus
equo suspēsum paulatim obtorpuisset, coadūs qđ cōperat omittere, ac chirurgū accerse-
re. Omnes, inquit, me prædicant Iouis esse filiū, sed uulnus hoc hominem esse me clamat.

Zenophantus certis modis Alexandrum ad arma solet concitare. Eam musices uim
admirantibus cunctis, quidam ait, Si tantus artifex est, incinat modulos quib⁹ illum à
bellis reuocet: Sentiens, non esse magnæ artis hominem eō perpellere, quō suapte na-
tura pronus est.

ANTIGONVS REX MACE DONVM

Antigonus in extorquendis pecunij acer erat ac rigidus. Cuidā itaq; dicenti, At nō ta-
lis fuit Alexāder, Merito, inquit, nam ille metebat Asiam, ego culmos lego. Sentiens, opus festinare
lentissimam Asiam prius ab illo spoliatam, sibi à spoliatis corradendum quod posset.

Milites quosdā uidens thoracidus & galeis induitos sphæra ludere, delectatus est hoc
spectaculo, ac duces illös accersi iubet, ut eos coram illis laudaret: uerū ubi nunciatum Seuere-
sset, duces bibere, præfecturas illorum militibus dedit, qui sphæra luserant armati: simul
& ducum ignauiam puniens, & militum strenuitatem honorans.

Quum omnes admirarentur quōd quū initio regni durior fuisset, senex factus clemen-
ter ac placide regnum gubernaret, Prīus, inquit, opus erat regno, nunc gloria & beneu-
lentia: Sentiens, regnum armis & austereitate frequenter parari, sed nō nisi honesta opinio-
ne, ciuiumq; beneuolentia retineti.

Idem filio Philippo multis præsentibus percontanti ac dicenti, quando castra mouēbi-
mus: Quid inquit, num metuis ne solus tubam non audias? Notans adolescentis imperi silentium in
triam, qui hoc patrem multis audientibus percontaretur, quum in bello cælanda sint con bellō
silia principum: sed quoties castra mouenda sunt, tum omnibus tuba dat signum.

Quum adolescens institisset, ut hospitium nanciseretur apud uiduam treis habētem
forma decente filias, accito hospitijs designandis præfecto. Non expelles, inquit, filium Caste
meum ex loci angustia: Non prodidit adolescentis affectum, qui sciebat illū captare quod
amaret, sed excusauit ædium angustiam, in quibus uidua cum tribus filiabus ageret.

A graui morbo posteaquam cōualuerat, Nihilo peius est, inquit, siquidem hic morbus
submonuit nos ne animo efferamur, quum simus mortales. Quis docuerat ethnicum re- Morbus
gem philosophiam Christiano dignam animo: Deplorabant amici ceu magnū malum, inutilis
quod tam grauiter agrotasset, ille interpretatus est, ex morbo plus accessisse boni q̄ mali.
Corpus extenuarat, sed animum reddidit modestiorem: corporis robori non nihil detra-
xerat, sed animo detraxit insolentiam, morbum longe periculosissimū. Proinde nō pessi-
me res habet, quum lenior morbus arcet pellit ue maiorem.

Hermodotus Antigonum in carmine scripsierat Iouis filium. Is hoc legens, Istius, in-
quit, reinequaquam mihi conscius fuit Lasanophorus ille: perquām facete ridens pœti Modestus
Tom. 4 q; 3 cam

cam adulatio[n]em, paric[em] modestia sui generis humilitatem agnoscens. Laſanum autem matula factilis est. Quod si Ioues erat filius, ea res haclenus fefellerat & seruum matulam in cubiculo ferre solitum, & Antigonus filium.

8. Quodam dicente, omnia regibus honesta iustaq[ue] esse. Sunt per Iouem, inquit, barba Regibus honestorum duntaxat regibus: at nobis ea duntaxat honesta sunt, quae honesta sunt, & ea tantum iusta, quae iusta sunt. Grauitet retudit adulatricem uocem, uolentis omnia licere rellicant gibis. Non enim rex est honesti iustiq[ue] regula, sed honesti iustiq[ue] minister est. Atque utram similes uoces non audiant Christianorum aures, aut si audiant, simili severitate reficiant. Quid enim aliud dicunt, qui occinunt, Quod principi placuit, legis uigorem habet: qui negant principem teneri legibus, qui tribuunt illi geminam potestatem, ordinatam & absolutam, quarum altera possit quod leges, pacia, & foedera postulant, altera quodcunq[ue] libuit.

9. Frater Antigoni Marrys literam habebat, sed a rege postulabat, ut causa domi cognoscere feceretur. Cui Antigonus, Si nihil, inquit, prater ius agimus, melius siet in foro, cunctisq[ue] audientibus. Non impetravit hoc a rege fraternus affectus, ut uel tantillum de iure consideret. Ipsum autem hoc dilemante constrinxit: si iniustam causam habere tescis, quur litigas? Sin iustum, quur fugis hominum conscientiam, & ad domesticas latebras rem fisi pertrahis, non cariturus sinistra ciuium suspicione, etiam si bonam causam uiceris?

10. Quum aliquando tempore hyberno compulisset castra transferri in locum, ubi non erat rerum necessiarum copia, atq[ue] hac de causa milites quidam in regem maledicta congererent, ignari ipsum esse in proximo, uirga tentorij uela diduxit: Flebitis, inquit, ni longius semoti de me male loquamini. Quid hac facetia clementius; aut quid hac clementia facetus? Simulabat se non indignari quod male de ipso loquerentur, sed quod tam vieni, ut exaudiri possent ab eo cui maledicebant.

11. Aristodemo, qui unus ex amicorum regiorum numero fuit, e coquo ut putabatur pro liberalitas regnatus, suadenti ut impendis ac legationibus aliquid detraheret, Verba tua, inquit, Aristodemus ius olen[t]. Subindicans, coquorum esse parsimoniam, non regum: proinde illum tali consilio non meminisse cuius esset amicus, sed quo esset patre natus.

12. Quum Athenienses seruum Antigoni honoris gratia perinde ut ingenium in ciuium scuere numerum asscripsissent, Nequaquam, inquit, uelim unum Athenensem a me loris cädere significans per illos factum, ut unum ciuem Athenensem posset loris cädere, quippe seruum: sed Athenis esse plures uno commeritos, ut a rege loris cädereetur, qui seruum alienum, quod in ipsis fuit, manu mitterent.

13. Adolescens quidam Anaximenis rhetoris discipulus, orationem a preceptore mediatam, & ad eam recitandam subornatus, coram Antigono habebat: quumq[ue] is inter audiendum quidam scire cupiens sciscitaretur, moxq[ue] adolescens reticuisset, Quid ait, inquit Antigonus, num ista tibi sunt in tabulis descripta? Quod ille in adolescente iudicavit absurdum, hoc hodie magnificum habetur, ut senes etiam apud principes orationem a rhetore quopiam conductio sex mensibus elaboratam edificant, eamq[ue] plittacorum motu reddant. Nec raro fit, ut nemine etiam interpellante, sibi excidant, cunctisq[ue] ridiculis sint.

14. Alterum quendam rhetorem audiens ita loquentem, Hora nivium faculatrix adueniens, regionem herbis defecit, reddidit. Non desines, inquit, mecum ut cum turba ageret. Offensus est rex oratione nimis elaborata, cuiusmodi uerborum apparatus solent se uenitare rhetores apud imperitam multitudinem. At idem apud regem facere, erat illius ab uti patientia. Quoniam autem affectata sermonis structura, latine non perinde potest exprimi, Graeca ponam, χιονοβόλος ἡ ἀρχα γνωμή, λεπτοβολεῖ πίνος της χώρας. Pro χιονοβόλος ἡ ἀρχα dicere poterat hyems, & λεπτοβολεῖ uerbum est affectatum, uixq[ue] poterat concedendum.

15. Thrasillo Cynico petenti drachmā. Non est, inquit, munus regium. Cynico subiecti Facete te, Talentum igitur da, At non est, inquit, Cynicum, tale munus accipere. Vt roq[ue] cornū repulit postulatoris improbitatem, quem existimabat nullo dignum beneficio.

16. Quum mitteret filium suum Demetrium cum numerosa classe, magnaq[ue] militum uia ad Glorię sumu[m], Graecos liberandos, dicebat, Gloriam a Graecia uelut a specula in orbem terrarum accedit: Ins iuuenium gloriae studio extimulans, ut strēnuere rem gereret, quod eius laudis rumor notitia intra

Natura Græcæ fines esset continendus, sed ob Græci nominis celebritatē, per omnes munⁱ diplagas dimanaturus.

Antagoram poetam in tenuorio congrum coquenter, atq; ipsum patellam uersantem ¹⁷ deprehendit Antigonus à tergo stans, etq; dixit, Putás ne ô Antagora, Homerum quum Agamemnonis res gestas scriberet, coxisse congrum: Contra hæc Antagoras, Et tu rex, putás ne Agamemnonem quum illas res gereret, fuisse curiosum, si quis in exercitu con^grum coqueret: æ quo animo rex tulit ioci talionem, quasi inter pares res ageretur.

In somnis Antigonus aliquando uiderat Mithridatem auream metentem messem, ¹⁸ eod^g struebat illi insidias, ut tolleret ē medio. Idq; quum indicasset Demetrio filio, iureiu^r rando adegit ut sileret. Is uero in nœcto sibi Mithridate deambulabat in littore maris, & in sienna hastæ parte trascrispsit harenæ, Fuge Mithridates. Is intellecta re profugit in Pontum, atque illic perpetuo regnauit. Hoc quum non sit apophthegma, uidetur ab ali^q quo adiectum.

Antigonus amicis suadentibus, ut si Athenas caperet, ualidis illam præsidij com¹⁹ muniret, ne quando deficeret, summac^g cura ut totius Græcizæ basim custodiret, respon^{clementer} dit, se semper in hac fuisse sententia, ut crederet, nullum esse regni præsidium firmius, quam ciuium benevolentiam.

Idem ubi audiuit reges in ipsius exitium conspirasse, insolentissime respondit, se illos ²⁰ omnes uelut aues seminal legentes uno lapide unio^g clamore disturbaturum. Insolenter

Quum Antigonus in arduis ac præruptis locis planicie i^mminentibus exercitum ha²¹ beret, Pyrrhus positis circa Napliam castris, postridie per caduceatorem, ut in campum Non semper descendens Martem experiretur prouocauit. Antigonus uero respondit suam militiam pugnandum non magis armorum quam temporum esse, Pyrrho, si illum suæ uitæ tædium cepisset, sat^tis multas ad interitum uias patere.

Antigonus interrogatus, quem è suæ ætatis ducibus præstantissimū iudicaret, respondit, Pyrrhum si senesceret. Non pronunciauit optimum, sed optimum fore si rerum expe^{ri}tiam ætas adiungeret.

Idem uidens militem quendam alioqui strenuum, & ad pericula promptum, parum ²³ bene affectio corpore, rogauit quid palleret: illo confessò morbum occultum, iussit medi^{ci}s, ut si quæ fieri posset, adhiberent remedia. At miles iam morbo liber cœpit detrectare dos facit pugnam, minusq; prompte semet obijcere periculis. Rex admiratus interrogauit illum, quæ nam esset mutati animi causa: Tum miles, Tu ipse, inquit, in causa fuisti: quum affl^{ict}e uiuerem, non magnopere metuebam tali uitæ: nūc quum tua opera mihi uita facta est charior, magis caueo ne pereat.

Antigonus senior sophistæ cuidam librum de iustitia conscriptum porrigenti, Desipis ²⁴ inquit, qui quum me uideas alienas urbes armis uexantem, tamē apud me de iustitia disse, Bellum iniū^{ris}. Sensit eos qui ditionis ampliandæ gloriar^ute causa bellum inferunt alienis ciuitatibus, s^uum non posse tueri iustitiae leges.

Antigonus senior quum frequenter Biantem moleste flagitantem tulisset, tandem u^u ²⁵ claus rædio, Date, inquit, Bianti talentum, uel ui. Sentiens beneficium non imperatum, sed improbitate extortum.

Antigonus quū nocte quadam quosdā e militibus suis exaudisset omnia mala impre²⁶ cantes regi, qui ipsos in illud iter & inextricabile lutū induxisset, accessit ad eos qui maxime laborabant: eos quū ignorantes à quo adiuuarentur explicuisset, Nunc, inquit, male dicite Antigono, cuius uictio in has miseras incidit: sed ei bene optate, qui uos ex hac uoragine eduxit. Hac uindicia contentus erat regis uere excelsus animus.

Idem quum in paruolo quodā castello Græci obsideretur, ac fiducia loci contemnetes ²⁷ hostem, multa in deformitatē Antigoni iocarentur, & nunc statu^r humilē, nūc collisum nasum deriderent, Gaudeo, inquit, & aliquid boni spero, quādo in castris meis Silenum habeo. Quū hos dicaces fame domuisset, quōd captis facere mos est, uidelicet ut qui bello sunt utiles, in cohortes describātur, cæteri præconio subiisciātur, negauit se uel id factu^r fuisse, nisi expediret his dominū habere, qui tam malam haberent linguā. Hoc idem arbitrio esse cum eo quod refert Plutarchus, nisi quod aliter commemoratur à Seneca.

Idem quum accepisset instrumentum prægrandibus literis descriptum, Hæ, inquit, ²⁸

uel cæco perspicuæ sunt: iocans in uitium oculorum. Erat enim luscus. Idem aliis magno capitis sui periculo dixisset, quod usu uenit Theocrito Chio, de quo postea dicetur.

29. Antigonus rex quem renuntiatum esset, filium Alcyoneum in acie cecidisse, demissu uultu paulisper apud se cogitauit, mox erupit in hanc uocem, O Alcyonee, serius q̄ opere tuit uitam morte commutasti, qui tam audacter in hostes insilieris, neq; tuæ salutis, neq; meorum monitorum ullam habens rationem. Putauit, non esse deflendum qui sua culpa perisset, sibiq; calamitatem accersisset. Refertur ex Plutarcho.

30. Idem conspiciens filium suum eos, in quos habebat imperium, ferocius tractantem atque insolentius factaret sua erga Cæsarem meritâ, ac sine fine exprobrans bellî societas Regnum servitus dicit potuit cordatus. Nā princeps non minus obseruire cogitur populo, q̄ populus principi, nisi quod princeps id facit cum dignitate, alioqui re uera mutua seruitus est.

Iam ut cū Græcis utcunq; paria faciamus, Alexandro Iulium Cæsarem, Philippo Augustum, Antigonon M. Tullium obijclemus.

OCTAVIVS CÆSAR. AVGVSTVS

1. Quum in coniuicio Rhymitalces Thracum rex, qui ab Antonio ad Augustum deservierat, insolentius factaret sua erga Cæsarem meritâ, ac sine fine exprobrans bellî societas Proditio grata tem molestus esset, Cæsar dissimulata illius petulantia, alteri cuidam regum propinans dixit, Proditionem amo, prōditores non laudo, Significans, his qui proditione profuerunt, nihil deberi gratia: licet enim officium quod præstari pro tempore gratum est, ipsi tamen habentur pro malis ac foedifragia.

2. Quum Alexandrinus post urbem uī captam extrema se passuros existimaret, Augustus Clementer stus suggestum concendit, adiunctio sibi Ario Alexandrinus, dixit se ciuitati parcere, primum propter ipsius magnitudinem ac pulchritudinem, dein propter Alexandrum Magnum eius urbis conditorem, postremo in gratiam Arijathici. Raræ cuiusdam clementia fuit, non diripere ciuitatem quæ permacillime rebellarat: sed non minus laudis merebatur illa ciuitas, quod huius beneficij gratiam nō sibi uitidicauit, sed unam præcipuamq; partem ipsi concessit urbi, alteram tribuit Alexandro, cuius memoriam sciebat apud Alexandrinos esse gloriosissimam: tertiam trastulit in Arium, eius ciuitatis ciuem, amicum tanto titulo suis commendans.

3. Quū ad Augustum delatu esset, Erotem Aegypti procuratore emisse coturnicē, in pensione superante omnes, ac prorsus inuictam, eamq; assam deuorasse: iussit acciri hominem, & discussa causa confessum malo nauis affigi iussit: uita iudicâs indignus, qui ob tantillam gulæ uoluptate non pepercisset aut, quæ pugnando diu multisq; potuisset esse uoluptatis præterea quæ lato quodā omne Cæsari perpetuā in bellis prosperitatem portenderet.

4. In Cilicia pro Theodoro Arium prefectum instituit, sed quum Cæsari quidā libellum Lepide porreisset, in quo scripti erat, Caluus Theodorus Tarsensis sur erat, quid tibi uidetur lecio eo nihil aliud subscriptis, quam, Videtur.

5. Athenodoro philosopho causatione senectutis flagitanti ut sibi liceret redire domum, Augustus cōcessit. At quū ille Cæsari dixisset uale, uolens aliquod philosopho dignum monumentū apud illum deponere, adiecit, Cæsar quum fueris iratus, ne quid dixeris feneris ue, priusquam Græcarū literarum **X** **X** **III**. nomina apud te recensueris. Cæsar autem philosophi dexterā amplexus, Adhuc, inquit, te præsente mihi opus est, totūq; etiam annum apud se detinuit, dicens illud Græcorum prouerbium, Silentij sunt tutâ fidi præmia: siue approbas philosophi dictum, quod tutum esset iram premere ne prorumpat in uerba: siue sentiens philosopho profuturum fuisse, si hoc dictum non addidisset iam abiaturus. Quanquam tam salubris admonitio magnificum aliquod præmium merebatur.

6. Quum audisset, quod Alexander natus annos trigesima duos, posteaquā plerasq; munera di regiones peragrarat, dubitasset quid in reliquum uitæ tempus esset faciurus, demirabatur, si Alexander non iudicasset maius opus, bene gubernare partum imperium, q̄ amplam ditionem comparasse. Recite norauit inexplebilem Alexandri ambitionem, qui nūlam aliam functionem rege dignam existimasset, q̄ proferre ditionis terminos: quū multo tum pulchrius tum difficilius sit, regnū quod cōtigit, rectis legibus, sanctisq; moribus exornare, quam artis regno regnum addere.

7. Augustus legem tulerat de adulteris, quomodo iudicâdi essent de hoc crimine delati, & quo

& quomodo puniti conuicti: post irae impotentia irrituit in adolescentem delatum, quod cum Iulia Augusti filia commercium habuisset, eumque manibus uerberauit. At quum adolescentis exclamasset, Legem tulisti o Cæsar: adeo facti pœnituit Cæsarem, ut eo die recusaret cœnam capere. Crimen per se graue erat, tum admissum in Cæsaris filiam. Quis princeps ibi dolori suo temperaret? Aut quis ibi legum iudiciorumque moras expectaret? Attantus princeps sibi adeo displicuit, ut a seipso pœnas sumeret, quod legi quam alij pro dederat, non per omnia paruisse.

Quum Caium ex filia nepotem, in Armeniam mitteret, optabat a dñis, ut illum Pomi^g peij, benivolentia, audacia Alexandri, ipsius autem fortuna comitaretur. Quod in singulis erat præcipuum, id optabat unicontaingere. Illud autem singularis cuiusdam erat modestia, quod uir ingenio, doctrina, cōfilioque præstans, sua præclare gesta fortunæ ascribebat.

Dicebat se Românis eum imperij successorem relieturum, qui nunquam eadem de re his consultasset: de Tiberio sentiens.

Quum iuuenies nobiles ac dignitate claros inter se tumultuantes uellet compescere, nec silium auscultarent illi, sed tumultuari pergerent. Audite, inquit, iuuenies senem, quem iuuenem fenes audierunt. Augustus enim adolescentis ad remp. admotus est, summatus fuit autoritas. hac sola uoce illos cohercuit, nec aliud supplicium ob concitatum tumultum exegit.

Quum populus Atheniensium uideretur deliquisse quiddam, scripsit ex urbe Aegina, Non arbitror uos latere quod uobis irascor. Nec enim Aeginæ sum hybernaturus. Nec Clementer aliud illis negat, nec fecit, satis habens illis comminatum esse, ni desisterent.

Quum quispiam ex Euclidis accusatoribus, affatim & ad satseratem usq; dicendi liberitate utens, eo tamen prouectus esset, ut tale quiddam diceret. Haec si tibi no uidentur magna, itube ut mihi reddat septimum Thucydidis librum. His offensus Cæsar iussit illi duodecim et ceterum ut audiuit illum ex Brasidæ posteris reliquum esse, ad se uenire iussit, ac moderate correptum dimisit.

Pisoni domum à fundamentis usq; ad extremitatem conditionem accurate ædificanti, Ut bono, inquit, sim animo facis o Piso, qui sic ædificas, quasi Roma futura sit perennis. Non offendus est immodico structuræ apparatu, sed quod alius fuisset suspicatus ad tyrannide spectare, ille uerit in latum Romani imperij auspicium. Hacenus Plutarchus.

Scripsit Augustus tragœdiam, cui titulus erat Ajax, eam post, quoniam dispicebat, spongia deleuit. Itaque quum Lucius tragœdiarum scriptor interrogaret, quid ageret ipsius Ajax, Cæsar admodum festiuiter, In spongiam, inquit, incubuit: alludens ad argumentum fabulæ, in quo Ajax quum testiuisset quæ dixisset fecissetque per insaniam, gladio incumbens sibi necem consciuist.

Cuidam ipsi libellum trepide porrigit, qui mahuti nunc proferret, nunc retraheret, Quid, inquit? An putas te assē dare elephanto? Solent enim pueri minimos nummos elephanto porrigure, quos ille no sine spectatorum admiratione proboscide sic corripit, tu facilis ut pueri manum non laedat. Sic uidemus pueros & in ursorum rictum manum inserere, non sine metu: Molestem erat optimo principi quod timeretur.

Quum ab eo Pacinnius Taurus munus peteret, diceretque, populari rumore sparsum, pecuniam haud paruam ipsi a Cæsare daram, Sed tu, inquit, noli credere. Lepido ioco significans se non daturum. Alter expectabat futurum ut Cæsar ipsius pudori succurreret, ne si compertum esset rumorem esse vanum, ipse ludibrio haberetur: Cæsar aliud indicavit remedium, sineret homines loqui quæ uellent, modo ne ipsi quod erat falsum persuaderent.

Alter præfatura equitum submotus, insuper & salarium ab Augusto postulare est a sus, hoc colore, ut diceret se non lucrī causa salarium petere, sed ut tuo, inquit iudicio Lepide hęga uidear impetrasse munus, & ita credar, non ab officio submotus, sed officium deposituisse, re Tu, inquit Augustus, apud omnes prædicta te accepisse, ego non negabo. Si nihil mouebat peritorem, nisi metus ignominiae, uia commonstrata est, qua nihilominus honoris suo consulere posset, quam si pecuniam accepisset.

Hærennum adolescentem uitij corruptum Cæsar castris exceedere iussit: quumque ille dimissus supplex ac plorabundus apud Augustum hac deprecatione ueretur, quo ioco se redibo in patriam, quid dicam patri meo; Dic, inquit, me tibi dispuicuisse. Quoniam pudebat

pudebat adolescētem fateri, quod ipse Cæsari displicuisset; Cæsar permisit ut sermonem inuerteret, & culpam in ipsum conferret.

¹⁹ Miles quidam in expeditione saxo percussus, notabilicē in fronte cicatrice deformatus, quoniā honesto uulnere erat insignis, immodece sua facta iactabat: eius insolentiam Augustus leniter castigauit. At tu, inquit, caue nequando fugiens post te respexeris. Sub indicans fieri posse, ut uulnus de quo nimiū se uēditabat, nō prælio, sed in fuga accepisset.

²⁰ Galba corpus habens gibbo deformē, de quo uulgo iactatum est, Ingeniū Galba ma-
le habitare, quum apud Cæsarē causam agens subinde diceret, Corrigē me Cæsar, si quid
in me reprehendendum uideris. Ego, inquit, Galba monere te possum, corrigerē nō pos-
sum. Corrigitur quod reprehenditur, corrigitur quod ex distorto fit rectum.

²¹ Quum pleriq; rei quos Seuerus Cassius accusabat absoluērentur, & is cui Cæsar forū
extruēdum locarat, diu traheret illum operis expectatione, Velle, inquit, Cassius & fo-
rum meum accusasset. Iocatus est ambiguo uerbo. Nam absolutus quod perficitur, & ab-
soluitur qui à causa liberatur: absolutus opus architectus, & reum iudex absolutus.

²² Olim erat magna sepulchrorum religio, eaq; pars agri quæ sepulchro erat dicata non
proscindebatur aratro. Vetus itaque quum nihil hac religione deterritus, patris mo-
numentum exarasset, Augustus facete iocatus est. Hoc, inquiens, est uere patris mo-
numentum colere. Rursus lusit anticipi uerbo, Colimus ea quæ ueneramur, & colitur
ager aut aliud simile. Gemina fuisset amphibologia, si pro monumēto dixisset memorī,
qd ab illo dictū arbitror. Siquidē eorū memoria nobis sacrosancta dicit, quos uita defun-
ctos ueneramur, & memorias ad Græcorū imitationē uocamus defunctorū monumēta.

²³ Quum Herodianæ crudelitatis rumor ad Augustum peruenisset, quod in Syria pue-
ros omnes qui bimatū non excessissent iussisset interfici, & in his etiam ipsius perisse si-
lium, Praefat, inquit, Herodis esse porcum quam filium. Herodes Iudæus erat, & Iudæi
mira religione abstinent ab esu suillæ.

²⁴ Mecœnas uir aliâs laudatūs, in stilo lasciuebat, uerbis affectatis & compositioni insol-
lenti frequenter indulgens: Augustus contrâ uerbum insolens quasi scopulum fugient-
dū esse dicebat. Ad alios itaq; scribens stilo simpli consuevit uti, Mecœnatū uero, quem
familiariter amabat scribens Mecœnatem imitari solet, adeo ut in quadam epistola, mul-
ta liberius ac dissolutius iocatus, hanc adiecerit clausulam, Vale mel gentium, metuelle,
ebur ex Etruria, laser Aretinum, adamus Supernas, Tyberinum margaritū, Cilneorum
smaragde, iaspis figulorum, berille Porsenæ, carbunculum habeas, ινα σωτήρια πάντα,
μάλαγμα mœcharum. Sic irr̄isit parum uiriles amici in scribendo delicias. Eiusdem μυρο/
ερέχει cincinnos iocis exagitare consueuit, uoces ac sententias ineptas foetores appellare
consueuit. Sermonem amabat purum & elegantem, qui sententiam quam apertissime de-
clararet. Nec Tiberio pepert, interdum reconditas & exoletas uoces aucupanti. M.
Antonium increpabat uelut ea scribentem quæ homines mirantur potius quam intelli-
gant. Quin & Agrippinæ neptis ingenium collaudans, hoc adiūcit, Sed opus est dare te
operam, ne moleste loquaris.

²⁵ Potitus Alexandria multis uitam donarat in gratiam Arrij philosophi, Sostratū tamen
promptissimæ quidem lingua uirum, sed qui Cæsari displiceret, quod temere Academ-
nia haberi uellet, reiecit. At is squalidus promissaq; cana barba cœpit Ariū quoq;
iret insequi, uersiculum illum in ore habens,

Ἴφοι Κρός σώζουμ, ἥπη θησυ Κρόι.

Id est, sapientes sapientes seruant, si fuerint sapiētes. Hac arte coegit Cæsare ignoscere.

²⁶ ²⁶ Quum iam quadragesimum excessisset annum, ageretq; in Gallia, delatū est ad illum,
L. Cinnam adolescentem nobilem ac Pompeij nepotem, insidias illi struere: dictum est
ubi, quando, & quomodo aggredi uellent. Decreuerant enim sacrificantem interficere.
Dictabatur proscriptionis sententia, sed Augusto interim uarias ædente uoces, ingressa
Liuia uxor, Fac, inquit, quod medici solent, qui ubi usitata remedia non procedunt, ten-
tant contraria: seueritate nihil adhuc profecisti, ignosce. Cinnam deprehensus uitæ tuæ no-
cere non potest, famæ tuæ prodesse potest. Protinus iussit accersi Cinnam solum ad col-
loquium, uenienti alteram cathedram ponit iussit. Hoc, inquit, Cinnam primum abs te peto,
ne me loquentē interpellas: dabitur tibi loquendi tempus. Hic cōmemoratis pluribus in
Cinnam

Cinnam beneficij, quod seruasset repertum in castris hostiis, quod patrimonium omne concessisset, quod insuper ornasset sacerdotio, rogauit quare putaret ipsum occidendum: perturbato Cinnam sic finij obiurgatione, Vitā tibi Cinnā iterū do, prius hosti, nunc insidiator ac parricida. Ex hodierno die inter nos incipiat amicitia, contendamus utrum ego meliore fide uitā tibi dederim, an tu mihi debeas. Et consulatus obtulit. Vis exitū? Cinnā habuie perpetua amicissimū, solus illi fuit heres, nullis amplius insidij ab illo peritus est.

Augustus nulli ferè ad conuiuiū uocantī negare solitus est. Exceptus igitur à quadam coena perparca, ac penē quotidiana, quum à conuiuatore dimitteretur, hoc illi tantū insu*Civilitate* surreauit. Non putabam me tibi tam familiarem. Alius tam ieunum apparatus contumeliam fuisset interpretatus, ille etiā pudori consuluit inuitatoris, familiaritati tribuens, idque in aurem, ne ceteri putarent exprobratam parsimoniā. Quid hac comitate amabilius in tanto monarca, qualem nunc uix triginta reges æquent?

Purpuram Tyriam empturus, de obscuritate querebatur: quumque uenditor diceret, Erige altius & suspice, Ergo ne, inquit, ut me populus Romanus dicat bene cultum, in foro Salfi lario ambulaturus sum:

Habebat Augustus nomenclatorem obliuiosum, quum hoc genus hominū oporteat in primis valere memoria. Is ad forum iturus rogar Cæsarem, nunquid eō mandaret, Ac Obliuiosus cipe, inquit, commendatīas, nam illīc neminem nosti. Atqui hoc est proprium nomen, nomenclatorum munus, omnīs nomina, cognomina, titulos que dignitatū tenere, quo heris quū opus est suggerant. Vnde illis etiam nomen est inditum, ē Græco Latinoque conflatum.

Augustus etiamnum adolescens lepide tetigit Vatisnium: siquidem is podagræ obno*Lepide* xiūs, uideri studebat discussisse uitium, ac iam mille passus ambulare se gloriabatur. Non miror, inquit Cæsar, dies aliquanto sunt longiores: significans, illum nihil magis libertate esse à podagra, sed dies esse longiores facios.

E quite Romano quodam defuncto compertum est, illum tantum habuisse æris alieni ut summa ducenties nummū extederet, idque dum uiueret cælauerat. Quum igitur res Culcitra ob*est* illius auctioni subiacerentur, ut ex pecunia creditoribus satisficeret, Augustus iussit sive rati bi emi culcitram illius cubicularem: ac mirantibus hoc præceptum, Habenda est, inquit, ad somnum mihi conciliandum illa culcitra, in qua ille tanto ære alieno obstrictus somnum capere potuit. Nam Augustus ob ingentes curas sape maximam noctis partem ducebat insomnem.

Quodam die forte uenit in ædes, in quibus habitarat Cato Uticensis: hic quum Strabo quo Cæsari adularetur, Catonis peruicaciā accusaret, quod sibi manus adferre quam Grauitatem Iulium uicorem agnoscere maluisset: Quisquis, inquit Augustus, præsentem reipub. statutum mutari non uult, is & ciuis & vir bonus est. Unico dictio & Catonis memoriam tutatus est, & sibi consuluit, deterrens ne quis in posterum affectaret res nouas. Nam præsens status non is tantum dicitur, qui tum erat quū haec loqueretur Augustus, sed is quoque qui fuerat tempore conspirationis in Iulium. Siquidem haec dictio, præsens, apud latine loquentes ad tria tempora pertinet, præteritum, præsens & futurum, ut præsentibus non erat contentus: & præsens uita quæ nunc agitur; & præsens in tempus omittat, id est in futuram oportunitatem.

Quemadmodum Augustus gaudebat iocis liberalibus in alios ludere, ita in se factos aut retortos interdum liberius, patientissime tulit. Adolescens quidam prouincialis Romam uenerat, oris similitudine tam misifice referens Augustum, ut in se populi totius orbis retrorsus conuerteret. Cæsar hoc auditio iussit ad se perduci, eumque contemplatus, hūc in modum percontatus est, Dic mihi adolescens, suis ne aliquando mater tua Romæ Negauit ille, ac sentiens iocum retorsit, adjiciens, sed pater meus sape. Augustus ludens suspitionem intendebat in matrem adolescentis, uelut ab ipso stupratam: at adolescens protinus ex suspicionem retorsit in matrem Cæsar, aut in sororem. Nam oris similitudo nō magis arguebat, illum esse Cæsar filium quam fratrem aut nepotem.

Temporibus trium uiralibus quum Octavius, Lepidus & Antonius rerum potirentur, Augustus in Pollionem scripsit Fescenninos, ludibriū causa. Tum Pollio, Atego, Libere inquit, raseo: Non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere: notans Augusti tyrannicam potentiam, nec ea libertate offensus est Augustus.

Curtius

35. Curtius eques Romanus delitij disfluens, quum apud Cæsarem coenaret, macrum
Libere turdum sustulit e patina, eumq; tenens interrogauit Cæsarem, hiceret ne mittere: quumq;
is respondisset, quid ni liceat: ille protinus auem misit per fenestram: iocu[m] arripiens ex am-
biguitate uerbi, Nam cibis e conuiuio dono mittitur amicis, quod apud Romanos erat
solenne: & mittitur quod abiicitur. Nec hoc ioco Cæsar offensus est.

36. Idem æs alienum cuiusdam senatoris, quem charum habebat, non rogatus dissolue-
In gratitudine rat, ac pro eo numerarat quadragies nummum. Senator aut ea re cognita, pro gratiarum
actione nihil aliud scripsit Cæsari, quam, Mihi nihil: loco uelut expostulans etiam, quod
quum numerasset omnibus creditoribus, ipsi nihil numerasset. Hunc iocum morosior alii
quis ingratitudinem fuisse interpretatus, Cæsar familiaritatis fiducia delectatus est.

37. Licinius Cæsaris libertus solet patrono nouum aliquod opus inchoanti magnas con-
fulta ex proferte pecunias. Quem morem sequutus Licinius nouum opus aggressuro centies promi-
bratio sit per libellum, in quo post expressam pecuniae summatam, quæ uirgula superducta signa-
batur, spatiū erat uacuum. Hac occasione Cæsar usus priori summae quam scriperat
libertus, alterum centies adiecit, sua quidem manu spatio quod uocabat diligenter exple-
to, sed affectata literarum similitudine. Itaque duplum accepit pecuniae, dissimulante li-
berto. Cæterum ubi Cæsar rursus nouum opus inchoaret, libertus hoc facium illi leuis-
ter obiecit, dato tali libello, Confero tibi domine ad noui operis impensam, quod uidebis
tur. Non expressit summam modum, ut illi liberum esset scribere quantum uellet, quando
quidem priorem summam duplicasset.

38. Quum censoris munus gereret Augustus, eques quidam Romanus apud illum dela-
Libertas inno-
centie tus est, quasi facultates suas immiuisset. At ille citatus probauit se auxisse. Mox eidē
obiectum est, quod legibus contrahere matrimonium iubentibus non paruisse. Ille do-
cuit se ex uxore trium liberorum esse patrem. Nec satis erat equiti dimitti, sed Cæsari cre-
dulitatem exprobrans addebat, posthac Cæsar in honestos uiros inquirens, honestis
mandato. Satis aperte pronuncians, eos non fuisse uiros bonos, qui manifestò falsa ad ip-
sum detulissent: obiter & ipsum criminans, qui uices suas mandaret sycophantis. Et hanc
libertatem innocentiae condonauit Cæsar.

39. In villa quadam inquietas nocteis agebat, interrumpente somnos ipsius noctu[m] cantu.
Lenitas prin-
cipis Miles aucupij peritus curauit apprehendendam noctu[m], specq; ingentis præmij ad Au-
cipis gustu[m] pertulit: laudato imperator mille nummum dari iussit, Ille ausus est dicere, malo uis-
uat, auemq; dimisit. Quis non miretur hanc cothurnaciati impune cessisse militis?

40. Veteranus quidam qu[u] uocatus in ius periclitaretur, adiit in publico Cæsare, roganis
Gratitudo ut sibi uellet adesse. Cæsar e comitatu suo selectum ilico dedit, eiq; litigatorem cōmenda-
principis vit. Hic miles uociferans, At non ego Cæsar periclitante te Actiaco bello uicariū quæsi-
ui, pro te ipse pugnauis: simulq; detexit cicatrices. Erubuit Cæsar, atq; ipse descendit in ad-
uocationem, ueritus ne non modo superbus, uerum etiam ingratus uideretur.

41. Delectatus inter coenam fuerat Symphoniacis Turonij Flacci mangonis, eosq; fru-
mento donarat, quum alios auditos soleret largiter donare nummis. Eosdem quum pos-
stea Cæsar inter coenā requireret, Turonius sic excusauit, Ad molas, inquit, sunt: expro-
brans illi frumentarium munus. Et hoc impune tulit, quod dixerat nō miles sed mangu.

42. Quum sublimis ex Actiaca uictoria reuerteretur, occurrit inter gratulantes quidam cor-
Lenitas uum tenens dictum hæc uerba sonare, Aue Cæsar uictor. Hac salutatione delectatus Au-
gustus, auem sex millibus nummum emit. Sōcius opificis ad quem nihil ex ea liberalitate
peruenerat, indicauit Cæsari, eundem & aliut habere corum, quem ut adferre cogere-
tur rogauit: allatus uerba quæ didicerat expressit, Aue uictor imperator Antoni. Augu-
stus nihil exasperatus, tantum iussit ut munus cum delatore partiretur.

43. Salutatus similiter à psittaco, & hunc emi iussit. Idem miratus in pica & hanc merca-
solerter tus est. Hoc exemplum tenuem quandam futorem solicitauit, ut coruum institueret ad
huiusmodi salutationem. Qui quum impendio exhaustiretur, subinde ad auem non re-
spondentem dicere solet, Opera & impensa perijt. Tandem peruicit assiduitate, ut cor-
uus sonaret dictatam salutationem. Ea quum Augustum prætereuntem salutasset, Cæ-
sar, satis, inquit, istiusmodi salutatorum habeo domi. Tum coruus memor & illorum uer-
borum quæ toties audierat, subtexuit: Opera & impensa perijt. Ad hoc artidens Augu-
stus

stus fuisse auctem emi, quanti nullam adhuc emerat.

Græculus quidam ita captare solitus est Cæsarem Augustum: descendenti à palatio hō 44 norificū aliquid epigramma porrigebat. Id quū frustra s̄epe fecisset, nec destitutū vide-
ret Augustus, epigramma bene Græcū manu sua descripsit, & Græculo ad se ueniēti ob-
tiām misit, ueluti carmina carminibus pensaturus. Gr̄ecus accepit legit, ac non solum
uoce, uerum etiam uultu gestuq; corporis laudauit carmen, miratusq; est. Deinde quū ac
cessisset ad sellam qua Cæsar uehebatur, demissa in pauperem crumenā manu pauculos
denarios protulit, Cæsarīq; obtulit his uerbis, οὐ τύχω τίνω στόλως Καῖσαρι, καὶ πάτερ ἔχον,
πάτερ ἔσθιω, id est, non iuxta fortunam tuam Auguste, si plus haberem, plus dare. Sequi-
to omnium risu, dispensatorem Cæsar uocauit, & seſtertium centum milia Græculo nu-
merari iussit. Bene cessit Græculo palam exprobrata principi parsimonia.

Iulia Augusti filia quum patrem salutaret, senserat illius oculos licentiore cultu offensos, licet ille dissimularet: itaq; postero die, mutato cultu patrem complexa est. Tum Cæsar ter
fār, qui pridie dolorem suum continuerat, gaudium continere non potuit. Et quanto ma-
gis, inquit, iste cultus decet Augusti filiam. Tum illa, Nimirum hodie me patris oculis
ornauit, heri uiri.

In spectaculo gladiatorum conuerterant in se populi oculos Liuta & Iulia, comitatus 46
dissimilitudine: Liuiam cingebant uiri graues, Iuliam iuuenes luxuriosi comitabātur. Par Coniunctus ait
ter Iuliam admonuit scripto, uideret quantum inter duas principes fœminas interefset, guit mores do-
Ulla rescripsit. Et hi mecum senes fiem. Hoc commode interpretanti, lepide: incommodè, mine
procaciter dictum uideri potest.

Eadem mature canos habere cooperat, Subitus autē Cæsarīs interuentus oppressit com- 47
ptrices, filiae canos sublegentes, deprehensis super uestes earum pilis quos euulserant. Id Caluitium ac/
dissimulauit Augustus, & alijs sermonibus extractio tempore tandem induxit ætatis men/
tionem. Hac occasione rogauit filiam, utrū post aliquot annos cana esse māllet an calua.
Quumq; illa respondisset, Ego pater cana esse mallem: quur ergo, inquit, iste te caluā ante
tempus student facere. Lepido commento coarguit illam mendacij.

Cuidā graui amico suadenti, ut se ad exemplum paternæ frugalitatis cōponeret, satis 48
procaciter Iulia. Ille, inquit, obliuiscit se Cæsarē esse, ego memini me Cæsarīs esse filiam.

Augustus duobus pantomimis inter se cōmissis, ut alternis gestibus certarent, alterum 49
dixit saltatorem, alterum interpellatorem, quod ille immode dicte gesticularetur, alter nō ge-
sticulari, sed saltantem interpellare uideretur.

Tarracenisibus pro lāto ostento nunciantibus, quod in eius ara palma esset enata, 50
Apparet, inquit, quām frequenter accendatis. Quod illi dījs tribui uolebant, ille tribuit sī Adulatio re-
forum negligentiae, qui nunquam in ara Cæsarīs adolerent incensum. pulsa

Idem quum Galli donassent ei torquem aureum centum pondo, ac Dolobella per iō, si
cum tentans illum, tandem huc produceret iocum ut diceret, Imperator, torque me do, Festiuā nega-
na, Malo te, inquit, ciuica donare. Festiuiter submouit postulatoris impudentiam, qui tio-
nunquam in bello fuisset, eodq; magis illi conueniebat corona ciuica, quæ ex quernis ili-
gnisq; frondibus fieri consuevit, quemadmodum triumphalis ex auro. Quanquam & ca-
strensis & muralis & naualis ex auro fieti solet. Qua de re uide Aul. Gellium libro quin-
to, capite sexto. Ciuitam autem Augustus ut honorificētiorem per iocum obtulit. Nam
Suetonius refert, cum inter dona militaria aliquanto facilis phaleras & torques, & quic
quid auro argentoq; constaret, dare solitum, quām uallares ac murales coronas, quæ ho-
nore præcellerent. Hoc nisi scias, friget Augusti iocus. Tametsi de materia coronarum
uariant Gellius & Suetonius.

Quum urbem Romanam multis modis & ornasset & communisset, atq; etiam in poste- 52
rum, quod quidem in ipso fuit, tutam reddidisset, non sine causa glorians dicere solet. Ro Principis est
mam lateritiam accepi, marmoream relinquo. Nihil principi magnificientius, quām si di-
tionem quam accepit reddat statu meliore.

Quum miles quidam ab ipso impudenter petetet, ac Martianum uideret accedētem, 53
quem & ipsum aliquid improbe petitum suspicabatur. Non magis, inquit, faciā com-
milito quod petis, quām quod Martianus à me petiturus est.

Lex erat, ut qui patrem occidisset, culleo insueretur: nechac poena sumebatur hisi de 54
confesso

confesso. Ab huius poenæ atrocitate Cæsar ut liberaret manifesti parricidij reum, sic interrogauit. Certe patrem tuum non occidisti: ansam porrigens inficiādi. Tanta erat principis in iudicando lenitas.

⁵⁵ **Festina lente** Dicere solet, nihil minus in perfectum ducem conuenire, quām festinationem ac temeritatem, crebroq; illud iactabat, *πειθαρχίας τέλος, ασφαλείας τάχη θετική αμένων θρασύς σπάλλας τύπος*. Qua de re satis dictum est nobis in Chiliadibus.

⁵⁶ Liviæ uxori pro quodam Gallo potenti ciuitatem, negauit, immunitatē obtulit, dicens, se facilius passurum fisco suo detrahi, et honorē ciuitatis Romanæ uulgari: nimirū reip. dignitatem anteferens priuato commodo.

⁵⁷ **Cultus** Quum pro concione multos uideret pullatos, siue ut legendum arbitror, palliatos, insignabundus, En, inquit, Romanos rerum dominos gentesq; togatam. Adeo studebat priscos reuocare mores, ut habitum quoq; uestitumq; doluerit immutatum.

⁵⁸ **Frugalitas** Populo de inopia uini caritateq; querenti dixit, A genere suo Agrippa perductis pluribus aquis satis prouisum ne sitirent homines. Fuit autem Agrippa uigilantissimum studium undiq; prospiciendi urbi de aquarum copia. Augustus autem seuere populum ad aquas à uino reuocauit.

⁵⁹ **Lenitas mira** Timagenes historiatum scriptor, multa petulanter in Cæsarem, multa in uxore, multa in totā illius domū dixerat. Cæsar illum admonuit, ut moderatus lingua ueteretur. Quām perseveraret male loqui, nihil aliud q; domo sua illi interdixit. Timagenes aut libros quos scriperat acta Cæsaris continentem recitauit, & combuslit, in odium Cæsaris, quasi rerū ab illo gestarum memoriam abolere cupiēs. Hunc tamen palam & pertinaciter inimicitias exercentem cum Cæsare, nemo ciuiū Romanorū ab ædibus suis exclusit, in domo Pollio Asinij consenuit. Nunquā tamen Augustus cum hospite inimici sui expostulauit, nisi quod quodam tempore illi dixit *θρυστοφεις*, id est, alis beltia siue uiperam. Mox Pollionem paratē excusare se, interpellauit, dicens: *Fruere mi Pollio, fruere*. At quum Pollio nondum securus diceret: *Si iubes Cæsar, protinus illi interdicam domo mea*. An istud inquit Augustus, mēfacturum putas qui uos redegerim in gratiam? Fuerat enim antea Timageni iratus Pollio, nec aliā habebat desinendi causam, nisi quod illi Cæsar irasci coepérat. *Vtriusq; maleuolentiam boni consuluit principis clementia*.

⁶⁰ **Senitia castis** Coenabat Augustus apud Atedium siue Vedium Pollionem, fregerat quidam ē seruulis uas crystallinum, ilico lussus est ab Atedio rapi, & murenis obijci. Puer ad Cæsaris gata pedes configuit, nūt il aliud petiturus, quām ut aliter periret. Cæsar motus nouitate crudelitatis, & puerum dimicati, & crystallina omnia ante se frangi iussit, & his pro puero compleri piscinam. Amicum autem grauiter increpauit: *E conuiuio, inquiens, rapi homines imperas, & noui generis poena lacerari*? Si calix tuus fractus est, viscera hominis distraheruntur. Tantum ne tibi placebis, ut ibi aliquem duci iubeas, ubi Cæsar est?

⁶¹ **Lenitas** In cognitione quadam, quum Aemilio Eliano Cordubensi inter cætera crimina illud uel maxime obijceretur, quod male loqueretur de Cæsare, cōuersus ad accusatorem, Vellim, inquit, hoc mihi probes, efficiam ut Elianus sciat me quoq; linguam habere, plura enim uicissim de eo loquar. His minis contentus, nihil postea de illo inquisiuit.

⁶² **Lenitas** Tiberio frequenter per literas iracunde querenti de his, qui de Augusto male loquuntur, rescripsit, ne ea in re nimium indulgeret ætati suæ. Satis enim est, inquit, si hoc habemus, ne quis nobis malefacere possit.

⁶³ **Moderatio** Filios suos nunquam populo commendauit, nisi cum hac exceptione, si merebuntur. Honorem non autoritati, sed meritis tribui uolens.

⁶⁴ **Liberi malitiae** Iulias filiam ac neptem relegarat, post etiam Agrippam prius adoptatum, post obdidum ac ferox ingenium abdicatum. Ad omnem horum mentionem solet exclamare uersu Homericō.

ἄλλ' ὄφελον ἔχαμόςτε μενδημ, ἔγορος ἀπολέμω.

Id est,

Οὐτιναμ celebs uixisse, orbusq; perisse.

Nec aliter illos appellabat, quām tres uomicas, seu tria carcinomata sua. Suorum enim mortem leuius ferebat, quām dedecora. Quin & testamento cauit, ne si quid accidisset Iuliæ filiæ & nepti, sepulchro suo inferrentur.

⁶⁵ Indigne ferebat aliquid de se componi nisi serio, & à præstantissimis: admonebatq; prætores

praetores ne paterentur nomen suum commissionibus mimorum aut histriorum obsole fieri, hac quidem in parte Alexandrum magnum referens. Decet ubiq; principis autoritatem sartam tectam præstat.

Insulam quandam Capreis uicinam, in quam è comitatu Cæsaris secedere solent, ⁶⁶ qui cuperent ociari, solitus est ἐπαγγελματικοῦ appellare: ἐπαγγελματικοῦ enim sonat negotiorum Octim uacuitatem.

Quum sentiret imminentem mortem, admissos amicos percontabatur, ecquid ipsis uide ⁶⁷ retur mitium uitæ sat commode translegisse: sentiēs de fabula uitæ pœnæ, & adiecit catamen peractis commœdijs accini solitum.

Σὺν λέποις, Εἰ ταῦτα ἀμέτρητα χρήσαις λίτυπον θετε.

C. I U L I V S C A E S A R

C. Julius Cæsar quum Syllam fugeret, etiamnum adolescēs, incidit in piratas Cilices: ¹ *Indoles excel* sac primum ubi pro redēptione sūtimam quā ab eo peterent pronūtiasset, derisit prædones, uelut ignaros, quem cepissent, secq; duplum daturum pollicitus est. Deinde quum asservaretur donec adserretur pecunia, imperauit illis ut silerent, nec sibi dormiēti obstrerent. Eisdem orationes & carmina quæ scribebat recitatō solet, quæ quūm illi non satis probarent, stupidos ac barbaros appellabat, cumq; risu minitabatur se illos a clurū in cruce, quod & perfecit. Apportatis enim pecunias, quas piratae pro redēptione paciū fuerant, dimissus, contractis ex Asia uiris ac nauibus, comprehendit eosdem prædones, ac suspendit: sed prius iugulatos, ne seueritas careret clementia. An non hic statim agnoscis *indolem* Alexandri magni, cui nihil mediotcre satis esse posset?

Quum Romæ maximi pontificis dignitatem ambiret, competitor Q. Catulo primæ ² apud Romanos dignitatis ac potentiae uiro, matri ipsum ad fores deducenti, Hodie, in / *Fiducia suū* quid, ô mater, aut pontificem maximum habebis filium, aut exulem. Excelsa indoles, omnisq; repulsa impatiens.

Pompeiam uxorem, quod sinistra fama laboraret, quasi cum Clodio rem habuisset, re ³ pudiauit quidem. Cæterum quum Clodius hoc nomine reus perageretur, Cæsar citatus *Civilitas* testis, nihil in malo de uxore dixit. At quis accusator diceret, Quir igitur cū illa fecisti diuor, tū: quoniam oportet, inquit, Cæsaris uxori etiā à calumpnia pura esse. Præter argutiam respondi laudari potest & civilitas, quod repudiatae coniugis famæ pepercit.

Quum Alexandri Magni res gestas legeret, nō tenuit lachrymas: atq; ad amicos. Hoc, ⁴ inquit, ætatis qua nunc sum, Alexander deuicit Darium: mihi uero ad hunc usq; diem nī *Ambitio* hil præclati facinoris gestum est. Suetonius tradit, id accidisse quum prætor iure dicendo conuentus obiēs, apud Gadès in templo Herculis uidisset Alexandri magni statuā. Utinam hoc ingenii ad moderati potius q; ad maximi principis æmulationem properasset.

Quā in Alpibus oppidulū quoddā frigidū præteriret, ambigentib. amicis, an illuc etiā ⁵ essent seditiones, contentiohestib; de principatu, substitit, ac secū aliquādiu cogitauit: mox *Principatus* mallem, inquit, hic *primus* esse, q; *Romæ secundus*. Hoc nimis est quod à Lucano poeta *amor* scriptū est, nec Cæarem potuisse pati pītore, nec Pompeium potuisse ferre parem.

Facinora quę quoniam periculo obnoxia sunt, & magna gerenda esse dicebat: at de his ⁶ non consultandum, quod ad hæc perficiēda plutiū habeat momēti celeritas. Experiens uero periculi reuocat hominem ab audacia:

Quum ex Gallia prouincia aduersus Pompeium tenderet, Rubicone amne transmisso, dixit: Omnis iacta sit alea: significans, se de summa rerum uelle periclitari. Is enim fuius Galliam ab Italia dirimit.

Quum Pompeius reliqua Roma perfugisset ad mare, Metellus ærario præficius, Cæsar uolenti illinc pecuniās tollere, obstitit, & ærarium clausit. At Cæsar illi mortem mina *Mihā potens* cus est: Ea uox quium Metellum reddidisset attonitum, hoc, inquit, ô adolescens, dīclu mihi difficilius fuit quam factu. Sentiens, se uel nutu posse quem uellet occidere, quū secum duceret armatas cohortes.

Durachij expectabat ut illuc è Brundusio milites mitterentur: id quum tardius fieret, ⁹ claim omnibus consensa scapha exigua tentauit transmittere pelagus: quūm nauigium unum *Animus impi* diis obrueretur, gubernatori iam animum despondenti, qui esset aperuit, dicens: Confide perterritus fortinæ, sciasq; te Cæarem uehēre. Tāhta erat animi præstantia, quasi fortunam ac deos

in manu haberet. Ac tum quidem tempestate ingrauescente uetus est quod instituerat peragere. Milites autem ubi resciuere factum, concursum fecerunt ad Cæsarem, grauis terg ferebant si alias expectaret copias, uelut ipsiis diffisus.

^{to} 10 Cæterum commissa pugna Pompeius uicit, sed uictoriā nō est persequutus, uerum victoria se se recepit ad exercitum. Tum Cæsar, Hodie, inquit, penes hostes erat uictoria, at nō habent ducem qui uictoria sciat uti.

^{Mora noxia} 11 Quum Pompeius instructam aciem apud Pharsalum inibi consistere, & hostem operi riri iussisset, Cæsar dixit, illum errasse, qui uim, impetum, ac diuinum afflatum animorum ad incursionem paratorum mora relaxasset. Adeo Cæsari non modo certamen erat cum Pompeio de fortuna belli, uerum etiam de bellandi peritia.

12 Quum Pharmacem primo congressu uicisset, amicis scripsit, Veni, uidi, uici, summam rei gestæ celeritatem indicans.

^{Glorie amor} 13 Posteaquā milites qui Scipionem in Africa sequebantur fugissent, & Cato uictus sibi necem Vticæ consciuisset, Inuideo, inquit Cæsar, o Cato tibi morte istam, quando tu mihi salutem tuā inuidisti. Cæsar existimabat sibi summæ gloriæ futurū, si uir tantus, quum bello uictus esset, ipsi uitā deberet. At Cato maluit honestam mortem, q̄d oppressa publica libertate cuiquam seruire. Proinde mortis illius gloriā Cæsar inuidebat Catoni, quod is Cæsari seruati Catonis laudem inuidisset.

^{A crassis mis} 14 Nonnulli quoniam suspectos habebant Antonium ac Dolobellam, monebant ut ab mīs periculi pallidos, ostensio Bruto & Cassio. Nec sefellit illum suspicio, ab illis enim occisus est.

15 Quum inter coenandum ortus esset sermo, quod genus mortis esset optimum, inconstanter respondit, inopinatum, & quod optimum iudicauit, ipsi contigit.

16 In prælio quodam, Martiæ legionis aquiliferum iam ad fugam conuersum, fauibus apprehensum in contraria retraxit partem, dextraq; ad hostem porrecta, Quorsum, inquit, tu abis? Illuc sunt cum quibus dimicamus. Ac manibus quidem unum militem correxit, uoce tam acri, legionū omniū trepidationē discussit, uinciq; paratas uincere docuit.

17 Idem posteaquam Publius Mimus in scena superasset omnes, & in his Laberium, ita pronunciauit: Fauente tibi Cæsare uictus es Laberi à Syro. Publius enim conditione seruus, natione Syrus erat. Longe à tergo relinquitur, qui fauente iudice superatur.

^{Liberi pro sis} 18 Cæsar quū Romæ uideret peregrinos quosdam locupletes, canum ac simiarū catulos in gremio circumferentes, eosq; habere in delitijs, percontatus est, num apud illos fœminæ parerent liberos: sentiens nullos catulos esse iucundiores infantib. Refert Plutarchus in uita Periclis: tametsi nō indicat cuius Cæsaris hoc dictum sit: suspicor esse Augusti.

19 Quum milites suos uideret expectatione hostium perterritos, pro concione dixit: Sci Andaria in pe tote paucissimis his diebus regem ad futurum cum x legionibus, equitum xx, leuis vicino armaturæ c M, elephantis c c c. Proinde desinat quidam querere ultra, aut opinari, mis hinc qui compertum habeam credant, aut quidem uetusissima naui impositos, quounque uento, in quascunq; terras iubebo auehi. Noua ratio terrorem excutiendi, non inficiando minuēdōue, sed amplificando terroris materiam, ut certi de graui periculo sumarent animos tanto periculo dignos.

20 Proferentibus in medium, quod Sylla dictaturā deposuisset, quum Cæsar perpetuam Potestas abdi gereret, quod minimum aberat à tyrannide, respondit, Syllam nescisse literas, eoq; dictata turam deposuisse. Dicunt grammatici discipulis, quum præeunt aut recitant scribenda: huic alludens dixit illum nescisse literas.

21 Quum triumphans subsellia tribunitia præteriret, Pontius Aquila nō assurrexit unus omnium: id adeo indigne tulit: ut proclamarit, Repete ergo Aquila à me remp. tribunus: tus nec deinde per continuos aliquot dies cuiquam quicquam pollicitus est, nisi sub hac exceptione, si tamen per Pontium Aquilam licerit.

22 Populo per adulacionem regem ipsum salutanti, Cæsar, inquit, sum, non Rex. Maluit Modeste priuatum nomen, quam regium inuidiæ obnoxium.

23 Quidam è turba statuæ Cæsaris coronam lauream imposuerat, candida fascia præl Cæsatio gatam: at quum tribuni detraccta fascia hominem in uincula duci iussissent, Cæsar grauis ter increpitos eos potestate priuauit, idq; ne regnum affectare uideretur, causatus est, per illos

illos sibi recusandi gloriam fuisse ademptam.

Quantam Cæsar multos exteròs in senatum allegerat, libellus propositus est, Bonum factum, si quis senatori nouo curiam monstrare uelit. Significabat quisquis is fuit, pere, Scornum grinos illos ne uiam quidem ad curiam nosse, nisi commonstraretur.

Quidam Bruti statuæ subscriptis, Utinam uiueres: quod opera Bruti Tarquinius rex urbe depulsus esset. Cæsar's statuæ subscripterant hos uersiculos,

Tyrannus

Brutus quia reges eiecit, consul primus factus est:

Hic quia consules elecit, rex postremus factus est.

Quum undiq' uiderentur imminere insidiae, atq' admoneretur ut sibi caueret, respondit, Satius subire semel quam semper cauere. Significans, eum nō uiuere, qui uiuit in per vita anxie petuo mortis metu.

C. Cæsar post attritos Tigurinos ad urbem quandam sociorum proficiscens, quum audi esset Heluetios in itinere occurrere, in locum quendam munitione se recepit. Ibi congreatis copijs, instructaq' acie, equus illius cui solet insidere adducitus est. Hoc, inqt, post uictoriā utar in persequendis hostibus; & pedes aggressus est Heluetios.

Cæsare iam palam multa ui præterq' leges agente, Considius admodum natu grandis, libere dixit, ideo non conuenire senatorēs, quod illius arma timuerent. Huic quum Cæsar, Senectus animo dixisset, Quin igitur tu eodem metu te domi contines? Me, inquit Considius, senectus in mōsa trepidum facit. Quum enim uitæ pauxillū supersit, nō est quer magnopere sim sollicitus.

C. Cæsar Pomponio militi uulnus ostentati ore exceptū in seditione Sulpitiana, quod se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur. Ne unquā fugiens respexeris, inquit. Ta Salsē le quiddam Macrobius ascribit Augusto Cæsari, Quintilianus C. Cæsari.

Idem quum testis ad exaggerandam iniuriā diceret, fœmina sua à reo ferro petita, Quid enim faceret, inquit, quum tu galeam & loricam haberet? Non ignorabat quur ille lam partem potissimum vulnerare uoluisset, sed hoc dissimulato iocari maluit. Galea & lorica omnia tegit præter fœmina.

Idem Metello obſistenti, ne pecunias ab ærario tolleret, ac leges id fieri uetantes proferebant. Non idem, inquit, armorum ac legum tempus est. Quod si hæc pati non potes, nūc Arma necesse quidem hiuc abscede, ac posteaquam peractis foederibus arma deposuerimus, tunc si uile debitur, & plebis patronum age.

Idem dicere solitus est, sibi idem esse consilium aduersus hostem, quod plerisq' medicis contra morbos corporum, fame potius q̄ ferro superandi. Nam medici non nisi tenta FAME uincere omnis ad sectionem descendunt. Hic mos & hodie manet apud Italos, aduersus omnēs morbi genus indicunt inediām. Huic simile est, quod dicere solet Domitius Corbullo, hostem dolabra esse uincendum.

Conflauit Cæsari magnam inuidiam, quod quidam ex his quos Romam miserat, stās in senatu simulacρ cognouit Cæsari senatum non dare protogationem, manu capulum Vis pro iure percutiens. At hic, inquit, dabit, uim reipub. minitans.

Sylla prætoram adeptus comminatus est Cæsari, se sua in illum potestate usurum. Iure inquit Cæsar ridens, tuam potestatem appellas, quā tuo ære mercatus es: notans Syllam Potestas emptā quod eum magistratum largitionibus sibi parasset.

Marcus Tullius libro de Officijs tertio scribit, Cæsare hos uersus ex Euripidis Phœnissis semper habuisse in ore,

Ἐποργεψάδικην γένεται τυραννίδον θεῖπι
καθιστούσα δικην, τὸν μὲν θυτεῖην γενέσθη.

Hos ipse uertit hoc pacto,

Nam si uiolandum est ius, regnandi gratia

Violandum est, alijs rebus pietatem colas.

Quum Africam petens, in egressu nauis prolapsus esset, omen sinistrum uertit in me, Ius, dicens: Teneo te Africa. Frontinus id factum putat in consensu nauis, eumq' dixisse, Teneo te terra mater: Huc opinor alludens, quod cum quodam somnio perturbatus esset, quo sibi uisus constuprare matrem, coniectores interpretati sunt, pottendi totius orbis imperium.

P O M P E I V S M A G N U S

Cn. Pompeius cognomento Magnus, tam charus fuit populo Romano, q̄ patet fue-

Tom. 4

r 3 rat

rat inuisus. Is etiamnum adolescens, totum se Syllanę factioni addixit: quumq; nec magis stratus esset, nec senator, magnum tamen ex Italia contraxit exercitum. Hunc quum Syl la ad se uenire iussisset, Non absq; spolijs, inquit, nec incruetas imperatori copias exhibebo. Nec prius ad illum uenit, quam multis conflictibus hostiū duces superasset. Iam tum egregij principis, & ad res magnas nati specimen dedit. Noluit adducere numerum, sed militem uirtute spectatum.

2 Iam uero creatus imperator, quū à Sylla missus esset in Siciliam, non strenuū modo, Milites inno^{xij} uerum etiam iustum ducem agere coepit. Quum enim audisset, milites in profectionibus ab itinere deflectentes, uim facere ac rapere, temere palates ac circumcurlatētes supplicio affecit: q̄s uero p̄remisset ipse, horū gladijs anuli signū impressit, ne quē in uia laderent.

3 Mamertinos quōd hostium partibus adhaesissent, uniueros interficere statuerat. At Amor patrie Sthenius eius ciuitatis princeps Pompeium adiit his uerbis, Non æquum facis Pompei, qui propter unum noxiū multos innoxios occidere pares. At qui ego ipse sum ille, qui & amicis persuasi, & inimicos coegi Marianas sequi partes. Hic Pompeius uiri fortē a nimum admiratus, dixit se ignoscere Mamertinis à talī persuasis uiro, qui patriā suā ipsius uitæ antetulerit: simul & ciuitatē & Stheniū liberauit. In Sthenio habes exemplum, quem anū erga rem publ. oporteat gerere principem, si periculū incidat: in Pompeio placabilitatis documentum, qui pierati maluerit habere honorem, quam indulgere irā.

4 Quum in Libyam aduersus Domitium transisset, eumq; ingenti prælio superasset, Honos pro meritos iuuat litibus ipsum imperatoris titulo consalutantibus, negauit se eum honorem admisurum, quoad hostiū uallum staret erectum. Hoc auditio milites, licet ingens obstatet pluuiā, inspetu facto hostium castra adorti expugnarūt. Recusauit honore nondū factis emeritum.

5 Ab ea uictoria reuersum Sylla quum alijs honoribus exceptit, tum Magni cognomen Sol oriens ipse primus illi detulit. At quum Pompeius his non contentus uellet triumphum agere, non passus est Sylla, eo quōd nondū esset ordinis senatorij. Ceterum quum Pompeius ijs qui aderant dixisset, ignorare Syllam, quōd plures adorarent solem orientem & occidētem, Sylla exclamauit, triumphet. Horruit iuuenis animū, & indies crescentē gloriam, nec dubitauit illi cedere, quem videbat nemini cedere posse.

6 Interim Seruilius uir inter optimates clarus indignabatur Pompeio cōcessum triumphum, atq; etiam milites complures obsistebant, ne triumphus ageretur: non quōd inuidarent Pompeio, sed manera quādam poscebant, quasi largitionib; ab ipsis esset emendus triumphus. Alioqui milites minabantur se direpturos pecuniam quae in triumpho ferretur, eoq; Seruilius Glauciac; suadebant, ut eam potius inter milites diuideret, quam diripi sineret. Verum ubi Pompeius respondit, se citius omisurum triumphum, quam militibus blanditurum, simulq; laureatos fasces eis obiecit, ut illinc inciperent direptionem. Nunc, inquit Seruilius, te Pompei uere magnum uideo, dignumq; triumpho. Non judicabat esse speciosum triumphum, nisi qui crita ambitum critaque largiones beneficis redderetur.

7 Romæ mos erat, ut equites qui legitimum tempus militassent, equum in forum deducerent ad duumuiros, quos censores appellant, & commemoratis expeditionibus, ac du miles cibus sub quibus meruissent, pro meritis aut collaudarentur aut uituperarentur. Itaque Pompeius quum esset consul, ipse equum ad censores Gallium ac Lentulum deduxit: quib. ex more percontantibus, an omnia militaria munia obiesseret, Omnia, inquit, sub me ipso imperatore. Significans, se sic gesisse ducem, ut nibilo secius omnes militis partes gnauiter præstaret. Idem & imperator bonus, & miles strenuus, qua laude nulla principi potest maior contingere.

8 Quum Sertorij literas in Hispanijs intercepisset, in quibus erant inclusæ complurū du cum epistolæ, Sertorium ad nouandas res statumq; ciuitatis immundandum Romanū insuitantium, exussit omnes, ut improbis daret pœnitentia locum, & in melius mutādi consilia facultatem. Hoc ut inter moderate prudenterq; facta merito recenseretur, ita non uideo quid faciat inter apophthegmata. Quanquam eiusmodi multa reperiuntur in Plutarchi collectaneis. Si prodidisset nomina, iam metu pœnæ fese ad uitam manifestam paraserent. Simulq; deferens silentium hostium literis, docuit quātum sit crimen, alienas resignare literas, aut quod tibi per literas obsignatas creditum est, sub diuim effere.

Phraati

Phraati Parthorum regi per legatos ab ipso postulanti, ut Euphratem Romanæ ditio, 9
nis terminum esse uellet, Imo, inquit, illud magis postulandum, ut Romanorum fines à Institia diri
Parthorum regno iustitia dirimat. Significans, Romanis non esse præscribendum quo, mit
usq; debeant proferre imperium, a quo propagando non montes aut flumina debeat ar/
cere: sed ibi demum fore fines Romanæ ditionis, ubi ius non esset ulterius procedere.

Quum Lucius Lucullus post obita militiae munia se se uoluptatibus dederet, ac sum, 10
ptuose uiueret, Pompeium interim reprehenderet, quod præter ætatem multis negocijs Ociūm turpe
appeteret implicari. Magis, inquit, præter ætatem est, senem delitijs uacare, quam imper/
rium gerere. Grauiter taxauit illorum sententiam, qui putat senibus nihil agendū, quum
decorum sit remp. gubernantem, uel stantem mori. Luxus autem & ocium in iuuenibus
stultitia est, in senibus crimen.

Aegrotanti Pompeio medicus prescripsicerat ut tundis uesceretur. Quumq; hi quibus 11
datum erat negocium negarent inueniri, non enim erat tempus quo genus hoc auium ca Delitiarius
pi solet, admonuit aliquis, apud Lucullum inueniri posse, qui tundos toto anno soleat ale contemptus
re. Itane, inquit Pompeius, nisi delitijs deditus esset Lucullus, nequaquam uiueret Pompeius? Cõtempcio medico, cibis parabilibus usus est. O uere masculum animum, qui ne
uicam quidem delitijs acceptam ferre sustinuit.

Quū ingens rei frumentariae Romæ esset penuria, Pompeius titulo quidē annonæ pro, 12
curator, re autē uera maris terræq; dominus declaratus, in Africā, Sardinia, ac Siciliā na Patria uita
uigauit, multaq; frumenti ui collecta properabat ire Romam: uerum quum ingenti tem/charior
pestare oborta naucleri detractarent nauigationē, ipse primus nauim ingressus iussit an/
coras tolli, clamans, Vt nauigemus urget necessitas, ut uiuamus non urget. Significas pa
triæ periclitantis habendam rationem potius q; priuatæ incolumitatis. Si quidē reipub.
subleuandæ curis immorū pulchrū est: at patriam in extremo discrimine nostra cessatio/
ne deserī, turpissimum est. Hic monemur, non animalia bruta tantum omissa libertate ue/
nire in seruitutem, uerum etiam homines indomitos fame domari. Docemur item, publis
ca salutu priuatarum incolumitatem posthabendam esse.

Quum iam detecta esset Pompej cum Cæsare simultas, ac Marcellinus, ut Plutarchus, 13
aliorum iudicio, Marcellus, unus ex eorū numero quos Pompeius euexisse putabatur, Ingratitudo
à Pompeio ad Cæsarem transtulisset animum, adeo ut non ueritus sit in senatu multa in
Pompeium dicere: hunc ita compescuit Pompeius, Non te pudet, inquit, Marcelline ei
maledicere, cuius beneficio ex muto factus es facundus, ex famelico eò productus, ut uo
mitum non teneas? Grauiter obiecit ingratitudinē homini, qui hoc ipsum quod habebat
dignitatis, autoritatis & eloquentiæ, aburebatur in eum cui debeat acceptū ferre. Nam
hoc turpissimum ingratitudinis genus est, sed tamen heu nimium vulgare.

Catoni acerbius inseclanti Pompeium, quod ipse saepius prædictisset, potentiam Cæ 14
sar is indies crescentem nulli bono fore populari ciuitatis gubernationi, sed potius ad ty, Dominatio sua
rannidem tendere: Pompeius ita respondit, Tua, inquit, Cato, magis accedunt ad diuī turorum
nationem, at mea magis accōmoda sunt amicitiæ. Sentiens, Catonem incerta loqui, quod
nemo possit rerum humanarum exitum liquido præscire: se uero ea sequutum, quæ tum
temporis amicitia quæ sibi cum Cæsare intercedebat postulabat. Certum erat quid debe
batur amico, incertū erat an amicus illi futurus esset inimicus. De amico uero humanius
est bene sperare, quam diuinare peiora.

De se liberè profitebatur, quod omnem magistratum quem gesserat, & citius esset na, 15
ctus quam ipse expectasset, & citius deposuisset quam ab alijs expectatū esset. Quod ci, Moderato
eo suscepisset imperium, uel fortunæ fuit, uel præmaturæ uirtutis: quod mature depositus,
animi moderati erat, non ad tyrannidem spectantis, sed ad reipub. commodum.

Post prælium in Pharsalicis campis habitum, in Aegyptum profugit: quumq; è trire, 16
mi descensurus esset in scalnum piscatorium ab Aegypti rege missum, conuersus ad uxo
rem ac filium, nihil aliud dixit quam illud Sophocleum,

προς τὴν τύραννον ὅσιον ἐμπορεύεται,
λέγει· οὐδὲ λόγος καὶ μὲν θερός μόλις. Id est,
Quisquis tyranni ad tecla demigrauerit,
Fit seruus illi, liber & si uenerit.

Præfigisse uidetur imminens exitium. Vbi descenderat in scapham, ictus gladio, semel tantum emisit susprium, & obuoluto capite præbuit se occidendum.

¹⁷ Pompeius impatiens Tullianæ dicacitatis, inter amicos dicere solet, Cupio ad hostes molesta dica transat Ciceron, ut nos timeat. Notant illius ingenium, quo dicitur hostibus fuisse superitas plex, in amicos contumax. Hoc Pompeij dictum ita refert Quintilianus, Transi ad Cæsarem, & me timebis.

¹⁸ Idem rebus infeliciter gestis aduersus Cæsarem, & ad summam desperatione redactus, Desperatio in tentorium uenit attonito similis, nec aliâ uocem emisit quod hanc, oculum est prope cœlum, ergo in castra: sumptaque ueste præsentि fortunae accommoda, clam profugit.

¹⁹ Composito Siciliæ tumultu, ac ciuitatibus quæ defecerant, placide receptis, soli Mares armatae presertim postulabant audiri, recitantes leges quædam olim à Romanis concessas. Non desinetis, inquit, nobis accinctu gladiis recitare leges: Significans, iure agere uolentibus non esse opus armis.

²⁰ Idem quū ex literis senatus intellexisset, omnia quæ Sylla armis obtinuerat, in ipsius Tedium glo/ potestatem esse tradita populi suffragijs cœturiatis, percussio femore dixit, Proh nunquam rie finienda pericula, quanto satius erat obscurum nasci, si à militaribus curis nunquam dabitur recedere, nec hac exuto inuidia licere cum uxore ruri uitam degere. Magna potentiam ambit inexpertus, odit expertus: sed deponere tutum non est.

²¹ Quibusdam se uidere negantibus quomodo posset Cæsarî impetum sustinere, hilari fiducia fal/ uult uetus illos hac de re esse sollicitos. Nam simul ac, inquit, solum Italiam pede pulsa lax uero, exilient affatim equestres pedestresque copiae. Præsens quidem animus, si fortuna respondisset.

Iam si nondū te cepit huius coniuuij satietas, addemus & ex oratorū numero aliquot

PHOCION AT HENIENSIS

(eximios.

¹ Primum igitur accipe Phocionem, Atheniensem genere, sed Lacedæmonium & morum sententiosa rum integritate, & orationis breuiloquentia. Socratem in hoc referebat, quod nunquam breuiloquentia uisus est cuiquam neque flere, neque ridere, tanta erat animi constantia. Huic in concione sedenti quidam dixit, Videre cogitabundus ô Phocio, Recte, inquit, coniecas. Cogito enim si quid queam detrahere his quæ dicturus sum apud Athenienses. Alij solliciti sunt ut quam plurima dicant, quo uideantur diserti: illi diuersa erat cura, nimis ut que ad rem faciebant, uerbis quam paucissimis complecteretur.

² Quum oraculum proditum esset Atheniensibus, in ea ciuitate unum esse uirum qui vulgi nihil sa/ num cunctorū sententijs aduersaretur, ac populus uociferans iuberet illum inquiri, Phocion semet prodidit, dicens: Ego sum ille, quem designat oraculum. Nam unum nihil placet omnium quæ uulgas uel facit uel dicit. Quid hic primum admireris, impavidum ne uiri animum, an clementiam, qui non passus sit suspicionem ad innocentem aliquem deuolui: an singularem sapientiam, qua perspexit, inconditam multitudinem, quoniam affectibus agitur, nihil sanu nec agere nec loqui.

³ Quodā die orationem habens apud Athenienses populū, placebat omnibus: quumque uideret ab omnibus pariter sermonē approbari, cōuersus ad amicos, Quid, inquit: Num mali quippiam dixi imprudēs? Adeo persuasum habebat, nihil placere uulgo, quod a re eo iudicio proficiuntur.

⁴ Quum Athenienses ad sacrificium quod apparabat ex more peteret à ciuibus, ut con Quod superi ferret aliquid, ac cæteris conferentibus, frequenter esset appellatus Phocion, Puderet, in est, sacrism, quit, si uobis adderem, & huic nihil redderem, ostendo creditore. Plerique sunt qui putent pendendum optime collocatum, quod impenditur templis ac sacrificijs epulisue diuorum: at uir ille perspicax sensit, multo sanctius esse, reddere quib. de beas: quid sensurus de his, qui fraudata coniuge ac liberis extruunt sacrificis strucuras regias, & horum ocio alēdo magnam facultatum partem impendunt?

⁵ Demostheni rhetori dicenti, Occident te Phocion Athenienses, si quando cœperint pulchre res insanire, hunc in modum respondit, Me quidem, si insanire cœperint, at te si ad sanam tortum mentem redierint. Demosthenes enim pleraque ad gratiam apud populum loquebatur, & blanda potius quam salubria.

⁶ Quum Aristogiton calumniator iam condemnatus in carcere moriturus esset, roga retque

tetq; Phocionē ut se inuiseret, amicis non sūcentib. ut ad hominē iret. Et ubi quis, inquit, libentius Aristogitoni loquatur? Amicorū argumentū argutissime torsit in diuersum: significans, se non īre ut sceleroso patrocinaretur, sed ut eius merita calamitate frueretur.

Quum Byzantījs irascerentur Athenienses, quod Charetem, qui cum exercitu in sub Fides in duce sidiūm suā ciuitatis missus esset aduersus Philippum, noluissent recipere: ac Phocion dixisset, non esse irascendum socijs diffidentibus, sed ducibus quibus fides non haberetur: ipse dux electus est: atq; ipsi fidentibus Byzantījs effecit, ut Philippus re infecta discederet. Diffidentiam Byzantiorum in Charetem ducem reiecit, qui talis erat, ut non uidetur tutum sese illius fidei committere. Prudentē est in fido diffidere: at Phocioni probatae opinionis uiro non dubitarunt sese credere.

Alexander Macedonum rex centum talenta dono miserat Phocioni: is uero per cotiatus est eos qui pecuniam adferebant. Quid ita, quum essent Athenienses permulti, sibi Corruptela uni illa smitteret Alexander. Illis respōdentibus, Quoniam unum te iudicat virum & hor munerum vestum & bonum, Ergo simus, inquit, me talem & haberi & esse. Ut scite arreptum ab illis argumentum torsit ad occasionem recusandū muneris. Iam quis hic non admiretur incorrupti pectoris sinceritatem: pauper erat Phocion, nec doni magnitudine quicquam mōuebatur. Simul autem indicat, illos qui quum rem p. administrarent, tamen à capiūndis muneribus non temperant, nec bonos esse uiros, nec tales haberi debere.

Quum Alexander ab Atheniensibus posceret sibi triremes exhiberi, ac populus nominatim flagitaret, adesse Phocionem, ut quid consule ret proferret, surgens inquit, Conv idem faciens solo igitur, ut aut armis supereris eos, aut superantum amici sitis. Compendio suasit n̄ dum erat de bilis Alexandro negandum, nisi considerent se iratum posse armis opprimere. Quibus si ille uidetur superior, nō esse prouocandū animosum iuuenē, & repulſe impatientissimum.

Rumor incerto autore obortus erat de morte Alexandri, moxq; rhetores prosilierūt, hortantes ne contarentur, sed illico bellum susciperet. Phocion expectare iussit, donec certus aliquid cognosceretur. Nam si, inquit, hodie mortuus est, & cras & perendie morbus eius erit. Grauius oratorum praecepitem temeritatem cohervit.

Quum Leosthenes ciuitatem Atheniensem ad bellū per pulisset, magnificis spebus ad nomen libertatis ac principatus erectam, Phocion illius uerba dicebat esse cupressis si Magnifica milia, quæ sublimes quum sint ac pulchræ, fructum non habent. Nihil potuit dici accom promissa, sed modatius in sermonem splendide magnificeq; pollicentem, sed infrugiferum: quemadmodum cupressus arbor sublimi complicitoq; in conum uertice procul egregium quidam polliceri uidetur, at uix illa sterilior.

Cæterum quum initia belli cessissent feliciter, ac ciuitas ob secundum nuncium dñs sa 12 criticans gratia retur: rogatus Phocion, an hac ita gesta noller. Hæc quidem, inquit, gesta Optima decer uellem, sed illa decreta. Sentiens, etiam inconsulta consilia nonnunquam feliciter cedere: nenda id quoties accedit, gratulandum quidem esse reip. non tamen ideo non semper utendum optimis consilijs. Fortassis & illud sensit Phocion, non esse protinus fidēdum primis successibus, sed totius negotij euentum declaraturum, quale fuisset ipsius consilium.

Quā Macedones irrupperint in Atticam, ac maritima illius depopularentur, Phocion eduxit iuuenes aetate florentes: quorum multis ad ipsum concurrentibus, hortantibusq; ut colle quodam occupato ibi collocaret exercitum. O Hercules, inquit, q; multos video duces, milites uero per paucos: notans iuuenilem temeritatem, quæ duci præire conaretur: quum militis sit, non dare consilium, sed ubi res postular bonā nauare operam. Attamen commisso prælio uicit, & Nicionem Macedonum ducem superauit. At non multo post tempore bello deuicii Athenienses ab Antipatro, accepere præsidium.

Quā uero Menillus præsidij dux, Phocioni pecunias dare uellet, indignatus Phocion dixit, Nec illum Alexandro meliorem esse, & causam deteriorē ob quam nunc acceptus erit, quum tunc non accepisset. O nullis muneribus expugnabilerū animus.

Antipater dicere solet, quum duos haberet Athenis amicos, netq; Phocioni unquam persuasisse ut acciperet, necq; Demadē unquā elando expleuisse. Hic erat Demades, qui ualebat extemporali dictione, quum Demosthenes non nisi de scripto diceret.

Phocion Antipater petenti, ut in gratiam suam faceret quiddam pugnans cum iustitia, Non potes, inquit, o Antipater, Phocione simul & amico & adulatore uti. Amicus obsecundat.

obsecundat quo usq; patitur æquum & honestum. Nec enim amicus ab amico quod insitum est petere debet. Adulator autem ad quiduis obsequitur.

17 Quum populus Atheniensis flagitaret ut Phocion copias in Boeotia educeret, eamq; rem Phocion non fore è repub. iudicaret, edixit ut quotquot essent in ciuitate ab ephebis usq; ad sexagenarios se sequerentur. His reclamantibus senioribus, & ætate excusantib. Nihil, inquit, absurdum meo editio continetur, quū ipse natus annos octoginta una cū ipsis dux prefecturus sim. Hac arte temporarium multitudinis calorem retudit.

18 Post Antipatri obitum, quum Atheniensium resp. ad gubernationem popularem res Patientia disset, Phocion in concione capitatis damnatus est. Atq; huius quidem amici cæteri qui simul cum illo damnati fuerant flentes ducebatur, Phocion autem tacitus ibat. Cui ex ini- miciis quispiam factus obuius, post cœnitia in faciem expuit. Tum Phocion ad magistratus respiciens, Non hunc, inquit, compescet aliquis indecorum se gerentein? Vir sanctissimus etiam moriturus publicæ disciplinæ curam habebat. Detam atroci contumeliam que stus non est, nec flagitauit uindictam aduersus eum qui præter leges saeuiret in hominem damnum, tantum cohiberi iussit exemplum bonis moribus aduersum, & immane facinus non aliud quam indecentes mores appellauit.

19 Ex his qui cum Phocione erant morituri, quidam indignans complorabat sorte suam. Solatum mortis Quem ita consolatus est Phocion, Non tibi, inquit, Eupipe, siue ut quidam legunt Thur dippe, satis est cum Phocione mori. Phocion non tantum innocens, uerum etiam præclarus de repub. meritus ducebatur ad mortem. Magnum itaq; solatum oportebat esse, cum Phocione innocentem mori innocentem.

20 Deniq; quā illi poculum cicutæ temperatum porrigeretur, percontatus est quispiam, si quid filio uellet dicere. Nam is aderat. Ego, inquit, tibi filii præcipio, atq; etiam obsecro, ne quid ob huius rei memoriæ Atheneisibus male uelis. Cæteris morientibus præcipuum solatum esse solet spes uindictæ, huic illud curæ fuit, ne filius patris in iustam necem ulc sceretur, maluitq; illum in patriam quam in patrem seruare pietatem.

21 Nicocli petenti, ut sibi ante Phocionem uenenū haurire liceret, Tamen si durum hoc, in Amicitia quid Phocion, tamen cōcedendum est ei cui nihil unquam in uita negalui. Phocion Nico cle inter amicos fidissimū unice adamarat, eog; molestū erat uidere illū morientē. Eā mori lestiā ut uitaret Nicocles, petebat ut ipse prior biberet. Et hac in re commodauit amico.

22 Quum bibissent omnes, solusq; Phocion superesset, consuupto ab alijs ueneno, car- Empta mors nifex negabat se daturum nisi numerarentur duodecim dirachmæ: tanti enim uenire ciscute uncia. Phocion itaq; ne per illius contentionem in ora fieret mortuus, accito ad se cuidam ex amicis, Quādoquidē, inquit, Athenis ne mori quidē gratis licet, queso dato huie preciū.

23 Quum Demosthenes multa maledicta faceret in Alexandrum, iam Thebis imminentem, Homericu ex Odyssæa. illum corripuit,
γέται τινὴ ιδελες ἐραθίης τοιούτης αὐθοα; Idest,
Quar libet irritare uirum miserande ferocem?

M. TULLIUS CICERO

1 M. Tullius, quū ob Ciceronis cognomen disteris incesseretur, ab amicis admonitus Nobilitas tū ut aliud sibi cognomen ascisceret, respondit, se Ciceronis nomen illustrius effecturus, q; tute parta esset Catonum, Catulorū, aut Scaurorū. Nam hæ familiæ cū primis illustres erant apud Romanos, quum Tullius esset nouus homo. Cognomen aut ideo patebat cauillis, quod à cicere uilissimo legumine dictū uideretur. Quasi uero non & Fabij à fabiis, & Lentuli à lente cognomen habuisse uiderentur. Patrum illustris est, qui præter imagines & cognomen nihil habet nobilitatis: pulcherrimū autem nobilitatis genus est, quā sibi quisq; propriis uirtutibus conciliat. Nec fecellit M. Tullius. Ciceronis enim nomer rhodie decantus est, q; trecenti Catuli aut Scauri, cū suis stemmatis, statuīs & imaginibus.

2 Quum poculum argenteum dījs dicaret, prænomen ac nomen literis signauit, sed pro Cicerone, ciceris figuram insculpsit, nihil refugiens cauillatorum interpretationem.

3 Oratores qui inter dicendum uociferantur, dicebat claudis esse similes, quis sic ad claramorem, ut illi ad equos confugerent. Hoc genus homines & hodie uideret, qui quum sentiunt se causa inferiores, ad furiosa iurgia configuant, ut quoniam rationibus persuaderet non possunt, improbitatem etiū extorqueant.

Quoniam

Quum Verres, qui filium habebat parum pudice flore ætatis utentem, Ciceronem ut 4
parum virum ac cinædum incesseret conuictis. Ignoras, inquit, quod liberis intra fôres *Salse mortu*
conuictandum sit. Significans, hoc conuictum non in ipsum competere, sed in conuictatio
ris filium. Parentum autem est obiurgare liberos, sed intra domesticos parientes, nec ea con
uictia sunt eliminanda. Eliminat autem, qui alijs impingit, quod ipsius domi committunt liberi.

Metello nepoti obijcenti, quod Cicero testimonio suo plures occidisset, & patrocinio 5
seruasset. Plus enim, inquit, mihi fidei est & eloquentia. Mira solertia conuictum retorsit
in laudem. Siquidem in teste spectatur fides, in patrono valet eloquentia.

Rursum Metello percontanti Ciceronem, quis ipsius esset pater, nimirum ignobilita 6
tem exprobrando. Ad istam, inquit, percontationem ut respôdere sit difficultius, mater esse
cit tua. Nam Metelli mater audiebat parum pudica. Quin & ipse Metellus matrem refe
rens, leuior erat & inconstans, & affectibus seruiens. Cicero conuictum à patre ad matrem
transtulit. Tum enim incertus est pater, quum mater non cù uno consuetudinem habet.

Item Metellus quum Diodoro, quo rhetorices magistro fuerat usus, defuncto, sepul
chro eius cotuum lapideum imposuisset, Iustum, inquit Cicero, præmium retulit. Nam
uolare ipsum docuit, non dicere: notans Metelli leuitatem & inconstantiam. Corius a
uis est *αμουνος*.

Vatinium inimicū, & alioqui sceleratum M. Tullius audierat obijisse diem: post quum 8
audisset illum uiuere, Male pereat, inquit, qui male mentitus est: significans Vatinium in
dignum qui diutius uiueret. Omne quidem mendacium malum, sed hoc mendacium bis
erat malum, quia bonos viros in fallum gaudium coniecerat. Dicunt tamen erat ambis
guum, quod dici poterat & de illo quem morinolles.

Quum orante M. Tullio quidam creditus Afer genere, diceret, non audio: hoc sermo, 9
ne negas se probare quod dicebatur. Atqui, inquit Cicero, aurem habes perforatam. So
let enim ea gens habere perforatas aures, ut inde suspenderet anulos ac gemmas, quæ
nunc collo dñitisq; gestamus. Ea foramina quomodo fiant docet Celsus.

C. Popilius qui iurisperitus uideri uolebat, quum inductus esset ac stupidus, citatus in 10
controversia quadam testis, respondit, se nihil scire. Tum Cicero, Putas, inquit, fortassis Nihil scire
te de iure interrogari.

Hortensius orator defensionis mercedem à Verre acceperat Spingē argenteā, is quum 11
M. Tullio obliquius quiddam & inuolutius loquuto dixisset. Nō didici soluere ænigma *Spinx domi*
ca. Atqui, inquit Cicero, Spingem habes domi. Nota est fabula de mōstro Sphinge, quæ
præmissis propositis ædebat ænigmata, non soluentibus mors erat præmium.

Quum Voconium forte obuiū haberet cum filiabus tribus insigniter deformibus, ta 12
cite ad amicos dixit uersiculum Græcum,

φιλε πατ' οὐκέτως ταρπητόν τέλεα. Id est,

*Deformitas
exprobata*

Phœbo haud sînente hic seminauit liberos.

Sentiens illum inuito Apolline liberis operam dedisse, siue quod Apollo pulcher à poe
tis singitur, siue quod oriente sole fœtus existimat concipi feliores.

Quum Faustus Syllæ filius, ob æris alieni magnitudinē supellecilem suā proscripsis 13
set, Hanc, inquit, proscriptionem magis approbo & paternam. Lusit ambiguo uerbi. Pro *locus ex amo*
scribuntur res, quæ in auctione uenum exponuntur, & proscribuntur homines, à quouis biguo uerbi
fugulandi, quo crudelissimo genere Sylla quāmplurimos ciues proscripterat.

Pompeio ac Cæsare inter se dissidentibus, Cicero, Quem fugiam, inquit, scio: quem se 14
quar nescio: sentiens, ambos non pro reip. libertate, sed pro principatu dimicare.

Pompeio uitio dabat, quod ciuitate deserta Themistoclem potius & Periclem fuisse 15
imitatus, quum illis res nequaquam pares essent, his essent. Themistocles enim fugit ad
Persas, Pericles mansit Athénis.

Quum ad Pompeium uenisset, ac uenisse pœniteret, rogatus ubi Pisonem generum 16
reliquistisset, Apud tuum, inquit, socerum, Cæsarem designans. Perinde quasi notatus es, *Salse*
set Cicero, quod à genero suo disiunctus esset, tetaxauit illum quod ipse cum suo socero
bellum gereret.

Quum quidam à Cæsare ad Pompeium transfugiens, diceret se festinandi studio e, 17
quum reliquisse, Cicero dixit, illum melius de quo quam de se statuisse sentiens, longe Argute
reclius

rectius factum fuisse, si & ipse mansisset apud Cæsarem.

18 Cuidam nuncianti, Cæsar's amicos esse tristeis, Hoc dicas, inquit, illos Cæsari male cō Interpretatio gitare. Irrisit adulante nunciū, quasi Cæsariāni reb. suis diffideret, metueret Pompeium.

19 Post Pharsalicum conflictum quum fugisset Pompeius, Nonius quidam dicebat, se Bellum cū gra ptem adhuc aquilas superesse, proinde bono animo essent hortabatur. Recte, inquit Cī culis cero, hortareris, si nobis cum graculis bellum esset. At ille aquilas dixit, uela Romana aquilis insignita.

20 Quum Cæsar terū potitus Pompeij statuas disiectas honorifice reposuisset, Caesar, in Clementia si, quāt Cicero, dum Pompeij statuas reponit, suā stabilit̄ sentiens, illum hoc non in Pom mulata, peij gratiam facere, sed ut libi clementiā simulatione fauorem apud ciues cōciliaret, atq̄ hoc pacto suum regnum constabiliret.

21 Adeo uero solicitus erat M. Tullius bene dicendi, tamq̄ anxiū huic rei studium in Bene dicendi pendit, ut quum causam oratus esset apud centumuiros, iamq̄ dies instaret, Erota serū studium uum manumiserit, eo quod nunciasset, cognitionem in posterū diem fuisse prorogatam. Et hoc aliquis interapophthegmata adiecit, quum non sit.

22 Quum Cicero in Pompeij castra uenisset, dīcentibus, Serō uenisti. Minime, inquit, se Nihil parati rō, nam nihil hic adhuc parati video. Allusit ad eos qui sero ueniunt ad cōūsuum. Locus est ex ambiguo. Serō uenit qui tarde uenit, & sero qui post tempus.

23 Quum Pompeius Gallum quendam quod ad ipsum à Cæsare transfugerat, ciuitate Apertum con Romana donasset, Hominem, inquit, bellum, qui Gallis ciuitatē promittit alienā, quum nostram nobis non possit reddere.

24 Post Cæsar's uictoriā interrogatus Cicero, quur in electione partium errasset, Pra cinctura, inquit, me se felicit̄ sentiēs nō sperasse, uictoriā à molli & effeminate staturam. Male præcīn dus Cesar enim ita toga præcingebatur, ut laciniam trahens mollium in morem incederet: un de Sylla Pompeium admonere solet, caueret à puero male præcincto.

25 Idem apud Damasippū cōenans, quū coniuator mediocre uinū apposuisset, idq̄ con Vīnum uetus uiuīs à ueritate cupiēs cōendare diceret, Bibite Phalernū hoc, quadraginta annorum est. Bene, inquit, fert ætatem. Hoc modo de homīne loqui solemus, cuius formæ viribusq̄ non multū detrahit ætas. At ridiculum erat uinum ab immodica ueritate commendare.

26 Quum Lentulum generum suum, exiguae staturæ hominem, prælongo gladio uideret Nulla propor accinctum, Quis, inquit, alligauit generū meum gladio? Videbatur homo gladio alligatio, non gladius homīni.

27 Quum Quinti fratri clypeatam imaginem in prouincia quam is rexerat, ingentibus in pūsillum lineamentis, à capite usq; ad pectus ex more, uidisset, Frater, inquit, meus dimidius maior est quam totus. Erat enim Quintus pusillæ staturæ.

28 Quum Tullia Ciceronis filia concitatus incederet quam deceret foemina, contrā Incessus deco Piso gener lentius quam deceret uirum, ambos eodem dicto taxauit, filiæ præsente genērus roducens, Ambula ut uir.

29 In Vatinium qui paucis diebus cōsul fuit, ita iocatus est, Vatinij anno magnum ostēnum fuit, quod eo consule nec bruma, nec uer, nec aestas, nec autumnus fuisse. Nam his horis annus totus distinguitur, quarum unaquaq; tres mēses occupat. Nescio an hoc ipsum sit quod aliter refert Pollio in Mario tyranno. Consul qui sex meridianis horis consul fuerat, ioco Ciceronis aspersus est. Consulem habuimus tam seuerū tamq̄ cēsorium, ut in eius magistratu nemo pransus sit, nemo cenauerit, nemo dormierit: nisi forte uideatur hoc magis ad Caninium Reuilem pertinere.

30 Rursus expostulanti Vatinio, quod Cīcero grauatus esset ipsum languētem inuisere, Vatinius in Ciceronem rat. Nam antea Vatinius Ciceronem gloriātem, quod ipsum respub. suis humeris reportasset, ita taxarat, Vnde ergo tibi uarices? Varices enim non sedentium, sed stantium aut ambulantium crura solent occupare.

31 Caninius Reuileus unico tantum die consul fuit: is rostra quum ascendisset, pariter & Consulatus honorem iniit consularū & eierauit: in quem fertur illud Ciceronis, λογθτώγιος est. Ca brenis ninius consul. In eundem iecit illud, Hoc consequutus est Reuileus, ut quereretur quis bus consulibus consul fuerit. Solet enim annorū numerus consulū nominib; designari. Reuileus

Reus autem & consul fuit, nec ullum habebat annum. Rursus illud. Vigilantem habemus consulem, qui toto cohsulatu suo somnum non uidit.

C. Cæsar multos in senatum legerat eo ordine indignos, & in his Laberium ex equite 32 Romano minum. Hic quum in senatu M. Tullium preteriret, sedem quærens, Recepissem, inquit Cicero, te, nisi anguste sederem. Simil & illum respues; & in nouum senatum vocatus, cuius numerum Cæsar supra quamphas erat auxerat. Nec hoc dicteriorum inultum tulit Laberius, Demiror, inquit, si sedes anguste, qui soleas duabus sedere sellis: obijcens Duabus sedet illi levitatem, quod lubrica fidei nunc his nunc illis partibus adhæret.

Idem quum ab hospite suo P. Manlio rogaretur, ut decurionatum priuigno ipsius ex 33 pediret: assistente frequetia ciuium dixit, Si ius habebit Pompeius, difficile est: Cæsar in Obliquus legendo senatum notans facilitatem.

Ab Androne quodam Laodiceno salutatus, quum aduentus causam petcontatus in 34 tellexisset illum pro patriæ libertate legatum ad Cæsarem uenisse, Græcis uerbis expressis publicam seruitutem, τὸν τοῦχον, τὸν ἀμάρτιον πέτερον λέγει, id est, Si impetas, etiam pro oppressa nobis legatus esto, siue pro nobis orato.

Quum M. Lepidus in senatu dixisset, patribus cōscriptis, ne dicam circūscriptis, Ego, 35 inquit Cicero, non tanti fecissem ὁμοίωσις. Affectauit Lepidus schema uocum similiter Schema male delinquentium, quod rhetores ὁμοίωσις uocant. At satius erat schema perdetere, quam se affectatum naturam offendere. Quanquam in his uerbis non tantum est ὁμοίωσις, uerum etiam πόλις Graeciae, schema priore iucundius.

Quum quidam candidatus, qui coquo patre natus credebatur, coram Cicerone suffragerium ab alio peteret, Ego quoq; inquit, tibi fauebo. Ex quo colligitur, coce à coco, & quo locus ex similitudine uocis que coniunctionem, aut eodem, aut simillimo fuisse sono.

Quum accusator Milonis ex argumento temporis colligens, Clodio à Milo hestrinas insidias, subinde rogaret, quo tempore occisus esset Clodius, Cicero respondit, Sero: Scro uoce ancipiū significās, e repub. fuisse futurū, si Clodius multo ante fuisse interfecius.

Cicero nūciata morte Vatinij, quum eius rumoris parum certus esset autor, Interim, 38 inquit, usura fruar: sentiens se temporario gaudio de morte Vatinij fruiturū, quemadmo Gaudium tem- dum qui pecuniam mutuo accepit, ad tempus ea perinde ac sua fruitur. porarium

M. Celium melius obijcientem crimina quam defendantem, Bonam dextram, malam 39 sinistram habere dixit: huc alludens, quod in pugna dextra gladium tenemus, sinistra clypeum: gladio ferimus, clypeo defendimus.

Iubium Curtium, quo iunior uideretur, multa de annis ætatis suæ mentientem, ita redarguit, Ergo, inquit, quum una declamabamus, non eras natus.

Fabia Dolobellæ dicenti se tringita annos habere, Verum est, inquit. Nam hoc iam uiginti annos audio. Volebat illa iunior uideri quam erat. Itaq; Cicero elusit illam simulata affensiō sit assensione, significans interim illam esse quinquagenariam.

Obiurgantibus quod homo sexagenarius puellam uirginem duxisset, Cras, inquit, mulier erit. Iocans hoc probrum mox eluendum. Nam postridie nō poterat obijci, quod Virgo mulier uirginis esset sponsus.

Idem in Curionem semper ab ætate sumentem orationis exordium ita lusit, ut diceret illum quotidie facilius habere procemiū, uidelicet ætate in dies magis ingrauescente.

Rursus in Vatinium, qui quum pedibus æger esset, uolebat tamen uideri commodius, uialetudinis factus, dicebatq; iam se bina milia passuum ambulare. Dies enim, inquit, longiores sunt. Hoc Fabius tribuit Ciceroni, Macrobius Augusto. Narratur & hodie quidam non minus facetum, si modo accederet uetus tatis cōmendatio. Miles quidam in conuicio iacabat sibi balistam esse, quæ iaculum excuteret ad spatiū nulli credibile. Reclamantibus conuicuis omnibus, affirmabat famulū suum id uidisse factum. Accersito famulo percontatus est illum, an nō ipse uidisset quod narraret. Tum famulus, Verum, inquit, narras here, sed tum uento secundo miseras sagittam.

Cicero auditio falso rumore de Vatinij morte, quum Ovinium libertum eius interrogasset, Recite ne omnia, atq; ille respondisset, recite, Mortuus est, inquit. Significans, non In Vatinium omnia recite habere si ille uiueret.

Idem quum testis, Sexti Annalis reum legisset, & instaret identidem accusator rei, Dic

Marce Tulli si quid potes de Sexto Annali: protinus recitare cœpit uerlus ex Enni⁹ sexto Annalium libro, Qui potes ingentis causas euoluere belli. Scripsit enim Ennius Annales, & accusator dicebatur Sextus Annalis.

47 Rursum in Accium hominem callidum & uersum, quum is in causa quadam suspectus esset, senariū ex uetus quopiam poeta tortus. Nisi qua Vlysses rate etiasit Laertius. tortus Vlysses uaser nauī & Charybdim & Scyllam euasit, sic Accius astutia sua è iudicij periculo clapsus erat.

48 Similiter lusit in quendam, qui quum prius habitus esset stultissimus, post adeptā hæreditatem primus rogabatur sententiam, Cuius, inquit, hæreditas, quam uocant sapientiam. In uersu pro facilitas mutauist hæreditas. Apud poetā enim uerlus sic habet, Cuius facilitas quam uocant sapientiam. Significauit autem hæreditatem illi pro sapientia contigisse, & ob hæreditatem iam habitum sapientem.

49 Quum mater M. Brutī Seruilia preciosum ære patuo fundū abstulisset à Cæsare, qui bona ciuium subiiciebat hastæ, ita iocatus est Cicero, Et quidem, inquit, quo melius emptum sciatis, emit hunc fundum Seruilia tertia deducta. Seruilia autem filia dicebatur Idnia Tertia, eademq; C. Considij uxor, lasciuete dictatore tam in matrem quam in filiam. Ex ambiguo iocatus est Cicero: potuit enim intelligi tertia pars precij distracta. Deducitur autem uxor ad scortum.

50 Idem ænigmate lusit in matrem Pletorij, qui Fonteium accusabat, dicens eam dum uiueret ludum, mortuam magistros habuisse: notās quod dum uiueret infames ad eam fœminæ cōmeare solent, post mortem eius bona ueniebant. Sermo uidetur & absurdus, & præposterus. Nam qui ludos habent, ipsi magistri sunt, & discipulos habent. Magistri autem dicuntur non solum qui docent, uerum etiam qui regunt.

51 In nomine Verris iocatus est, quasi sic dictus esset, quod omnia uerteret, hoc est, nihil re*locus ex liqui* faceret homo furax. Quo genere iocandi quidam surem pro Tullio Tollium dixit: nomine nec defuerunt qui pro Tiberio dixerunt biberium.

52 De C. Cæsare dicere solet, Quoties huīus astutiam & ambitionem uideo sub humani ingenium tatis specie latitantem, metuo reipub. tyrannum: rursum quum comas molliter fluentes, uarium & ipsum uno digito scalpentem caput intueor, uix animum inducere possum, ut tantum facinus animo concipiatur.

53 Idem obijcientibus quod à reo pecuniam accepisset, qua magnificas quasdam ædes Mendacium esset empturus, Fatebor, inquit, accepisse me, si emero. Eas quum esset mercatus, exprouelsum brantibus uanitatem, An nescitis, inquit, boni patris familiās esse dissimulare si quid constituerit emere?

54 Ciceroni cum Crasso similitas erat. Quum igitur alter ē Crassi filijs non dissimilis cui *locus ex nomine* Digno: atque hinc populi suspicio in Crassi uxorem, quasi cum Digno rem habuisset, in senatu præclaram habuisset orationem, rogatus Cicero, qualis ei uideretur, Dignus, inquit, Crasso: tecū alludens ad nomen Digni. Locus lepidior est, si more Græcorum dicas, dignus Crassi, ut intelligas duos esse Crassos, alterum adulterum, alterum illi similem Crassi filium.

55 Cicero Munatio reo patrocinatus fuerat, atq; ille absolutus. Post quum Munatius Sa**binum** Ciceronis amicum reum perageret, iratus Cicero exprobavit illi beneficiū, An tu, inquit, Munati illud iudicium tua opera effugisti, an potius mea, qui multum caliginis tribunalibus offudis?

56 Quum Marcū Crassum pro rostris laudasset magno populi applausu, & eundem post ex eodem ore ex eodem loco acribus conuicti incesseret, Quid, inquit Crassus, an nō me nuper ex hoc frigidum & ipso loco laudasti? Laudavi, inquit, sed exercendi gratia argumentum infame declamās. Solent enim rhetores tractare materias ἀθετούσας, uelut quum laudant Busyridem, aut febrim quartanam, aut ingratitudinem.

57 Idem quum Crassus dixisset, Neminem Crassorum Romæ uixisse diutius annis sexaginta, deinde pœnitēs eius sermonis diceret, Quid mihi accidit ut hoc dicerem? M. Tullius, Sciebas, inquit, Romanos hoc libēter audituros, & ista uia uenisti ad tempub. gubernandam: duo significans, & Crassorum nomen inuisum esse Romanis, & illum non uitute, sed blandiendo prouectum ad honores.

Crasso

Craſſo dicente, Stoicorum esse dogma, uirum bonum esse diuitem. Vide, inquit Cicer/ 53
ro, ne magis hoc sentiant, sapientis esse omnia. Tecte notans Craſſi auaritiam, cui nihil Avaritia
efſet ſatis.

Craſſus in Syriam profecturus, mallens Ciceronem amicum quām inimicū relin/ 59
quere, officioſe ſalutato dixit, ſe apud illum uelle cōnare, quem Cicero alacriter excepit. Reditus in
Post aliquot dies quidam amicorum egerunt apud Ciceronem, ut cum Vatinio quoque gratiam
rediret in gratiam, Num, inquit, & Vatinius mecum cōnare uult? Significās illum cōnam
ambire potius quām amicitiam.

Rurſus in Vatiniū qui ſcrophas habebat in ceruice, id eſt morbi genus, quum cauſam 60
quandam ageret, Tumidum, inquit, habemus oratorē. Asiatici dicti ſunt tumidi.

Cæſar statuerat agros Campanos militibus diuidere, id quum complures in curia mo/ 61
leſte ferebant, tum L. Gellius, homo extremæ ſenectutis, dixit hoc non futurum ſe uiuo, In ſenem
Expectemus, inquit Cicero, non enim poſtulat longam dilationem, ſignificans illum eſ/
ſe morti proximum.

Adoleſcens quidam accuſatus quōd patrem placenta uenenata fuſtuliffet, quum ſto/
machabundus minaretur ſe probris laceraturū Ciceronem, Hoc, inquit Cicero, malim q̄ Teſtum 62
placentam: aſcipiti dicto parricidium illi obiiciens.

P. Sextius Ciceronem cum alijs aliquot ad cauſae patrocinii adhibuerat: quumq̄ ipſe 63
uellet omnia dicere, nec cuiquam dicendi locum daret, ubi iam cōſtaret illum à iudicibus Loquacitas
absoluendum, ferre turq̄ ſententia. Vtere, inquit Tullius, hodie tempore, nam cras priua
tus eris: notans hominem q̄ in cauſa ſuo arbitratu ſolus egiffet omnia.

Quum M. Appius in proœmio diceret, ſe magnopere rogaſum ab amico, ut in cauſa 64
clientis adhiberet curam, eloquentiam, & fidem: hic Cicero, Adeo ne ferreus homo es, ut Irratio
ex tam multis quæ rogauit amicus, nihil præfes:

M. Aquilium duos habentem generos, ſed ambos exiles, Adraſtum appellauit, q̄ ſo 65
lus locum tueretur: alludens ad Græci nominis etymologiam.

L. Cotta censore, qui uini auſdiſſimus habebatur, quum Cicero consulatum petens ſi, 66
tiffet, bibiſſetq̄ ſeptus undiq̄ amicis, Recite, inquit, timetis ne censorem habeā infenſum, Censor
q̄ aquam bibo. Simulauit Cicero ſe credere, ob id circuſtare frequentes amicos, ne censor bibulus
uideret illum bibentem aquam. Simile enim ſimiſi amicūm.

Quum M. Cælius, qui credebatur ē parentibus non liberis natus, epiftolam apud ſena/ 67
tum clara firmaq̄ uoce recitaffet, Ne miremini, inquit Cicero, nam hic unuſ ex hiſ eſt qui Vocalitas
proclamarunt: ſignificans illum fuifſe præconem, & hoc uſu contigifſe ut eſſet uocalis. So
lent autem ſerui uenales uoce præconis commendari.

Memmio cuidam uituperati Catonē Vticensem, dicentiq̄ quōd totas noctes ebrius 68
eſſet, At illud, inquit Cicero, non addis, eum totos dies aleam ludere: ciuiliter excusans Iocus ex
Catonem, qui totum diem reipublicæ negocijſ dabat, nocturnas aliquot horas ſumebat audito
laxando animo.

C. Cæſari in ſenatu enixe defendantि cauſam filiæ Nicomedis, beneficiaq̄ regis in ſe 69
commemorati, Remoue, inquit, iſthæc oro, quoniam notum eſt quid ille tibi, quid illi tu Scanno ex
dederis. Iocus eſt ex ambiguo uerbi. Nam dat qui confert beneficium, & dat mulier quæ ambiguo
ſui facit copiam. Vnde illud Martialis,

Vis dare, nec dare uis.

Male audiebat Cæſar, quōd in Bithynia Nicomedī regi fuifſet obſequentior, quām pu/
dicitiæ leges poſtulant.

M. Callidius Gallum accuſauit, M. Tullio defendantे: quumq̄ accuſator affirmaret, 70
ſe teſtibus, chirographis, quaſtionibus probaturū, ſibi à reo fuifſet prepaſtum uenenum:
ſed interim rem tam atrocerem remiſſo uultu, languida uoce, ac reliquo geſtu parum conci
tato pronunciaret, M. Tullius, Tu, inquit, niſi fingeres M. Callidi, ſic ageres: Ex actione
colligens, illum no ex animo loqui.

Idem in Iſauricū ita luſit, Miror quid ſit, quōd pater tuus homo conſtantissimus te no/ 71
bis uarium reliquerit. Iocus ex ambiguo uocis. Nam uarius dicitur parum animo con/
ſtans: uarius item qui uelut plagarum noratus eſt. Vulgatum autem erat, hunc Iſauri/ ambiguo
cum aliquando à patre cæſum loris, inde illud M. Cæli prætoris non dictum, ſed factum,

cuius quum illam curulem consul Isauricus fregisset, alteram posuit loris intentam, tacite minitans illi atque exprobans, quod à patre loris cæsus esset.

DEMOSTHENES ORATOR

1 Pythes Demostheni obiecit, quod ipsius enthymemata lucernam olerent: significans lucernam lumen non nisi de scripto, & ad lucernam elucubrata dicere. Quod dictum ita retorsit Demosthenes, ut diceret non eodem precio sibi & illi constare lucernam: notans quod ille nocturnis conuiuijs indulgeret, plus impendens luxui quam ipse studio.

2 Alijs immodicum eloquentiae studium obijcientibus, ita respondit, Eloquentiae studiorum declarare hominem popularem: contra negligere studium eloquentiae, esse eorum popularis qui dominari populo quererent, ut qui hoc agerent non ut persuaderent dicendo, sed ut ui cogerent.

3 De Phocione quoties in concione dicturus assurget, ad amicos proximos dicere sermo brevis Iet Demosthenes, rationum ipsius securim surgere. Nam Phocion erat in dicendo breuis, & efficax sed acutus. Solet autem ferè à Demosthene dissentire.

4 Populus Atheniensis à Demosthene flagitabat ut quendam accusaret: id quum recusaret, cœpit populus in illum, ut solet, uociferari. Tum surgens, Vos me uiri Athenienses, calumniator consultorem habetis uel inuiti, calumniam autem non habebitis etiam si uelitis.

5 Demosthenes unus fuerat ex decem quos Athenienses legatos ad Philippum Mace donem miserant. Itaque posteaquam Aeschines & Philocrates, quos præcipue fuerat compausa plexus Philippus, à legatione reuersi, quum alijs multis nominibus prædicarent regem, tum his præcipue, quod esset formosus, facundus, & ad bibendum strenuus. Demosthenes ita cauillatus est, ut diceret, in his laudibus nihil esse dignum rege. Nam primam esse formarum, alteram sophistarum, tertiam spongiarum.

6 Demosthenes clypeo suo literis aureis inscriperat, ἀγελή τύχη, id est, bona fortuna. Fuga ex Attamen quum ad pugnam uentum esset, illico projecto clypeo aufugit. Id quum illi processu bro daretur, quod πίνακος esset, elusit uulgato uersiculo,

ἀνὴρ δὲ φύγων καὶ πάλιν μαχεσται. id est,

Vir qui fugit, rursum integrabit prælium.

Iudicans utilius esse patriæ fugere, quod in prælio mori. Mortuus enim non pugnat, at qui figura quæsiuit salutem, potest in multis prælijs patriæ usui fuisse.

7 Pauci pro omnibus inter quos erat Demosthenes: Demosthenes apogum retulit de lupo, qui hac lege pacem obtulit ouibus, si canes dederent: lupi nomine signans Alexandrum: canum, eos qui tum populi rem curabant: ouium, plebem Atheniensium. Addidit & illud, Ut mercatores, inquit, exiguū frumenti in paropside specimen deferunt, per hoc ingentes aceruos uendere cupientes: ita uos si traditis ciues octo qui deposituntur, populū uniuersum traditis.

8 Patriæ desiderium nominatum Demosthenem appellates iuberent esse bono animo, & uiaticum insuper offerrent, grauiter ingemuit, dicens, Qui possum hanc urbem relinquere, in qua tales habeo inimicos, quales amicos uix in alia sum inuenturus?

9 Inter fugiendū fertur subinde respiciens ad arcem Palladis, sublatis manib[us] dixisse, O Pallas urbi domina, cur tribus infastissimis bestiis delectaris, noctua, dracone, & populo: Noctua quum sit auium inauspicatissima, tamen Palladi sacra est: quemadmodum draconem habet pro gestamine: populus autem belua est multorum capitum, pessimam gratiam referre solita optime de se meritis, uelut Socrati, Phocioni, Scipioni, & alijs compluribus.

10 Adiuuenes quos habebat familiares, dicere solet, Sibi gnaro iam quantū inuidia, metus, Remp. fuge tus, calumniæ, ac disminis sit expectandum ad rem pub. accedeti, si ex duobus alterum sit eligendum, citius in exilium iterum, quod ad suggestum aut tribunal.

11 Exul in partem triam plus Quum exularet in Arcadia, Pythesque pro Macedonibus dixisset, Ut domū in quam lac uenale importatur, aliquid habere malis suspicamur, ita ciuitatem esse morbidam, ad quam mitteretur Atheniensium legatio: Demosthenes eam sententiam ita retorsit: ut lac pro sanitate ægrotantium importatur, ita Athenienses pro salute ciuitatum adesse dicens

dicens. Id ubi resciuit populus Atheniensium, protinus illum ab exilio reuocarunt.

Quum redeuti ab exilio nauis esset missa, multiq; magistratus ac ciues obuiam issent, 12
sublatis in coelum manibus dixit, sibi in patriam reditum honorificentorem contigisse q; Spontaneus
Alcibiadi, quod ille coactus ciuibus redisset, ipse persuasis.

Posteaquam Demosthenes metu Antipatri profugisset in Calauriam insulam, sec; in 13
Neptuni templo contineret, & Archias ex tragocediarum histrione potens, illi blandis ser Acerbe
monibus periuadere conaretur, ut se in Antipatri fidem committeret, non modo nihil
passurum malum, uerum etiam amplissimis muneribus hotiorandum, In scena, inquit, mihi
nunquam placuisti histrion, neq; nunc persuadebis orator. At ubi cōmotus Archias mina
retur, se detracturū illum ē templo, Tandem, inquit, oracula Macedonica aperuisti. Nam
prius histrionum more simulabas.

Fertur aliquādo Corinthum nauigasse Demosthenem illectum fama nobilissimi scor, 14
ti Laidis, ut & ipse famoso amore potiretur. At quum illa pro nocte stipularetur drachma Magno em/
rum decem milia, deterritus magnitudine precij, mutauit sententiam, dicetis: οὐκ ἀγοράζω πενιχτας
ζεύς μετρυονται, id est, nō emo tanti pœnitentie significans in honesta uoluptati paratam
esse comitem pœnitentiam.

Celebre est Pythæa dictum, orationes Demosthenis olere lucernam, quod noctu scri, 15
beret meditaretur q; quæ dicturus esset. In id quum alius quispiā, qui ob furtū suspicionem Salsē
ulgō male audiebat, perulantius inueheretur, Scio, inquit Demosthenes, nos tibi mole/
stos esse, qui noctu lucernam accendimus. Fures enim amant tenebras.

Idem aduersus Demadē clamantē, Demosthenes me corrigerē uult, sus Mineruam, 16
At ista, inqt Demosthenes, Mínerua annō superiore in adulterio deprehēsa fuit. Adulte Acerbe
rium obiecit Demadi, quum Mineruam poetæ faciant uirginem.

Idem Atheniēsibus flagitantibus ut consuleret, obstitit dicens, οὐ σωτέττυμαι, id est, 17
non sum coactus in ordinem. Significans se non seruire populi affectibus, sed suo arbitra- Fortiter
tu facere quod faciendum iudicasset.

Ancilla quædam depositi nomine pecunia acceperat à duobus hospitiis, hac condī, 18
tione, ut eam utriscq; simul redderet. Horum alter post tēpus aliquod lugubri ueste & squa Callide
lidus socij mortem simulās, decepta muliere nummos abstulit. Eo facto superuenit alter,
& depositū repetere coepit. Quum mulier anxia de laqueo cogitaret, Demosthenes ei pa/
tronus adfuit, qui ut in aduocationē uenit, sic aggressus est petitorem, Mulier, inquit, pa/
rata est depositi fidem soluere, sed nūli socium adduxeris. Id facere non potest, quoniam ut
ipse prædicas, hæc dicta lex est, ne pecunia alteri sine altero numeretur. Hoc ingenio serua/
uit miseram, elusitq; nebulonum confirationem qui hoc egerant, ut eandem pecuniam
bis acciperent.

Cuidam percontanti, quid esset in eloquentia præcipuum, respondit, hypocrisis, hoc est, 19
actio. Roganti quid proximum, respondit actio. Roganti quid tertium, nihil aliud respon Actio totum
dit quam actio: tantum tribuens pronunciationi, ut in ea totum situm existimaret. Actio
autem multa complectitur, uocis moderationem, oculorum uigorem, uultus habitum, et
totius corporis gestum.

Quum Athenienses gestirent Harpalō ferre suppetias, iamq; in Alexādrum armaren, 20
tur, dērepente apparuit Philoxenus, quem Alexander maritimis negotijs præfecerat: hic Temeritas
quum populus metu attonitus cōsileceret, Quid facerent, inquit Demosthenes, si solem
uideant, qui non possunt obtueri lucernam: Ita populo temerarios motus exprobauit.

Quibusdā arbitrantibus Demadē iam desissē malum esse, Iam enim, inquit, saturum 21
uidetis, ueluti leones. Erat pecuniarum quidus Demades, leones autē mitiores sunt saturi.

Quum à quodam cōuictis incesseretur, Committor, inquit, in certamen, in quo qui su/
perior euaserit, inferior est: & qui uicerit, uictus est.

Idem quum audiret oratorem quendam immodice uociferātem, Non, inquit, 22
quod magnum est, bene est: sed quod bene est, magnum est. Hoc Grauitate
& alijs ascribitur. Sunt qui & cōuiuia prolixa, ac plus
rimis instructa missibus existi/
ment lauta.

SOLIBER QVINTVS



QVID E M statueram aliquot selectis, quos superioribus libris retulit, esse cōtentus: sed quoniam inuitabat arridens undiq̄ dīctorum membra rabilium copia, simulq̄ ueniebat in mentem, quām audum ac famelicum huiusmodi deliciarum coniuiam accepīsem, uisum est quintū missum addere, repetito ordine, quem Plutarchus sequutus est.

CYRVS MAIOR

Persae amant homines adunco naso, quos Græci gryphos appellant, eosq̄ pulcherrimos esse putant, eo quod Cyrus, quo non aliis regum populo fuit charior, eiusmodi species nasum habuerit. Est autem duplex gryphorum genus, unum cui statim à fronte nasis insurgit, quod Aristoteles putat esse signū impudentis animi, & ad coruos referit; alterum cui curvatura nasi à fronte separata est, sed circa medium intumescit, & ad extremum tendens uncis speciem præberet: id Aristoteles putat esse notam magnanimitatis, & ad aquam pertinere.

1 Cyrus autem dicebat, Qui sibi nollent prodesse, cogi ut alijs sint usus: significans seruissimis qui animo natos, sibiq̄ inutiles, eos imperio adigendos, ut aliorum cōmodis inseruant. Vulnus autem putat homines aquilino naso, & ad suum commodum cum primis attentos,

cellit & imperio magis q̄ seruituti natos: unde & poetæ ueteres aquilæ regnum in omneauium genus tribuunt. Sed idem dicebat, Neminem debere suscipere principatū, nisi melior his in quos susciperet. Sentiens, hoc esse principis unicū munus, alijs prospicere, & publicis consulere cōmodis: id aut non potest, nisi qui sapientia, uigilantia, animiq̄ integritate ceteris antecellit. Hoc uero nō præstat nativitas, sed institutio recta & rerum usus.

2 Quum Persæ, quoniā regionem habebant montuosam asperamq̄, cuperent eam campestri ac meliore cōmutare, non passus est Cyrus, dicens, quemadmodū plantas ac semina, sic hominū mores ad regionis habitū immutari. Sentiens se uelle duros homines & lassiboribus accōmodos. Nam mollis ac fertilis regio molles & ignauos gignit homines.

3 Cyrus abstinebat à conspectu Pantheæ: & Araspo dicent, mulierem esse insigni forma, dignam regis oculis, Ob isthuc ipsum, inquit, magis est ab illa abstinentum. Etenim si nunc tuo obtemperans consilio illam adiero quum uacat, fortassis illa m̄hi persuasura est ut ad ipsam frequenter cōmeem, etiam quum nō uacabit, eiq̄ asideam neglegēti serujs ne gocjs. Scite retorsit argumentū, regiae functionis memor.

DARIVS

4 Darius Xerxis pater, in sui laudem dicere solet, se se p̄t̄lijs ac rebus asperis reddi prudentiorem. Atqui talis prudentia nimio constat reipublica. Præstat principem è philosophiæ præceptis haurire sapientiam potius, quām experimentis miseram, ut uocant, colligere prudentiam.

5 Idem quum tributum in dixisset subditis, accersitos prouinciarum præfectos percontatus est, quum alijs de rebus, tum de tributis, essent ne grauia: quum illi respondissent, esse mediocria, iussit ut singuli dimidium exigerent. Quod præficiū moderatum uidebatur, regis æquitati uisum est dimidio plus satis. Maluit enim suos beneficio sibi conciliare, q̄ exarmatos subigere. Strategematis autem gratia in hoc sita est, quod duplum imperauit eius quod destinarat accipere. Si dimidium imperasset, nec quicquam remisisset, latuisset benignitas: nunc exacta dimidians effecit ut omnes sentirent beneficium.

6 Quum aperuisset prægrande malum punicum, & quidam ab eo sciscitaretur, cuius rei Amico fidoni tantum numerū habere oportet, quantus illic inesset granorum, respondit, Zopyrorum. bil p̄t̄ciosius Is erat uir bonus ac Dario fidus amicus. Significans, regi nihil prius aut charius esse debere probis ac fidis amicis. Tametsi Herodotus libro quarto, refert hoc fuisse dictum de Megabyze.

7 Is Zopyrus sibi nares & aures præcidit, itaque dissimulans quis esset ad Babylonios trans fugit, fingens se à Dario crudelissime tractatum, Babylonij persuasi commiserunt ille præfecturam. Ille nactus occasionem Dario ciuitatem tradidit. Postea Darius sapientius dicens solet, Se malle unum Zopyrum integrum, quām centum Babylonias capere. Erat opulentissima ciuitas Babylon, tamen unum amicū centū Babylonibus anteposuit.

Ab hoc

Ab hoc animo quantū absunt principes quidam, qui sannionem, aut equum, aut canem pluris faciunt, quam probum, fidelem ac doctum amicum. Huius factum damnans rex dīcebat, quod turpissimo facto pulcherrimum nōmē imposuisset. Videbatur enim mira fides in regem, quum illum summa afficeret tum iactura, tum molestia.

SEMIRAMIS

Semiramis Assyriorū regina, quae Babylonē condidisse dicit, monumēto quod sibi parat, inscripsit. Quis quis rex pecunij eguerit, aperto monumēto quantū uoluerit capiat. Avaritas Darius potitus ea ciuitate, titulo credens, saxum ingens quo cladebat monumentū, uix delusa amolitus, nihil quidem inuenit pecuniarū, sed ex altero saxi latere hoc inscriptum reperit, Ni uir malus es, & pecunia inexplebilis, haudquaq̄ mortuorū loculos moueres. Quanquam hoc aptius inter strategemata, siue inter yelox cōmemorandum erat.

XERXES ALTER

Inter Xerxes Darij filium & Arimēnem fratrem de regno erat contentio. Itaq; quum Xerxes intellexisset fratre ex Bactrianorū regione descendere, misit illi munera, & ijs qui Humanitas bus ea mandarat perfecenda, iussit ut ipsius uerbis illi dicerent. His in præsentia te honor plus ualeat frater tuus Xerxes: quod si rex fuerit declaratus, eris apud ipsum omniū primus. Hac quamvis humanitate delinitus Arimēnes contentionem remisit, ac fratri regnum adepto protinus adorationis honorem exhibuit, eiq; diadema imposuit. Xerxes autem illi proximū ab se locum dedit. Nec hoc video quur inter apophthegmata debeat recenseri, quum Plutarchus recenseat. Simile quiddam de Iacob & Esau legitur in Hebræorū literis. Ira contentio melius soluit blandis uerbis & benignitate, quam repugnando.

Idem iratus Babylonij, q; à se defecissent, posteaq; illos in potestatem suam redegerat, interdixit ne ferrent arma, sed psalterij tibijsq; caneret, scorta alerent, cauponas haberet, ac sinuolis tunicis uerentur, quo uoluptatibus euirati non molirentur denuo defectionē. Nec hoc inter apophthegmata cōmemoratus eram, ni Plutarchus recensuisset.

Quum importaretur ad illum Atticæ caricae uenales, negauit se illas esurum, donec regione potitus esset quæ illas ferret. Tam ingens erat excelsi peccoris fiducia sui.

Quum uidisset uniuersum Hellespontum nauibus suis constratum, omnia littora atque Abidenorum plana hominibus referta, iactauit se beatum, moxq; fudit lachrymas. Tam subitam mutationem admiratus Artabanus regis patruus, qui dissuaserat eam expeditionem, ausus est rogare causam. Tum Xerxes, Subiit, inquit, animū meum cogitatio, quam breuis sit hominum uita, quando ex tam numeroſa multitudine post annū censum nemo superfuturus est.

Idem Græciæ bellum indiclurus, conuocatis omnibus Asiae principibus dixit, Ne uiderer meo tantum consilio hoc aggressus, contraxi uos: cæterum mementote mihi parentum magis quam suadendum. Vox bis tyrannica, & quod principum conuentu proficio abuteretur, & quod negotium multo pericolosissimum sua unius cupiditate uerius quam consilio suscipere.

Idem quum à trecentis Lacedæmonijs ad Thermopylas vexatus esset, tam militum ducens multitudinē, hoc se deceptum aiebat, q; multos quidem homines haberet, milites Turbae aut per paucos. Sentiens, non perinde referre q; multos educas, sed quam exercitatos.

Græcorum exploratores in exercitu comprehēsos nullo affecit malo, quin potius iusfatos omnem lustrare exercitum illæsos dimisit. Sit & hoc singularis fiducie exemplū, quur apophthegma dici debeat non video.

ARTO XERXES

Artoxerxes Xerxis filius, cognomento Longimanus, q; alteram manum haberet longioriem, dicere solet, Regalius esse addere q; adimere. Sentiens, principe dignius esse, honore Liberalitas et opes eorum quibus imperant augere potius q; immunuere.

Idem permisit, ut ex his qui secum uenabant, qui possent ac uellēt, ante regem iaculum emitterent. Sit hoc comitatis exemplū, quid ad apophthegmata pertineat non video.

At is q; in uenatu fuit comis, tam erat mitis in disciplina militari. Nam ducibus qui de liquissent, pro eo quod solet flagris cædi corpora, iussit ut pro corporibus uestes illis de tractæ cederentur, utq; pro eo quod solet illis uelli caput, tiara deposita uelleretur. Ne hoc quidem ad apophthegmatum fodalitatem pertinet.

19 Quum Satibarzanes Artoxerxis à cubiculo, quiddam minus iustum ab ipso petret, iuste & sentiretq; rex illum hoc facere solicitatū triginta Daricorum milibus, questori ærarij sui comiter mandauit, ut Daricorum triginta milia ad se deferret, ea dedit Satibarzani dicens, Accipe, ô Satibarzanes. Nam hæc tibi quum dedero non ero pauperior, iniustior futurus, si illa quæ petebas fecissem. Commentus est rex egregius, ut nec amicum contristaret, nec a iusto defleceret.

CYRVS IVNIOR

20 Cyrus Iunior Lacedæmonijs ut secum societatem inirent potius quam cum fratre, hac oratione sese commendauit. Aiebat sibi cor longe grauius esse quam fratri, plus illo meri bibere, meliusq; ferre quam illum. Nam illum uix in uenatu posse in equo sedere, ut nō excutiatur: in rebus acerbis, ne in sella quidē. Sciebat enim Lacedæmonijs inuisos esse molles ac timidos. Hortabatur insuper ut uiros ad se mitteret, pollicens se peditibus daturum equos, equitibus currus, agrum possidentibus se daturum uicos, uicos qui haberent eos se facturum urbium dominos: ceterum aurum, argentiq; uim tantam, ut non possent numerare, sed pendere cogarentur. Nimirum hoc erat quod dixit Artoxerxes, regalius esse addere quam adimere. Si quis princeps nūc talia polliceretur, uereor ne totam Germaniam brevi uisuri simus uacuam.

21 Cyro conflicturo cum hoste loco qui dicitur Cunax, Clearchus sua sit, ut se post Maces Abimose dones contineret, nec sese in bellī discriminem coniiceret. Quid ais, inquit, Clearches iubés ne ut quum regnum appetam, regno me indignum ostendam?

22 Phoca ex Ionia, parentibus honestis orta, ingenuęq; educata, ad regis coenam cum alijs mulieribus admissa, ceteris regios iocos ac lusus hilariter excipiētibus, nec refugientibus ab illo tangi, sola tacite ingressa ad lectum constitit, nec uocanti Cyro paruit. Cubicularijs autem tentantibus illam adducere, Flebit, inquit, quisquis horum mihi manus ad mouerit. Ob hæc quum à ceteris agrestis & incomis haberetur, Cyrus gaudens, & cum risu uersus ad illū qui mulieres adduxerat, Non intelligis, inquit, te hanc unam ingenuam & incorruptam adduxisse? Postea ad hāc in primis adiecit animum, uniceq; adamauit, sapientem appellans. Apud barbaros, mulieres attigisse constuprasse erat.

ARTOXERXES AL TER

23 Affabilitas Artoxerxes huius Cyri frater, cognomento Memor, non solum seipsum affatim præbuit adire uolentibus, uerum uxorem legitimā iussit sublati currus auleis uehi, ut ijs qui eam conuentam uellent, etiam in itinere pateret aditus. Laudo quidem affabilitatis exemplum, sed quid hæc ad apophthegmata?

24 Idem quum pauper quispiā insigni magnitudine malum obtulisset, hilariter accipiens, Per Mithram, inquit, (sic enim Persæ solem appellant) hic mihi talis uidetur esse, ut si quis ei cōmittat ciuitatem, possit eam ex parua magnam reddere.

25 Rusticus quidam uidentis ad regem uaria deferri donaria, nec aliud habens quod largitur, utraq; caua manu haustam ē proximo flumine aquam illi obtulit uultu alaci. Rex latatus, iussit illi dare phialam auream, ac mille Daricis donauit hominem.

26 In fuga quadam quum direpto illius cōmeatu, aridis fiscis & hordeaceo pane uescetur, Dij boni, inquit, cuiusmodi uoluptatis haclenus inexpertus fuit?

27 Maledicere Malum Aclides Iapson multa in regem licenter & contumeliose diceret, haclenus tum ultus est maledicuum, ut per tribunum militum denunciaret, ei licere quæ ueller in regem dīgi, nō cōt tutū cere, sibi uero in illum licere quæ ueller & dicere & facere.

28 Fatus omnia Teribazus in uenatu Persicam uestem dilaceratā ostendit, consulens quid faciendum esset: respondente rege, aliam induendam, Tuam igitur, inquit, mihi tradas oportet. Rex licent suam tradidit, dicens, Dono do tibi hanc uestem, sed gestare prohibeo. Teribazus uir nime quidē malus, sed leuis præcipitiscq; consilij, neglecta regis monitione uestem īdauit, muliebris etiam ex auro donis quæ à rege exceperat exornatam. Hoc ceteris omnibus indigne ferentibus, nam ridere nefas erat, rex effuse ridēs, Tibi, inquit, ut mulieri aurum, ut īsano regij amictus ius potestatemq; concedimus.

29 Munus in tem pote datum Artoxerxi iam siti deficienti, Peribarzanes eunuchus quum aliud non liceret, à rustico quopiam sordidum utrem detulit, putris aquæ cotylas octo continentem. Eam aet quam quum rex totā ebibisset, rogatus, ecquid illi placuisse ille potus; deos testatus est, se nūn

se nunquam uinum potasse iucundius, nec ullam aquam quamvis purissimam sibi uisam suauorem. Ac post naclus eum hominē qui eunucho aquam dederat, ē paupere diuitem fecit. Tanti refert in tempore dare munus.

PARYSATIS

Parysatis Cyri & Artaxerxis mater præcipere solet, ut rex palam ac libere loquutus, uerbis byssinis uteretur, hoc est, magnificis ac mollibus, quo sermonis blandicies rei Dīsidentes in mitigaret asperitatem. Reges byssō uestiuntur, sed talem decet esse regis orationem, qua terpretes lis est amictus.

ORONTES

Orontes Attaxerxis regis gener, quum ab irato rege rejectus & condemnatus esset, 31 Quemadmodum, inquit, supputatorum dīgitū nūc infinitum numerū: nūc unum tan Fauor regum tum possunt ponere: sic regum amicī nūc quiduis pollent, nūc quāmmínimum. Olim temporarius dīgitis subducebatur ratio, quemadmodum nūc calculis.

MEMNON DVX

Memnon quo tempore bellum gerebat aduersus Alexandrum pro Dario rege, mili 32 tem quendam mercenarium multa conuitia petulanter iacentem in Alexandrum hasta Maledicentia percussit, Ego, inquiens, te alo ut pugnes cum Alexandro, non ut illi maledicas.

AEGYPTI

Aegyptiorum reges, iuxta regionis illius consuetudinem, iudices ad iuslurandum adi 33 gebant, ut etiam si quid rex iuberet eos iudicare quod iustum non esset, ne iudicarent. Iudices ins Tanti referre putabant, ut populus iustos haberet iudices. Porro potentiae ferociæq; regi corrupti giae opposita est iuslurandi religio: quod ad actum uideri non poterat, quum ab ipsis regibus exigeretur. At qui fieri potest ut ciuitas iudices habeat incorruptos, ubi iudicandi potest testam magno uendit princeps?

POLYTYS

Polys Thraciae rex, Troiani belli tempore, quum Troiani pariter & Græci legatio, 34 nem ad ipsum misissent, auditis utrisq; pronunciauit, ut Alexander redderet Helenam, & Amoris à se pro una duas formolas abduceret uxores. Sapuisset Paris si hoc fecisset. Nam una fatus fruitus habuissest duas nouas, & patriæ consuluissest. Quis autem non miretur Græcorum humanitatem, quibus sat erat futurum, si tantum redderetur quæ cum adultero tam diu dormierat?

TERES

Teres Sitalci pater dicere consueuit, Quoties esset in ocio, nec militia exerceretur, se nī 35 hilo meliorem esse equisonibus. Hæc vox quid aliud sonat, quām barbaricam immanitatem, quasi pacis tempore desit quod agat bonus princeps?

COTYS THRACIAE REX

Cotys ei qui dono miserat pardalim, uicissim dono misit leonem, malam bestiam equè 36 mala repensans.

Quum esset natura celer ad iram, saeuusq; castigator eorum qui in ministerio deliquis 37 sent, hospes quidam ad illum detulit uascula fragilia tenuiaq; sed scite curioseq; celte tot, Ir subducens noq; elaborata. At is hospiti quidem dedit munera, caterum uascula omnia confregit: de da occasio mirantibus quur id faceret, Ne, inquit, saeuiam in eos qui fracturi erant. Prudentis est, naturæ suæ morbum agnoscere, & uitio materiam præripere.

Idem ubi cognouit quod Atheniensis honoris gratia, ciuem ipsum suæ ciuitatis decla 38 rassent, pro auxilio quod illis aduersus Dorientes impenderat, gratiam reponere studens, sua tuig; patres, Per louem, inquit, & ego illis uicissim meę gentis ius dabo. Sentiens, nihilominus honestia chara norificum esse Thracem, quām Athenensem appellari.

IDATHYRSUS SCYTHA

Idathyrus Scytharū rex, in quem arma mouit Darius, suasit Ionū regibus, ut Histri 39 pontis iunctura soluta fugientes se in libertate uindicarent: qui quū id facere recusarēt: Servitus ne uiolarent fidē qua Dario erat obstricti, uocauit illos frugimācipia, & adūces, hoc est, gratia qui fugere nollent. Nam hæc nō minima laus est seruorū, nolle fugere si liceat: at nolle tyrannicam seruitutē commutare libertate si detur opportunitas, animi seruilis est.

ATHEAS SCYTHA

Atheas hunc in modum scripsit Philippo, Tu quidem imperas Macedonibus bellādi 40 peritis

peritis, at ego Scythis, qui & cum fame & cum siti pugnare ualeant. Significans hac parte Scytha ad bellum esse magis idoneos.

41 Idem quū fricaret equum suum præsentibus Philippi legatis, percōtatus est illos, num idem faceret Philippus. Sentiens se tanto meliorem bello & esset Philippus.

42 Idem quum Ismeniā tibicinem optimum in bello cepisset, iussit illū canere, ac cæteris ad Scytha mirantibus, ipse iurauit per uentū & Acinacen, sibi iucundius esse, audire hinnitū equi.

S C I L V R V S S C Y T H A

43 Scilurus octoginta liberos masculos habens, quum esset moriturus fasciculum iacu/concordia lorum singulis porrexit, iussitq; rumpere. Id quum singuli recusassent, eo quod uideretur fratrum impossibile, ipse singula iacula exemit, atque ita facile confregit omnia, filios admonens his uerbis, Si concordes eritis, ualidi inuicti & manebitis: contra, si dissidijs & seditione distrahemini, imbecilles eritis, & expugnatu faciles. Non potuit Scytha magis Scythice rem ob oculos ponere.

G E L O S Y R A C U S A N V S

44 Gelo Siciliæ tyrannus, debellatis apud Imeram Carthaginensibus, in pacis fœdere Pietas cōpulit illos, & hoc acceptis conditionibus adscribere, ne posthac filios suos Saturno im molarent. Solet enim ea gens infantes suos æneæ Saturni statuæ caue, & intus incensæ, in sinum ponere, qui uelut in dei complexu enecabantur. Id ut Saturno gratum putaret esse cit fabula, quæ narrat illum omnes uxoris filios deuorare solitum, Nam & Iouem deuoratus erat, nisi pro puero saxum supposuissent.

45 Idem Syracusanos frequenter ad agriculturā educere solet, sed non aliter instruōs, q; Agricultura si ad bellum irent, quo simul & agri meliores redderentur cultura, nec ipsi deteriores fieri militaris rent ocio. Et hoc strategema dici meretur potius q; apophthegma.

46 Exigebat pecunia à suis ciuibus, quos ubi uideret tumultuantes, ait se petere mutuo, Solerter quippe redditurū. Ita uolentes dederunt, atq; ille peracto bello reddidit. Hoc artificio perficit ut pecunia nō deesset ad bellum necessaria, nec ciues haberet minus beneuolos.

47 In conuiuio quū lyra circūferretur, cætericq; ordine canerent: nam id apud Græcos ho Artes regie nestum habebatur, ipse equum iussit induci in conuiuū, facileq; ac leuiter in illum insilij: significans hoc esse regalius quam lyra canere.

48 Quum Atheniæ conditiones pacis à Gelone delatas recusarent, multaq; de sua gen tis antiquitate præstantiacq; iactarent, Gelo respondit oratori, Hospes Atheniensis, apud uos qui præsint habetis, qui subsint non habetis. Proinde quando totum retinere mauultis quam partem cedere, quam ocyssime hinc abite, renunciaturi Græciae, uer illi ex anno exaruisse: significans optimam ac florentissimam copiarum partem illis defuturam. Suum enim exercitum ueris nomine signauit

H I E R O N

1 Garruli Hieron qui Geloni successit in regnum, neminē qui apud se libere loqueretur, importunum aut molestum esse dicebat: cæterum qui arcanū efferrent, eos existimabat etiam illos laedere, apud quos effutirent, eo q; odimus non solum illos qui efferunt, uerum etiā eos qui audierunt quæ nollemus illis auditæ esse.

2 Pudicitia Quidam exprobrabat illi oris graueolentiam. At ille cum uxore expostulauit, quod id sibi nunquam indicasset. Tum illa, Putabam, inquit, uiros omnes ad eundem olere modum. Eximum pudicitiae argumentum, quæ nulli uiro tam uicina fuerit, ut oris halitum sentire posset, præterquam uni marito.

3 Captores a/ Xenophani Colophonio de paupertate sua quereti, q; ægre duos aleret famulos. At Homerus, inquit, quem tu carpis, etiam mortuus alit plusquam decem hominū milia, & tu qui uis illo uideri doctior, unus non alis duos. Erant illis quoq; temporibus qui carpens illustrium uirorum operibus gloriam aucuparentur.

4 Caste Idem Epicharmo Comico poetæ, quod præsente ipsius uxore dixisset quiddam in honestum, mulcam dixit. Epicharmus Siculus erat, iuxta regionis naturam plurimi ioci. At rex tantum iudicauit esse tribuendum reuerentiae coniugio, ut crimen existimaret, audiente uxore iocari lasciuus.

5 Idem quū aliquot è familiaribus occidisset, paucis post diebus Epicharmū uocabat ad cœnā, cui ille nūm libere, At nuper, inquit, quū immolares amicos, non me uocabas. Solent

Solent qui sacrificant splendidum epulum apparare, adq; id rogare amicos. Periculosa libertas quæ plus laudis adfert ferenti quam dicenti.

DIONYSIVS

Dionysius quæ magistratus per literas sorte crearentur, & ipsi cōtigisset litera M. dicitur
centi cuidam per iocū μερολογεῖς, id est, Morio es Dionysius, Imō, inquit, μοραχνός, monarχa ero. Et adeptus magistratū protinus Imperator electus est à Syracusanis. Magni erat de interpre
animi, q; illo ioco non offenderetur, contentus omen literæ secus interpretari.

Quum aut̄ in initio regni regia ipsius obſideretur à coniuratis in illum ciuib; & ami-
ci autores eſſent ut imperium deponeret, n̄ mallet captus interfici: ille cōſpiciens bouem Regnandi
à coquo mactatum illico concidere, dixit, Quum mors adeo breuis sit, an non absurdū sit dulcedo.
nos metu mortis tale regnum relinquare? Quanta regnandi libido peius illius occupat,
qui principatum morte bene emi putaris?

Quum intellexisset filium cui principatū relietur erat, ingenui uiri coniugem adul-
teriale, iratus interrogavit, an unquam tale quicq; in patre compriſset. Hic adolescentes, Tu Adulteriū in
enim, inquit, nō habebas patrem regē. Nec tu, inquit Dionysius, filium regem habiturus regis filio
es, ni talia perpetrare delinas. Tyrannus in filio dignum exhortatione crimen iudicabat adulterium, qui hodie magnatum ludus est.

Rursus quū ad filium ingressus conspexisset uasculorū aureorum & argenteorum ma-
gnam uim, exclamans, Non est, inquit, in te regius animus, qui his poculis quæ à me tam Liberalitas
multa accepisti, neminē tibi amicum feceris. Sentiens absq; ciuium benevolentia regnum regia
nec parari, nec teneri. Benevolentia uero maxime conciliat benignitas. At iuuenis rerum
imperitus, putabat esse felicius habere argentum & aurum q; amicos.

Exegerat pecunias à Syracusanis, deinde quum uideret illos lamentantes, obſcrates, ac negantes se habere quod darent, indixit alteram exactiōem, idq; iterum ac tertio fecit. Nudus non
At posteaquam ubi maiorem summam imperasset, audiret illos in foro obambulantes ri-
dere, & scommata in regem iacere, iussit praefectos ab exigendo quiescere. Nunc enim, in/
quit, nihil habent, posteaquam contemnunt nos.

Matri suæ præter etatem nubere cupienti, Ciuria, inquit, ô mater iura uiolari possunt, 6
naturæ ius nequaquam. Significans contra naturam esse, si uetula quæ iam parere nō po-
test, nūbat. At hodie nubunt septuagenariae.

Quum in aliorum scelerum patratores seuere animaduerteret, uestium furibus parce-
re solet, ut Syracusij coenare inter se & ineibriari desinarent. Solent enim lopodytæ, id Temulentis
est, uestium fures in balneis frequentibus que conuiujs uenari. Quemadmodum autem castigata
in balneis uestes deponuntur, ita in conuiujs summa uestes abiici solent, ut togæ palliacq;.

Hospes quidam aiebat se uelle cum Dionysio priuatim colloqui, demonstraturū enim
quomodo posset præscire quinam ipsi moliretur insidias. Rex admisit hominem, iussitq; Fucus utilis
dicere semotis arbitris. At ille, Da mihi, inquit, talentū, ut existimeris à me audisse insidias
corum indicia. Dedit ac simulauit se audisse, admiratus hominis commentum. Nam fu-
etus ille uehementer utilis erat ad deterrendas insidias. Sunt qui narrent, Maximilianum
Cæfarem simili arte simulasse magicas artes, industria, gladioscq; fortunatos, genios anulis
inclusos, quo facinorosis & hostibus esset formidabilior.

Cuidam percontanti num esset ociosus, Absit, inquit, ut hoc mihi unquam accidat. 9
Sensit turpissimum esse regi uacare unquam à reipublice negocijs. Vbi sunt igitur qui bo-
nām diei partem alea nūgiscq; transigunt?

Quum ad eum delatum esset, duos adolescentes inter pocula multa conuitia, tum in
ipsum, tum in eius tyrannidem dixisse, ambos uocauit ad coenam, & animaduerit al- Ebrietati con-
cerut largius potum multa nugari, alterum raro cautēque bibere: illum dimisit, ut qui donatur
satura uinolentus per temulentiam maledicus fuisset: hunc interfecit, ut qui studio
maleuolus & hostis esset. Praclarum exemplum prudentissimi principis, sed quid hoc
ad apophthegmata.

Expostulantibus quibusdam quod honore dignaretur, ceterisq; præferret hominem
improbum ac ciuib; iniuīsum, Volo, inquit, esse, quem me magis oderint. Agnouit inge- 11
niūm multitudinis, si sit in quem iniudicium odiumq; deruent, mitiores sunt in principem.
Eocq; uideas nōnullos monarchas quibusdā, quos tamen ex animo nō ament, plurimum
dignitatis

dignitatis & autoritatis permittere, ut ipsi tuiores sint à furore multitudinis: qui si extiterit, habent uictimam qua ciuium iram mitigant.

12 Corinthiorum legatis ad se missis donaria prout mos est obtulit: quæ quum illi negarent se accepturos, eo quod lex esset apud ipsos uetans, ne legatione fungentes munera acciperent à principe, Rem, inquit, absurdam facitis, qui quod unum bonum habet tyrannis, hoc tollitis, dum docetis etiam beneficium à tyrannis accipere periculose esse. Ille legrauem contumeliam iudicabat, oblata recusare munera, quum hac una re tyranni se possint alijs commendare. Tyrannidem enim adeptis superest ut potentiae inuidiam minuscentia comitateq; leniant.

13 Quum audisset quendam è ciuibus aurum habere domi defossum, id ad se deferri iussit. Verum posteaquam is suffuratus auri paululum in aliam urbem commigrasset, ibiç mercatus esset agrum, reuocato Dionysius totum aurum reddidit, ut quiā diuitijs uti cœpisset, desijsetq; rem utilem inutilem reddere. Satis declarauit, se non aurum alienum appetisse, sed hominis morbum sanare uoluisse: simul usum auri legitimum demōstrauit, si in agriculationem impendas potius quam in usuram.

14 Dionysius dicere solet, se à sapientibus amicis sibi cauete, quando certum haberet, ne ex his quidem esse quenquam, quin imperare mallet quam seruire.

15 Idem quum intra regiam sacrum ex more perageretur, præcoq; sicut consuevit, precatur, ut per multa tempora inconcussum duraret imperium. Non tu desines, inquit, abominanda nobis imprecari! Sentiens potius à dijs optandā bonam mentem, quam ea quæ nihil conferunt ad hominis felicitatem.

16 Teschia Dionysij soror nupta Polyxeno, posteaq; maritus metu tyranni profugerat, & rex sororem accusaret, quod conscientia fugæ mariti non indicasset, Adeo ne, inquit, Dionysij me uilem abieciq; animi foeminam iudicas, ut si sensisse illum moliri fugam, non me illi nauigationis & omnium fortunarum comitem additura fuerim!

17 Egregium quendam citharœdum magnificis promissis ad se pellexit, iubens ut quam optime caneret. Nam quo scitius caneret, hoc plus latrū præmij. Quum ille per dies aliquot accurate cecinisset, nec quicquā daret rex, cœpit flagitare mercedem. Tum Dionysius asseuerat, se mercedem quam pollicitus fuerat bona fide soluisse. Qui, inquit ille, ne nummus quidē mihi datus est. At dedi, inquit Dionysius, uoluptatem pro uoluptate. Ne que enim ego te minus delectauis spe, q; tu me cantu.

18 Idem admiratus egregiam fidem Damonis & Pythiae. Rogo, inquit, ut me quoq; in uestram amicitiam recipiatis. Alteri tyranus destinarat diem necis, quumq; is pauculos dies petisset rerum domesticarū ordinandarū gratia, hac lege impetravit, ut alter uas amici fieret, ea cōditione, ut si ille non redisset ad diem præscriptum, hic plectretur. Rediit autem ad diem, mori malens quam amicum fallere. Ita seruatus est uterq; ac regis amicitia decoratus. Tantum ualeat egregia uirtus, etiam apud tyrranos.

19 Sacrilegia sua solet facetis dicens obtegere. Locris Proserpinæ templū spoliarat: mox quum classis illius secundo uento nauigaret, Videtis, inquit, quam prospera nauigatio à dijs immortalibus detur sacrilegis. Ex hoc colligens, aut non esse deos, aut illis nō esse mortalia sacrilegia.

20 Ioui Olympio detraxit magni ponderis aureum amiculum, quo eum Hieron è manus Carthaginensium ornauerat, proq; detracto aureo laneum illi pallium iniecit, ita cauillans, Aureum amiculum æstate graue est, hieme frigidū, laneum ad utrumq; anni temporis accommodatius esse.

21 Epidauri Aesculapius barbam auream detraxit, quod negaret decorū, patrem Apollinis imberbem, ipsum uero barbatum conspicere. Aesculapius singitur Apollinis filius, Apollinem autem semper imberbem facit theologia poetica, Aesculapium barbatum: significans in medico multarū rerum usum.

22 Mensas aureas atq; æreas dijs dicatas è phanis sustulit. Has inscriptio ex more Graecorum testabatur esse honorū deorum, ne quis manum admoliretur. At ille cauillatus est, se deorū bonitate uti. Nam boni dij dicuntur, quod omnibus bene faciant.

23 Idem uictorias auteas, pateras & coronas, quæ simulacra porrectis manib; sustinebant, uelut offerentia, tollebat, dicens se oblata accipere, nō eripere; addens per absurdum esse à quibus

& quibus quotidie bona flagitamus, ab his ultro porridentibus nolle accipere:

DIONYSIUS IUNIOR

Dionysius Junior dicere solet, se multos alere sophistas, non quod illos admiraretur, sed quod per illos admirabilis esse studeret. Sciebat populum de illis tanquam de viris doctis magnifice sentire, hac persuasione callide abutebatur ad conciliandum sibi multitudois fauorem. Eadem arte fortasse principes quidam alunt in palatiis suis viros eruditiois & sanctitatis opinione uenerabiles, ut populus arbitretur horum consilij geri pleraque.

Quum Polyxenus dialecticus Dionysio diceret, Ego te conuincio, Nimirtum uerbis, inquit: at ego te re ipsa conuincio, qui tuis relictis me meaque colas. Significans illum a scho Res uerbis & ad auiam, a philosophis ad tyrannum transisse, non facturum nisi hanc uitam illa iudiciorum efficiacior et fiet beatorem.

Postea quae regno fuisset expulsus, cuidam dicens, Quid tibi Plato & philosophia profuit? Ut tantam, inquit, fortunae mutationem facile feram. Neque enim sibi manus admovit, quod alii solent, sed Corinthi ludum literarium aperuit.

Percontanti qui factum esset, ut quum pater ipsius tenui fortuna ac priuatus sibi Syriae eufanæ cœstatis principatum parauerit, ipse regis filius, & regnum hereditate acceptum amiserit. Quoniam, inquit, pater rerum potitus est, quum iam in odium uenisset populis gubernatio: ego quum inuidia laboraret tyrannis, principatum suscepisti.

Alteri cuidam hoc ipsum percontanti, cōpendio respondit, Pater, inquit, mihi regnum suum reliquit, non fortunam. Non omnia omib[us] æque feliciter cedunt.

AGATHOCLES

Agathocles figulo patre natus fuit. Is uero quum Sicilia potitus esset, rex declaratus, solitus est in mensa Sicilia pocula iuxta aurea ponere, eaque iuuenib[us] ostendens dicere, quum Dignitas in ante talia fecerim, cōmonstratis scilicet suis: nunc per uigilantiam ac fortitudinem talia facit industria pars cito, cōmonstrans aurea. Non puduit pristina fortuna, sed glorioius existimauit regnum virtute partum, quam si hereditate obuenisset. Nam regem nasci nihil magni est, at regno dignum se praestitisse maximum est.

Quum ob sideret urbem quandam, quibusdam è muro conuicia in ipsum iaculantibus, dicens: Figule, unde milib[us] tuis persolues stipendum? Ille placidus ac ridens respondit, Quum hanc cepero. At quum urbe ui potius esset, uenderetque captiuos, Sime, inquit, denuo cōuicijs afficeritis, apud heros uestros querar de uobis: ciuiliter illis exprimatis & intempestiuam maledicentiam, & seruitutem maledicentiae præmium.

Ithacensisbus nautas ipsius apud eum deferentibus, quod ad insulam appellantem per cora quædam abegissent, At uester, inquit, rex quum uenisset ad nos, non modo pecudibus abreptis, uerum ipso etiam pastore exoculato recessit. Alludens ad fabulam de Vlysse, qui Cyclopem Polypheum excecauit.

DION

Dion qui Dionysium regno expulit, quum accepisset Calippum, cui & inter hospites & amicos suos fidebat maxime, sibi moliri in sidias, non potuit inducere animum ut illum cōuinceret, dicens, Mori satius esse quam uiuere, si non ab hostibus tantum, uerum etiam ab amicis cauendum esset. Dignus erat optimis amicis, qui mori prius habuerit quam amico disfidere.

Idem exul quum Preodoti Megarensis opera opus haberet, & ad aedes illius ueniens, uideret illum ob negociorum magnitudinem egre quenquam admittere, amicos ob indignatibus dixit, Quid huc incusamus? Nōne & ipsi quum Syracusis essemus, eadem faciebamus.

ARCHELAUS

Ab Archelao in conuiuio quodam familiaris quidam, sed parum humanus, petiit sibi dari poculum. Archelaus autem illico mandauit puero, ut hoc poculum daret Euripidi. Id factum admiranti postulatori, Tu quidem, inquit, dignus eras qui peteres, nec acciperes: at hic dignus erat qui acciperet uel non petens. Significans alteri hoc tribuisse regiam familiaritatem, ut auderet quiduis petere: at Euripidis boni uitri pudorem hoc mereri, ut ultro donaretur aliquid.

Idem tonsori gartulo subinde roganti, quomodo te rado, o rex? Silendo, inquit. Alter aliud responsum expectabat, & hinc dicti lepos. Quidam sunt in curatione morosi, Ar/ chelao

chelao satis erat si sileret. Nobis autem interdum etiam cum ebris pariterque loquacibus res est.
 3 Quum Euripides in conuiuio formosum illum Agathonem amplectetur de oscula/
Ciuiliter returque cui iam barba prouenire cooperat. Archelaus amicis dixit, Ne miremini; nam pul-
 chrorum etiam autumnus pulcher est. Ciuiliter excusauit amicum apud amicos.

4 Timotheus citharœdus quum ingens præmium ab Archelao sperasset, ac minus spe
Apte retortu ratis accepisset, palam illum incusabat: proinde aliquando canens hanc particulam, Tu uero
 ro terræ filium argentum laudas: nutu regem denotauit, at Archelaus succinuit. Tu uero
 petis. In Græcis uerbis plus est gratia ob uocum affinitatem, à uerbis, à rebus, id est, laudas, pe-
 tis. Turpiter petit, qui non probat quod petit.

5 Quum à quadam aqua conspersus esset, amicis illum aduersus eum qui hoc fecerat in
Leniter flammatibus, Imò, inquit, nō me conspersit, sed eum quem me esse putauit. Quid hac mo-
 deratione ciuilis? Hoc exemplo facile decet ignoroscere, qui licet in præpotentiam, rati-
 imprudentes delinquunt.

PTOLEMÆVS LAGI FILIVS

1 Ptolemæus Lagi filius plerique apud amicos & cœnare solet & dormire. Quod si quan-
Frugalitas do illos uicissim acciperet cœna, amicorum rebus utebatur, cōmodato sumens ab illis po-
 regia cula, & auæ & mensas. Ipse uero sibi non parabat plura quam exigeret necessitas, sed re-
 galius esse dicebat ditare, quam diuitem esse.

2 Idem quum peragranti Aegyptum, comitibus non consequutis, cibarius in casa pa-
Fames con- nis datus esset, negauit illum cibum unquam sibi uisum suauiorē. Aderat enim optimum
 dimentum famæ.

3 Quum grammaticū notasset in scitiæ, querens ab eo quis esset Pelei pater, uicissimque
Lenitas regia audisset, dic tu prius quis sit Lagi pater: amicis in uitantibus ad tantæ improbitatis uindictam, Si regiū est, inquit, non pati ut à quoquā dicto attingatur, nec illud regium est, quem
 quam dicto laceſſere. Inique petit uindictam, qui prior laceſſiuīt, cuiuscunque dignitatis
 fuerit. Nec suæ dignitatis meminisse debet qui referitur, quum eius prærogatiuam laceſſe
 fendo deposuerit.

XENOPHANES

1 Xenophanes Lagi filius, quum ipsi Hermoneus timiditatem obijceret, q̄ nollet secum
Timiditas tesseris ludere, Fateor, inquit, me nō solum meticuloſum, uerum etiam uehementer meticu-
 laudata lōsum, sed aduersus in honesta. Honesta formidolositas est, quæ deterret à turpibus.

DEMETRIVS ANTIGONI FILIVS

1 Quum Rhodum obſideret Demetrius, & in suburbio coepisset tabulam quandam Pro-
Honos ar- togenis clarissimi pictoris opus, in qua pinxerat Ialyson, id est, Bacchum, Rhodijs per ca-
 tibus duceatores obſeruantibus ut tabulae parceret, respondit, Se citius patris imagines quam
 eam picturam aboliturum. Tantum honoris habuit arti rex.

2 Idem fœdere cum Rhodijs icto, helepolin, id est, machinam quandam à capiendis ur-
Helepolis bibus ita dictam, apud illos reliquit, quæ simul & regis magnificentiæ, & illorū fortitudinē
 testare. Nec hoc inter apophthegmata recensendū erat. Ceterū monumentū illud admo-
 nebat, Rhodū à Demetrio magnifice oppugnatā, ac Rhodios fortiter patriā defendisse.

3 Atheniensium qui defecerant urbem quum cepisset, eaque grauiter rei frumentariae per-
Victor be- nuria laboraret, protinus conuocata contione dilargitus est illis frumentū gratis. Quicq;
 nignus his de rebus loquens apud populum barbarissimum commisisset, uocem quamplam secus
 quam oportuit pronūcians, & quidam è cōfessu quomodo sonanda fuisset dictio loquen-
 tem interpellās admonuisset, Pro hac, inquit, correptione altera quinquaginta meditino-
 rum millia uobis addo. Vtrum in hoc potius miremur, benignitatē in eos qui modo fue-
 rent hostes: an ciuitatē, qui corrīgentis officium nō tantum boni consuluit, uerum etiam
 tanta mercede dignum existimauit?

4 Demetrius quum Megaram occupasset, Stilbontem philosophū accersitum rogauit,
Philosopho num quis militem aliquid rerum abstulisset, Nullus, inquit. Nemine enim uidi qui sciens
 bonos has
 bitus tiā raperet. Sentiens sola animi bona non esse bellorum violentiæ obnoxia.

5 Rursus quū Demetrius abductis omnium ciuiū seruis Stilboni diceret, Ciuitatem ue-
 stram liberā uobis relinquo, Recte, inquit Stilbon, nullū enim in ciuitate seruum relinquis.

6 Lysimachus Demetriū impetrante conuicijs, dicenteque, Lamiam sibi uisam meretricē de-
 scena

Scena tragicā prodeuntē. hanc erat amica Demetrij magnifice culta. Demetlius respondit, meretricem Lamiam esse modestiorem meliusq; moraram, quām ipsius Penelopen: coniugem illius notans.

Quum legatis à Demetrio ad Lysimachum missis, Lysimachus per ocium narraret ali⁷ quādo, quomodo coactus ab Alexandro cum ferocissimo leone colluctatus fuisset, & cl^{Lamia regis} catrices ostenderet in cruribus ac brachijs ē ferē ungulis relicta, legati dixerunt, & noster rex graues ferē Lamiae morsus in collo gestat: notantes suauiorū atriatoriorū uestigia, si mulalludentes ad lamiam beluam.

Nemo Demetrio fuit utraq; fortuna exercitator, Itaq; solet in fortunam illud Aeschy-⁸

σύ θεμάτων τοις λαζαρέων μοι σύρεται. id est,

(li dicere. Fortuna ui
tisitudo

Tu me extulisti, tu ipsa rursus deficis.

Quum Erasistratus Demetrio Antiochi filij mentem qua mori destinarat, indicasset, fl⁹ multq; fassus esset, huius affectionis causam esse atmorem: Demetrius qui adolescentē uni^{Pietas mira} ce adamabat, per omnia multis cum lachrymis cōspit obtestari, ut illius incolumentati cōn^{In filium} suleretur. Quum Erasistratus addidisset, immēdicabile malū esse, quod in ipsius uxorem deperiret. Hoc auditio Demetrius multo uehementius cōspit obtestari, ut ob salutem filij cederet illi suam coniugē. Ista, inquit, o pater, tibi facile dicuntur, sed aliud diceres, si tuam coniugē Stratonicē adamaret. Hic quū rex deos cōprecaretur, ut liceret amore filij cōmu^{tare, & à medici coniuge in suam transferte, nihil se non factum, si modo liceret sequare} filium, Erasistratus patris dextram amplexus. Nihil est, inquit, o rex, in quā iam Erasistra^{to indigeas. Etenim quū & pater sis, & maritus, & rex, optimus eris tuā familiā medi^{cus. Non enim in coniugem meam, sed in Stratonicē tuam Antiochus deperit. Post hēc}} Demetrius edixit, ut Antiochus rex, Stratonicae quam filio cessit, regina nominaretur.

In machinis bellicis in tantum ingenio arteq; præcelluit, ut merito de illo iactatum sit,¹⁰ Demetrij machinas magnitudine sua etiam amicis stuporem, pulchritudine uero etiam hostibus adferre uoluptatem.

ANTIGONUS SECUNDVS SECUNDVS

Antigonus secundus, quum Demetrius pater esset captus, ipsiq; per amicū in hoc mis¹¹ sum mandasset ne curaret, si quid scriberet à Seleuco compulsus, neq; ciuitates illi crēde^{Pietas in} ret; ultro scripsit ad Seleucum, eedens illi totam ditionem, seq; obsidem offerens, si Demetrius pater dimitteretur. Hic pietas certabat cum pietate. Pater sui negligens, uolebat pat^{patriam} ci filio filijq; regno; filius contrā, patris libertatē & regno & seipso p̄torem habuit.

Quum pugnaturus esset aduersus Ptolemaei milites, gubernatorq; admoneret plures esse naues hostium, Pro quot, inquit, nauibus suppatasq; ego hic præsto sum: Sentiēs ad Oculus do uictoriā plurimum habere momenti, si strennuus imperator præsens regat exercitum, mini^{mini} Ptolemaeus autem tum suis non aderat.

Quum aliquando cederet hostibus imminentibus, aiebat se non fugere, sed utilitatem³ à tergo sicam persequi. Sentiens non esse turpe fugere, quoties magis expedit hosti dare lo^{Fuga exēt.} cum q; conserere manus. Dicū gratia in hoc est, quod quum fugere & persequi sint con^{sata} traria, ille fugiens interpretabat sese persequi magis q; fugere. Persequimur enim hostem, & persequimur id quod studiose expetimus.

Adolescenti cuidam qui partem habuerat fortē, quāq; ipse non admodum, ut vide⁴ batur, bonus erat miles, postulanti ut patris stipendia caperet. At ego, inquit, o adolescent^{Sua quisq; uit} tule, nō ob patrías, sed ob proprias ciuiusq; urbi uittutes mercedem ac munera dare soleo.^{tute committ} Hoc sermone, iuuenem extimulans, ut patris fortitudinem æquaret, si quantum ille caperet, re solet uellet accipere. Apud Græcos maior est dicti gratia ob uocum affinitatem, avōs & yelias mūsae yelias, quā uox posterior ad prioris initiationem efficta est.

Zenone defuncio, quem unum ex philosophis maxime suspiciebat, dicere solet, gesto⁵ rum suorum theatrum esse sublatum, quod ad filius uiri iudicium potissimum componeret. Placere bonis suas actiones, quem unum p̄t uultis hominum milibus habebat.

LYSIMACHVS

Lysimachus in Thracia superatus a Diomedeta, quum ob sitis impatientiam tum se⁶ tum exercitum dedidisset, posteaquam iam facilius captiuus, Odis, inquit, quam breuis uoluptatis gratia mē ex rege feci seruum?

Tom. 4.

t. 2 De Phis

De Philippide quod hic habebatur referetur suo loco, neq; enim hoc est apophthegma Lysimachi, sed Philippidis.

7 Idem offensus libertate Theodori, dixit illi, Quoniam istis eras moribus, patria te eie^{xit}, cit. Sanè, inquit, quod me ut Semele Bacchum ferre non posset. Sentiens se maiorem esse censatum quam ut à malis ferri posset, à quibus tamen nō tam suo quam ipsorum malo pulsus esset. Semele Bacchum conceperat ex loue fulminante, quumq; foetum igneum ferre nō posset, infans executus est, & Iouis femori insutus.

ANTIPATER

8 Antipater quem didicisset Parmenionem ab Alexandro esse interfectum dixit, Si Par Amicitie menio struxisset insidias Alexādro, cū fidendum est? Si non struxit, quid agendum? E regum rat Parmenio uelut alter Alexander in rebus militaribus. Si tantus amicus fecellit, non est autum cuiquam amico fidere: si Alexander nihil commeritum sustulit, præstat à regum negotijs abstinere.

9 De Demade oratore iam grandatio dicere solet, Demadis ut immolatae victimæ, nis Venter & hil superesse præter linguam & uentrem. Nam uenter ex hostia abiectebatur, & lingua da batur præconi. Ita senex orator tantum loquebatur. Loquacitas enim crescit cum ætate. Tradunt autem Demadem luxui gulæ fuisse deditum, unde & Phocionis reprehendit frugalitatem.

ANTIOCHVS TERTIVS

10 Antiochus tertius scripsiterat ciuitatibus, ut si quid per literas iuberet, quod aduersaretur legibus, ne curarent, perinde quasi ipso nescio scriptum esset. Interdū enim principes dum metuunt quosdam offendere, scribunt quæ fieri nollent. Quicquid aut pugnat cum legibus, hoc uelut insidente principe cœtatum haberi decet, quum ipse nihil aliud sit quam tegum minister.

11 Idem quum Diana sacerdotem uidiisset supra modum eleganti forma, continuo soluit Epheso, ueritus ne uis amoris aliquid ipsum facere compelleret, quod phas non esset. Immane quantum absunt ab huic etiæ principiis religione Christiani milites, qui deo dicas uirgines constuprare pro ludo ducunt.

ANTIOCHVS QYARTVS

12 Antiochus cognomento Accipiter, cum fratre Seleuco pro regno bellum gerebat. At Pietas in ubi Seleucus à Galatis uictus, nusquam appareret, sed interfectus in prælio crederetur, de fratre posita Antiochus purpura, pullam uestem induit: rursus paulo post quum audisset illum esse incolumem, pro latè nuncio dñs immolauit, fecitq; ut ciuitates ipsi subditæ coronas gestarent. Solent fratrum iræ si quando inciderint, esse acerrimæ: solet regni cupiditas nihil impium aut nepharium ducere. At hic hac moderatione regnum ambijt, ut fratre uel let incolumem. Quanq; non uideo quur hoc debeat inter apophthegmata recensi.

EVMENE'S

13 Eumenes insidijs peritus à Perseo, credebatur extinctus. Is rumor quum Pergamum Humanitas esset perlatus, Attalus eius frater imposito sibi diademe, ductaq; fratris uxore, regnum fratrum occupauit. Cæterum quum audisset illum uiuum, ut solet, profectus est illi obuiam unam cum satellitibus hastam gestans. Eumenes autem amater illum amplexus dixit in aurem, Ne festines ducere priusq; me mortuum uideris: nec præterea per omnem uitam ullam offensi animi significationem uel dicto uel facto dedit: quisnam moriens fratri & uxori regnum reliquit. Cuius animi memor Attalus, quum multos ex se liberos haberet, nullum tamen regno educauit, sed Eumenis filio posteaquam adoleuisset, adhuc uiuens principatum tradidit.

PYRRHVS

14 Pyrrhus Epirotarum rex, quum à filijs etiamnum pueris interrogaretur, Cui nostrum virtus suæ relinques regnum? Quicunq; inquit, uestrum acutiores habueritensem: significans se cedit non ætati daturum principatus successionem, sed virtutem. Hoc stimulo liberos omnes ad certamen fortitudinis excitauit.

15 Interrogatus uter melior tibicen uideretur, Python ne an Charissus, Polysperches, in Ars imbellis quid, Is erat egregius dux exercitus. Cötempsum artem imbellem, & utrique prætulit strenuam ducem.

Bis com-

Bis commissio cum Romanis prælio uicerat, sed desideratis compluribus amicis ac du- 16
tibus: hic Pyrrhus. Si uno, inquit, adhuc prælio Romanos uicerimus, auctum fuerit de no- Victoria ma-
bis. Quod uicti solent dicere, hoc dicebat uictor, declarans uictoriā magno emptam nōn gnoempta
esse uictoriā, sed calamitatem.

Quum ē Sicilia solueret, frustratus eius uidelicet potiundæ spe, conuersus ad amicos; 17
Cuiusmodi, inquit, palæstram reliquimus Romanis & Carthaginensibus: significans se Magno pa-
certamen hoc cruentum & operosum libenter alijs cedere. Interdum felicius est non afflita randa
qui, quām nimio mercari quod ambis.

Pyrrhus ei cui delectū militum cōmiserat dixisse fertur. Tu grandes élige, ego eos for- 18
teis reddam. Significans institutione fieri bonum militem. Fertur autem Pyrrhus discipli Institutiō
næ militaris optimus fuisse magister.

Idem dicere solet, plures urbes Cineam oratione subegisse. q̄ ipse cepisset armis. Erat 19
aut Cineas Thessalus vir magni ingenij, qui audito Demosthene ad illius simulationem Eloquens,
se contulerat, sed uim præcipue exprimens. Confirmatū est itaq; quod dicit Euripides,

τῶν θεραπειῶν θεοί,
δε τοισθέος πολεμών σφεδόν αὐτόν. id est,
Cuncta sermo conficit,

Quæcunque ferrum efficere possit hostium.

Quum rebus feliciter gestis domum redisset, & à suis aquila diceretur, Per uos, inquit, 20
aquila sum. Qui enim non essem, quum uestris armis uelut pennis subleuer: Modestissi- Aquilam
us glorioſi cognominis laudem in suos milites transferens, uitauit inuidiam. nubibus

In Ambracia quū amici suaderent, ut quendā maledicū multa in ipsum blaterantē ex- 21
pelleret, Satius est, inquit, ut hic apud paucos nobis maledicat, q̄ apud oēs obāmbulans.

Quum Athenas uenisset, & ingressus arcem Palladis rem diuinam fecisset, eodem die 22
descendens ex arce, collaudauit quidem Atheniensis erga se fiduciam, cæterū admonuit, Reges non
si saperent, ne post hac cuiquam regum portas aperirent. Significans omnibus regibus na- admittendū
tura inuisam populi libertatem.

Meton quidam, quum in concione Tarentini traxerent de bello suscipiendo, deq; Pyr- 23
rho ascendo, sumpta corona & lucerna, præcedente tibicine uelut ebrius comedebun- Sapiens sub
dus uenit in forum, atq; ut fit, alijs appludentibus, alijs ridentibus, nonnullis etiam ad ca- stulti pers-
nendum hominem inuitantibus, processit in concionem, ac tanquam cantaturus adstitit. jona
Silente uero turba dixit, Recte facitis uiri Tarentini, qui iocari ludereq; dum licet, qui ue-
lunt, permittitis. At qui si sapitis, omnes hac ludēdi libertate fruemini priusquam Pyrrhus
adueniat. Nam tum non nostro, sed illius arbitrio uiuendum erit.

Cineas ut Pyrrhum à bellandi studio reuoçaret, sic per ocium cum illo collocutus est: 24
Romanis feruntur bellatissimi, sed his superatis, quid dein agemus Pyrrhe? Tum Italia, Consiliari
inquit Pyrrhus, totā occupabimus. Hic denuo Cineas, quid Italia subacta? Sicilia, inquit prudens
Pyrrhus, proxima est. Tum Cineas, num hic erit militare finis? Nequaquam, inquit Pyr-
thus, sed hæc tātum præludia sunt ad res maiores. Superest Libya & Carthago. Recite, in-
quit Cineas, nam his potitus facile & Macedoniā recipies, & Græciā dominaberis. Sed
deletis omnibus, quid tandem faciemus? Hic arridens Pyrrhus, tum, inquit, ocū agemus
ō beate, & quotidie Cothon erit, mutuisq; sermonibus nos inuicem delectabimus. Tum
Cineas, At quid uetat ō rex, quo mīnus nunc iam isto ocio, isto Cothone & multis sermo-
nibus perfruamur? Nunc enim citra negocium suppetit nobis ea facultas, quam per san-
guinem, per molestias, per pericula tum nostra tum aliorū sequimur, incerti an aſſecuturi.

Quum Pyrrhus rex falsas aduentus sui causas prætexens Laconicam inuasisset diri- 25
puissetq; Lacedemoniorum legatis expostulantibus quod non indicio bello Laconicam inexpectata
inuasisset, Nec uos, inquit, Spartani, quod facturis estis, prius alijs denunciatis.

In uictoria Tarentina Romanorum militum uirtutem, ac ducum prudentiam admir- 26
atus exclamauit, ō quām facile erat orbis imperiū occupare, aut mīhi Romanis mīlitibus,
aut me rege Romanis. Ita Florus in epitomis lib.t.

ANTIOCHVS

Antiochus ille qui bis exercitū duxit aduersus Persas, quum inuenatu quodam feratn 27
insequitur, aberrans ab amicis ac fathulis in casath patuperum quotundatn, quibus igno-

tus erat introitumque inter cœnam iniecta mentione regis, audiuit quod cætera quidem pectoribus esset, sed plerasque functiones mandaret amicis improbis, ipse ad eorum facta connivens: tum quod itinmodico uenandi studio frequenter necessaria negligeret. Ad hæc tum temporis nihil respödit, nec quis esset prodidit: uerum ubi diluculo satellites uenissent ad casam, iamque agnosceretur, allata purpura simul cum diademate, Age, inquit, ex quo uos indui, heri primum uera de me ipso audiui. Nam ferè hoc studio est his qui uiuunt in aulis principum, ne quid audiant nisi blandum auribus.

28 Idem quum urbem ob sideret Hierosolymam, Iudeis ad maximum illud festum celebriteritas in brandum septem dies potentibus, non solū eos concessit, ueruimetiam tauros auratis cor hostes nibus ad ornatos, magnamque thymiamatum & aromatum uim usque ad portas urbis cum pompa solenni deduci iussit, traditaque illorum sacerdotibus hostia ipse in castra rediit. Ius dæi uero regis benignitatem admirati, protinus à festo peracto in fidem illius sese dedevrunt. Hoc ut bellum est strategema, ita nihil habet apophthegmatis, unde probabile est, à studio quo piam adiectionem in Plutarcho.

29 Antiochus quum à L. Scipione ultra Taurum montem sub motis imperij finibus, Asia prouinciam, uicinasque ei gētes amisisset, gratias egit populo Romano, quod magna parte curarum per eos liberatus esset. Intellexit uir prudens, unius hominis animū, quam uis uigilantem, non posse tot negocij parem esse.

GRÆCORVM DVCVM APOPHTHEGMATA

THEMISTOCLES

1 Themistocles quum esset adolescens, in compotationibus ac mulierum amoribus uerbi gloria studiū latabatur. At posteaquam Miltiades facilius imperator apud Marathonem deuiciisset barbaros, iam nullus offendit illum quicquam agentem præter decorum. Percontantibus autem unde sic esset repente mutatus, Miltiadis, inquit, trophæum non patitur me dormire neque cessare. Gloriæ studium excusserit amorem uoluptatū, clauum, ut aīunt, clavo.

2 Interrogatus utrum Achilles esse mallet, an Homerus. Dic ipse prius, inquit, utrum malis esse uictor in Olympijs, an præto qui uictores pronunciat: sentiens multo præstantius esse res egregias gerere, q̄ gestas celebrare, Homerum præconi conferens.

3 Quum Xerxes ingenti illa classe descenderet in Græciam, Themistocles metuens ne corruptela Epicydes Demagogus, homo turpiter lucri avidus, ac formidolosus, si natus esset imperium perderet ciuitatem, pecunia data illi persuasit, ut à militari præfectura abstineret. Ne munerum hoc quidem uideo quur inter apophthegmata debeat cōmemorari.

4 Adimātus abhorrens à pugna nauali, ad Themistoclem qui Græcos huc hortaretur Retortum trimen incitaretq; ita loquutus est: ô Themistocles, qui in certaminibus ante alios prosiliūt, mos est flagris cædere. Cui Themistocles, Sic est Adimante, ut dicas, sed nec eos qui se subducunt coronat quisquam. Adimantus notauit in Themistocle præcipitem audaciam, ille uicissim illum insimulauit formidolositas, qui quum opportunitas inuitaret, detrectaret pugnam,

5 Quum Eurybiades baculum sustulisset in Themistoclem obstrepen tem, Percute, in Fiducia quit, sed tamen audi: præsens animus & suo fidens consilio.

6 Idem quum Eurybiadi non persuaderet, ut in angustijs cōmitteret nauale preliū, clam exul in pa tria rex prælio superatus est, nimis pugna cōmissa loco Græcis commodissimo. Post hæc denuo misit ad illum, qui monerent, ut quām posset ocyssime fugeret ad Hellespontum, Græcos enim de soluendo ponte cogitare: hæc callide, quo quā hoc ageret ut Græcos servaret, regis incolumenti prospicere uideretur. Hoc ingenio Græciam à barbaris liberauit, non minore gloria, quām Miltiades retulerat ex Marathonia uictoria.

7 Seriphio cuidam obijcienti, q̄ nō ex se se, sed ob urbis nobilitatem celebris esset, Vera, inquit, prædicas. Neque enim ego si Seriphius essem, clarus essem; neque tu si Atheniēsis. Nō inficiatus est, urbis celebritatem nō nihil facere ad illustre nomen, sed illum esse tam ignavum, ut eiām si fuisset natus Athenis, nihilominus fuisset obscurus futurus.

8 Antiphates adolescens q̄ prius Themistocle amantem fuderat ac fastidierat, ubi uidit illum

¶ Nam gloria celebrem, potentiaq; magna pollutem, ulro adiit illum blandiehs: cui Thē
mistrocles, o adolescens, sero quidem ambo, sed tamen sapere cœpimus: sentiēs illum non
arripiisse occasionem sese offerentem, sibi uero nunc non uacare per negotia talibus affe-
ctibus indulgere.

Simonidi petenti ut in negocio quodam sententiam iniustam pronunciaret, Neque tu, 9
inquit, bonus poeta fueris, si præter musicę modulos caneres: neque ego princeps bonus, iuste
si contra leges pronunciem.

Filiū quem mater adamabat, atq; in delicijs habebat, plurimū omnium Græcorum 10
posse colligebat hunc in modum. Athenienses, inquit, dominantur Græcis, ego Athenien- Affectus
sibus, mihi mater, matris filius. priuati

Quum ex procis filiæ uirum probum diuiti prætulisset, quibusdam hoc admiratibus, 11
Malo, inquit, uirum absq; pecunia, quām pecuniam absq; uiro. Vir strenuuus facile para- Vir pecunia
bit pecuniam, ignauo pecunia ihutilis est. potior

Quum prædiū uenderet, iussit præconē hoc addere, q; bonum haberet uicinus: sentiēs. 12
suxta Hesiodū, ex bono uicino plurimū esse utilitatis, ut contrā, ex malo noxē plurimum. Vicinus

Atheniensibus ipsum contumelia affientibus, Quid tumultuamini, inquit, aduersus bonus
eos, à quibus sæpumeto fuitis affecti cōmodis: Aiebat autem se similem platanis, sub 13
quarum umbra accurrunt homines afflicti tempestate, & easdem simul ut rediit serenitas Ingratitud
uellunt, conuicijsc̄ petunt: sentiens hunc esse populi morē, ut in belli periculis implorent
opem fortium uirorum, in pace contemnant ac uexent eosdem.

In Eretienses ita cauillari solet, ut diceret eos similes pīciū, qui gladioli uocantur, 14
quippe qui gladium quidem haberent, eor autem non haberent: notās illorum ignauiam, Armata ita
quod armatis non adesset animus.

Posteaquam Themistocles primū Athenis, mox tota Græcia depulsus, ad Persarum 15
regem cōfugisset, admisus iussus est dicere: at ille respondit, orationem similem esse pīciū
ratis stragulis. Nam quemadmodum, inquit, illæ dum extenduntur ostendunt imagines, /
dum contrahuntur, cælant easdem & abolent: itidem fit in oratione. Petiit autem anni spa- /
tium, ut interim Persicam linguam suo arbitrio perdisceret, ne regi per interpretem coges- /
tur ea quæ sentiret explicare. Diffisus est interpreti, qui dum quādam omittit, quādam
addit, quādam aliter narrat, perdit orationis gratiam. Vbi uero multis muneribus à rege
est honoratus, citoq; factus diues, dixit o pueri, perieramus nisi perissemus. Perire uidet
qui cogitur exulare, at Themistocli feliciter cessit exilium.

Quum Xerxes expugnat Thermopylis crudeliter tractasset Astum, & hac fama per 16
territū clasiarij, cogitarent de repetenda domo, idq; plerique suaderent, solus Themisto- Cōiuncti
cles obstitit, dicens eos uniuersos hostibus fore pares, dispersos uero perituros. Ita Pro- uires
bus Aemylius.

Themistoclis paedagogus dicere solet, Nihil, inquit, mediocre futurus es o puer. Nam 17
magnum bonum eris reipublicæ, aut magnum malum. Generosa indeles si accedat recta Nil medium
institutio, magno bono est patriæ: sī ad uitia degeneret, ingens adfert malum.

Quoniam adolescentis feroci mutabiliq; ingenio uidebatur, miratibus mutatos mores, 18
dicere solet, Asperos et indomitós pullos in optimos equos euadere, si quis illis adhibeat
disciplinam rectamq; institutionem.

Ad Olympiæ celebritatem profectus quum in stadiū processisset, omnes neglegitis cer- 19
taminibus oculos in ipsum intenderunt, in eoq; contemplando diem totum consumps- Gloria duci
runt, ac Themistoclem illum cum plausu & admiratione peregrinis ostenderūt. Ea re lœ-
tus uir gloriæ cupidissimus dixit amicis, se eo die laborum quos pro Græcia suscepisset,
omnium fructum amplissimum reportasse.

Idem facilitate morum multas ciuium sibi conciliarat, atq; hinc popularem potentiam 20
adeptus. Itaq; cuidam ipsum admonenti, bene principatū geres Athenis, si cunctis æqua-
lis & communis esse uoles: respondit, Nunquam ei sellæ insederim, unde nihilo plus à me
ferrent amici quām alieni.

Idem ludum præteriens, in quo diceretur esse professio, rogauit quid is profiteretur: 21
quum responsum esset, artem memoriam: contempsit, dicens, At ego malim artem obliu- Memoria
scendi. Vox hæc digna fuit eo qui lingua Persicam intra annum potuit ediscere. Et sunt

quorum obliuio nobis gravior sit q̄ memoria. Facile meminimus quae uolumus, at non licet obliuisci quae uolumus.

22 Quum aliquando theatrum peteret, interroganti cuidam, cuius uocem esset libentissime auditurus, Eius, inquit, à quo artes meæ quamoptime catherentur. Ingenue fassus, se magno gloriae studio teneri. Solent autem olim musici in publico virorum illustrium laudes canere.

23 Quum aliquando ad mare uisendi cadauera gratia accessisset, ac torques armillas que predationem pâlsum disiectas uideret, ipse quidem præteriit, sed amico qui sequebatur dixit, Collige tempta tu tibi, nam tu Themistocles non es. Ne tam obuia quidem præda commoueri potuit, ut quicquam ageret indignum egregio duce, cui gloria debet esse satis magnum virtutis præmium.

24 Quum apud Andrum argentum peteret, Duos, inquit, ad uos adduco deos, uim ac Dijus & suasionem: significans, si minus impetraret suadendo, se ui erupturum. At illi responderunt, apud se quoque duas magnas esse deas, inopiam & impossibilitatem, per quas non liceret dare quæ petebat.

25 Ab Artabano regis Persarum satrapa rogatus, quem Græcorū diceret aduenisse, Hoc, optimi eius inquit, ante regem nemo sciet Artabane. Senserat Artabanus è colloquio, non esse uulgariter rem hominē. Themistocles autem ignotus esse studuit, donec se regi suapte oratione commendaret. Rex audito Themistocle, precatus est deum suum Atrimenium, eam mentem immittere pergeret hostibus suis, ut eiusmodi viros à se expellerent.

ARISTIDES

1 Aristides cognomento Iustus, semper suo unius præsidio fretus, rem publicam administrabat, à sodalitatibus abhorrebat, uelut ab amicorum potentia, quæ ad iniuriam alij insidias ferendam adderet animū. Quantum ille vir abhorruit ab omni factione, qui non ob aliud uitabat amicitias, q̄ ne per illas adigeretur ad aliqd faciendū quod iustum non esset, aut cogeretur abstinere ab eo quod iudicasset re publice conducere. Nunc mundus undique plenus est sodalitatibus, sed titulis plausibilib. ac religionis lenocinio cōmēdatis. Nec his fortasse dedisse nomen expedit uiris insigni virtute præditis, eō q̄ maior pars, quæ ferè de terior est, sāpe cogit facere quod nollet, aut absistere ab eo quod erat factu optimum.

2 Quum Athenienses eō cōcitatī essent, ut Aristidem ostracismo, id erat damnationis genus quod testulīs peragebatur, in exilium agerent, ac rusticus quidam illiteratus testulam ad eum deferens iussisset ut Aristidis nomen inscriberet. Nostī ne, inquit Aristides, Aristidem? Quum ille negasset se nosse, moleste tamen ferre, quod Iustus cognomine diceretur: filiū Aristides, & nomen suum inscripsit testulæ ac redidit. Tam leni animo ferebat iniustam damnationem. Grauisimum autem uitæ innocenter actæ testimonium, è tanta multitudine neminem extitisse qui aliud obijceret quam Iusti cognomē, quod ipse tamen sibi non imposuerat.

3 Erat illi similitas cum Themistocle. Huic quum déleclis esset collega ad peragendam legationem, Vis, inquit, Themistocles ut in his montibus similitatem deponamus: Nam si uidebitur, reuersi illā resumemus. Priuatos affectus publice posthabuit utilitati. Ex his enim ferè omnīs humanæ uitæ pernicies nascitur.

4 Quum Græcis tributa indixisset, tanto pauperior rediit, quantū absumperat in peregrinatione. Atqui in tali genere functionis solent alij messem opimam mettere. Eo magis ille cauit, ne quid suspicionis eiusmodi conflaret sibi, proinde suis impendijs rem gesit.

5 Quum hī uersus, quos de Amphiaraō scripsit Aeschylus, in theatro recitarentur, sanctitas non ficta
 οὐ γέρθειν αρίστος, ἀλλ' ἔνθηλφ.
 Βαθέων αὐλακούσια φρεγνὸς λαρπόσμενος,
 ἀφ' ἣς τὰ λειτνὰ βλαστῶν βγλόνυματα. id est,
 Nec enim uideri, at esse studet vir optimus,
 Segetem profundam mente studiosa colens,
 Consilia quando hinc germinant salubria.

totus populus in Aristidem uertit oculos, agnoscens hoc laudis in eum competere,

6 E concione quadā, in qua frustra Themistocli obstiterat, discedens clara uoce testatus est, res Atheniensium incolumes esse nō posse, nisi & ipsum & Themistocle in barathrum coniūcerent

congerent: prius habens in carcerem ire, quam ob duorum simultatem minus recte consuli publicis commodis.

Quendam reum egerat: at quum iudices post Aristidē accusationem nollent audire ⁷ seum, sed protinus ad suffragia quibus eum damnarent properarent, Aristides supplex Aequitas pro reo intercessit apud iudices, ut eum iuxta legum præscripta diligenter audirent. Tāsa erat in uiro legum æquicōs obseruatio.

Quum inter duos priuatos causam cognosceret, & alter quo Aristidē irritaret in aduersarium, extra causam multa cōmemoraret, quibus ille læsisset eum, Aristides interpelv⁸ Extra causam lans hominem, Ista nūc, inquit, missa fac bone vir, & si quid te læsū eloquere: tibi enim in præsentia, non mihi iudex sedeo.

Fuit & procurator fisci, quod mīnus quum sanctissime gesisset, tamē à Themistocle delatus est, ac repetundarum damnatus. Sed optimatum fauore non solum illi multa remissa est, uerum etiam etdem redditus est muneri: quod per simulationem sic admīnistrā vit, ut omīssa pristina seueritate, lenem se facilemque præberet h̄s qui publico malo gaudent ditescere. Horū opera factū est, ut populus tertio munus summis fauoribus eidē deferret Aristidi. Tum ille, Ob integrē gestum munus damnatis, nunc quoniam præter æquum ⁹ Damnatis in multa concessi ciuitatis expilatoribus, honore dignum iudicatis. Hoc igitur honore delato, plus mihi dedecoris afferri puto, quam damnato ac mulctato irrogatis. Norat quibus artibus posset fieri gratiosus apud populum, nisi maluisset iustus esse quam plausibilis. Si mile quiddam apud Terentium facit Demea.

Quum iret exulatum, sublati in cœlum manibus deos comprecatus est, sic prosperarent res Atheniensium, ut illis Aristides nunquam ueniret in mentem. In rebus enim afflitis soler populus ad egregios viros cōfugere, id quod evenit. Siquidem tertio post anno neglectus quum Xerxes Atticam adorari statuisset, Aristides ab exilio reuocatus est.

Themistocles in concione dixit, se reperisse consilium quod summopere pertineret ad dignitatem Atheniensium, sed id eius esse generis, ut proferrit non expedire: populus censuit ut uni Aristidi indicaret, si is probaret, probaturos omnes. Quum igitur Themistocles indicasset Aristidi, se de incendenda Græcorum naual statione cogitare: sic enim forte, ut Athenienses toti Græciæ dominarētur: Aristides ad populum prodiens dixit, Themistocles consilio nihil esse utilius, sed eodem nibil in honestius. Hac audita uoce, populus uetus ne super ea re in posterū uerba faceret Themistocles. Hic certe populus quiddam philosophicum præsticit, repudians utilitatem cum turpitudine coniunctionem: simulq; declarauit quanta sit speciatæ uirtutis autoritas, qui non dubitarit reipublicæ fortunā uniuersiū audicio committere.

Quum Themistocles irriteret Aristidis consilium, hoc agentis ut census esset in tutto, dicens eam laudē non esse uiri, sed scrinij tuto seruantis aurum: deinde summā boni ducis laudem definiret, scire ac præsentire hostium consilia. Et istuc, inquit, o Themistocles faciendum est, sed in primis oportet habere manus abstinentes, atq; hac egregij ducis præceptua laus est. Hoc sermone taxauit Themistocles rapacitatem.

Quum Aristides duceretur ad suppliciū, quidam inimicus expuit illi in faciem, ille nūc ¹³ bil quam abstersit faciem, & subridens ait magistrati comitati, Admone istum, ne postea tam improbe oscitet. Huic simillimum est quod adscribunt Phocioni.

Marcus imperator triduum commoratus Smyrnæ, quoniam nondum uiderat Aristidem, enīsit Quintilio qui illum stipatū adducerent. Quur, inquit Cæsar, te sero uidemus? Quoniam, inquit, consideratio quædam me impedit. Tum Cæsar hominis simplicitatē delellatus, Quādo, inquit, audiam te? Hodie, inquit, propone, & cras audi. Non enim sumus de numero uomentium, sed exacte loquentium. licet ne o imperator adesse familiæ dictionis. Licebit, inquit Cæsar, est enim negotium publicum. Rursus Aristides, Concedatur, inquit, illis tum acclamare, tum applaudere quantum possunt. Hic arridens Cæsar, Istuc, inquit, in te situm est.

Idem dixit, Arimaspas esse cognatos Philippi, quod ea gens gignat uniculos.

MYRONIDES

Myronides creatus dux exercitus aduersus Bœotos, edixit ut Athenienses exirent. Quoniam aut adesse congregandi tempus, ducesq; monerent nondum eōs adesse, Adiūc, inquit

itque, qui pugnaturi sunt. Hos itaque quum uideret promptos, hostem aggreditus uicit; sic interpretans eos qui ob ignorantiam non studuisse tempestive adesse, ne in pugna quidem bonam operam hauatueros.

PÉRICLES

15 Péricles quoiescunq; bellū dux creakus esset, chlamydem induens apud se dicere con-
Imperium in sueuit, Attende Péricles, quod gesturus es imperii in liberos, in Græcos, & in Atheniens
liberos ses. His dictis se vir cordatussimus hortabatur ut moderate gereret principatū. Magni in-
genij est imperare liberis; at Græci plusquam liberi tum erant: postremo inter Græcos li-
berissimi Athenenses.

16 Suadebat Atheniēsibus ut Aeginam tollerent, ueluti Pyrei pituitam, quod inde suspic-
Noxia tollēda caretur bellum oriturum. E corpore malos humores tollere medicorum est.

17 Amico rogansi ut pro se falsum diceret testimonium, cui adiunctum erat iusurandum,
Vsg ad aras hoc est, perjurium respondit, se quidem amicum esse, sed usq; ad aram: senties aliquousq;
gratificandum amicis, sed circa violationem religionis.

18 Morturus hoc nomine sibi gratulabatur, q; ipsius causa nullus Atheniensis pullā ue-
potentia stem induisset: significas se nulli causam mortis fuisse, nec ulli die ab ipso capitis dictu. Pul-
linoxiā lati sunt qui mortuū lugent: & olim capitīs reum artici pullati pullatū comitabantur.

19 Prætor collegam sortitus est Sophoclem poetam: quumq; simul nauigarent, ac Sopho-
pudice cles conspectio formoso puerō dixisset, En q; speciosus puer, Decet, inquit, o Sophocles
prætorem non modo manus, sed & linguam habere continentem.

20 Quum Thucydides uociferaretur apud populum aduersus Periclem, q; in picturas
Glorie stis ac statuas summorum artificum profunderet reipub. census, ipse assurgens rogauit populo.
malus Videretur ne multum impendisse: quo respondeente, plurimū, Age, inquit, sint igitur hæc
mihi impensa non uobis, atq; ipsis donatijs deorum meum tantum nomen inscribā. Hæc
uox subito mutauit animū populi: iussitq; ut publicis impendijs pergeret, nec ullis parce-
ret sumptibus. Tantum ualeat animus præsens, & sermo aculeatus.

21 Quum deuictis Samijs Athenias reuerlus pro concione laudasset eos qui in bello ceci-
Alien curare derant, cæteræ matronæ redeuentem e concione coronis ac uitris decorarunt. Elpinice Ci-
monis soror propius accedens dixit illi, Praeclara sunt ista quæ gessisti, & coronis decoran-
da, qui nos tot fortibus uitris spoliasti. Ad hæc aliaq; conuicta nihil cōmotus Péricles, tan-
tum arrisit, nec aliud respondit quam versiculum Archilochi,

οὐκ τὸ μῆνας γράψεις εἰπεῖσθαι.

Vnguento anus quum sis caueto inungier.

• Significans publica negocia nō esse curanda uetus. Tam enim hoc indecorū quam tur-
pe foret eam unguentis uti. Aut sensu, indecorū esse iam anui mariti desiderio teneri.

22 Subito oborto solis defectu quū Péricles uideres alios multos, sed præcipue classis gue-
Animo bernatorem, vehementer perturbatos, chlamyde sua texit gubernatoris faciem, interro-
gauitq; Nunquid hæc horrendū ostentatum existimaret: illo negate, Quid interest, inquir-
igitur, nisi q; chlamyde maius est id quod nunc tenebras inducit. Senit ut prudens in ex-
uentu lunæ nobis ap̄scondi solem, quemadmodū opposita chlamys impediens aliorum
aspectum: nullum autem esse ostentum quod natura fit.

23 Péricles Ariphroni uolenti in publico præconio quæri Alcibiadem, qui adolescēs clami-
Civiliter domo egressus, adamicus Democratem se contulerat, obstitit dicens, Si forte nobis in-
scens pernit, præconio nūdū aliud ageretur, quam ut uno tantum die ciuitatis manifestum fiat il-
lum interisse: Sin saluus, ne per omnem quidem uitam saluus esse poterit. Civiliter exclu-
dit Péricles adolescentis infamiam, quam nunquam potuisset eluere.

24 Péricles quum à populo uocaretur frequenter, nō auscultauit dicens, οὐωτατος είσαι.
Autoritas Sentiens se non esse cogendū ordinem, nec pro quolibet e media piebe habendum.

A D O B I A D E S

Alcibiades etiamnum puer, quum in palestra nexus quadam constrictus esset, unde re-
tion posset explicare, manū collactato pī mordicus atripuit: illo ditente, mordes Alcibia-
des ut foeminæ solerit: Imo, inquit, ut leones. Hoc de Lacone quadam ante cōmemoratum
est, sed in diuersam sententiā. Tam tu agnoscere erat animum cedere necrum.

Habebat subem quendam inseguipalititudine, emptum drachmarū septem millibus,
hūic

hic amputauit caudam; ac per urbem obambulare passus est. Demirantibus quur id faceret, Ut hoc, inquit, de me loquantur Athenienses, nec alterius rei sint curiosi. Norat ingenij populi, de claris uiris libete loquit male, illi morbo suppeditauit materia leuiorē.

Puer ludum literarium ingressus poposcit Illadēm Homerū, quumq; ludimagister ne gasset sibi esse quicquam Homerū, impegit illi pugnum & abiit: declarās impudenter eum Ludimagister docere literas, qui non semper Homerū haberet in sinu. Quid ille facturus erat, si pro Homo mer quis porrexisset illi Michaelē Modistam, aut Floristam?

Quum aliquando Periclem inuiseret, & accepisset illi tum non esse ociū, propterea 4 quod perpēderet quo pacto posset Atheniēs reddere rationem, Nōne satius fuerit, Ratio reddita inquit, cogitare qui fieri possit ut nō reddat rationē? Notans ita rem gestam, ut non facile populo possit reddi ratio: proclivius aut ēsse in totum effugere rationem, q; bene reddere.

Accitus ab Atheniēs Sicilia ut diceret causam capitū, abdīdit se dicens, eum 5 esse fatuum, qui uocatus in ius querat elabi, quum liceat uitare ne eat. Sentiens cōsultius esse non committere se periculo, quā dare operam ut ingressurus periculum temet expediās. Dicūm Græcis sonat iucundius ob uocum affinitatem, φυγὴ & ἀποφυγὴ. Græcis autem ἀποφυγὴ δίκλω dicitur, qui in iudicū sententia absoluitur: φυγὴ, qui uitat aut fugit.

Cuidam autem dicenti, nō fidis patriæ de te iudicaturae: Ego sane, inquit, ne matrī qui 6 dem: uererer enim ne insciens pro albo calculo nigrum immitteret. Diffidentia

Nuncianti quod ipse cum comitib; morte damnatus esset Athenis. At nos, inquit, de 7 monstrabimus illis Alcibiadēm uiuere: simulq; se ad Lacedæmonios cōtulit, ac bellum Vindicta Decelicum, ab urbe Decelia cognominatū, excitauit in Atheniēs.

Imbutus philosophiae præceptis uoluptates ac arteis indecoras aspernatus est, discipli 8 nas liberales semper amplectebatur. Lyram hoc argumēto rejciebat, quod uocem homi nis imitaretur: ex quo colligere licet, olim qui lyra canebant, simul & uoce cecinisse, ples, tempta strum quod habitum formamq; liberale immutaret in illiberalē: tibiam dupli nomi ne damnabat, & quod sic mutaret oris habitum, ut uix à familiarissimis agnosceretur qui caneret, & quod homini propriam adimeret uocem, loquendiq; facultatem eriperet. Ne mo enim potest simul & inflare tibiam et loqui. Cantent igitur, inquit, Thebanorum filij, qui dicere nesciunt: nobis aut̄ Atheniēs, ut à maioribus accepimus, gentis princeps est Pallas & Apollo, quorum illa fistulam confregit, hic tibicinem excoriauit. Proditum est priscorum fabulis, Palladem ad speculum tibia canentem, offensam oris deformitate, projectam cōminuisse tibiam. Apollo Marsyam canendo uictum excoriauit.

T I M O N A T H E N I E N S I S

Timon Atheniensis quem μαύρθεπον appellat Lucianus, quum erga ceteros esset in 9 humanissimis morib; fugeretq; consuetudinem hominū, solum Alcibiadēm adamabat Amor ob exosculabaturq;. Id admirati Apemanto causamq; roganti, respondit, Ideo sibi charum malum esse adolescentem, q; perspiceret illum aliquando magno malo fore Atheniēs.

Apud hunc quum coenaret Apematus, nam & ipsum ob morum similitudinem ad mittebat, diceretq; pulcherrimum o Timon, hoc nostrum cōuīlūm: respondit Timon, Inhumaniter Ita sane si tu non adesses.

Idem aliquando prodijt in concionem, factioq; silentio quum omnes magnū quiddam 11 expectarent, quod insolens esset Timonem concionari, dixit, uiri Atheniēs, post ædes meas hortulus est, in eoq; ficus, unde multi iam se suspendunt. Eo in loco cōstituistrūturam ponere, proinde uisum est hoc publicitus denunciare, ut si qui etiam uelint se suspendere, maturent priusquam arbor excidatur.

L A M A C H U S

Lamachus castigauit quēndam è ducib; qui deliquerat nescio quid: & quum ille di 12 xisset, Non iterum isthuc committam, Ne possis quidem, inquit, in bello peccate bis. Errator enim in bello mors est.

I P H I C R A T E S

Iphicrates quod sutore patre natus existimaretur, erat contemptuī, ac tum prīmū opī 13 nionem sibi parauit, posteaquam ipse saucius, hostem unā cum armis correptū uiuum in Cantic aduer tricemē suām deportauit. Is quum in amicorum ac sociorum agris haberet exercitum, susomnis ac nis

ac nihilominus & uallum iaceret, & fossam foderet accurate, cuidam dicenti, Quid metuimus? ait, Pessimam esse ducis uocem, haudquaquam putaram. Significans in tranquillissimis rebus interdum existere periculum, quod nullus expectasset. Aduersus inopinatos igitur casus prospexit suis copijs, ne si quid accidisset, dicere cogeretur, non putarā. Hoc Latini transferunt ad Scipionem.

14. Quum instrueret aciem aduersus barbaros, dicebat se uereri ne hostes nō nosserent Iphicratem, quo nomine solet alios hostes terrere. At alij dant operā, ne quis norit ducem.

15. **Intempestiva** Capitis postulatus dixit calumniatori qui litem intendebat, Quale est quod facis homo, quum instet bellum, reipub. persuades ut de me consultet, ac non potius mecum? Sentiens id temporis maxime opus esse ciuitati consilio operaq; Iphicratis.

16. Harmodio prisci illius Harmodij abnepoti, generis probrum per conuictū obijcenti, Meum, inquit, genus à me habet originē, tuum uero in te desj̄t. Hoc imitatus est Cicero.

17. **Dux bonus** Oratori cuidam in concione hunc in modum ipsum interroganti, Quis es ut tam sublimis geras spiritus? num eques, aut sagittarius, aut scutatus, aut pedes? Nihil horum, inquit, sed qui his omnibus imperare didici. Sentiens pulchrius esse, bonum præstare ducem quam quemuis militem.

18. **Miles dives** Idem censebat, militem & diuītarum & voluptatū auidum esse oportere, dicens illum audacijs pericula subiturum, quo suis cupiditatibus suppeditaret.

19. **Eloquentia** Idem in causa obrutus eloquentia patroni, qui Aristophontē defendebat, Aduersariorum, inquit, melior est histrio, sed mea fabula melior. Ut fabula nō nunq; exploditur uitio histrix, ita s̄a pe melior causa uincitur à peiore, patroni infantia stulticiā.

XENAE N E T V S

20. **Probum commune** Xenænetus dux ciuibus exprobratibus sibi quod imperator exercitus fugisset in bello, At uobiscū, inquit, ô chara capita: probrum cum exprobrantibus cōmunicans, neque enim dux persistere potest absq; militibus. Et turpiter obijcit alteri uitiū, à quo ipse nō est immunis.

T I M O T H E V S

21. **Scommata contempnum** Timotheus dicebatur dux fortunatus. Huic inuidentes nōnulli pinxerāt ciuitates ul tro se reti implicare ipso dormiente. Hac cōtumelia nihil offensus Timotheus, ciuiliter respondit, Si tanitas urbes capio dormiens, quid facerem uigilans?

22. **Cantio** Audace quodam milite uulnus Atheniensibus ostentante, Et me, inquit, puduit quod quum ego in Samo dux uester essem, catapultæ telum prope me ceciderat. Significās hoc uulnus illi non factum in prælio cominus pugnant, sed procul. At bono duci adeo caudem, ut ne prope quidem iaculum ullum possit accidere. Vulnus gladio factum fortitudinem arguit, telo factum catapultæ, diligentia signum est.

23. **Magnus non contemptus** Quum oratores Charetem cōmendarent, censentes tales creari debere Atheniensis ducem, Non ducem, inquit Timotheus, sed qui duci suas stragulas portet.

C H A B R I A S D V X

24. **Ducis peritia** Chabrias dicere solet, eos optime ducis munere fungi, qui res hostium quāmmassis me cognitas haberent.

25. **Miser ante tempus** Idem proditionis accusatus est unā cum Iphicrate. Quum autem ab Iphicrate obiurgaretur, quod quum esset in periculo, tamen ad gymnasium itaret, solitaq; pranderet hora, Ergo, inquit, si quid secus de nobis statuerint Athenienses, te squalidum ac famelicum, me uero pransum & unctum occident.

26. **Dux egregius** Quin & illud dicere solet, Formidabiliorē esse ceruorum exercitum duce leone, q; leonum duce ceruo, Sentiens totam bellifortunā pendere à uirtute prudentiāq; ducis.

H E G E S I P P V S

27. **Libertas magna emenda** Quum Hegesippus cognomento Crobelus, Athenienses in Philippum irritaret, quidam ē concione suclamauit, Itāne bellum nobis inuehis Hegesippe? Nā per Iouem, inquit, & pullas uestes, & publicas exequias, & orationes funebres, si uiucturi sumus liberi, nec imperatis Macedonum parebimus. Significans libertatem bene emi magno, nec si né negocio posse seruari.

28. Pytheas quū adhuc esset adolescens accessit in cōcionem, cōtradiclurus decretis quae tum de Alexandro condebantur. Huic quum quidā dixisset, Tu quū sis iuuensis aedes de rebus tantis loqui? Atqui, inquit, quem uos suffragijs uestris deum facitis, me iūiore est.

Pisistratus

PISISTRATVS

Pisistratus Atheniensium tyrannus, quem aliquot amici qui ab ipso defecerant, Phy-²⁹
len occupassent, uenit ad illos stragulas insarcinam colligatas ipse portans. Cæterum il-^{Solerter}
lis quid sibi uellet percontantibus, Ut, inquit, si persuasero, reducam uos: si non persuase-
ro, maneam uobiscum: ob hoc enim ueni cum sarcinis. Egregius animus, qui nollet sine
amicis nec regnare nec uiuere.

Quum mater apud ipsum esset delata, quod adolescentem quandam adamaret, fur/³⁰
timq; cum eo congrederetur, & quidem frequenter præmetu Pisistrati, negante sui co/
piam, adolescentem uocauit ad cœnam: peracta cœna rogauit quomodo habitus esset,
quum ille respondisset, suauiter. Hæc, inquit, tibi contingent quotidie, si matrī meæ pla/
cueris. Admodum ciuilliter & maternis indulxit affectibus, & adolescentem omni ter/
ore liberauit.

Thrasybulus Pisistrati filiam amabat, eamq; quum haberet obuiam, in publico oscula/³¹
tus est: ob id uxori maritum in Thrasybulum iritanti, Si illos, inquit Pisistratus, qui nos ^{Civiiliter}
amant habemus odio, quid faciemus ihs qui nos oderunt? Ac uirginem adamatā Thra/
sybulo dedit uxorem.

Comessatores quidam in Pisistrati uxorem inciderant, multaq; lasciuie in illam tum fe/³²
cerant tum dixerant. Postero uero die iam decocta temulentia Pisistratum adierunt cum ^{Civilitas pri}
lachrymis orantes ueniam. Tum Pisistratus, Vos quidem in posterum date operam ut ^{dens}
sistis sobriū. Vxor uero mea heri nequaquam usquam prodij ex ædibus. Humanitatis e/
rat quod ignouit adolescentibus: pietatis, quod uxoris honoris consuluist, negas tale quic/
quam in illam factum esse.

Quum alteram uxorem ducere statuisset, liberis ipsum percontantibus, nunquid in ip/³³
sis haberet de quo quereretur, Nequaquam, inquit, imo ob id potius alterā duto, quod ^{Retortum mi}
^{re} collaudem uos, cupiamq; mihi & alios istiusmodi liberōs nasci.

DEMETERIVS

Demetrius Phalereus Ptolemæum regem adhortari solet, sibi parare libros, de regno ³⁴
deq; militari imperio gerendo tractantes, eosq; euolueret: propterea, quod ea de quibus
amicī non audent admonere reges, in libris scripta habeantur.

Quum exularet, ac Thebis inglorius humiliq; uiueret, audissetq; Cratetem philoso/³⁵
phum, qui ipsum inuiseret, multa placide prudenterq; de moderate ferendo exilio disse/
rentem, Male sit, inquit, negotijs ac occupationibus, per quas hactenus tam uirum non
licuit cognoscere.

NICOSTRATVS DVX

Nicostratus Argiuus, quem ab Archidamo solicitaretur, tum ingenti promissa pecu/³⁶
nia, tum cuiuscunq; uellet Lacænæ coniugio; ut Cromnum traderet, respondit, Archida/
mum non ducere genus ab Hercule, quod Hercules obiens orbem soleat improbos affi/
cere suppicio, ipse contrà ex probis faceret improbos. Lacedæmonij uero reges hoc no
mine potissimum gloriantur, quod originem ducunt ab Hercule.

EPAMINONDAS

Sub Epaminonda Thebano duce nunquam evenit, ut exercitum intiaderet tumultus
Panicus, qui subito præter causam interdum oboris solet, eum quoq; à Pane deo cre/
dunt immitti, Panicum appellarunt. ^{Prudentia}

Dicere solebat, pulcherrimū esse genus mortis, in bello mori, quod hæc mors primum ²
cum laude fortitudinis cōiuncta sit, modo bellum geratur pro patria: deinde breuis non ^{Mors in bello}
diu crucians hominem, aut paulatim extabefaciens.

Idem dicere solet, militum quibus arma gerenda sunt corpus exercitatū esse oportere, ³
non solum athletice, uerum etiam militariter. Nam athletæ tantum hoc agunt, ut corpore ^{Obesus miles}
sint robusti: at militem oportet corpus habere expeditum & agile. Vnde & uehementer
obesis infensus erat, adeo ut huiusmodi quandam expulerit ab exercitu, dicens, quod uix
clypeis tres quatuor uite tegerent ipsius uentrē, per quem nunquam uidisset sua pudenda.

Ipse tam tenui uictu utebatur, ut aliquando uocatus ad cœnam à uictio, quum repe/⁴
risset belliorum, obsoniorum, & unguentorum apparatus, confessim abierit, dicens, Frugalitas
Ego te sacrificare putabam, nati deliciari & illudere.

5 Quū coquus collegis Epaminondæ de impendijs aliquot dierū rationē redderet, noti
Frugilitas alia de re indignabatur, q̄ tantum fuisse consumptum olei. demirantibus autem collegis,
negavit se offendī sumptu, sed moleste ferre tantum olei exceptū intra corpus hominum.
Sentiens oleum esse natum foris ungendo corpori, non intus explendo. Inunctum reddit
corpus firmius & iniuriæ patientius: infusum in uiscera, reddit delicatius ac segnus.

6 Quum festum diem celebraret ciuitas, omnesq; cōpotationibus & libidini indulgeret,
Sobrius prin: Epaminondas cuidam è familiaribus factus est obuiam squalidus & cogitabundus. Ad-
eptus mirante illo roganteq; quid tandem esset rei, quod solus ad eum affectus modum obam-
bularet. Ut uobis, inquit, omnibus, ebrios ac socordes esse liceat. O uocem principe di-
gnam. Tum maxime uigilādum est principi, quum populus maxime indulget genio. At
non oportet ipsis unquam uacare genialiter uiuere.

7 Homini cōtempito qui leue quiddam admiserat, Pelopida pro eo deprecante, nō igno-
Personæ re, uit, sed amica pro illo rogāte dedit ueniam: dicens, eiusmodi munera à scortillis accipi o/
spectus portere, non à militibus. Paratus erat ad ignoscendum, sed quemadmodum non quāuis-
dam omnibus, ita spectandum est cui in qua causa gratificemur.

8 Quum Lacedæmonij copias in Thebanos educerent, uariaq; Thebanis ferrentur or-
Oracula à bo racula, quorum alia uictoriā illis pollicebantur, alia diuersa prædicabant, iussit bene
bis pendent promittentia ad dextram tribunalis ponit, contraria ad laeuam. Atque omnibus hunc in
modum dispositis, surrexit, dixitq; Si uolueritis parere ducibus, & conglomerati in hos
stem tendere, hæc uobis sunt oracula, ostensis melioribus: quod si ad conflictum segnes
timidiq; fueritis, hæc oracula uobis reddita sunt, ostensis deteriora pollicentibus. Mire
nec oraculorum contempnit autoritatem, nec animos militum his derūci passus est: sed in-
terpretatus est deum prospera polliceri strenuis, infausta timidis, quasi à nobis pendeat
rerum euentus.

9 Rursus quum copias admoueret castris hostium, tonitru facio, militibus percontan-
Ostium com/tibus quid putaret portendere deum, Attonitos, inquit, esse hostes, quod quū tales agros
mode inter/ haberent in propinquuo, in talibus castra metarentur. Solertia ducis non solum terrorē
pretatum exemit animis militum, uerum etiam commoda interpretatione addidit alacritatem.

10 Ex omnibus quæ præclare & honeste gessisset in uita, illud sibi dicebat esse iucundissi-
Pietas mum, quod utroq; parente uiuo Leuctrica pugna uicisset Lacedæmonios. Vir pius non
tam sibi gratulatus est eam obtigisse gloriam, quām hanc uoluptatem ex se contigisse his,
quibus uitam suam acceperat. ferebat.

11 Quum aliā solitus esset unclo corpore hilariq; uultu prodire in' publicum, postridie
Secundis mo/ eius diei, quo feliciter pugnatum est in Leuctris, processit squalidus ac summissus. Ami-
derate gau/ cis autem sciscitantibus, ecquid illi molesti accidisset, Nihil, inquit, sed heri sensi me plus
dendum æquo mihi placuisse, eius gaudij intemperantiam hodie castigo. Adeo metuit arrogan-
tiam vir Bœotus ac militaris, & nos non idem faciemus, quoties secunda fortunæ aura
res nobis succedunt.

12 Quum uideret hoc agere Lacedæmonios, ut eam calamitatē tegeret, Epaminondas
Gloria ut palam faceret quanta fuisset illius clavis magnitudo, nō quibuslibet permisit caduera
tollere, sed ut quæq; ciuitas sua auferret. Ita factū est, ut appareret plusquā millenos Laces-
dæmonios interisse. Hoc strategema pro apophthegmate forsitan adiecit alius.

13 Iason Thessalorum rex uenerat Thebas, belli socius futurus. Is quum Epaminondas
Gloria potior uehementer egentia aureorum duo milia misisset, aurum non recepit, sed ipsum Iasonem
pecunia intuitus, In iustis, inquit, imperas ipse deterius. Ipse uero quinquaginta drachmis à ciue
quodam acceptis mutuo, pro uiatico exercitus, inuasit Peloponnesum. Sentiebat in i-
quas esse diuitias, quæ possessorum reddunt deteriorem: at uiri fortes gloria uirtutis præ-
mio contenti sunt.

14 Rursus quum Artoxerxes Persarum rex ipsi tria Daricorū milia misisset, Diomedon/
Integre tem Cyzicenū asperius increpuit, si tantam nauigationem suscepisset corrupturus Epa-
minondam, eumq; iussit hæc uerba ad regem referre: si fauet cōmodis Thebanorum, ha-
biturus est Epaminondam amicum gratis: si minus, hostem. Quid hoc animo incorru-
ptius, non aliō speciente quām ad patriæ commoda?

15 Quum Argui Thebanorū essent socij, Atheniensium oratores in Arcadiā missi uitu-
perarunt

perarunt utrāq; gentem, & Callistratus rhetor Orestem & Oedipōdem ciuitatibus ex' probrabat. Nam Orestes Argiuus fuit, Oedipus Thebanus. Interim surgens Epaminoti das, Fatemur, inquit, apud nos fuisse qui patrem occiderit; apud Argiuos qui matrem necarit, sed eos qui hæc patrarunt nos expulimus, Athenienses receperūt. Tanto compen- dio conutium retorsit in autores.

In Spartanis qui multa magnaç crima Thebanis obijciebant, Hi nimirum fecerūt, ¹⁶ Miseria multi inquit, ut breuiloquentia uti destiterit. Solent Lacedemonij de breuiloquentia gloriari, loqua sed à Thebanis multis affecti calamitatib. multa dicere coacti sunt, de illis conquerentes.

Posteaquam Alexandrum Pherorum tyranntum Thebanis infensum, Athenienses sibi fecissent amicum ac socium, isq; polliceretur illis, se perfecurum, ut in ianuam carnium emerent semiobolo: uidelicet significans se tantum pecudum ac iumentoru adduciutum è præda: Epaminondas subiecit, At nos, inquit, Atheniensibus ad coquendas istas carnes ligna gratis suppeditabimus. Nam arbores ipsorum succidemus, si se plus satis admisceat nostris negocijs.

Quum studeret Boëtos, ocio dissolutores, continēter in armis habere, simul ut Boëto- ¹⁸ Militia labo- riosæ
tiæ creatus est imperator, his uerbis illos adhoccatus est, Posthac consultare uiiri, nam si e- go militiæ præfecti agam, uobis militandū est: adīmens illis spē ochi sub tali imperatore.

Regionem quandam supinam, & campestrem belli orchestram appellabat, ueluti thea- trum unde late pateret prospeccius. Eam dicebat obtineti non posse, nisi manu semper scu- ti loro insertam haberent. Nam quæ montibus cincta sunt, minore negotio tuemur. Cam- pestris regio quoniā patet omnium incursionibus, armis tuenda est.

Quum Chabrias circa Corinthum paucos Thebanos sub mœnibus audius pugna- ²⁰ Tropheum
tes prostrauisset, atq; ob id trophæum erexit, Epaminondas deridens hominem dixit: Hic sane decebat non trophæum, sed Hecataeum ercludi esse. Veteres enim ante portas ridiculum in triujs congruenter Hecates imaginem statuere solent, uel ad indicandam uiam, uel in gratiam sepulchorum.

Cuidam nuntianti, quod Athenienses exercitu nouis instruclum armis in Pelopon- ²¹ Arma indig-
nes misissent. Quid, inquit, nū igitur gemit Antigenidas, si Tellis nouas habet tibiass? ^{uiiri}
Tellis autem erat tibicen pessimus, Antigenidas optimus. Sighificabat Athenienses fru- stra nouis armis instruclos, quum his nescirent uti.

Scutatum militem senserat à captiuo quodam magnum pecuniarū uitum accepisse. Huic ²² Miles ditatus
Epaminondas, Mihi, inquit, redde clypeum, tibi uero cauponam emitto, in qua uitam de- gas. Posthac enim noles eodem modo subire periculum, quippe iam unus de numero di- uitum ac beatorum. Recite indicavit, timidum, ut est in proverbijs, esse Plutum. Magis enim metuit mortem, qui domi habet unde possit suauitet uiuere.

Interrogatus quem arbitraretur ducem præstantissimum, seipsum ne, an Chabriam, ²³ Finis uite spē
an Iphicratem. Id, inquit, iudicatur per difficile est donec uiuimus. Alludens ad illud Solo- nis, neminem dicendum beatum ante obitum. Quandiu uiuit homo, potest & ad meliora standus proficere, & ad deteriora degenerate.

Quum è Lacedæmonie reuersus, cum suis collegis capitis postularetur, ut qui præ- ²⁴ Fiducia metis
ter legem, Boëticæ præficiuræ menses quatuor adieciisset, iussit ut duces in ipsum re, fiducia metis
iicerent crimen tanquam ui compulsi. Ipse atiēm pro se dixit, se non habere sermones fa- torum
cū meliores: sentiens, ipsas res gestas reo patrocinari debere. Quod si, inquit, omnino di- cendum est aliquid apud iudices, peto ut quum me occiderint, columnæ damnationis ti- tulum inscribant, quo Græci uideant, quod Epaminondas Thebanos nolentes coegerit Laconicam, quæ per quingentos annos capi non poterat, ac Messenam incoluerat ahiis
CCXXX, igni ferrocq; populati, tum Arcades inter se conciliare, restq; illorum compone-
re, deniq; Græcos libertati restituere. Nam hæc illò tum imperio gesta sunt. His auditis
iudices discesserunt multum ridentes, ac nec calculos quidem de illò colligere uoluerunt:
Quod totius causæ periculum à ducibus in se unū recepit, dubites humanius ne faciū- sit an animosius: simul autem docuit quantam fiduciam homini præstet egregiorum me- titorum conscientia.

In supra pugna apud Mantineam saticiatus, delatusq; in tentorium, uocauit ad se ²⁵
Daiphantum, post illum Iollydam: ubi audiuit eos uiros interisse, iussit omitti bellum

cum hostibus, quandoquidem iam exercitus duces non habebat: ac uerbis ipsa res testis monium præbuit, quod Epaminondas optime nosset ciues suos. Et hoc uidetur apophthegmatibus adiectum.

26 Meneclides inuidens Epaminondæ gloriæ, suasit populo ut pacem haberent bello pax bello par tiorem. Cui Epaminondas, Fallis, inquit, ciues tuos, qui ocij nomine eos ad seruitutem tuas vocas. Pax enim bello paratur, nec eam tueri licet, nisi ciues sint ad bellum instructi.

27 Eidem exprobranti quod non duxisset uxorem, Nullius, inquit, consilio o Menecly Morfus te da, hac in re minus uti uelim quam tuo. Notans illum quod uxorem haberet parum se fatus quundam famæ.

28 Rursus eidem obijcenti quod Agamemnonis gloriæ æmularetur, Falleris, inquit, nam Agamemnos ille totius Græciæ præsidij usus decem annis uix unam cepit urbem, ego unius huius urne maior bis præsidij, uno die profligatis Lacedæmonijs totam Græciam liberaui.

29 Ciuium suorum iniurias patientissime cerebat, dicens, esse nefas irasci patriæ: quemadmodum parentum iniurias ulcisci pietas uetat.

30 Pelopidas increpanti quod nullos tolleret liberos, male in hoc cōsulens patriæ. Vide, Benefactus pro libertis inquit, ne tu peius consulas, qui tales patriæ filium relicturus sis. Habebat enim Pelopidas filium improbus & infame. Mihi, inquit, Leuctrica pugna pro liberis erit, nunquam interitura. In hoc enim suscipiuntur liberi, ne pereat nostræ memoria. At hoc melius præstant egregia facinora, nam liberi frequenter offuscant parentum gloriam.

31 Quum sentiret uulnus esse letale, non prius ferrum eduxit, quam audisset Thebanos uicisse. Tu satis, inquit, uixi, inuictus em morior, & educio ferro protinus efflauit animam.

32 Valerius narrat illum quæsiſſe, an ipsius clypeus esset saluus: ut audiuit saluum, rogas se an hostes essent deuicti. Quum audisset penes Thebanos esse uictoriam, ita loquitum militibus, Non finis commilitones uitæ meæ, sed melius & altius initium aduenit. Nunc enim uester Epaminondas nascitur, quia sic moritur.

33 Quum illi per inuidiam & contumeliam gratia sordidus quidam & contemptus magistratus delegatus esset à populo Thebano, non aspernatus est, dicēs, non solum magistratum ornatum ostendere uirum, sed uirum uicissim ostendere magistratum: itaq; gessit, ut deinceps tanquam honestum munus à multis ambiretur, quū antea nihil aliud fuerit, quam cura sordes & stercora ex angiportis ejiciendi.

34 Idem cuidam egeno mandauit, ut à quodā ex amicis ipsius talentū peteret, petiit & accepit. Amico percontanti quur id iussisset, Quoniam, inquit, ille quum uir sit probus inopia premitur: tu uero diues es, multa de publico depeculatus. Epaminondas ipse pauper hac ratione subuenit egēti. Bonorum enim probrum est, uirum probum egere necessarijs.

35 Tempore belli Leuctrici quum accepisset quandam strenuum uirum perisse morbo, Ocum per iocum dixisse fertur, Vnde fuit illi moriendi ocum in tantis negocijs: Frequenter autem non minima morbi pars est imaginatio metusue morbi. Hunc languorem solet excuter negociorum ardor.

P E L O P I D A S

1 Pelopidas in præfectura rei militaris Epaminondæ collega, quum amici diceret illi rei pecunia consueta, uidelicet colligendi pecunias, nullam esse curam, Ita per Iouem, inquit, necessaria, sed huic Nicomedis ostendens hominē claudum ac manacum. Sensit fortibus uiris nihile esse opus pecunia.

2 Vxori quæ ipsum ad bellum proficisci tem Rogabat muliebriter, ut seruaret seipsum, Dux aliorum. Alij, inquit, ut isthuc faciant monendi sunt. Nam princeps ac dux horitudus est potius ut seruator seruet ciues. Vox imperatore digna, cuius est ciuium multorum salutem suæ unius inclutati anteponere.

3 Quum è militibus quispiam qui uiderat Lacedæmonios per angustias montium ad Animos uentare, dixisset Pelopidas, Incidimus in hostes, Qui potius nos in illos, inquit, quam in nos illi?

4 Ab Alexandro Pheræorum tyranno præter foedera captus ac uincitus Pelopidas, con libertas uitia concessit in foedifragum: ut autem iratus ille dixit: mori properas, Admodum, inquit, quo magis in te exasperetur Thebani, tuq; citius des poenæ uiolati foederis, djs patiter atq; hominibus inuisus.

Thebe

Thebet tyranni uxor adiit Pelopidam, dixitq; se mirari, quod uincius esset tam hilarius, ⁵
At ego, inquit, magis te miror, quod non alligata feras Alexandrum.

Posteaquam Epaminondas Pelopidam liberum reduxisset, aiebat se gratiam habete ⁶
Alexandro, per quem experimento comperisset, se non tantum ad bellum, sed etiam ad
mortem bene animatum esse.

Quum Pharsali congressurus esset cum Alexandro Pheraeorum tyranno, milites ad ⁷
monuerunt, duplo plus Thessalorum esse cum Alexandro, q; ipse Thebanos habet, Tan ^{Mortis totu}
to, inquit, melius nobis erit, plures enim uincemus. Hoc & alteri cuidam adscribitur. ^{tempus}

De eo Plutarchus Symposiacon lib. 2. refert quiddam perquam festiuum. Conui ⁸
tum agitans cum collegis ducibus, in fine conuiuij bibit acetum. Per constantibus num ^{Frugalitas}
id cōducere ad sanitatem, Nescio, inquit, illud scio, bonum esse ad hoc, uti quis me mine ^{Acetum e domi}
rit domesticæ dietæ, siue domesticorum negotiorum: sentiens cōducere aduersus crapulam, ^{Douay, cragulam}
& conferre sobrietati: simul indicans se domi parcissimo uicium agere solitum.

M A N I U S C V R I U S

Manius Curius nonnullis arguentibus quod ex agris bello partim exiguā uni ⁹
cuiq; militum distribuisset, magnam uero reip. optauit à diis, ne quando existeret quisq; Agri modus
Romanus, cui ager exiguus uideretur, qui posset alere dominū. Sentiens eum non esse
Romano dignum nomine, qui plus appeteret quam quod ad uicium frugalem satis est.

Samnites posteaquam ab illo fuerant deuicii, uenerunt ad Manium Curium, ac inā ¹⁰
gnam auri uitæ offerebāt, atq; id temporis forte rapula coquebat ollis fictilibus. Respon ^{Aurum spre}
dit autem Samnitum legatis hunc in modū, Nihil opus est auro talem cœnanti cœnam: ^{tum}
sibi uero potius esse, aurum possidentibus imperare, quam aurum habere.

C. F A B R I T I U S

C. Fabritius quum audisset Romanos à Pyrrho deuictos, ad Labienū uersus, Pyrrhus, ¹¹
inquit, non Ep̄irotæ uicerunt Romanos. Senties unius ducis ingenio uictoriā acceptam ^{Dux egregius}
ferri oportere, non uirtuti militū. Hoc pacto Romani nominis ignominiam eleuauit, qui
quoniam Ep̄irotis essent uirtute superiores, hoc solo erant inferiores, quod nō haberent du
cem Pyrrho similem.

Quum Pyrrhus pro redimendis captiuiis multum auri misisset, aurum quidem non ac ¹²
cepit Fabritius. Postridie uero Pyrrhus maximum elephantum emisit, qui ignaro Fabri ^{Animus thez}
cio à tergo subito barriens appareret. Id ubi facium est, respiciens Fabritius ac ridēs, Me, pugnabilis
inquit, nec aurū heri, nec hodie belua fecit attohitum. Sensit Pyrrhum hoc de industria e
gisse, ut quoniam auro bonisq; uerbis deliniri nō poterat, immāni uoce beluæ terneretur.
Sed expetitus est Pyrrhus animum undiquaq; ineptibilem.

Pyrrho uero hortanti ut Fabritius apud se ageret, imperij socius futurus, Ne tibi quidē ¹³
isthuc expedierit, inquit. Nam si Ep̄irotæ nostrum uttunc pernorint, mihi regi quam tibi ^{Fiducia sui}
parere malleat.

Fabritio iam consuli misit epistolam Pyrrhi medicus, qua promittebat se regem uene ¹⁴
no necaturum si iuberet. At eam epistolam autore non prodito ad Pyrrhum remisit, iu ^{Fides in bo}
bens illum sibi cauere, qui pessimus esset iudex tum amicorum tum hostiū. Senties eum ^{tem}
eos habere pro hostibus quos amplecti debebat si satis nouisset, & hos pro amicis duce
re, qui peius illi uellent quam hostes.

Cæterum ubi compertis insidijs Pyrrhus medicum egisset in crucem, Fabritio capti ¹⁵
uos gratis remisit. At Fabritius noluit eos gratis recipere, sed parem captiuorum nume ^{Nihil gratis}
rum remisit, ne à Pyrrho proditi ueneficiū mercedem accepisse uideretur, negans se hoc
indictum fecisse Pyrrhi causa, sed ne Romanū uideretur dolis hostem occidere, ut qui trist
bus superare non possent.

F A B I U S M A X I M U S

Fabius Maximus quoniam cum Annibale configere detrectabat, sed inora copias si. ¹⁶
lus & pecuniarum & commeatūs egentes attenuabat, sequens illum per aspera montuo ^{Covitid totu}
facq; ac subinde obiter se se opponens, à nonnullis per ludibrium dicebatur, Annibal's pæ ^{tempis}
dagogus: hoc conuictio nihil commotus pergebat suum institutū sequi, dicens apud amicū
cos, Qui dicitur conuictio metuat, eum sibi uideri timidiorem his qui fugiūt hostes. Seni
st hoc turpius esse timiditatis uitiūm, quo levius est periculum. Nihil autem leuius dicitis;

quæ qui formidat, quomodo sustinebit imperium hostium?

17 **Temeritas** Quum de Minutio illius collega, quoniam non nullos hostes deiecerat, multus esset orsus rumor, tanquam de uiro nomine Romano digno, ait, se magis secundam Minutij futunam, quam aduersam pertimescere. Sentiens illius temeritatem periculosisimam esse reipub. quam si rerum successus attolleret, in extremum discrimen adducaturam uniuersum populum Romanum, sed aduersis casibus futuram moderatiorem.

18 **Facete copijs** Paulopost quum Minutius hostium insidijs septus in summo esset periculo, ne cum suis stibus ipsum eripuit. Hoc facto Annibal ad suos dixit, Nonne uobis saepenumero praedi xi, fore ut illa montana nubes nobis aliquando tempestatem immitteret? Hoc Annibal non Fabij dictum hoc aliunde suspicor adscriptum.

19 **Contatio** Post calamitatem quam Romani acceperant apud Cannas, creatus imperator cum Claudio Marcello uiro audace, semperq; gestienti cum Annibale configere, Fabius potius sperabat futurū, ut si pugna abstineret, Annibal exercitus ductu temporis desiceret. Id sentiens Annibal, dixit, se magis formidare Fabium à pugna qui sc̄etem, q̄ Marcellum pugnantem. Nec hoc est Fabij apophthegma, sed Annibal.

20 **Error meritis condonatus** Miles quidam Lucanus delatus erat Fabio, quod noctu frequenter è castris clam excederet, amore cuiusdam foeminæ. Fabius quum audisset illum alioqui in rebus belli præclarum esse virum, iussit clam apprehensam mulierem quam amabat miles, ad se perducit, quæ simul ut adducta est, iussit accersi virum, ad quem ita loquutus est, Haud clam nobis fuit, te præter legem militarem ab nocte à castris: at ne id quidē prius nos latuerat te probum esse militem: proinde errata ante bene gestis condonamus, ceterum post hac eris nobiscum: nam habeo fideiussorem, & producam mulierculam illi commendauit.

21 **Facete** Tarentinos Annibal præsidio imposito tenebat arce accepta, Fabius itaque dolorem longissime exercitum suum abduxit ab urbe: quam ubi cepisset diripiissetq; scribae percontanti, quid de templorum simulacris statuisset, Relinquamus, inquit, Tarentinis deosiratos.

22 **Iactatio elusa** Quum M. Liuius sibi postularet acceptum ferri, quod Fabius cepisset urbem Tarentinam, uidelicet quod in arce præsidium habuisset: cæteris iactantiam hominiis deridentibus, Vera, inquit Fabius, narras: nam nisi tu ciuitatem amisisses, nequaquam ego receperissem.

23 **Consulatus maiestas** Fabio iam sene filius illius consul factus est, qui quum publicitus multis audientibus habuisset orationem, Fabius consenso equo præcedebat. Quum autem iuueni licetorem mississet, qui patrem iuberet equo descendere, alij quidem factum hoc auersati sunt: at Fabius ab equo desiliens, non habita ætatis ratione accurrit, ac filium complexus, Euge, inquit, fili, sapi qui intelligas quibus imperes, & quam magnum magistrum suscepseris.

24 **Graniter** Quum Minutius gloriaretur, ipsius opera multum maiestatis Fabianæ dignitatis cessisse, Si saperes, inquit Fabius, Minuti, reputares tibi cum Annibale certamen esse potius quam cum Fabio.

25 **Humanitas** Dicebat absurdum uideri, si cum equos & canes uenaticos familiaritate ciborum circuremus potiusquam catenis ac uerberibus: homines feroce animo, non humanitate ac benevolentia optime sicut nobis conciliemus, sed asperiores in illos simus q̄ agricolæ sunt in caprificos ac malos sylvestres & oleastros, qui hæc non protinus excidunt, sed in sitione docent mitescere.

26 Fabius Max. congiariorum exiguitatem notans, dixit non esse congiaria, sed heminaria. Congiaria dicuntur dona quæ dantur populo. Congius autem mensuræ genus est, qua multo minor est hemina. Ad mensuram igitur alludens, negauit esse congiarium, sed Heminarium.

ANNIBAL

27 **Victor & uictor** Annibal à Minutio quem insidijs obsederat, per Fabij copias depulsus, ubi redisset in castra dixisse fertur, Eo prælio à se uictum Minutium, se autem à Fabio fuisse superatus: uidelicet ex eadem pugna uictus & uictor rediit. Perierat enim Minutius, ni Fabius succurrisset.

28 Quum Marcellus aliquot diebus continenter cum Annibale cōflicuisse uario Marte, dixit

dixit Annibal, sibi rem esse cum hoste, qui nec uictus nec uictor nosset quiescere.

Quum Fabius simili arte receperisset Tarentum, quali Annibal ceperat. Et Roma, in 29
quit Annibal, suum habet Annibalem.

Quum Romanorum legati conditiones pacis retulissent apud Carthaginenses, & Gf 30
I^co quidam ausus esset suadere bellum cum Romanis redintegrādum, Annibal indigne ^{Militaris fero}
ferens, hominem imbellēm de rebus arduis loqui, adhuc dicentem ē suggesto turbauit. ^{cia}
Hoc factum tam uiolentum in libera ciuitate demirante & indignante multitudine, An-
nibal consenso suggesto dixit, neminem mirari debere, si qui à primis statim annis Car-
thaginem reliquisset, interim atatem omnem in bellis & armis transgisset, minus nosset
urbanas consuetudines: hoc præfatus pacem suadere cœpit, & persuasit.

Quum ad esset dies quo primam pensionem exigebant à Pœnis Romani, totus popu- 31
lus ad tributū mentionem ingemuit, at Annibal interim effuse risit. Ea de re increpatus ab ^{Lachrymae}
Asdrubale Hedo, negauit eum risum fuisse gaudentis, sed aliorum seras & inanes lachry-
mas deridentis, quæ nunc in leuiore malo manarent, quum antea potius manare debue-
rint, quo tempore Romani classes, arma, & amplissimarum uictoriarū spolia Pœnis der-
traherent, ac leges uictis imponebant.

Quum Annibal apud Cannas felicissime pugnasset, amicis suadentibus ut fugientem 32
hostem inseguens in urbem irrumperet, non obtemperauit. Quam rem Barcha Cartha-
ginensis adeo indigne tulit, ut exclamarit, Vincere scis Annibal, uictoria uti nescis. Hoc
dictum T. Liuius tribuit Mahabali.

Annibal Gisconi nuncianti sibi admirabilem uideri Romanorū instructorum ad pu- 33
gnam numerum, Imò aliud, inquit, mirabilius te fugit. Quidnam hoc esset sciscitanti Gi/ Ridicule
sconi, Quod extam numerosa, inquit, hominum multitudine nullus appellatur Gisco. Is
ducis iocus multum timoris detraxit, multumq; alacritatis addidit militibus.

Idem profugiens apud Antiochum regem agebat. Is ostendit illi suum exercitū bat 34
barico apparatu magnifice instructum, sed ad prædam magis quam ad bellum. Hæc o/ Exercitus
omnia quum diligenter esset contemplatus Annibal, rogauit Antiochus, num hæc omnia prede apta
satis essent futura Romanis. Tum Annibal, Plane satis arbitror, etiā si auarissimi sint Ro-
mani. Lusit Pœnus ab inexpectato: rex de prælio sciscitabatur, iste respondit de præda.
Quid enim aliud est miles imbellis, auro, argento, cæterisq; rebus ad prædam inuitan-
tibus instructus?

Idem adhuc puer, quum quereretur de finiendo odio inter Romam & Cartbagi- 35
nem, pedem inflixit solo, ac puluere suscitato tum demum finem belli fore dixit, quum Odium perrit
altera pars in habitum pulueris esset redacta. Agnoscas ingenium exitio Romanæ gen/ nax
cis natum.

Inter Scipionem Africanum & Annibalem ortus est sermo de præstantia ducum. 36
Quumq; Scipio rogasset quem primum esse censeret, respōdit, Alexandrum Magnum: Præstantia
quem secundum, Pyrrhum Epirotarum regem: quem tertium, seipsum nominauit. At quid,
inquit Scipio, si me uicisses? Tum, inquit, me neq; secundum, neq; tertium, sed omnium
primum censuissim.

Annibal bibiturus uenenum quod in eum usum paratum habebat, dixit, Soluamus in- 37
genti cura populum Romanum. Aut, ut Liuius refert, Soluamus diutina cura populum Odium perrit
Rom. quando mortem senis expectare longum censeret. Id postremo male habebat homi- nax
nem, quod Romanis iam non possit aliquo pacio molestus esse.

Post uictoriā Cannensem, si Annibal recta petisset Romā, poterat in Capitolo pran- 38
dere, sed frui q; uti uictoria maluit, Campaniam ac Tarentum peragrās: ubi inox & ipse, Voluptas es
& exercitus ardor adeo elanguit, ut uerissime dicitur sit, Capuan Annibali fuisse Can/ mollit indom-
inas. Siquidem imiūcū Alpibus, indomitum armis, Campania sole, & Baiae fontibus ca- tos
hidis tepentes subegerunt. Refert Flotus.

SCIPIO MAIOR

Scipio senior si quando uacans à negotijs bellicis in literis uetsaretur, dicere solet, se tuu- 1
quam minus esse ociosum, q; quum esset in ocio. Sensit se id temporis non dare animutri Ociū sapientis
ocio aut voluptatibus, sed reipub. commodis multa suo cum animo tractare.

Posteaquam Carthaginem Nouā, quæ erat Hispanorū, armis ceperat, milites quidam 2
u 4 uirginem

uirginem eleganti fortha captam adduxerunt, eisq; tradiderunt. Hic ille, libeter accipetem
inquit, si priuatus essem, non imperator. Iuuenis insigni puellæ forma corrupti non po-
tuist, quo minus membrisset quid deceret imperatore. At multi sunt hodie, qui ob hoc ipsi-
sum sibi credunt tum licere, tum decora esse omnia, quod sunt imperatores.

³ Rursum quum ob sideret oppidum humili loco situm, prominenti illuc Veneris tem-
^{Fiducia even-} plo, iussit illum profiteri uadimonia, tanquam tertio post die ius ibi redditurus. Et quod se-
^{tus} facturum praedixit, fecit urbe capta: tanta erat uictoriae fiducia.

⁴ In Sicilia percontanti cuidam, qua refretus classem educere pararet in Africam, ostendit
^{Miles dicto au-} uiros armatos trecentos sese exercentes, præterea turrim excelsam mari imminentem,
^{diens} & ait, Nullus horum est, qui non consensu turri semet in mare præcipitaturus sit, si iusse-
ro: sentiens non perinde referre, quam numerosam educas multitudinem, modo fortis dux
educat exercitatos & dicio audientes.

⁵ Vbi traiecit in Africam, ac terra potitus hostium castra concremasset, Carthaginenses
^{Animus pre-} missis legatis foedus cum Scipione pepigere, pollicentes se & elephantos & na-
^{sens} ues, & pecunias datus. Cæterum posteaquam Annibal ad nauigasset ex Italia Car-
thaginem, cœpit illos conuentorum pœnitere, eo quod iam animum receperissent. Id au-
diens Scipio, negavit se etiam si ipsi uellent, pacta seruaturum, nisi prius imperatis adder-
rent talentorum quinq; milia, hoc nomine quod Annibalem accerfissent.

⁶ At posteaquam Carthaginenses ui adacti legatos de foedere ac pace ad Scipionem mi-
^{Humaniter et} ssent, iussit eos qui uenerant protinus abire, tanquam non audituros eos, priusquam L.
^{grate} Terentium ad se perduxissent. Erat autem Terentius Romanus, vir probus & humanus,
qui in bello captus à Pœnisi detinebatur. Quem ut adduxerant, Scipio pro tribunali se-
dens hominem apud se collocauit, in quoq; auditis legatis bellum dissoluit. Porro Teren-
tius tanti beneficij memor triumphantem Scipionem sequebatur pſeatus, uelut illius li-
bertus: quin & Scipione mortuo ad exequias nullum exhibuit, aliaq; ad funeralis celebrati-
tatem pertinentia studiose procurauit. Sed de his posterius. Hic in Scipione quidem ha-
bes exemplum beneficij candide simul & honorifice collati, in Terentio uero memoris
animi specimen.

⁷ Posteaquam Romani traiecerant in Asiam aduersus Antiochum regem, isti legatos
^{Frenum rece-} ad Scipionem de pace misserunt, Id, inquit Scipio, prius factū oportuit, non nunc, quum &
^{ptum} frenum & sessorem receperisti. Allusit ad apogenum de equo & sessore, notiori quā ut
hic sit commemorandus.

⁸ Senatus decreuerat, ut pecunias sumeret ex ærario: at quum quæstores ærarij nega-
^{Fiducia meri-} rent se eo die apertos, Ipse, inquit, aperiam, quādo mea causa clauditur, qui tanta pecu-
^{torum} niarum ui repleuerim ærarium. Vacua non clauduntur, eò Scipio per iocum dicebat, si-
bi hoc laboris suscipiendum ut aperiret, qui fuisset in causa ut tam diligenter claudere-
tur, ut quæstores diei spatium quærerent ad recludendum. Exemplum ingentis fiduciae
meritis quæsitæ.

⁹ Quum à Petilijs tribunis plebis, multis nominibus accusaretur apud populum Ro-
manum, nihil ad crimina respondit, tantum hoc dixit, Hoc die Quirites Annibalem
& Carthaginem devici: proin ipse sumpta corona in capitolium ascendo Ioui Opt. Max.
sacrificaturus: si quis de me suffragium ferre uelit, ferat. Hæc loquutus ascendebat ad Ca-
pitolium relicis accusatoribus, nondum perorata causa. Tantum ualeat egregiorum in
republ. meritorum fiducia, ut repente iudicij rigor uersus sit in ouationem, & reus pro
supplice egerit triumphantem.

¹⁰ Scipio Africanus quibusdam calumniantibus, quod parum strenuus pugnator esset,
^{Gencrose} Imperatorem, inquit, me mater, non bellatorem genuit. Significans, in imperatore plus
habere momenti solertiam ac prudentiam in consilijs, quam uires in prælijs.

¹¹ Idē dicere solebat, hosti nō solū esse dandā uia fugiendi, uerum etiā muniehdā: docēs mo-
^{Clementer} derandam esse uictoriā, nec sauiendum in eos qui contra ferre arma destitissent.

¹² Idem militi cui scutum erat elegantius ornatum, Non miror, inquit, quod scutum tan-
^{Ignavia} ta cura ornatis, in quo plus habeas præsidij quam in gladio: significans illum ignauū mi-
litem. Clypeus tuetur, sed gladius fortitudinis organum est. Quasquam hoc idem de
altero Scipione narratur inferius.

Idem

Idem dicens solet, iij quibus sunt equi ferociores tradūt eos domitoribus, ut his facilioribus possint uti. Sic homines secundis rebus effrenatos, sibiq; præfidentes tanquam ingyrum rationis ac doctrinæ duci oportere, ut perspecta rerum humanarum imbecillitate, uarietateq; fortunæ, reddantur moderatores.

Dicere solet, in re militari turpe uerbum esse, non putarā: quod alijs in rebus interdum locus datur male instituta posterioribus consilijs melioribus corrigere: cæterum quæ fer, Prudentia peraguntur, ea non oportet temere aggredi, quod hic error ferè est inemēdabilis. Idem dicitum locum habet & in his, quæ semel facta mutari non possunt, ut in ducendā uxore, in factis ordinibus.

Cum hoste dicebat non esse configendum, nisi aut inuitaret occasio, aut urgeret necessitas: quod incogitantis sit, opportunitatem oblatam negligere, & extremæ ignauiae sit, Quando bellum non præstare fortem animum, quum audacia spem præbet incolumentis, formido, laudum lositas nihil aliud quam certum promittit exitium.

T. QUINTIUS

T. Quintius ab ipso protinus initio clarus fuit, ut prius quam esset edilis, aut tribunus militum, aut prætor, consul factus sit. Porro missus imperator aduersus Philippum, suasit Libere ut ueniretur in colloquium. At quā Philippus posceret obsides, eo quod ille multis Romanis comitatus esset, ipse uero solus ut solus sis, inquit Quintius, ipse fecisti, qui amicos & cognatos tuos occideris.

Vbi Philippum bello uicerat, in Isthmij praæconio iussit euulgari, se Græcos suæ liberati suoq; iuri permittere. Quotquot autem Romani temporibus Annibal's capti seruie bant apud Græcos, quum horum singulos Græci quingentis drachmæ emissent, gratis Quintio donarunt: qui & ipsi Romæ triumpharem Quintum sequutis sunt pileati, quod facere solent è seruitute manumissi. Et hoc admiror à Plutarcho inter apophthegmata commemorari.

Achæos meditantes expeditionem aduersus insulam Zacynthiorum, monuit ut cauerent, ne more testudinum caput extra Peloponnesum proferentes, uenirent in periculum. Testudo enim intra testam tutissima est.

Quum Antiochus rex cum numero exercitu uenisset in Græciam, omnesq; reddi disset attonitos & militi numerus & armaturæ uarietas. Quintius hoc sermone metum ademit Achæis: Quā, inquit, esset in Chalcide coenans apud hospitem meum, mirabar carnium copiā, quā essent omnia tecla niue: at hospes respondit, ea omnia nihil aliud esse q; suis domesticæ carnes, tantum apparatus & conditura diuersa. Neuos igitur, inquit, ad miremini regis copias, quā auditis hastatos, cataphractos, pedites, equites & sagittarios. Nam hi omnes Syri sunt, armatura inter se differentes.

In Philopœmenem Achæorū ducem, qui multos haberet equites & armatos, sed personam atrum indigens, ita ludebat: Philopœmen, inquietus, manus habet & crura, uentre non salsus habet. Ac tali quidem specie corporis erat Philopœmen. Quintius autem equites ac pedetes armatos, manus & crura ducis appellabat: sed quoniam non habebat quo aleret militem, negabat illum habere uentrem.

C. DOMITIUS

C. Domitius, siue, ut Livius lib. 7, decad. 4. Cn. Domitius, quē Scipio maior pro se Luccio fratri in bello aduersus Antiochum legatum dederat, ubi cōtemplatus esset hostium phalangem, exercitus præfectis hortantibus ut confestim aggrederetur, negauit tempus sufficere ad hoc, ut tot milibus trucidatis ac direptis impedimentis, in castra reuersi sua curarent corpora. Sed hoc ipsum postridie se tempestive faciūt dixit. Ac postero die con gressus quinquaginta milia trucidauit. Vir strenuus non dubitauit de uictoria, spatium modo temporis gerendæ rei par eligebat.

P. LICINIUS

P. Licinius consul, imperator equestri pugna superatus à Perseo Macedonij rege, bis mille & octingentos milites amisit, partim interfectos, partim captos. Vbi uero post pugnam Perseus mitteret oratores acturos de foedere ac pace, Licinius qui uictus erat, uictori præscripsit, ut si pacem uellet, quæ haberet in sua potestate, daret in fidem Romanorum. Ne calamitas quidem fortissimi viri spiritus potuit immunuere. Nec ignorauit

ignorauit Perseus quibus cum uiris ipsi res esset, eoq; fecit uictor quod uichi solerat facere.

P A V L I A E M Y L I V S

Necessitate de latus honor 8 Paulus Aemylius quum iterum peteret consulatum, repulsam tulit: cæterum quum bellum aduersus Perseum ac Macedones, imperitia segnicięq; ducum in longum ducere tur, eidemq; consulatum detulissent, negauit se illis habere gratiam: nō enim se ob id tum designatum impetratorem, quod ipse desideraret imperium, sed quod ipsi imperatorem.

9 E foro domum reuersus quum filiam puellam nomine Tertiam repetisset lachryman tem, rogauit quid haberet. Illa respondente, Perseus nobis interijt: Id erat nomen catelli, quem puella habebat in delicijs: Sit felix, inquit, ô filia, omen accipio: moxq; in bellū profectus pulcherrimum de hoste triumphum egit.

10 In exercitu vero quum multam confidentiam ac loquacitatem comperisset militū officia disciplina mihi ducum sibi vindicantium, resq; non necessarias curātium, iussit illos quiescere, nec a litaris liud quicquam agere, quām ut enses suos acuerent, cætera sibi fote curae. Nocturnas autem excubias iussit illos sine lanceis & gladiis agere, quo nimurum adempta spe depellen di hostem, tanto acriter pugnarent cum somno.

11 Quum per loca prærupta irrupisset in Macedoniam, vidissetq; instructam hostium Dux usu rerū ciem, exhortante Nasica ut protinus inuaderet hostem, Facerem, inquit, si tuæ esse atra callidus tis, sed multarum rerum experientia prohibet, ne ex itinere statim cum instructa acie congrēdiantur.

12 Deuictio Perseo, quū epulum exhiberet uictoriale, dicebat, eiusdem esse artis & aciem Ars conuiuij bene instruere, & conuiuium exhibere: illam ut hostibus sit quām maxime formidabilis, hoc ut amicis sit iucundissimum.

13 Quum Perseus captiuus deprecaretur, ne in triumpho duceretur, Isthuc, inquit, in te si Seuere tum erat: significans, illi licuisse in bello perire, aut certe uincere.

14 Ex pecuniarum infinita ui reperta in castris hostium, ipse quidē nihil sibi sumpfit, Tu frugalitas beroni tamen genero phialam pondere quinq; drachmarum, fortiter gestæ rei præsumit dedit. Atq; hoc primum aiunt argenteum uascalum in Aeliorum domū fuisse ingressum. Meminit huius Plinius lib.33. cap.ii. quanquam ait fuisse duo pocula.

15 Ex quatuor liberis masculis quos suscepserat, duos antea dederat in adoptionē. Ex duabus autem qui remanserūt in familia, alter quinq; ante triumphum diebus interijt, annos natus quatuordecim: alter quinto post actū triumphum die, annos natus duodecim. Ob id populo lucrum ac mœrem cum illo iungente, ipse prodiens ad multitudinem, dixit, se post tam cōtinuos rerū successus aliquid magni malū à fortuna expectasse: se uero nunc de patriæ incolumentate securum esse factum nihilq; timere periculi, posteaquam fortuna prospere gestarum rerum inuidiā in suā domū īpingente, ipse pro omnibus depedisset.

16 Vxor erat illi Papyria, Masonis uiri consularis filia, quam quum longo tempore domi habuisset, exq; ea pulcherrimam sobolem sustulisset inlytum illum ac maximum Scivit torqueat calceus quād pionem Aemylianum, repudiauit, & amicis diuortium uehementer dissuadentibus, porrexit calceum dicens, Hic calceus nonne nouus est, nonne pulcher est: at neino uestrum nouit quā pedem meum torqueat.

17 Perseus sese ad uictoris pedes abiūcienti, uocesq; degeneres emittēti, Quur, inquit Paulus Generose lus, fortunam crīmine liberas, sic te gerens, ut superiore etiam fortuna uidearis indignus: Quur meam dedecoras uictoriā, ac rerum à me gestarum gloriam obscuras, tam abieciūt te demonstrans, ut indignus appareas, quem populus Romanus haberet hostem.

18 Idem dicebat, imperatorem, si minus ætate, certe moribus senem esse oportere: sentiēs, Temeritas non esse præcipitanda cōsilia, quod soleht iuuenes, sed moribus utendum esse senilibus.

C A T O S E N I O R

1 Cato Senior in concione suasurus de frumento uirū dividendo, ita præfatus est: per Venerisurdus difficile esse ad uentre aurib; carentem uerba facere: uentre dixit quod ageretur de populi uictu.

2 Aiebat se mirari, quomodo seruari possit ea ciuitas, in qua pluris ueniret piscis q; bos. Luxus Præcipius luxus olim erat in piscibus, unde legimus nullum sex milibus emptum.

3 Obiurgans aliquando summam uxorum imponentiam, Omnes, inquit, homines uxoribus dominantur, nos omnibus hominibus; nobis autem uxores: hoc modū colligentes, mulieres

mulleres esse rerum omnium dominas.

Dicere solet se malle pro collato beneficio nullam reportare gratiam, quam pro ma- 4
lescio perpetrato non dare poenam. Significans nihil esse periculosius impunitate, quae Impunitas ma-
semper ad deteriora inuitat.

Idem dicebat, se omnibus peccantibus ignoscere, praeterquam sibi ipsi. Multum dissimilius illi Mevio, qui carpens alios, sibi cōdohabat omnia. Sibi ignoscit, quem non poenis, Seuerus in f-
ree admisi: de se poenas sumit, qui cura pensat quod incogitania comitissimum est. ipsum

Exhortans autem magistratus ad sumendas poenas de his qui delinquerent: dicebat eos 6
qui maleficos prohibere possent nec facerent, lapidandos esse: sentiens illos de uniuerso
populo pessime mereri, quod ad scelerum licentiam inuitarent improbos.

Aiebat sibi magis placere iuuenes qui rubescerent quam qui pallescerent, quod rubor 7
arguat probam indolem, pallor non item. Pudor

Dicebat sibi inuisum esse militem, qui atbulans moueret manus, pugnans moueret 8
pedes, clarusq; sterteret quam inclamaret: pessimum autem imperatorem, qui sibi non Miles bonus
posset imperare.

Maxime existimabat oportere unumquemq; scipsum reuicti, quod nullus unquam à 9
scipio discedat. Ita fieret, ut quicquid alijs testibus non auderemus facere, idem solos fa Sibi quisq; testis
cere puderet.

Conspiciens multorum erigi statuas, Malim, inquit, ut de me querant homines, quam 10
obrem Catoni non sit posita statua, q; quare sit posita: sentiens se malle res præclaras ge Statuarum
rere, ut olim scientes illum promeruisse statuam, mirentur non esse positam. gloria

Admonebat ut qui potentes essent, parce uerentur sua potestate, quo semper uti posse 11
sent: sentiens potentiam clementia comitateq; fieri diuturnam, fetocia breuem.

Quo uirtute honore suo fraudarent, eos dicebat ipsam uirtutē à iuuentute auferre: sen- 12
tiens præmijs animos iuuenit ad uirtutem accēdi, que si detrahias, ipsa uirtus elanguescit.

Magistratum aut iudicem dicebat, nec pro iustis orandis, nec pro iniustis exorandum 13
Sensit culpam esse iudicatum, si ut iustis æqui sint orandi sunt, quum oporteat ultiro fauere iustitia
bonis: pro iniustis orare fortassis humanitatis est, at exorari, est à iustitia deflectentis.

Iniuriam etiam si facienti nihil adserat periculi, uniuersis tamen periculosam esse dice- 14
bat: sentiens impunitæ iniuriae exemplum omnibus minari iniuriam. Etenim si liceat im Impunitas
pune laedere, nullus erit tutus ab improborum uiolentia.

Senectuti quoniam multa adsint probra, dicebat non esse addendum malitiaæ dedecus: sen 15
tiens senectutem multis nominibus vulgo male audire, ueluti quiss audit deformis, eden, Senectus
tula, lusciosa, imbecillis, oblitiosa, indocilis: Hæc ferre satis est, ut non accedat crimen im
probæ uitæ, quod omnibus quidem fœdum, sed seni fœdissimum. Alij narrat hoc ab illo
dictum in senem obuium uitæ contaminata. Ne ætatis tuae malis addas turpitudinem.

Iratum ab insano nulla alia re differre dicebat, quam mora temporis: sentiens irā esse 16
breuem insaniam.

Eos qui fortuna moderate sobrietæ uerentur, dicebat ininitia peti inuidia. Non enim 17
inquit, nobis, sed bonis quæ nos circumstant inuident homines. Externa bona extra ho Inuidia quo,
minem sunt, at insolenter utendi uitium intra hominem est, qui eo sibi consilant inuidiam, modo uicitur
uere sunt inuidiosi.

Qui in rebus ridiculis seriam operam poneret, eos dicebat in seruis fore ridiculos: signis 18
sicq; assuetos ridiculis, ob habitum collectum, in seruis negotijs ita se gerere, ut hō solum Ridiculis aſſ
rideantur, sed etiam derideantur. suscite

Præclaras actiones aiebat præclaris uerbis occupandas, ne à gloria defluant. Argutius. 19
est quod uertit Philephus, aliud, ut opinor, exemplar sequutus, Honestas actiones hone
stis actionibus occupandas, hoc est, benefacta benefactis addenda; ne si desinamus bene
facere, obsolescat priorum benefactorum memoria.

Cives incusabat, quod semper ijsdem committetur magistratum, Vide mini enim, in 20
quit, aut uilem habere magistratum, aut iudicare paucos esse dignos magistratu. Quorum Honos nō scis
alterum erat male sentire de publica potestate, alterum erat male sentire de ciuibus. per ijsdem /

Quendam qui agros mari uicinos ob luxum uendere coactus est, aiebat se mirari, quasi 21
plus posset q; ipium mare: quod enim illud uix paulatim alluebat, ille facile deuorarat. Lurce
Censuram

- 22 Censurā petens, quum cæteros competitores uideret supplices populoq; blandientes,
Seneritas ipse clamabat, populo opus esse medico austero ualidiscq; remedij: proin eligēdum, non
qui iucundissimus esset, sed qui inexorabilis. Atq; hæc dicens ante omnes censor creatus
est. Agnouit populus mortū suū, eocq; Cato plus ualuit obiurgādo, q; cæteri blandiēdo.
- 23 Quando docebat iuuenes intrepide pugnare, sæpenumero dicebat, uerba plusquam
Vox in bello gladium, & uoces plusquam manū hostes in fugam uertere, attonitosq; reddere. No/
lebat militem in prælio mutum esse, sed atrocib; dicitis, clamore, uultusq; truculentia
terrere hostem.
- 24 Bellum gerens cum his, qui Baetum fluuium accolūt, quum in discrimen adductus es-
Argute set propter hostium multitudinem, & Celtiberi quidem offerrent supprias, si daretur q;
lenta ducenta, Romanū uero non sinerent illum mercede pacisci cum barbaris: dixit erra/
re Romanos, eo quod si uicissent, reddituri fuerint non de suo, sed de bonis hostium: si
uicti fuissent, iam non fore, nec à quibus peteretur, nec qui peterent.
- 25 Quamuis autem complures urbes cepisset, tamen aiebat se hisce diebus quos inter ho-
Abstinentia stes egit, nihilo plus sumpsisse, quam quæ ex hostium agris comedisset bibissetq;.
- ducis Quum cuidam militum argenti libram distribuisset, ait, Satius esse multos habentes
26 argentum, q; paucos habentes aurum è militia domum redire. Nam duces non alia re q;
Reditus è bel gloria auctos è prouincijs redire oportere. Sensit rem sat feliciter gestam, si tanta militū
lo multitudine redeat in columis, ut ex distributis manubijs exigua portio ad singulos redeat,
potius q; si multis desideratis pauci redeant ex præda locupletiores. Quoniam autem re-
rum prospere gestarum gloria reddit ad duces, hac portione par est illos esse contentos, si-
ue multum sit præda, siue parum.
- 27 In militia quinq; famulos habebat, quorū unus tria captiua corpora emit. Quod ubi
Seneritas sensit resisse Catonem, priusquam in eius conspectum ueniret, seipsum laqueo præfoca-
uit. Adeo quaestum oderat in militi, adeo ueniam desperabat qui peccauerat. Nec hoc ui-
detur apophthegma.
- 28 Hortante Scipione Africano, ut Achæorum exulibus opitularetur, quo illis in suam
Senes negles patriam redire liceret: simulabat eius rei sibi nullam esse curam. Ceterum in senatu quum
eti hac de re multa uerba fierent, assurgens ait: Perinde quasi nihil habeamus quod agamus,
sedemus de seniculis aliquot Græcis dispuantes, utrum à nostris an illius regionis uepsi-
lonibus efferantur.
- 29 Quum Posthumius Albinus historiam Græce cōscripsisset, & ob id ueniam peteret
Latinus ab auditoribus, Cato irridens, Danda, inquit, era uenia, si Amphictyonum decreto coa-
Græce clus Græce scripsisset. Hoc aliquando secus narrat Gellius & Macrobius.
- 30 Populum Romanum gregi pecudum conferre solebat, quæ singulae nemini obtempe-
Populus qua rant, uniuersæ autem gregis ducem sequuntur. Sic & nos, inquit, quos nemo uestrū pris-
lis uatim in consiliū adhibere ueller, ab his hic cōgregati uos agi duciq; sinitis. Notans popu-
lum, quod deterrimis committeret magistratus.
- 31 Aiebat populu Romanum nō tantum purpuræ, uerum etiam uirtuti plurimi con-
Honos alit ducere. Quemadmodum enim tinctores eum potissimum colorem inducunt, quo uident
uirtutem homines maxime delectari: ita iuuentus ad ea studia potissimum incubit, quibus po-
pulus defert honores. Honos enim non solum alit artes, uerum etiam uirtutem. Hoc pa-
cio monebat populum, ut magistratus his demum committerent, qui de se uirtutis speci-
men dedissent: ita fore ut quam plurimi se se ad egregia studia confertent.
- 32 Hortabatur iuuenes ut qui uirtute & æquitate ad dignitatem peruenissent, ne turpiter
Confilium o ad deteriora degeneraret: si in ambitu aquivalentia, ad meliorem frugem se referrent: ita fu-
ptimum turum, ut & illi gloriam augerent, & hi benefactis maculam abolerent.
- 33 Qui magistratum eundem frequenter ambirent, eos dicebat uelut ignaros viæ, ne ab-
Modus in ho errarent lictores qui præcederent semper querere. Solent enim lictores præire magis-
noribus tum, non ut uiam ostenderent, sed honoris gratia.
- 34 In inimicum quendam probrosæ uitæ, Huius, inquit, mater quum deos orat ut sibi fi-
Filius impro lius sit superstes, non precatur, sed imprecatur: sentiens illam & sibi & reipublicæ preca-
bus rī in magnum malum.
- 35 Quum Eumenes rex Romā uenisset, & à senatu honorifice exceptus, clarissimorum
civium

ciuum frequentia stiparetur, Cato nō dissimulabat tantum Rōmanorum erga illum studiū sibi suspectum esse, ipse uitans regis consuetudinem. Hoc quibusdam admirantib. ac dicentib. Eumenem uirum esse probum; ac amico in populum Romanum animo, Sint ista uera, inquit, attamen illa belua natura ferox canis est: sentiēs omnes reges, ut cunque pro tempore simulent, natura tyrannos esse, ac Democratiæ infensos. Romæ autem regis nomen erat inuisissimum.

Dicebat ideo sibi ab inimicis conflatrī inuidiam, quod quotidie noctu surgens rei fami illaris rationibus neglectis reipub. consuleret: notans ingratitudinem populi.

Quum tres essent designati qui legati proficeretur in Bithyniam, quorū unus poda gra teneretur, alter caput haberet vulnerib. confossum, tertius uæcordia laborare uidere, salte tur, Cato ridens dixit, Populi Rom. legationem nec pedes habere, nec caput, nec cor.

Quum impetratum esset de restituendis Achæorum exilibus, Polybius & hoc ad se natum retulit, ut restitutis apud suos pristini honores ac magistratus redderetur. Hic Ca/ Pu filla curat ro rogatus sententiam dixit, Polybius idem facere uidetur quod fecit Ulysses, qui Cyclo/ recum pericu pis speluncam repetere uoluit, quo pileum & cingulum que illic per obliuionem relique lo rat reciperet: significans, abunde multum esse, quod exilibus datus esset in patriam redi sus, effecit periculum ne dum pristinos honores repetunt, etiam à reditu excludantur.

Aiebat stultos prudentibus plus adferre utilitatis, & prudentes stultis. Prudētes enim dum facile uident errata stultorum, eaq; uitant, fieri cautores: at stultos non item quæ à Nous senten tia prudentibus recte fiunt, quia non uident, posse imitari.

Videns quendam uehemēter obesum, mirabatur cui usui tale corpus esse posset reip. eius inter guttur & inguen omnia uenter occuparet. Obesus

Lurconi cuidam ambienti inter Catonis familiares recipi, negauit, dicens se cū eo non posse uiuere, qui plus saperet palato quam corde.

Amantis animum dicebat in alieno corpore uiuere: quod hodie quoq; celebratur, animam illuc potius esse ubi attiat, quam ubi animat. Amor

Tria per omnem uitam accidisse dixit, quorū pœnituisse: primum, si quid arcani sc̄e minæ credidisset: secundum, si quopiam nauigio uectus esset quod pedestri itinere perueire licuisset: tertium, si quis dies ipsi per negligentiam absq; fructu effluxisset.

Ad tribunum plebis qui uenefici infamia laborabat, iniquam ferente legeim, Adole/ scens, inquit, nondum scio utrum hautire quod temperas, an approbare quod scribis de/ serius sit: sentiens & legem quam parabat, exitiosam esse reipublicæ.

A quodam multis nominibus infami uexatus, Impar mihi, inquit, tecum certamen est. Nam ut tibi & male audire & maledicere facilimū ac promptissimum est, ita mihi male dicere insuave, male audire insolitum.

Apud Athenienses quum quæcumq; Cato breuissimo sermone expedierat, ea uix longo uerborum ambitu redderet interpres, dictum est, Græcis orationem è labijs, Romanis ex corde proficiisci.

Adolescēs quidam patris uita defuncti inimicum mox in ius uocauit ultusq; est, quem Cato obuiam comiter amplexus. Sic oportet, inquit, non agnisi hedisiue, sed è malorum Pietas in pa lachrymis ac damnationib; parentum exequias celebrare. trem

Quum quidam Catoni dixisset, Eatnus deambulatum: & adolescēs quidam interpel latset dicens, Quid opus erat de? Imò, inquit Cato, quid opus erat te? Vna literula muta, Curare frisia, significauit ipsum potius esse superuacaneum in uita, quam de, in uerbo. uola

Cato percussus ab eo qui arcā ferebat, quum basulus diceret, catue, rogauit nunquid aliud ferret præter arcā. Nam quod ad arcā attinebat, serum erat dicere, caue. Simul Admonitio uit itaq; se moneri de alio quopiam onere q; de arca, unde cauedūt esset. Simile est quod sera de Diogene trabe ictio retulimus.

Cato senior quibusdam efferentib; hominem inconsulte audacem, & in rebus belli cis strenuum, ait plurimum referre, utrum quis uirtutem magno æstinet, an uitam non magni faciat: sentiens, non eos statim esse fortes, qui quoq; modo uitam contemnunt, uera sed qui tanti faciunt uitatem, ut huius gratia uitam alioqui charam negligat. Nam sentet in uitæ discriminem coniçere, aut infelictum est, & quos uitæ iam trædet, aut inhumanum & beluis similiū.

51 Cato in Albidium qui luxu facultates prodegerat, deniq; & ædes deuorarat, nouissime Profusio consequutum incendium, quod reliquum erat absumpsi, ita iocatus est, ut diceret eū fuisse proterviam. Id erat priscum sacrificij genus, in quo si quid superfuisset, seruari religio erat, sed igni cremabatur.

52 Catulus Censor Catonem sibi arcifissima iunctum necessitudine rogauit, ut quendam Seuere ipsius iudicio obnoxium, erat enim quæstor, missum ficeret. Ille hunc in modum respondit, Turpe est nos qui iuuentuti recte instituendæ autores esse debemus, à lictoribus irriti deri nostris. Negauit asperius quod iniuste petebatur.

53 De spes sic prædicasse narratur autore Plutarcho, quod quæ magna essent, pusilla facies fallax ret: quæ pusilla, prorsus nulla: sentiens, opinor, de periculis. Victoriae spes extenuat omnia quæ solent à bello deterrere.

54 Commemorantur eiusdem quædā uelut oracula de re rustica. Dicebat fortissimos viros ac strenuissimos milites, ex agricolis gigni, minimeq; male cogitantes. Prædium ne cupide emas. In re rustica operæ parcias, in agro emendo minime. Quod male emptū est, semper pœnitit. Agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquarum uim & uicinum Aestimare oportet quomodo niteant contermina. Malus est ager cum quo dominus luctatur. De bono domino melius emitur fundus. Agro ut homini quāvis sit quæstuosus, si idem sumptuosus sit, non multū superesse. Idē interrogatus quis esset certissimus quæstus, respondit, Si bene pascat: quis proximus, si mediocriter pascat: quid tertium, si bene ueliat: quid quartum, respondit, arare. Cuidam autem subiecti quid scenerare, quid, inquit, hominem occidere? Dixit agricolam oportere uendacem esse non emacē. Fundum in adolescentia sine contatione conserendum, non nisi consito agro ædificandum, ac tum quoq; contanter: optimum esse aliena insania frui. Eum qui bene habitet, sepius uentitare in agrum, frontemq; domini plus prodesse q̄ occipitum. Hunc agri modum seruandum, ut neq; fundus uillam querat, neq; uilla fundum. Satius esse minus serere, & minus arare. Latifundia perdidisse Italiam. Villicū q̄ proximum domino cordi esse debere, & tamen sibi meti si nō uideri. Coli rura ergastulis pessimum esse, ut quicquid agitur à desperatis. Nihil minus expedire, quam agrum optime colere.

55 Quum Catoni causam in foro agenti, Lentulus attracta pingui saliuā in medium fronte Patienter tem quantum poterat expuisset, abstulerit Cato faciem ac dixit, Affirmabo omnibus Lentule: falli eos qui te negent os habere. Os habere negatur quos nihil pudet: id quum eo facto maxime declarasset Lentulus, tamen Cato ludens profitetur illi esse os, nō quod eti; besceret, sed quod ore multam purulentiam eiacularetur.

56 Quidam mane surgens reperit caligas à soricibus arrosas: hoc ostento turbatus, cōsū Supersticio iruit Catonem quid mali portenderetur. Ille uero, Non est, inquit, ostētum quod sorices risa arroserunt caligas, sed si caligæ arrossissent sorices, id demum fuisset ostentum.

57 Dicere solet, pecuniam pedibus compensari: sentiēs, ni fallor, sumptuosum esse ad uillam procul diffitam crebro proficiisci, sed hoc impendij pedibus pensari, si dominus impiger pedes inuisit fundum suum. Refert M. Tullius in oratione pro L. Flacco.

CATO VTIENSIS

1 Quum Catoni qui post dictus est Uticensis, etiam num puer uitio daretur taciturnitas, Nec enim cum pueris exercebatur, nec à quoquā audiri uolebat, ait, Carpant taciturnitatem, modo uitam probent. Et addidit, Tum demū abrumpam hoc meum silentium, quum ea loqui potero, quæ sunt indigna silentio.

2 Quā partes in conuiuijs sortirentur, nec illi fauisset sors, amicis hortantibus ut primus Iuste omniū caperet, οὐ κελῶς, inquit, ἐχεὶς ἀλέσσεις ἀφορδίτης, id est, nō decet inuita Venere. Tam natura iustus erat, ut præter sortem amicorum fauore noluerit uti. Veneris factus felix erat in talis.

3 Quum M. Tullius Murenam defendens, multa false dicereret in paradoxa Stoicorum, Consul ridiculus cæteris tandem & Cato exhilaratus, proximis dixit, Dixi boni, quam ridiculum lus habemus consulem. Stoicorum philosophiam Cato præcipue sequebatur, puer natus huius sectæ præceptorem.

4 Quum in senatu de Catilinæ cōiuratione tractaretur, redditæ sunt Cæsariliteræ. Id ubi Leniter sensit Cato, suspicans à cōiuratis uenire, clamare cœpit ut palam recitaretur. Id ne fieret, Cæsar

Cæsar Catoni literas tradidit. Erant autem ab Seruilia Catonis sorore, amatoria, parumque pudicæ. Eas ubi legit Cato reiecit in Cæsarem dicens, Accipe ebrie. Nec aliud loquutus sedij ad sermonem intermissum.

Hortensius à Catone petiit, ut Portiam filiam suam Bibulo nuptiam sibi traderet in matrimonium, pollicens se marito redditum simulacrum ex ea prolem suscepisset. Id quum multis rationibus illi persuasisset, Cato respondit, se quod ad ipsum attineret libenter gratificaturum amico, uerum hoc non audere à Bibulo petere. Tum Hortensius nudans animum suum, petiit Martiam ipsius Catonis uxorem. Iam enim sibi Cato ademerat mariti praetextum. Assensus est Cato, ut id fieret uolente patre coniugis. Ipsoque Catone præsentate facta sunt sponsalia.

In forum ueniens cum Thermo conspicatus Castoris templum armatis occupatum, 6 omneisque fori aditus à gladiatoribus obsideri, ipsumque Metellum unum cum Cæsare, Oti, Autoritas inuidum, inquit, hominem, qui aduersus unum tantam atmavit multitudinem.

Pompeius quo suam factionem redderet firmiores, per Munatum petiit, ut Cato ne, 7 ptium duarum alteram sibi, alteram filio suo daret: Cato iussit reuersum Munatum Pompeio renunciare. Se quidem per mulieres capi non posse, benevolentiam tamen illius sibi gratam esse, amicitiam etiam, quæ quauis affinitate firmior esset, polliceri, si que reip. conducerent sequeretur. Ceterum aduersus rem publ. nunquam daturum obsides. Neptes in matrimonium datas, obsidum nomine signans. Sunt qui narrant non neptes, sed filias in matrimonium à Pompeio petitas.

Munatio querenti quod in Cypro Catonem adire cupiens, parum ciuiliter repul, 8 sus esset, quum nihil esset negotiorum, sed intus cum Canidio fabularetur, sic se purgauit, ut nimia familiadiceret se uereri, ne, iuxta Theophrasti sententiam, nimia amicitia causam aliquando ritas daret odio.

Laudatus à senatu quod populi tumultu oratione sua prorsus sedasset, At ego, inquit, 9 uos P. C. nequaquam laudo, qui me prætorem in tanto periculo deseruistis. Libere

Cato ipso die comitiorum quendam è sponsoribus damnauit, ac pecuniā illi traditam in alium transtulit. At populus admiratus Catonis iustitiam, damnato poenam remisit, di cens satis dedisse pecnarum, quod à Catone damnatus esset. Graue damnari à probis,

Multis P. Sulpitij ingratitudinem inquisitibus, quod Catoni de se optime merito operi posuisset se competitorē, Cato sic excusauit, dicens minime mirandum, si quod quis maximum bonum duceret, id alteri nolle concidere.

Quum Cæsar Ariminum occupasset, & ad Pompeium summa rerum in urbe translatara esset, Cato dixit, Si mihi ista prædiceti credidissetis P. C. nec unum nunc timeremus, Pronidentia necab uno spes nostræ penderent.

Quum Pompeio res infeliciter cederent, & ad Cæsarem inclinaret uictoria, Cato dicebat, in rebus diuinis multū esse caliginis, quod Pompeio præter ius agenti fuissent omnia Dei consilia et prospera, causam reip. tuenti nihil succederet.

Quum deploratis rebus amici hortarentur Catonetum, ut ad Cæsar's clementiam conserueret, respondit, uictorum esse, & eorum qui deliquerint supplicare, Catonem nec uictum nec captum esse, qui se per omnem uitam inuictum præstisset, ac Cæsarem honestate iustitiae longe superasset: Cæsarem potius uictum captumque esse, qui bellum quod diu negasset se moliri aduersus patriam, nunc id egisse conuictus esset. Proinde pro se Cæsarem orarent qui uellent, pro Catone neminem orare debere.

Quum M. Octavius duas habens legiones haud procul ab Utica, à Catone postularet, 15 ut inter ipsos de imperio statueretur, Cato legatis nihil respondit, uerū ad amicos cōuersus, Quis iam miretur, inquit, rem male gestam esse, quū in ipsa motte in nostris uideatis dominandi cupiditatem? Significans ambitione ducum bellum infeliciter cessisse.

Quum in senatu pro uictoria quā Cæsar ex Ulpiteris Tenerisque Germanis retulerat, 16 de supplicatione decernenda ageretur, sententia dixit, Cæsarem hostibus esse dedendum, Libere quo Romana ciuitas à perfidia expiaretur, deinde execrationes in autorem uerterent.

Rursus quum in senatu Pompeio, cui parum aliqui fauebat, decerneret imperium, 17 dixit, talium uiorum esse, ingentia reipub. inferte mala, eademque depellere: temporis coti Prudenter filium accommodans.

Pragatis Scipionem minorem narrant annis quinquaginta quatuor quibus uixit, nihil emisse, nihil uendidisse, nihil ædificasse, libras autem argenti triginta treis, auri duas in ampla domo reliquise, idque quum potitus esset Carthagine, militesque ducas et plus ceteris ducibus omnibus.

Amici Polybij sequens præcepta, dabat operam ne quando è foro rediret domū, priusquam sibi quocunq; modo quempiam eorum in quos incidisset familiarem & amicum reddiret: sentiens, nullam esse homini possessionem meliorem.

Catonis testi Iuuenis etiamnum tantam habebat opinionem fortitudinis & prudentiae, ut Cato senior interrogatus de his qui apud Carthaginē militarent, in quibus erat & Scipio iunior monium Homericu uersu responderit,

Ille sapit solus, uolitans alij uelut umbræ.

De Tiresia dictum est apud Homerum Odysseæ.

Vitatis Quum Romam uenisset, reuocatus est ab exercitu, non ut ipsi gratificaretur, sed quod per illum cito Carthaginem se capturos esse crederent.

Fortiter Posteaquam sese intra muros urbis receperat, Carthaginēsibus ex arce sese defendentes, ac Polibius suaderet ut in mari, quod intericebat non ualde profundum, murices spargeret ferreos, aut tabulas aculeatas iniiceret, ne transmisso mari hostes pro aggeribus pugnarent: aiebat esse ridiculum, quum moenia tenerent, & intra urbem essent, dare operam ne cum hostibus confligerent.

Honos artis Vbi ciuitatem cotperit statuis deorum Græcanicis, ac monumentis è Sicilia deportata tis differtam, per præconem edixit, ut qui illarum essent urbium agnoscerent illa ac referrent domum. De pecunijs uero nec seruum nec libertum passus est quicquam capere, ac ne emere quidem, quum alioqui quilibet passim ferrent agerentq;

Facece 7. C. Lelio quem inter amicos maxime charum habebat, consulatum ambienti quum fueret, percontatus est Qu. Pompeium nepotem, an & ipse consulatum peteret, Credebat autem is Pompeius tibicinis esse filius: quū Pompeius negasset se petere, quin etiam polliceretur se Lelium ambientem deducturum ac simul cū illo ambiturū suffragia: dum credunt promittenti, & hunc expectant, decepti sunt. Renunciatus est enim ipsum in foro circumire candidatum, ac ciuium prehensare dextras. Ob id ceteris indignantibus, Scipio ridens: Næ, inquit, nos egregie stulti sumus, qui perinde quasi deos precaturi sumus non homines, iam dudum tempus terimus, tibicinem expectantes. Solet enim in sacris tibicen dare signum compreendi deum, quasi iam adesset.

Nobilitas 8. Ap. Claudio qui Scipioni in ambienda censura competitor erat, iactante se, quod ipse citra nomenclatorem ciues omnes nominatim salutaret, quū Scipio propemodū nosset neminem. Vera narras, inquit Scipio, nam mihi studio fuit, non ut nossem multos, sed ne cuiquam essem ignotus. Nomenclatorum laus est, quam plurimos nosse: at egregij ducis est ob egregia in rem. merita, nulli ciuium ignotum esse: iussitq; ciues quum bellum esset cum Celtiberis, à quibus ambo fuerant in bellum missi, uel legatos, uel tribunos militum telles ac iudices utriusq; uirtutis statuerent, qui ei bello interfuerint.

Gloria 9. Censor creatus adolescenti cuidam equum ademit, quo deo tempore quo Carthago oppugnabatur splendide coenatus libum in urbis similitudinem figuratum, cui Carthagini nomen indiderat, conuiuis diripiendum proposuisset. Iuene uero causam sciscitante, cur equo priuatus esset, Quoniam, inquit Scipio, me prior Carthaginem diripiisti.

Index non ac- 10. C. Liciniūm prætereuntem quum uidisset, Hunc, inquit, uirum scio peierasse, uerum quoniam nullus illum desert, non possum simul & accusator esse & iudex. Sit hoc in census fore moderationis & iustitiae exemplum.

Rex segnis 11. Quum iam tertium à senatu fuisset emissus, quo ut tradit Clitomachus,

Vrbes atq; homines cernat bene legibus actas, utq; gentium, ciuitatum, ac regum inspectio esset: posteaquam peruenit Alexandriā, nā uicq; egressus, capite pallio tectus incederet, Alexandrinī undiq; accurrentes flagitabant ut caput nudaret, faciemq; id desiderantibus ostenderet. Quum se nudasset, clamore & plausu testati sunt gaudium suum: quūq; rex Alexandriæ uix interim ob delicias ac molie corporis æquaret Romanos incidentes, Scipio uoce submissa Panætio insusurravit in aurem

in aurem. Iam, inquit, Alexandrini non nihil ex nostra peregrinatione fructus ceperunt, quibus per nos contigit uidere regem ambulantem. Nam Athenaeus ex autoritate Posidonij scribit, Ptolemaeum perquam obeso corpore, nunquam antea pedibus ambulasse.

Erat illi peregrinationis comes unus amicus Panctius philosophus, famuli quinq; quo 12 rum uno peregre defunctio, quoniam alium nolebat emere, e Roma accersit qui defunxerat locum impleret.

Quum Numantini uiderentur inexpugnabiles, ut qui multos Romanorum duces superassent, populus Scipionem iterum consulem fecit ad suscipiendum hoc bellum. Cæte Pecunia conrum quum multi gestirent exire in militiam, idq; senatus fieri uetusset, quasi Italia futura tempta esset deserta, ac ne pecunias quidem ex æratio sumere passus est, sed uectigales prouetus quorum tempus nondum excesserat assignauit. At Scipio pecunijs quidem sese negauit egere, suas enim & amicorum satis futuras. De militibus negatis questus est, bellū enim esse difficile. Quod si priores, inquit, ob hostium fortitudinem toties uici fuerunt, difficile bellum est, quia cum talibus pugnandum erit: sin ob ciuium nostrorum ignauia, & que difficile est, quia talium opera in bello sumus usuri.

Postea quam uenit in castra, multamq; illic licentiam, lasciuiam, superstitionē ac luxum 14 offendisset, diuinos ac sacrificos cum lenonibus protinus elecit: quin & uasa omnia iussit Disciplina molamoliri, excepta olla, uero & poculo fictili. Ex argenteis, poculum librarum nō amplius litaris duarum permisit, si quis habere uellet: balneis uti uetusset. Qui ungerentur iussit ut ipsi sese fricarent. Iumentis enim, quia manibus carent, opus esse alio à quo fricetur. Edixit ut milites stantes pranderent oblongum non igni coctum, coenarent autem discubentes, paucem, aut puluem solam, & carnes assas siue elixas. Ipse uero sagro circumteclus obambulabat per exercitum, dicens, se lugere exercitus dedecora.

Quum Memmiū cuiusdam tribuni militum iumenta intercepisset, uasculis lapideis re 15 frigerando uino paratis, ac poculis Thericleis, hoc est, operose facili onusta, Mihi quidē Luxus damna inquit, ac patriæ dies trīginta, tibijpsi uero per omnem uitam, quum talis sis, te ipsum inuitile reddidisti. Significans, bellum quod pro patria gerebatur, mensem fortasse duraturum. Parum autem esse quod tum militem præstaret inutilem, sed multo grauius, quod si pergeret esse talibus moribus, perpetuo ciuis inutilis esset futurus.

Alteri cuidam scutum pulchre ornatum ostentanti, Scutum quidem, inquit, ô iuuenis 16 bellum est, at decet uiuum Romanum in dextera potius q̄ laeva spem collocare. Clypeus Spes in clupeo enim sinistra geritur, gladius dextra.

Cuidā uallum gestanti, qui se dicebat onere uehem ēter premi, Nihil mirū, inquit, quan 17 do isti ligno magis q̄ gladio fidis. Significans, ideo uallū plus habere ponderis, quia plus Valli fiducia apud illum ualeret. Quod si gladijs fiderent milites, nihil esset opus uallis.

Quum uideret hostes despondere animum, aiebat sese ut tuto uinceret mora tempo 18 ris emisse, addens bonum ducem perinde ut medicum, non nisi in extrema curatione Vincere si ferrum adhibere. Nihilominus per occasionem adortus Numantinos, terga illos da, ne cede re compulit.

Quum seniores Numantini uiciis suis ignauiam exprobarent, qui nunc eos fugissent, 19 quos toties in fugam uerterant, Numantinus quidam respondisse fertur: Nunc quidem Dux omnia faoues eadem sunt, sed alius pastor: Significans, Scipionē ducem esse causam mutatae forū cit tunae bellicae, licet iūdem essent milites.

Numantia capta, quum iterum triumphasset Scipio, incidit illi cōtrouersia cum Caio 20 Graccho, tum pro senatu, tum pro belli socijs. Id moleste ferēs populus, tumultuabatur: Libere Scipio uero consenso suggesto, Me, inquit, nec castrorum uociferatio unquam terruit, nec tumultus hominum terrebbit, quibus Italiam scio non matrem esse, sed nouercam: Si significans eos qui publicis patriæ commodis obstreperent, non esse uere Italos, sed alieni genas. Valerius refert illum dixisse, nunquam eos metuam solutos, quos huc alligatos ad duxi. Denotans eos adductos fuisse captiuos, qui in uictorem ferocirent.

Iis uero qui Graccho aderant uociferantibus, occidendum esse tyrannum. Merito, inquit Scipio, qui patriam oppugnant, me prius uolunt ē medio sublatum. Nec enim Romanum posse cadere stante Scipione, neq; Scipionem uiuere collapsa Roma. In hoc catalogo multa admixta sunt, quæ non sunt apophthegmata.

22 Scipio Africarus consulatum appetebat, uerum ubi sensit Pompeium amicum alij
Moderate fauere candidatis, ipse à petitione destitutus, dicens, eum consulatum sibi non tam gloriæ fu-
turum si adipisceretur, & molestum & inauspicatum, si refragante Pompeio consequere-
tur. Maluit consulatum cedere, & amicum perdere. Vide num hoc dictum sit de Scipio/
ne Africano Metello, & Cn. Pompeio.

23 Quum in Africa Pompej partes sequutus res parum prospere gessisset, & Hispaniam
pevens intellexisset nauim qua uehebatur ab hostibus captā, gladio præcordia sua trans-
uerberauit. Deinde Cæsarianis militibus quarentibus ubi est Imperator: Imperator, in-
quit, bene habet. Suprema uox morientis declarauit animum meliore fortuna dignum.
Et hoc dictum uidetur de Scipione ultimo, cognomento Metello.

CAECILIVS METELLVS

1 Cæcilius Metellus, quum loco munito cogitaret admouere exercitum, ac centurio di-
Argute xisset ipsi, Si decem modo hominum iacturā facere uelis, capies locū: Interrogauit eum,
num ipse de numero decem unus esse uellet. Hoc & alteri tribuitur.

2 Tribuno militum cuidam è iunioribus percontanti Metellum quid esset facturus, Si
eius rei, inquit, scirem mihi tunicam esse consciā, exuram in ignem coniecissem.

3 Quum Scipionī uiuenti fuisse inimicus, mortem tamen illius graviter tulit, iussitq; fi-
Simultas à ro lios ut subeuntes pheretrum funus Scipionis efferrent, addens, se Romanæ ciuitatis no-
go deponēda mine gratiam habere dñs, quod Scipio apud alios non esset natus. Sentiens, Romā non
futuram fuisse in columem, si talem ducem habuissent hostes. Simultatem oportet mone-
finiri, amicitiam non item.

C. MARIVS

4 C. Marius obscurō genere natus, facinorum militarium commendatione ad rempubl.
Improbatus accessit. Ac primū maiorem petiūt ædilitatem. Vbi sensit ea spe frustrari sese, eodē die mis-
ra norem ambijt: & hac frustratus, haud tamen desperauit, se Romæ ciuitatis primatē for-
re: docens quantum in rebus humanis ualeat improbitas.

5 Quum in utroq; crure uarices haberet, nullis uinculis alligatus præbuit sese medico se-
Curatio mor / candum, ac nec suspirio emissō, nec adductis supercilij, chirurgi curationem pertulit. Ce-
bo gravior terum quum medicus ad alterum crus transire fecundum, uetus dicens, curationem non
esse tanto dignam cruciatu.

6 Lusius Mario ex forore nepos, quum Marius iterum consul esset, uim admouit militi
Scuere & pu cuīdam adolescenti, nomine Trebonio: at is Lusium interfecit. Id factum multis incusan-
dice tibus, non inficiatus est adolescentis se ducem suum interfecisse, sed causam addidit ac pro-
bauit. Marius itaq; cum iussisset adferri coronā, pro facinore in bello præclare gesto da-
ri solitam, Trebonio imposuit: graui exemplo monens cæteros, ne simili modo tentaret
adolescentium pudicitiam, quando non solum absoluit, uerum etiam coronauit eum, qui
& imperatoris cognatum, & ducem suum ferro necasset.

7 Quum castrametatus esset aduersus Teutonas, in loco qui minūtum habebat aquaz
Sitis militibus dicētibus se sitire, ostendit illis flumen proxime hostium uallum labens, Illinc,
inquit, uobis potus sanguine uenalis est. At illi iusserrunt, ut se quō uellet duceret, donec lit-
quidum haberent sanguinem, nec totus adhuc præ siti diriguisset.

8 Mille Camerinos, qui se in bello aduersus Cimbros, strenuos uiros præstitissent, ho-
Armenō aus nore Romanis æquauit, idq; præter omne ius. Ad eos uero qui factum hoc reprehende-
diunt leges bant, respondit, se ob armorum strepitum legum uocem exaudire non potuisse.

9 In bello ciuili quum fossa cinctus oblideretur ab hostibus, continuit sese, tempus ex-
Retortum pectans opportunum. Popedio autem Siloni dicenti, Si magnus es imperator o Mari,
descende in conflictum, Immo tu, inquit, si magnus es imperator, coge me nolentem ad
certamen uenire.

CATVLVS LVCTATIVS

10 Catulo Luctatio in bello Cimbrico iuxta flumen Athesim exercitum habente, quum
Collide Romani uiderent barbaros transire conantes, retrocesserunt, quandoquidem illorū im-
petum sustinere non poterant: ipse celeriter sese ad fugiētum primos contulit, ut non ho-
stes fugere, sed ducem sequi uiderentur. Hoc strategema est, non apophthegma.

C. POPILIVS

C. Popl

C. Popilius missus erat ad Antiochum regem, epistolam ferens à senatu, qua iubebatur exercitum ex Aegypto abduceret, nec Ptolemæi filios orphanos regno spoliaret. *Animoſe* Quum uero rex illum per medium exercitum ad se accedenterem procul humaniter salutasseret, non resalutato rege literas reddit, quibus lectis quum Antiochus diceret se consulaturum, daturumq; responsum, Popilius uirga quam tenebat ducta linea cinxit regem, dicens, *Hic igitur stans consulta & responde.* Omnibus uiri spiritū admirantibus, postea quām Antiochus spopondisset se faclurum quā Romanis uiderentur, ita demum salutauit illum & amplexus est Popilius.

L V C V L L V S

Lucullus quum in Armenia cum decem milibus armatorum, & mille equitibus aduersus Tigranem tenderet, centum quinquaginta hominum milia habentem in exercitu, *Superstitionis* pridie nonas Octobres, quo die prius Scipionis copiae delectae fuerant, quodam admodum contemptu nente, quod Romani diem illū ut nefastum & inauspicatum metuerent, Ergo, inquit, hodie alacriter pugnemus, ut hunc quoq; diem ex nefasto funestoq; Romanis hilarem & auspiciatum reddamus.

At quum Romani cataphractos præcipue formidarent, bono animo illos esse iussit: *13* plus enim negocij futurum in spoliandis illis quām in uincendis. Significans, plenam ar maturam nihil profuturam hosti in pugna quum esset ignauus, sed uictori profuturam ad prædam. Quumq; primus in collem ascendisset, speculator hostium tumultus exclamauit, *Vicimus* commilitones, simulq; impetu facto in hostes, quum nemo irruentis impetum sustineret, quinque tantum Romanos qui ceciderant, amisit, hostium uero ceterū milia trucidauit.

Lucullus imperator ad direptionem incitantibus, dixit, *se malle unū militem Roma num ex hostium manibus eripere,* quām uniuersas hostium fortunas sibi vindicare. *Cura militis*

Archelao qui iterum à Mithridate defecerat, assueranti, si in Ponto Lucullus conspi ceretur, fore ut omnia subderentur imperio Romano: respondit Lucullus, *Non cedo Ar chelae uenatoribus audacia, ut reliquias feris ad uacua illorum lustra progrediar.* Iā enim Mithridates Pontum reliquerat.

Romani quum in pugna cum Tigrane, hostium peditum centum milia trucidassent *16* pacis equitum fuga seruatim, quum ex ipsis non amplius centum essent uulnerati, inter fecuti quinq; dicebant se se erubescere, quod in tam uilia mancipia strinxissent ferrum. *Hostis pudens*

Quum cœconomus Lucullo cœnam modestam apparasset, accersitum obiurgauit: illo *17* dicente, non putabam sumptuoso apparatu opus esse, quū solus essem cœnaturus, Quid *Splendide* aīs, inquit Lucullus, an ignorabas apud Lucullum hodie cœnaturum Lucullum?

Quum Græcos quosdam per dies aliquot magnifice tractasset, atq; illi dicerent, *se mira* *18* ri quod tantum impendiorū sua causa faceret, Non nihil, ô hospites, uestra *causa, sed ma* *xima pars Luculli gratia.*

S Y L L A

Sylla cognomento Felix, inter felicitates suas, duas præcipuas ducebatur, alterum quod *19* Piūm Metellum haberet amicum, alterum quod urbem Athenarum non subuertisset. *Felicitas*

Quum Sylla defectus necessarijs cogeretur etiam dijs dicata tangere, Caphi amīcum Delphos miserat, ut pecunias ac donaria ad se perferret. Quibusdam uero dicentibus, intra templum auditum citharae sonum, quod ostentum interpretabantur, quasi *Orientū tem mode inter̄* Apollo citharoedus indignaretur, Caphis audita perscripsit Syllæ: cui facete rescripsit pretatum Sylla, Quin tu Caphi potius *interpretaris istud* esse signum gaudentis & exultantis dei, quam indignantis? Itaque perinde ut deo hilariter tribuente, tu quoque bono animo pecunias accipe.

Quum ad sociale bellum magnis cum copijs missus esset, circa Limernam ē uasto ter rae hiatu magnus ignis emicuit, cuius flamma ad cœlum perueniens constitit. Id uates interpretati sunt quod uir bonus, aspectu eximius & admirandus, principatus adeptus præsentibus turbis ciuitatē liberaturus esset. Hoc auditio Sylla, Ille, inquit, ego sum. Nam illi erat peculiare, comam habere auream, ighi q; concolorem: nec se ait suæ uirtutis pudere, qui res tam multas tamq; præclaras gessisset.

Quum milites in bello sociali Albinum uirum prætoriū fustibus macrassent, Sylla tam

atrox facinus impunitum reliquit, dicens se illis posthac prioribus usurum in prælijs, dum peccatum fortiter gerendo rem studebunt pensare.

²³ **Militariter** Quum Athenienses ad Syllam duos trésue misissent de pace tractaturos, atque illi nihil adferrent quod ad incolumitatem ciuitatis ficeret, sed Theseum, Eumolpum, & res aduersus Medos gestas uerbis inanibus iactarent, Abite, inquit, ô beati, istasq; orationes uobiscum referte: non enim discendi cupidus huc missus sum à populo Rom. sed ut rebelles subuertam.

²⁴ **Animose** Apud Orchomenum quum milites longius euagarentur, ordinib; perturbatis fusgam caperent, Sylla ex equo desiliens, arrepto uexillo in hostem conuolat, ita uociferās, Mihi quidem, ô Romani milites, hic pulchrū est mori: uos interrogati quo loco ducem uestrum amiseritis, memineritis dicere, apud Orchomenum. Hac uoce suos reuocauit.

²⁵ **Victor ferox** Quum Mithridates Syllæ processisset obuiam, dextramq; porrexisset, Sylla non resalutauit, sed percontatus est, num à bello desisteret his cōditionib; quas cum Archelao passus esset. Obtile sc̄ente Mithridate, Quibus pace opus est, inquit Sylla, eos priores loqui conuenit, uictori silere satis est. Rursus quum Mithridates uarijs coloribus excusaret quæ gesta fuerant. Olim, inquit, audiuī, nunc experior te singulare eloquentia præditum, qui tam nefarijs factis colorem inuenire potueris.

²⁶ **Prouidentia** Lucius Sylla cognomento Felix, quum cogitaret de occidendo C. Cæsare, amicis ne id faceret dehortantibus, indignum enim esse talem necare puerum, Desipitis, inquit, si in hoc pueru non uidetis multos inesse Marios. Deprehēdit in eo excelsam indolem nullis honoribus satiandam, ut qui uix dum pubescens sacerdotium ambierit. Idem populum Romanum subinde monere solet, cauerent puerum male præcinctum.

M. ANTONIUS

¹ **Filius patri** M. Antonius filium habebat ex Fulvia. Is puer Philotæ dederat ingentem uasorum similiis uim: quæ quū ille recusaret accipere, metuens ne pater tantam filij liberalitatem non proficeret, Quid times, inquit puer, accipere? An nescis eum qui dat, filium esse Antonij?

² **Liberalitas** Ipse Antonius quum esset prodigiose profusus, dicere solet, Amplitudine imperij Romanus mani non per ea quæ acciperet, sed per ea quæ daret illustrari. Ea uox excelsi animi uideri poterat, nisi ab Antonio fuisset profecta.

³ **Geminus** in Græciam profectus ad Antoniū, quoniā suspectus erat Cleopatra, quod eo uenisset Octaviae causam acturus, diu repulsus ac uarijs modis delusus, tandem in cōuiuio iussus causam aduentus dicere, ita respondit, Cætera, inquit, Antoni sobriæ sunt orationis, nec huius tēporis, uerū illud unū & sobrius & ebrius scio, bene successura omnia si Cleopatra remittatur in Aegyptum. Moxq; Romam se recepit, metuens sibi ab Antonio. Nā Cleopatra in cōuiuio gratias egit, quod rē aperte dixisset, nulla usus cōsuetudine. At sic agere gratias erat minari malum. Sciebat Geminus quād esset illis inuisa ueritas.

⁴ **In terrestri prelio apparet virtus** Quum Antonius appararet classe cum Cæsare configere, quidam tribunus militum vir fortis, & armis exercitatus, Antonio prætereunti corpus suum multis cicatricib; in signitum ostendit, dicens, ô imperator, quur his uulneribus aut huic gladio parum fidis, in lignis fragilibus spem reponis? Sine Phœnices & Aegyptiā classe pugnant, nobis Romanis terram da, in qua consueuimus uel hostem uincere, uel mortem opp̄petere.

⁵ **Mors spontanea** Cleopatra metuens Antonij saeuitiam confugit in monumentum demissis cataractis, misitq; qui dicerent, illam spontanea morte perisse. Id credens Antonius, & ipse sibi partanea rans adferre uim, dixit, ô Cleopatra, non doleo quod te caream, nam mox una futuri sumus, sed quod ego tantus imperator fortitudine uiuctus sum à fœmina. Victum se putabat, quod illa prior spontaneæ mortis gloriam occupasset.

⁶ **Callide** Quū Augustus eā inuiseret, exigeretq; ab illa rationes, Seleucus unus ē procuratorib; ipsius indicauit aliquid esse subtractum ab ipsa. Illa in procuratorem insilijt, & arrepto hominis crine crebris icib; pulsauit os. Hæc quum Augustus ridens conatus esset inhibere, illa, An nō, inquit, permolestum est, ô Cæsar, quū tu me digneris inuisere, seruos meos heram inuisare, quod non nihil muliebrium ornamentorum subtraxerim, nō ea quidem mihi, sed ut Octaviae & Liuiae munuscula dem. Hoc commento persuasit Cæsari se de uitia cogitare, quum mori decreuisset.

CASSIUS

Cassius

Cassius etiamnum puer, Faustum Syllæ filium, inter æquales de pàtriis monarchia glo-
riantem non tulit, sed colaphos impegit. Eius rei cognitionem quum Pompeius ad se re-
cepisset, accritis ambobus pueris, Cassius ausus est dicere, Eia Fauste, aude rursus coram pueris mira
hoc ea uerba proferre, quibus iritatus in te fui, ut iterum tibi percellam os. Inerat Cassio na-
tivum quoddam odium tyrannidis, ut iam tum appareret illi non defuturum animum ad
interficiendum Cæsarem.

Idem quum Rhodum insulam uic cepisset, & in ingressu salutaretur rex atque dominus, 2
Nec rex sum, inquit, nec dominus, sed regis ac domini interfector.

M. CRASSVS

M. Crassus ille diues magnam seruorum turbam domi alebat, quorum præcipuam a. 1
gebat curam, dissentibus adstantib[us], interdum & ipse docens eos, dicens hanc oportere præ- *Seruorum eni-*
cipuam esse patris familiæ sollicitudinem, quod sint rei familiaris animata instrumenta. 2a

Idem sensit Aristoteles.

Hæc uox probata est, sed illa damnata, quod negabat quenquam pro diuinitate habendum, 3
qui non posset priuatis facultatibus legionem alere.

Aegre fetens Pompeio Magni cognomen delatum, decretumq[ue] triumphum, Roma, 5
no cuiquam dicenti, Iam aderit Pompeius Magnus, Quantus tandem, inquit, sentiens ille Inuidia elegeret
lum corpore cæteris parem, animo nihil maiorem.

Quum Pompeius & Crassus in consulatu collegæ deceſſuri essent magistratu, Cneus 4
Aurelius quidam subito in forum procurrens clamauit, sibi uisum in somnis Iouem ius Recconciliatio-
nisse, ne prius se magistratu abdicarent, & in gratiam redissent: Idem flagitate populo Pompei-
peius nihil motus est, at Crassus surgens ultrò collegæ dextram porrexit, dicens, Nihil o
Quirites, me indignum faciurus mihi uideor, si prior cum Pompeio in gratiam rediero,
quem uos etiamnum impuberem Magnum cognominasti, cuiusq[ue] prius triumphum de-
creuisti, quam in senatum allecias esset.

In Parthos proficisciens quum Deiotarum extremæ iam senectutis, nouam urbem con- 5
dere uideret, Quid est, inquit, ô rex hoc rei, quod quæ hora diei iam adsit duodecima, nos Senex edificare
uam urbem extruere institueris? Ad hæc arridens Deiotarus, Imo qui tibi in mentem ue- tor
nuit imperator, ut quum haudquaquam sis ut uidetur matutinus, tamen in Parthos cū exer-
ceritu properes? Nam id temporis Crassus sexagesimum agebat annum. Hora quæ nos
bis duodecima est in meridiie, olim erat extrema diei.

Quum Parthi per legatos denunciassent, ut suæ ætati consulens à bello abstineret, in 6
solenter respondit, In Seleucia istis mandatis respōsum dabimus. Hic Agis legatorum Militaria
unus sublata manu medium palmam ostendens, Prius, inquit, in hac manu nascentur se-
cæ, quæ tibi Seleuciam conspicendi sit futura potestas.

Conflictorum cum Parthis extæ manibus deciderunt: hoc cæteris ut inauspicatū ostendit 7
num interpretantibus, ac prælium dissidentibus, Huiusmodi, inquit, incommoda mul- Senex bellator
ta nobis senectus ad fert. At arma mihi nunquam è manibus ceciderunt.

Quum Publius Crassi filius fortissime in bello & pugnasset & cecidisset, hostes caput 8
iuuenis hastæ impositum gestantes proxime ad Romanos accedeabant, insultates rogan- Fortiter
tesq[ue] quo genere iuuenis ille fuisset ortus: neq[ue] enim fieri posse, ut ex patre tam ignauo &
imbelli talis filius nasci posset. Hoc tam tristi spectaculo nihil commotus Crassus, per omni-
nes ordines concionatus est clamans, Meus hic priuatus dolor est Romani, mea hæc ca-
lamitas, meus hic peculiaris lucus, cæterum publica ciuitatis salus & gloria in uestra in-
columitate uelstraq[ue] uirtute sita est.

Marcello ac Domitio Pompeium in senatu rogantibus, num proximis comitijs peti- 9
turus esset consulatum, Forte, inquit, petam, forte non petam. Rursus idem percontantibus, Ingenuus
A bonis, inquit, ciuib[us] petam, à malis nequaquam. Quum hæc responsa & ambi-
guæ & superba multos offendenter, Crassus idem percontantibus respondit, Si è repub-
lore iudicauero, petam; si minus, à petendo abstinebo.

SERTORIVS

Sertorius quum Pompeij milites uarie dispulso superasset multis occisis, audissetq[ue] 10
aduentare Metellum cum alijs copijs, diremit prælium, reuocatisq[ue] suis dixit, Ego veteribus dux
puerum hunc nisi superuenisset anus illa, uerberibus castigatum domum remissem:
Pompeium

Pompeium pueri nomine signans, Metellum uetulum anus.

11 Idem s^epe uictor ad Pompeium Metellumq^{ue} misit, offerens se paratum redire in patria dulcis hem si sibi permitteretur, dixitq^{ue} malle se Romae ignobilissimū ciuem, quām exulem omnium aliarum ciuitatum imperatorem nominari.

12 Admonere solet suos ne quid in coniuio præter decorū uel fieret uel diceretur, præseru tim à iurgijs & obscenitate tēperare. Nec ipse quicquā tale sustinebat uel audire uel uideret.

1 M. Brutus rebus in summam desperationem adductis, quū e ducibus atq^{ue} amicis paucis apud se haberet, sublatis oculis in cœlum stellis plenum, dixit hunc versiculum Graecum ē tragœdia quapiam,

Ἄντε μά λαθοίστε, τῶνδε δι αἴτιος Λαζαρός. Id est,

Ne te latuerit ὁ supreme Iupiter,

Horum malorum quisquis autor extitit.

Velut imprecans Cæsari vindictam à dijs. Volumnius narrat illum & alterū dixisse carmen, sed negat se meminisse.

2 Quodam ex his qui aderant præcipuo, monente ut illinc fugeret Brutus, Proflus, in Mors destina quīt, fugiendum, sed manibus non pedibus: significans morte spontanea uitandam Caesarianorum tyrannidem.

3 Quum inter coniuratos deliberaretur, an unā cum Cæsare occidendus esset Antonius, Brutus dissuasit, dicens, hoc negotium quod pro legibus ac iure suscipietur, oportere omni carere iniuria. Noluit uir optimus cædem in plureis proferri. At hæc clementia male cessit illis.

4 Ultimum prælium initurus, dehortantibus quibusdam ne se tanto discriminis committeret, Hodie, inquit, aut recte erit, aut nihil curabo. Significans se aut uictore fore, aut non aut mori uicturum. Mors autem adimit omnium malorum sensum.

5 Huius uxor Portia Catonis filia, posteaquam sensit conspiratū de Cæsare interficiendō, ea nocte quæ præcessit diem in quo Cæsar occisus est, egresso cubiculum Bruto, cultellum tonsorium uelut unguium resecandorum gratia poposcit, eoq^{ue} quasi forte de manibus elapsa se ipsam grauiter uulnerauit. Mox Brutus clamore ancillarū in cubiculum reuocatus, obiurgare eam coepit, quod tonsoris præripuisset officium. Hic illa clam marito, Non hoc, inquit, temere feci: nam experiri uolui, si quod constitutum est, parū cesserit ex sententia, quām æquo animo me ferro sim peremptura.

6 Idem dixit, sibi uideri eum ætatis florem male collocasse qui nihil negaret. Inutilis est pudor inutile uerecundia quæ obstat quo minus negemus obsequium ad in honesta uocanti lis.

A P O P H T H E G M A T V M V A R I E M I-

X T O R V M L I B E R . S B X T V S



N H I S quæ sequuntur, clarissime adolescens, miraberis quædam dicta, nec Scythis, nec Cyclopibus digna: sed memento tum exceptis aliquot, non homines, sed mera portenta, rerum summam tenuisse: siue quod tales militū temeritas ascisceret, siue quod immoda possestas, nisi adsit animus philosophiæ præsidij diligenter præmunitus, tales reddat. Quanquam & ab illis prodigiose malis quædam dicta gestacq^{ue} sunt, non indigna imitatione. Postremo turpitudinis alienæ species uelut in theatrū producta, deterret à uitij, & ad uitutis studium extimulat ingenia non omnino deplorata. Hunc igitur postremum librū puta esse mensæ secundæ bellaria, in quibus quædam apponuntur ut tollas, quædā ut gustes, nonnulla ut species tantum. Malo enim te suauiter affectum, quām saturū onustumq^{ue} dimittere. Quod si quædam apponentur leuia ridiculaq^{ue}, mimorū, coquorum, equisonū, scurrarum ac meretricum, decet omne coniuium hilaritas, sed præcipue mensas secundas. Quanquam & à leuissimis personis nonnunquam dicuntur, quæ nemo sapiens contemnat. Nec ignoras olim moriones, saltatriculas, & simios sub coniuuij finem induci solere. Non labore si adsit hilaritas, modo absit omnis obscenitas. Fortassis existet qui desideret

et ordinem, & hoc & si quid aliud videbitur reprehensione dignum, excusat secundarum mensarum libertas.

TIBERIVS CÆSAR

Tiberio Cæsari contanter & ægre suscipienti delatum imperium, quidam in os ausus est dicere, Cæteri quod pollicentur, tarde præstant: tu quod præstas, tarde polliceris. Non Libera tata est illitus simulata contatio, detrectantis quod cupiebat.

Cuidam à quo fuerat dominus appellatus, denunciauit, ne se amplius contumeliaz cau fa nominaret. Quanta modestia in tanto principe! Nunc quidam nihil audire possunt, ni Modeste si sacras maiestates, gratiosas celsitudines, & reuerendissimas dominations.

Idem dicentem, sacras tuas occupationes interpellauit, iussisque non sacras dicere, sed las boriosas. Rursum alterum dicentem, seipso autore adisse senatum, correxit, autore mu, Modeste cans in sua forem.

Quum iocis, conuicij, famosis carminib. ac rumorib. frequenter impeteretur, atnicis 4 adultione hortantibus respondit, In ciuitate libera lingua mentemq; liberas esse debere. Leniter

Quin & senatu de huiusmodi criminibus ac reis flagitante, Non tantum, inquit, habe 5 trus ocij, ut implicare nos pluribus negocijs debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, ni Leniter hil aliud agi sinetis.

Diogenes grammaticus sabbatis Rhodi disputare solitus, Tiberium ad se uenientem / 6 ut ipsum extra ordinem audiret non admisit, sed per seruulum suum in septimum distulit Civilis ultio diem. Is quum Romam uenisset, & pro Cæsaris foribus adstaret, cupiens illum salutare, Tiberius iussit ut post septimum annum rediret. Nec alia poena tantam grammatici su / perbiā ultus est.

Præsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus scripsit, Boni pastoris esse tons 7 dere pecus, non deglubere, hoc est, lanam non pellem detrahere.

Quoniam tyro in castris audiens bibebat uinum, militari ioco pro Tiberio Claudio 8 Nerone, dictus est, Biberius Caldus Mero!

Theodorus Gadareus Tiberij in rhetoricis præceptor, animaduertens in puero sat, 9 guinarium ingenium sub specie lenitatis latitans, subinde inter obiurgandum appellauit Crudelitas te illum πνληρ αιματι συμωτφνεπωμ, id est, futurum sanguine maceratum. Hic initio principa- tis mira lenitate præ se tulit, sed progressu temporis ad immanem crudelitatem deuenit.

Quum audisset quandam è reis nomine Caruiliū, sibi morte consicisse priusquam esset 10 damnatus, exclamauit: Caruilius me evasit, Adeo leue suppliciū esse iudicabat mortem. Crudeliter

Quum custodias recognoscere quidā rogaret, ut suppliciū maturaret, respōdit, Non 11 dum tecum redij in gratiam. Humanitatis officium dicens, si damnatum cito occidisset. Crudeliter

Tiberius perspectio Caligulae ingenio, fero ac malefico, subinde prædicabat, se natri, 12 cem reipub. & Phaethontem orbi terrarum educare. Natrix serpentis genus est.

Tiberius Cæsar & illud dixisse fertur, Eum hominem sibi uideri ridiculum, qui sexage 13 simum prætergressus annum, manum porrigeret medico. Sentiens hominem tam gran- Medicina dem oportere iam scire, quomodo sibi medere debeat. Porrigunt manū medico, qui consulunt illum, explorantem pulsus uenarum.

C. CALIGULA

Commentarios ad matris fratrumq; suorum calumnias pertinentes, ne cui postmodum delatori testiu maneret ullus metus, conuectos in forum, & ante clare testatus deos, neq; Surdus delat legisse se, neq; attigisse quicquam, cōcremauit. Quin & libellum de sua salute oblatū non tori recepit, cōtendens sibi nihil admissum cur cuiquam inuisus esset. Negauit se delatoribus aures habere. Hæc boni principis uideri poterant, nisi fingerentur.

Quum audiret, forte reges qui officij causa in urbem aduenerant, inter se super cœnā 2 de nobilitate generis concertantes, exclamauit Caligula, De cœlo uenit nobis rex, & ad Tyrannis 3 sic cit Carmen Homericum,

τις νοίγει Θεός τις βασιλεὺς.

Id est,

Vnus dominus sit, unus rex.

Nec multū abfuit, qn statim diadema sumeret, speciemq; præcipatus in regni formā cōuer

Liuia Augustia proauia suā appellare consuevit Vlyssem stolatum, uafrikiem (teret. 3 ac fraudulentiam illius notans; hoc tantum interesse, quod ut fœmina stolam gestaret. Versus 4 Dicebat

4. **Dicebat**, se nihil magis in sua natura probare, ἐπὶ ἀστρεψίᾳ, hoc est in uere cunctiam.
Impudentia Pudor enim ut multis ad honestas actiones obstat, ita non nunquam improbae mentis homines à turpibus reuocat. Vox carnifice quam imperatore dignior.
5. **Antoniae** autem pro sua autoritate monenti ut quædam secus ageret, **Memento**, ait, mihi omnia in omnes licere. Talia portenta tum principum titulo pertulit mundus: quæ non ea commemorarem, nisi ut ex his principibus prodigiosæ feritatis horror incutiatur.
6. **Quum** destinasset interficere fratrem suum, eumque suspicaretur se se medicamētis præmunire, ita locutus est, **Antidotum aduersus Cæsarem**? Timebat ille uenenū, quasi Cæsar non posset alio quoquis modo trucidare, quem uellet extincum.
7. **Crudeliter** Vir quidam prætorius ualetudinis causa secesserat in Anticyram petito à Cæsare comitatu. Is quum saepius peteret prorogari comitatum, mandauit interfici, & adiecit, ne cessariam sanguinis esse missionem, cui tam diu non profuisset helleborum. Solent enim medici in morbis ualidioribus uenarum incisione uti. Et in Anticyram nauigabant, quibus opus erat purgatione.
8. **Hoc** illud è tragedia subinde factabat, Oderint dum metuant. Hanc ne quis miretur, eiusdem uox fuit, utinam populus Romanus unicam cervicem haberet. Hanc emisit infensus turbæ fauenti Venetæ aurigarum factioni, quum ipse faueret Praesinæ.
9. **Profusio** Luxu prodigioso utens, ut calidis frigidisque unguētis lauaretur, preciosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet, conuiuis ex auro panes & obsonia apponeret, nummos non mediocris summæ ē fastigio basilicæ Iulizæ per aliquot dies spargeret in plebeis, Liburnicas naues gemmatis puppis, uersicoloribus uelis fabri caretur, subinde dicebat, Aut frugis hominem esse oportere, aut Cæsarem.
10. **Iocus insanus** In auctione Apronius quidam uir prætorius dormitā capitī motu nutabat. Id animaduertens Caligula, præconē admonuit, ne illum sibi nutantem præteriret; nec hoc mone re desit, donec ignorantē tredecim gladiatores seftertiū nonagies addicerentur.
11. **Rapacitas** Aleam ludens, plus mendacio atque etiam periurio lucrabatur: & quodā tempore proximo collusori demandata uice sua, progressus in atrium domus, quā prætereuntes duos equites Romanos locupletes sine mora corripi confiscarique iussisset, exultabundus in dominum rediit, glorians se nunquam prosperiore alea usum.
- C L A V D I V S C A E S A R
12. **Græculus** quidam causam agens apud Claudium Cæsarem, inter altercandum per ciborem hanc uocem in illum emisit, καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός, id est, & tu senex es & stultus. Vsq; eo summa potestas ob stultitiam & paſſim, & propalam euiluerat, ut hec in os dixerit, non senator, sed ignotus Græculus, & dixerit impune.
13. **Pater index** Quum censor equites recognosceret, & in his reperisset iuuenem probris coopertum, sed quem pater probissimū affirmabat, sine ignominia dimisit. Id amicis mirantibus, Habet, inquit, censem suum. Autoritatem suam in parentem transtulit.
14. **Lenitas præs.** Alium corruptelis adulteriisque famosum nihil aliud quam monuit, ut aut parcius aetate tulæ indulgeret, aut certe cautius, addiditque. Quare enim ego scio quam habeas amicam? ua censem grauem.
15. **Peculatus dis-** Narcissum ab epistolis, & Pallante a rationibus sic adamauit, ut eos non solum amplissimi simulatus mis præmissis, uerum etiam quæstorij prætorijsque ornamētis decreto senatus ornari sibi poster passus sit: ad haec, tantum rapere & acquirere, ut illi querenti de fisci exiguitate quidam non absurde dixerit, Abundaturum fiscum, si a duobus libertis in cōsortium reciperetur. Hos Plin. fatetur & Crasso fuisse ditiores.
16. **Infamia non** Quum cuidam notam appositam, deprecatiibus familiaribus ademisset, **Litura** tamen, inquit, extat. Sentiens etiam remissa culpa, manere tamen infamiae prioris uestigium. Aludeletur ludens ad scripturam, quæ licet spongia deleatur, aut graphio radatur, relinquuntur tamen lituræ rasuræque uestigium.
17. **Ebrietas lo-** Hic temulentus aliquando dixit, sibi fatale esse ut coniugum flagitia ferret, deinde punitus niret. Ea uox terrorem non mediocrem intecit Agrippinæ.
- quax** DOMITIVS NERO
1. In Cn. Domitium Neronis atavum, cui cognomen fuit Aenobarbo, Lucius Crassus orator dicebat, non esse mirandum quodæneam haberet barbam, cui os ferreum, cor plumbeum

plumbeum esset. Os ferreum obiectiens propter summam impudentiam, cor plumbeum ob ingenij stuporem. Quidam illum pro Neroni Aenobarbum appellarunt, atque hoc erat unum e duobus coniunctis quae indignissime tulit: alterum erat, quod increpitus esset malus citharoedus.

Quum ex more cuiusdam capite damnati cause subscripturus esset Domitius Nero, 2 *Vt nam, inquit, literas nescirem. Vox parsimoniae huani sanguinis promittens, si ex animo Clementes prodisset. Seneca libro De clementia 2. refert fuisse Burrum cohortium praefectum, qui quum esset animaduersurus in duos, petiit ut Nero subscriberet: qui quum contaretur & recrastinaret, Burrus instans protulit chartam: tum Nero, Velle, inquit, nescire literas. At haec indeoles clementiam pollicens, in prodigiosam crudelitatem euasit.*

Puerum Sporum executis testibus in muliebrem naturam transfigurare conatus est, 3 addita dos, additum flammeum, addita celeberrima nuptiarum solennitas. Quid mulieris: palam pro uxore habuit. Hinc fertur cuiusdam non inscritus iocus, Bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius Neronis pater talem habuisset uxorem. Sentiens, existio totius orbis natum Neronem. Is nunquam fuisse natus, si pater Spori similem habuisset uice coniugis.

Nunquam cuiquam officium delegauit, nisi haec adiiceret. 4 *Scis quibus mihi est opus;*
& hoc agamus, ne quis quid habeat. Vox prædone quam principe dignior.

Quodam in colloquio proferehet Græcum uetsiculum;
τοῦ θεάτρου γάλα μυχέτων. id est,

Rapacitas

Me mortuo terra misceatur incendio.

Subiecit, Imò *καὶ καὶ λόγος,* id est, me etiam uiuo. Quibus portentis aliquando committitur respublica?

Quum nihil flagitorum sibi non permitteret, elatus tanto terum successu, dicebat neminem principum ante ipsum scisse quid sibi licet. Verum qui hoc dixit, sensit tandem Licentia quid uicissim liceat populo in malum principem. principis

Quum incendisset urbem, spectabat, dicens se flammat pulchritudine delectari, atque in 7 terim suam canebat Halosin, hoc est, Troianæ urbis excidium, quod descriperat.

Isidorus Cynicus transeunte in publico clara uoce corripiuit, *φ* Naupli mala bene cantaret, sua bona male disponeret. Nauplius erat Palamedis pater, qui filij præter meritum Libere innati necem magno Græcorū exitio est ultius. Solet aut Nero tragœdias cantare.

Notatus est & à Dato Atellanarum histrione, qui recitans canticum quoddam, *σύνας* 9 *τελετῶν, σύνας μετρῶν,* ita demonstravit, ut bibenter, natantem faceret, exitium Claudi Libere & Agrippinæ significans. Nam Nero Claudium ueneno fultulit, Agrippinam naufragio. Et in clausula cantici recitans, Orcus uobis ducit pedes, gestu senatum notauit histrio: subindicans illis à Neroni imminere perniciem.

A mathematicis audierat fore, ut aliquando deiiceret imperio, eogue Græcum Iambiū 10 dimetrum identidem usurpabat,

Τὸ τέχνιον τοῦτο γάλη τεφδί. id est,

Terra quæuis artem alit.

Putans se tam profecisse in arte canendi, ut etiam si exigeretur, in quauis regione ob musices peritiam posset haberi in prelio. Quumque imminentibus qui illum insequebantur de salute desperans, cogitaret sibi uim adferre, subinde dicebat, *Quantus artifex pereo.*

Quondam theatro clam illatus, Scenico cuidam populo placenti inuidit, eisque nūcium misit qui diceret, illum abuti Cæsaris occupationibus.

Quoniam ex annonæ caritate quidam ditescebant aulici, multum & hinc intuidiae Neroni cōflatum est: quum forte accidisset, ut in publica fame diceretur Alexandria nauis appulisse, iactatum est illam aduexit puluerem luctatoribus aulicis. Quo dicto simul negotiatur est, in Cæsare rerum scenicarum studium, & *monopolia* quorundam per Cæsaris fauorem publico damno lucrantium

Statuæ eius à uertice currus appositus est cum inscriptione Græca, Nunc demum 13 agon est, trahe tandem. Notatum est in Cæsare aurigatistudium, simul que denuncia Princeps tum periculum.

Alteri cuidam statuæ & scoperta alligata est cum hoc titulo, Ego quid potui? Sed tu 14

Tom. 4

y culeum

culeum meruisti. Solent olim parricidę culeo insui, & Nero matrē occiderat. Culeus itaq; seſe excusans dicit, Ego quid potui: paratus si quis te insuat: sed siue insuaris, siue nō, tu tam culeum meruisti. Poteſt hoc et ad reipublicę personam accommodari.

15 Columnis statuarum illud adscriptū est, Galli te cantando excitarunt. Indignissime tu ſalſe lerat Galliarum defectionem, proinde decreuerat Gallos omnes Romae agentes contru- cidare, prouinciacę exercitū diripiendam tradere.

16 Noctu quidā ſimulabant ſe ſauire in ſeruos, petebantq; uindicē. Vindex aut̄ erat defe ſalſe cionis in Neronem dux. Et hoc ioco norabatur iam non ferenda Cæſaris tyrannis.

17 Quum ex oratione Neronis qua in Vindicem perorabat, recitaretur in ſenatu, das Ambiguo turos poenas ſceleratos, ac breui dignum exitium facturos, exclamatum eſt ab uniuers dictum diſſis, Tu facies Auguſte. Quæ uox bifariam poteſt accipi, Tu faſes ut dent poenas, aut tu dabis poenas.

18 In Oedipode fabula, quam Nero nouissimā recitauit, in hoc uersu decidiffe legitur.

Omen Θατέψ μὲν αὐτῷ σύγχρονός, μετὰ δὲ πατέρα id eſt,
exitij Iuſſit mori me mater, uxor & pater.

Nam & Oedipus patrem occiderat inſciens, matrem uxorem duxerat. Ita Nero ſciens Claudium patrem occiderat, matrem conſupratam interfecerat, & Octauiam uxorem indignis traxerat modis.

19 Desperatis rebus noctu adiit hōſpitia ſingulorū de fuga conſulturus: quum foros omniū occlusas reperiſſet, reuersus in cubiculum comperit & cuſtodes diffugifſe direptis undiq; etiam ſtragulis, & amota ueneni pyxide, quam in extreum caſum parauerat: mox Mir millionem nomine Spiculū requiſiuit, uel alium quemlibet, cuius manu periret: ac nemine reperto: Ergo ego, inquit, nec amicū habeo, nec inimicum: Decretū erat eam beluam publico orbis odio immolare.

20 In fuga quum Phaon libertus hortaretur, ut in ſpecum egeſta harena cōderetur, negauit ſe uiuum ſub terram iturum.

21 Aquam ē lacuna uillæ cuidam ſubiecia potaturus manu hauiſit. Et hec eſt, inquiens, Ne ronis decoctia. Nā reperat ut aqua decocta gratiā haberet crudæ, immiſſa in poculū niuei.

22 Vbi ſenſit equites appropinquare, quibus mandatum erat ut illum uiuum attraheret, uerſum Homerīcum protulit,

ἴπωμ ὀκυπόδωμ ἀμφὶ λεπύτη βαλλε.

Simulq; ferrum iugulo adegit.

23 Ingressus Centurio quum ſemianimem reperiſſet, & penila ad uulnus appofita ſimu- Neronis extre laret ſe ueniffe in auxilium, nihil aliud respondit, quām, Serō, &, Hæc eſt fides. Sermo am me uoces biguus eſt: poteſt intelligi ſero ueniffe, qui iam ad morientem uenerat: & ſero uenit, qui in hoc uenit ut uiuum attraheret. Item hæc eſt fides, poteſt eſſe expoftantis de fide amico- rum. At Nero ſenſit, ſe nihil illius uerbis credere, eiusq; rei argumentum eſſe, uulnus in iugulo letale.

24 Quum genethliaci Chaldæi Agrippinæ matri Neronis respondiffent, imperaturum Ambitio quidem filium, ſed occiſurū matrem, Occidat, inquit, modo imperet. Tam impotens erat in foemina dominandi ſitis, & habuit quod optauit.

25 Eadem quū iuſſu Neronis occideretur, ac Centurio ferrū in mortem deſtringeret, uen Fortiter trem oſtendēs clamabat, Hunc percuſe, hic eſt ferro fodendus, qui portentū illud genuit.

26 Nero in magna erat inuidia, q; Burrum principem uirum crederetur occidiſſe, uene- Leniter no fauibus illito, quaſi remedium adhiberetur. Ad hunc quum Nero uifendi gratia ue- niſſet, auerſatus eſt illum Burrus cui ſcelus iam erat intellectum, multaq; percontanti nihil aliud respondit quām, Ego bene me habeo. Mira etiam in moriente lenitas.

27 Idem in Claudij ſtulticiam ſubinde iocabatur productione syllabæ, quum diceret, poſt locus in ſtequam deſiſt inter uiuos morari, prima syllaba producia. Moros enim Graece fatuum ſonat, inde finxit morari pro ſtultum agere, quemadmodum nos à poeta poetari, à iuuenari.

28 Sunt qui putent hoc clām & inſcio etiā ſeneca fuifſe decretum, ut occiſo Neronē de Salſe cideretur & Pifo, mox imperium Senecæ deferretur. Interea uulgabantur uerba Flauif, q; dixerat, Ad dedecus nihil referre ſi citharœdus dimoueret, & tragœdus ſuccederet. Ne ro eſt

to cithara, Piso tragic ornatu canebat. Sensit utrumq; pariter indignum imperio.

Quum de coniuratis agerentur quæstiones, Subrius Flavius tribunus interrogatus à 29
Nerone, quibus causis adductus ad obliuionem sacramenti processisset, Oderam te, ita ^{Libere}
quit, nec quisquam tibi fidelior militum fuit dum amari meruisti: odisse coepi, postquam
particida matris & uxoris, auriga & histrio & incendiarius extitisti. Negant in ea cōiura/
tione quicquam accidisse Neroni grauius, qui ut ad patranda facinora promptus erat, ita
audiendi quæ patrare: insolens.

Eodem tempore Sulpitius Asper Centurio percontanti Neroni cur in cædem suam 30
conspīasset, Non aliter, inquit, tor flagitijs tuis subueniri poterat.

Vestius consul, quum eodem die omnia munia consularia obisset, è coniuicio repente 31
ad mortem raptus est. Conuiue nihil aliud quām exitium expectabant. Horum pauorem ^{Liber} locus crudelis
irridens Nero, dixit illos satis supplicij luisse pro epulis cōsularibus. Dicas hoc a clemen/
te dictum, si cætera Neronis facinora species.

Nero matrem occiderat, unde Africanus quidam ita consolatus est hominem, Orant 32
te Cæsar Galliæ tuæ, ut felicitatem tuam fortiter feras.

O T H O

Otho Sylvius imperator, quum in augurando tempestas esset orta, atque ipse grauiter 1
prolapsus, idētide obmurmurasse dicitur, πι μοι νοῦ μαρχοῖς αὐλοῖς; id est, quid mihi cum ^{Omen exitij}
longis tibijs sentiens se frustra sacrificijs & placulis placare manes Galbae. Sed de
hoc plura nobis dicta sunt in Chiliadibus.

Idem ubi iam mori destinasset, sensit eos qui ab ipso deficere & abiire cœptabant, pro 2
desertoribus corripi ac detineri, uetus ne cuiquam fieret iniuria, dicens, Adiūciamus uite ^{Mors de/}
& hanc noctem, & in profundam uesperam usq; patente cubiculo, si quis adire uellet, po/ finata
testatem sui conueniendi, fecit.

Multis Othonem rogatiibus, ne deposito imperio exercitum ac rem publicā desereret, 3
quidam e gregarijs militibus sublato ense dixit, Scio Cæsar sic pro te omnes animatos es, ^{Rides in}
se; moxq; seipsum iugulauit.

Otho iam destinata morte Cocceium fratris filium ad se uocatū sic exhortatus est ex/ 4
tremis uerbis, O fili, habuisse te patruū Cæsarē, nec prouersus obliuiscaris, nec admodum ^{Moderate}
memineris. Noluit illum prouersus obliuisci, ne desereret curam suorum: rursus noluit ual/
de meminisse, ne mortem patrii ulciseretur.

V E S P A S I A N U S P A T E R

Flauio Vespasiano quum adolescēs quidam gratias ageret pro impetrata p̄fectura, i
quoniam unguento fragrabat, & mutu contemptus est, & grauiter increpitus, Mallem, in ^{Vnguentum}
quit Vespasianus, allium oboluisses; mox & literas concessas reuocauit. ^{olere}

De iurgio quodam inter senatorem & equitem Romanum ita pronunciauit, ut dice/ 2
ret non oportere maledici senatoribus, remaledici ciuile fasq; esse. Prærogatiuam enim di ^{Venia la-}
gnitatis ipse sibi ademit qui laceſſiuit. ^{cessito}

Idem de Licinio Mutiano notæ impudicitiaz uiro, clam apud communem amicū con/ 3
querens, addidit clausulæ, Ego tamen uit sum: hotans obtrectatorem esse parum uiurum. ^{Leniter}
Simile est illud Matonis,

Parcius ista uiris tamen obiecta memento.

Saluius Liberalis, quū in defensione divitis rei oblique mordens dixisset, Quid ad Cæ/ 4
farem, si Hipparchus seftertium milies possidet: Notans Vespasianum uelut inhianem ^{Leniter}
rei facultatibus: Cæsar non modo non offensus est, uerum etiam dictum approbavit, qua
si simpliciter prolatum.

Quoniam rapacissimum quenque promouete solet, ut mox ditatos cōdemnaret, uul/ 5
go dictus est officiarios suos habete pro spongijs: quod ueluti spongias & siccos madefac/
ceret, & humentes exprimeret.

Rusticus quidam quoniā gratuitam libertatem suppliciter petens à Cæsare, repulsus ⁶
est, non ueritus est clare dicere, Vulpes pilos mutat non mores: exprobrans illi natura/ ^{Avaritia in}
patitatem, quasi mercede data concessurus fuisset, quod gratuito negabat. ^{principe}

A consulari uiro Menstruo Floro monitus plaustra potiusquam plostra dicenda, po/ 7
stridie illum pro Floro Flaurum salutauit, eiuisliter alludehs ad illius curiosam admonitio ^{Lepide}

nem. Veteres in quibusdā pro au diphongo sonabant o, ut Clodius pro Claudius.

8 Mulier quædam dixerat se deperire amore Vespasiani, ei perducitæ quum pro concus festiue bitu sestertia quadraginta donasset, rogantī dispensatori quo titulo uellet eam summā rationibus in ferri, dixit, Vespasiano adamato.

9 In quendā proceræ staturæ, sed improbius natum, torsit illud carmen Homericum,
locus ex μετρετος θιβης, λεπεδωνησθιχόσκου τηγαν. id est,
Homero Longam hastam quatiens, diductis passibus ibat.

10 In Cerylum libertum, sed prædiuitem, qui ut aliquid subterfugeret ius fisci imperia
Lepide lis, cœpit se pro ingenuo ferre, eoq; mutato nomine pro Cerylo dici uoluit Laches, torsit
uersiculos ex fabula quapiam, ut opinor,

λαχης λαχης,
την αν αρθεντης, ανθης ταυτη λαχηλο. id est,

O Laches Laches,

Vbi mortem obieris, rursum eris tuus Cerylus.

Significans illi nihil profuturum immutatum nomen.

11 Quidam è charis Vespasiani ministris apud ipsum pro quodam, quem fratrem suum
Asare esse simulabat, intercedebat, ut illi procuratio committeretur. Id sentiens Cæsar, candida-
tum solum ad se uocauit, exegitq; pecuniam quam ille suffragatori suo pepigerat, ea acce-
pta mox ordinavit. Huius rei ignarus minister, rursus interpellauit pro fratre. Cui Vespa-
sianus, Alium, inquit, tibi fratrem quere, hic quem tuum putas, meus est.

12 In itinere quodam mulio desiliit, quasi calceatus mulas, sed re uera, ut adeundi litiga-
tori spatiū moramq; præberet. At Cæsar dolum suspicatus, interrogauit mulionē quan-
ti calceasset, paclusq; est lucri partem. Hoc si fecerit ut suos corrigeret, ciuitas fuit; sin ut eo
emolumento fieret dñior, sordidum erat.

13 Instituerat uectigal è lotio. Super hoc à filio monitus dissimulauit, donec prima pensio
esset soluta. Eam pecuniam admouit ad filij nares, sciscitans num odore offendetur. Ne-
gante illo, Atqui hæc, inquit, è lotio est.

14 Legatis nunciatis, decretā illi publice non mediocris summa statuam, iussit ut eam
Asare continuo ponerent, et cauam ostendens manum, Ecce, inquit, parata basis. Significans ut
eam pecuniā quam in statuam decreuissent impenderet mortuo, uiuo darent in manum.

15 Quum Cæsarum mausoleū repente patuisset, tum stella crinita apparuisset, alijs inter-
Ostentorum pretantibus Cæsaris interitū portendi, ille facete interpretatus est, prius ostentū ad Iuliam
interpretatio Caluinam pertinere, quòd ea esset de gente Augusti: posterius ad Parthorū, siue ut Aure-
lius Victor tradit, Persarum regem, qui capillatus esset.

16 Quum morbus ingrauesceret, dixit, Puto deus fio: significans se moriturum. Solent
enim extincti Cæsares publicis ceremonijs in deorum cœtum referri.

17 Quum uehementer angeretur uiciatiis intestinis, nihilo secius imperatorij munib⁹
stantem mori fungebatur, adeo ut lecto decutibens audiret legationes: & amicis hortatibus ut sibi par-
ceret, respondit, Imperatorem stantem mori oportere.

TITVS VESPASIANI F.

1 Vespasianus filius quum admoneretur ab amicis, q; plura polliceretur interpellantis
bus q; præstare posset, respōdit. Non oportet quenq; à Cæsaris colloquio tristē discedere.

2 Super cœnam aliquando recordatus, q; eo dñe nemini quicq; præstitisset, memoran-
Benignitas dam illam meritoq; laudatam uocem ædidit, Amici diem perdidi.

3 Idem dicere solet, se maximum falsariū esse potuisse, quòd omnium chirographa quæ-
uidisset facilime imitaretur.

4 Quū febre correptus lectica à loco, in quo tum erat, transferretur, dimotis plagulis cos-
Cesar in lum suspexit, questusq; est sibi immerenti uitam eripi, quum nullū per omnem uitam ex-
nocens taret factum cuius pœniteret, uno duntaxat excepto. Id cuiusmodi fuerit, nec ipse prodū-
dit, nec quisquam coniectare potuit. O Cæsarem longissima uita dignum.

DOMITIANVS

5 Domitianus Cæsar initio principatus quotidie sibi secretū horarium sumere consue-
Lepide uit, nec interim aliud q; muscas captare, easq; stilo præacuto cōfigere: ut cui dā interrogan-
ti, esset ne quis intus cum Cæsare, Vibius Crispus lepide responderit, Ne musca quidem.
Iussit

Iussuerat edictio excidi uineas, q[uod] studio colendi uineta negligenteratur attua. Hoc edictum 6

reuoauit ob sparsos libellos, in quibus habebantur hi uersiculi,

λαύ με φαλγες ὑδι ρίζαις, δύμας εἰν καρποφόρος,
ἔσσομεν θάτασσαι λαΐσσαι θυμέλια.

Mina in p[ro]p[ri]a
tipem:

Hoc epigramma fertur in hircum arrodentem uitam. Hircus autem Baccho immola-
batur, quod admorsu laedat uineam. Ad Cæsarem accommodarunt, pro τοι πρωτ[η] μ[η]ν
tantes λαΐσσες.

Notans Metium quendam sibi immodice placentem, dicere solitus est, Velle tam 7
formosus esse quam Metius sibi uidetur. Lepidus

NERVA COCCIVS

Quoniam sub Nerua Cocceio bono Cæsare multorum nomina falso deferebantur, 8

Fronto consul palam dixisse fertur: malum esse eum imperare, sub quo nefissi quicquam Princeps ist
concessum sit: sed longe peius sub eo uiuere, sub quo maxima sit licentia quibuslibet. In
humanitatis est, si princeps nihil indulget amicis ac familiaribus, sed perniciosum est, il-
lis licere quicquid libet.

TRAIANVS

Traianus aliquando in coniuicio proposuit amicis, ut decem nominarent, quibus crederet rerum summam recte delegari posse. Quum illi silerent, Decem, inquit, à uobis posse, vnu sexi-
sco, ego unicum habeo Seuerianum: Solum illum imperio dignum iudicans.

ADRIANVS CAESAR

Moriens dixit illud uulgatum, Turba medicorum Cæsarem petdidit. Arbitror illum i
huc detorisse Græcum prouerbium, πολλοὶ γραῦγοι καὶ ελαῖαι πόλεις οὐαὶ τοῖς ιατροῖς & βασιλεῖς Medicorum
πόλεις οὐαὶ τοῖς ιατροῖς. Quanq[ue] & hodie uerū est, turbam medicoru[m] multis causam esse mortis. turba

In senatu frequenter dicere solet, se sic gesturum principatum, ut sciret rem populi esse 2
non suam priuatam. Nimirum attigit hoc, quod unum distinguit regem à tyranis: Princeps

Imperator creatus adeo contempnit inimicos, ut uni quem habuerat capitale, forte ob- 3
vio dixerit, Euasisti. Principibus in priuatis offendis debet esse satis, potuisse ulcisci. Clementia

In colloquijs etiam humillimorum mire ciuilis erat, eosq[ue] detestati solet, qui hanc hu- 4
manitatis uoluptatem ipsi inuiderent hoc prætextu, quod dicent, principis maiestatem Affabilitas
ubique seruandam.

Dionysius Milesius sophista insignis, in Heliodoru[m], quem Adrianus Cæsar unice amabat, torsit hoc dictum, Cæsar potest honorē ac pecunias largiri, rhetorē facere nō potest. Animis bona
Cæsar enim Heliodoru[m] studio uerius quam iudicio fecerat magistrum epistolarum.

Romæ quum in speciaco populus clamore flagitaret, ut aurigam qui placuerat, liberum esse iuberet, per tabellam respondit, Iniquum esse quod peterent. Si enim seruum alienum libertate donaret, fieret iniuria domino. Dicas hunc abhoruisse ab omni uiolentia.

Seuerianum & Fuscum huius nepotem, eo quod moleste ferre uiderentur Commo- 7
dum Lucium imperij successorem designatum, iussit occidi: quotu[m] ille non agebatius erat, Votamus/
rat, hic annos natus decem et octo. Senex autem quum esset iugulandus, poposcit ignem, rientis
incensoq[ue] thure dixit, Vos dij testor, me nihil sceleris commisisse, nec aliud imprecor: Adria-
no, nisi ut quum uoleat mori, non possit. Idq[ue] euenerit, adeo ut barbarus conductus qui fert
mortem pro beneficio daret aufugerit.

Quidam canescens ab eo quiddam petierat, & repulsus est. Is quum aliquanto post 8
idem peteret, sed capillatio nigro (nam id tinctura fecerat) Cæsar agnoscens faciem, Iam Lepide
istuc, inquit, negauit patri tuo.

Quodam tempore quum seruum suum uideret inter duos senatores ambulantem, mihi 9
sit qui illi colaphum impingeret, diceretq[ue], Noli inter eos ambulare, quotum adhuc potes Serui principi
esse seruus: simul senatoriae dignitati consulens, & serui castigans insolentiam, quam de sum elati
Cæsare hero sumpserat.

Commodum Aelium Vetum iterum consulem fecerat, eumque imperio desti- 10
nauerat: quem quum cerneret nec animo nec corpore satis ualidum, dicere solet, In Imperi p[ri]m
caducum parietem nos inclinavimus, ac perdidimus quater milies H-s, quod populo tipatu[m]
ac militibus pro adoptione dedimus. Vere praesensit Commodum iniuilem imperio,
sed sero.

- 11 **Florus** hos tierfculos scripserat in Cæfarem,
Honesti Ego nolo Cæsar esse,
labores Ambulare per Britannos,
Scythicas pati pruinias. **Cui Cæsar respondit,**
Ego nolo Florus esse,
Ambulare per tabernas,
Latitare per popinas,
Culices pati rotundos.
Sentiens se honestas occupationes præferre inutili turpiq; ocio.
- 12 Dicere solitus, sibi molestum esse, si quem uideret tristem, quum tamen omnes doclos
uxaret quæstiunculis, sed uexatos donauit aliquo munere.
- 13 Cuidam uxor sua per literas exprobrarat, quod lauacris ac uoluptatibus detentus ad
Curiositas se redire nollet. Id per frumentarios rescuerat imperator. Itaq; cōmeatum petenti expro-
brauit & lauacra & uoluptates. Tum ille, Num & tibi o Cæsar scripsit uxor mea quod mihi:
Notans curiositatem principe indignam.
- 14 Sub mortem his uersibus lusisse dicitur,
Lusus in Animula, uagula, blandula,
morte Hospes comesq; corporis,
Quæ nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula,
Nec ut soles dabis iocos.
- 15 **Præscientia** Aiunt illum ex Mathefeos peritia præscisse futura, ac Verum non fore longæus Ver-
giliano carmine prædictissimum.
Ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultra
Esse sinent.
- 16 Cuidam illos Vergiliū uersus ad Verum accommodanti,
Brevis enī Manibus date lilia plenis, &c.
cum irrisione respondit, Ego mihi dñum adoptavi, non filium. Huc alludens, quod impe-
tatores referri soleant in numerum diuorum, sed à rogo.
- 17 Ad alterum ipsum consolari uolentem hoc argumento, q; diceret, genesim Veri noui
Principis esse recte collectam, eoq; spem esse illum diu uicturū, Isthuc, inquit, tu facile dicis, qui pa-
delectus trimoniū tui, non reipublicæ queris hæredem. Sentiens magni referre, ut bonus princeps
quād diutissime uiuat.
- 18 Transuentem mulier quædam appellauit, Audi me Cæsar. Is quum respōdisset, Non
Liberte est ocium; Illa clamauit, Noli ergo imperare. Ad hanc uocem restitit, et audiuit malierem:
Hoc & alij tribuitur; neq; quicq; uerat, idem à pluribus uel dici uel fieri.
- C O M M O D U S A E L I U S V E R V S
- 1 Aelius quum esset peregrinis uoluptatibus deditus, uxori cōquerenti dixit, Patere me
per alias exercere cupiditates meas. X uox enim dignitatis nomen est, non uoluptatis.
- 2 Quum morbo grauaretur, s̄pē dicere solet, Principem sanum mori debere, non de-
Mors prin bilem: quād superiores imperatores pleriq; uiolenta morte perissent. Eamq; mortem ut
cipis breuem simul & inexpectatam C. Cæsar optauit, & obtinuit.
- A U R E L I U S V I T I U S
- 3 Aurelius Cōthodus M. Antonini filius quād in extremis à parente moneretur, ne Bar-
baros iam attritos sineret uires recipere, respondit, Ab incolumi quamuis paulatim nego-
cia perfici posse, à mortuo nihil. Vera quidem sententia, sed impia uox erat, parentis extre-
ma monita cōtemnentis, ac motienti uelut insultatis. Refert Sex. Aurelius Victor.
- 4 Adamabat illam Scipionis celebratissimam sententiam, subinde dicens, Se malle u/
num seruare ciuem, quād mille hostes occidere: pacem uidelicet bello præferens, & in
ipso bello sentiens hanc oportere primam esse dñcis curam, ut quād minima ciuium ias-
ciura paretur uictoria.
- 5 Quum Apollonius rhetor è Chalcide accitus ad Tiberinam domum, in qua tum Cæ-
sar habitabat, à Cæsare uocatus ut illi M. Antoninum traderet instituendū, dixisset, Non
magister ad discipulum, sed discipulus ad magistrum uenire deberet: risit hominis magnilo-
quentiam

quentiam, dices, Facilius fuit Apollonio ē Chalcide uenire Romam, q̄ ex aedibus suis in palatium. Merces Apolloniū attraxerat Romam, non reipub. studium

Quum M. Antoninus sleret educatorem suum mortuū, & adolescens ab aulicis ministris reuocaretur à declaratiōe pietatis erga nutriciū, Permittite, inquit Antoninus, prius Humane illi ut homo sit, neq; enim uel philosophia uel imperium tollit affectus.

Quondam quum Omuliū uisens domum, ac miratus columnas porphyreticas, quæsis, set unde eas haberet, Omulus ei respōdit, Quum in ædes alienas ueneris, & surdus & mutus esto. Sentiens eum in alieno priuato non oportere esse curiosum. Hoc tam libero ioco non effossus imperator.

M. Antonini uxor Faustina male audiebat uulgo. Itaque hortantibus amicis, ut eam repudiaret, si nollet occidere, respondit, Si uxorem, inquit, dimittimus, reddamus & do ^{Dos regnum} sema. Dotis nomine signans imperium, quod ab socero uolente Adriano adoptatus accepit.

Nihil solitus est agere nec in bellicis negocijs, nec in ciuilibus, de quo non prius conserret cum grauibus uiris, dicens, Aequius est, ut ego tot talium amitorum consilium se, quar, quām ut tot tales amici meam unius sequantur uoluntatem. Multum abhorrens à quorundam ingenio, qui consulto pileo suo, dicunt, Vos sedulo consulitis, sed aliud mihi suader pileum meum.

Cassium senatorium uirum occidi passus est, non iussit occidi, post etiam extinctum doluit, dicens, Voluisse se sine senorio sanguine imperium trāsigere. Mira clementia in affectatorem imperij.

Biduo priusquā moreretur, admissis atnicis aperuit sententiam suam de filio, eandem quam Philippus de Alexandro, dicens, Se æquo animo mori, quum filium relinqueret.

Alio quodam die dixit amicis, Quid me fletis, ac non magis de cōmuni morte pestilen. ¹⁰ cīa q̄ cogitatis: Philosophia docuerat hominem & mortem contemnere, & res humanas Mors peregridere. Parātibus aut abire dixit, Si iam me dimittitis, uale uobis dico, uos præcedens. Façilitate petiūt ab amicis discedendi ueniā, ac ueluti peregre profecturus iussit illos ualere: submonens interim, fore ut illi præcedentem sequerentur.

Rogatus cui filium cōmendaret, Vobis, inquit, si promeretur, & dijū immortalibus. ¹¹ Fauorem noluit suæ autoritatí tribui, sed filij meritis. ^{Modestie}

S E V E R U S I M P E R A T O R

De Seuero sic iudicauit senatus, illum aut nasci non debuisse, aut non debuisse mori, q̄ ¹ quum crudelis esset, tamen reipub. uideretur admodum utilis ob alias uirtutes.

Quum milites Bassianum Seueri filium, qui post Antoninus Caracallus dictus est, Augustum consularissent, eo quod pater pedibus æger bellum moraretur, iussit se deferri ad tribunal, simulq; adesse omnes tribunos, centuriones, duces & cohortes, quibus autoribus hoc acciderat, sibi deinde & filium qui Augusti nomen non recusarat. Hic quum in omnes eius facti autores iussisset animaduerti, excepto filio, omnesq; ante tribunal prostrati rogarent ueniam, Seuerus manu caput contingens, Tandem, inquit, sentitis caput imperare, non pedes.

Celebratur & hoc illius dictum, Omnia fui, sed nihil expediri: Sentiens se ex humili per literarū ac militiæ officia plurimis gradibus fauore fortunæ ad imperij fastigium fuisse perductum, sed nihil feliciter celsisse, aut nulla in re sibi placuisse. ³ Omnia ex pertus

Vltima uerba dicuntur hæc fuisse, Turbatam rempub. ubiq; accepi, pacatā etiam Britannis reliquo: senex & pedibus æger, firmum imperium Antoninis meis relinquens, ⁴ Virtus prius si boni erunt: imbecillum, si mali.

Symbolum tribuno dari iussit, laboremus. Pertinax ad imperii ascitus dederat, milite mus. Illi placuit belli omen, huic pacis. Sublato nanq; bello redditur ad agricolationem & opificia. Ociū in pace delicias alit & omne flagitiorum genus. ⁵

Epigrāma quod in laudem Pescennini Nigris fuerat asscriptū illius statuæ ad uiuū effi- ⁶ gē, quum præfecti suaderent eradendū, Seuerus noluit, dicens, Si talis fuit, sciant oēs qua ^{Moderate} legem uicerimus: si talis non fuit, putent nos omnes talem uicisse.

P E S C E N N I N U S N I G E R

Pescenninus Niger cōsiliarijs addidit salaria, ne grauarent eos q̄būs assidebāt, dicens, ⁷ y 4 iudicem

iudicem nec dare debere, nec accipere. Vt inam hoc exemplum imitentur hi, qui uidentes officia spoliant iudicem, assessoribus interim rapto uiuendum est.

2 In Aegypto quum limitanei milites uinum ab imperatore peteret: Nilum, inquit, ha:
Aqua pro betis, & uinum queritis? A iunt enim aquam Nili tantæ esse dulcedinis, ut accolæ uina
uino non desiderent.

3 Quum milites qui à Saracenis uicti fuerant, dicerent, Vinum non accipimus, pug-
nare non possumus. Erubescite, inquit Cæsar, illi qui uos uincunt, aquam bibunt. Nam
Saracenis etiam hodie gustare uinum nefas est.

4 Palæstinis rogantibus ut ipsorum censitio leuaretur, eo quod regio esset grauata, sa:
Dure tis inclementer respondit, Vos terras uestras leuare uultis, ego etiam aerem uestrum cer-
fere cuperem.

5 Imperatori creato, quum quidam ei panegyricum in ipsius laudem conscriptum recit,
Vivi docendi tare uellet, dixit, Scribe Marij laudes uel Annibalis, aut alterius ducis egregij uita funcii,
non laudandi ut eum nos imitemur. Nam uiuos laudare irrisio est, præsertim imperatores, à quibus spe-
ratur, qui timentur, qui possunt neceare, qui possunt proscribere. Adiecit illud, Se uiuum
placere uelle, mortuum etiam laudari.

6 Rogatus quid sentire de Scipionibus, respondit, Illos sibi uideri felices in agi quam
Graniter fortes, quod uterque domi iuuentutem parum sancte transegerat: sentiens imperatorem
per omnem uitam in reipublicæ negotijs uersari debere, nec à domesticis delicijs ad impe-
rium accersi.

ANTONIVS CARACALLVS

7 Antonini Caracalli nouerca, quū esset pulcherrima, ueluti per imprudentiam corpus
Licentia prin magna ex parte nudauit. Quumq; dixisset Caracallus, Vellem si liceret, Si libet, inquit il-
cipum la, licet. An nescis te imperatorem esse, & leges dare, non acciperet? Ea mulieris uox Cara-
callum ad detestabile facinus pertraxit.

8 Quum Antoninus Caracallus ambitiose sibi multa cognomina assereret, Germanici,
Salse Parthici, Arabici, & Alemanici nomen ascriberet, Heluius Pertinax filius Pertinacis
belle iocatus fertur, Adde etiam, inquit, si placet, Geticus Maximus, quod Getam fra-
trem occidisset.

9 Bassianus prefcclus suadebat Caracallo, ut ad mitigandā inuidiam parricidij, fratrem
Impie Getam appellaret diuum, Sit, inquit, diuus, dum non sit uiuus, & fratrem in diuos retulit.
Nescit pietatis iura regnandi cupiditas.

ANTONIVS GETA

10 Quum Antonini Geta pater Setuerus destinasset omnes diuersarum partium occi-
Prudenter dere, inter suos dicere solitus est, Hostes uobis eripio, adeo consentiente Bassiano, ut li-
beros etiam illorum suadet necari. Geta puer interrogauit, quantus esset occidendo-
rum numerus: eum quum pater ædidiisset, rogauit num isti haberent parentes ac propin-
quos: quum responsum esset, habere, & quidem multos, Plures ergo, inquit, in ciuitate
tristes futuri sunt, quam laeti quod uicimus. Valuisset cordatum pueri dictum, nisi quo
rundam crudelitas obstatisset.

11 Bassiano tum ioco tum serio dicenti, omnes cum liberis occidendos, Geta puer dixit,
Libere Tu qui nulli parcis, potes etiam fratrem occidere. Id dictum tunc contemptum est, post
cognitum est fuisse uaticinium. Nam parricidium postea commisit.

ANTONIVS HELIOGABALVS

12 Senatum adeo contempsit, ut eos interdum appellaret togata mancipia, ueluti qui pri-
Tyrannice stinæ dignitatis præter togas nihil retinerent.

13 Amabat sibi precia rerum quæ mensæ apparabantur maiora dici quam essent, hæc esse
Chara dicens coniuicio orexim, q; magis illa iuant quæ pluris emuntur, ut ait Satyricus.

14 Huic priuato quum quidam luxum illius admirans diceret, Non times ne fias pauper?
Profusio Quid, inquit, melius, quam ut ipse mihi hæres sim & uxori meæ?

ALEXANDER SEVERVS

1 Et urbem, & prouincias, & aulam suam purgauit hominibus non necessariis, dicens,
Superuacua Malum pupillum esse imperatorem, qui ex uisceribus prouincialium homines non necel-
officiis, nec reipublicæ utiles aletet.

In tem-

In templis argenti minimum, auri ne guttulam quidem aut bracteolam posuit, subinde 2
de repetens illud Persianum,

Aurum in
temporis

Dicite pontifices, in sanctis quid facit aurum?

Negabat se passurum, ut ipsius dispositiones ab auctis suis uenderent, id quod solebat alio 3
rum principum liberti & eunuchi. Eoq; nunquam illum fecellit quod proposuerat.

Constanter

Assessoribus designauit sua salario, quanq; dicebat illos potissimum promouendos, qui 4
per se rem publica gerere possent, non per assessores. Vnūquenq; hoc agere debere quod nos/
set. Prudentissimus iuuenis sensit, hoc esse præcipuum hulcus omnium rerum publicarum, q; o/
mnia munia per uicarios administrant, interdum alteros ac tertios. Prefectus urbis habet Vicarij
vicarii, & is vicarius rursus alterum vicarii, & hic rursus aliū. Ac frequenter is qui & ho graves
nōre & salario fruitur, minime omnium idoneus est ad functionem obeundam. Annotet hoc
principes, qui subinde coguntur exactionibus grauare populum.

Descriptum habebat, quid cui praestisset: qui nihil aut minimum petissent, eos appella 5
bat, dicens, Quid est quur nihil petis? An me tibi uis fieri debitorem? pete, ne priuatus de Benigne
me queraris. Agnoscebat principem debere recte suo fungentibus officio: nec æquum iudica
bat, ut probe suo defunctus officio, priuatus egeret.

Militibus diligenter prospexit de commeatu, dicens, se magis seruare milites quam se, 6
ipsum, quod in his sita publica salus eslet. Facilius est enim inuenire nouum imperatorem, Militum ora
quam nouum & exercitatum militem.

Ouinius Camillus antiquæ familiæ senator, homo delicatissimus, rebellionem molie/
batur tyrannidem affectans. Id quum Alexandro renunciatum esset, statimq; probatum, Clementer
ad palatium eum rogauit, eiq; gratias egit, quod reipub. curam, quæ bonis uiris recusanti
bus imponi solet, sponte reciperet. Mox ad senatum processit, ac tanti sceleris conscienc
ia trepidum cōsortem imperij appellauit, in palatium recepit, ornamenti imperialibus,
& melioribus quam utebatur ipse, decorauit, profectionis comitē adhibuit. Quumq; im
perator ipse pedestibus iter faceret, inuitauit & Ouinium delicijs assuetū ad laborem, quem
post quinque milia passuum cunctantem equo sedere iussit. Quumq; post duas mansio
nes equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoq; respuentem, ac imperium
cædio laborum recusantem, denique & mori paratum dimisit, ac militibus à quibus Cæ
sar præcipue diligebatur commendatum ad uillas suas tuō abire iussit. Sic illi common
strauit, quid esset gerere imperium.

Honores iuris & gladij nunquam uendi passus est, dicens, Qui emit & uendat necesse 8
est. Hoc ethnicus & iuuenis, quid iam decet principes Christianos? Sancte.

Quum Christiani locum quandam qui publicus fuerat occupassent, contrā popinarij 9
dicerent, eum sibi deberi, rescripsit, Melius esse ut quomodocunq; illuc deus coleretur, q; Pie
popinarij dederetur.

In expeditionibus si quis de uia in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci 10
fustibus ac uirgis cædebatur, aut alioqui condemnabatur. Si dignitas personæ tales pœ
nas non recipiebat, grauissimis contumelij afficiebatur, quum diceret, Velles ne hoc in Miles in
agro tuo fieri quod facis in alieno? Clamabat saepius quod à Christianis audierat, idq; p
præconem quories aliquem emendabat dici iubebat, Quod tibi fieri nolis, alteri ne fece
ris. Quid nunc dicemus de militibus Christianis, qui siue quò eant, siue redeant, furātur,
rapiunt, constuprant, pulsant, abigunt pecora, pertusis uasis siunt effluere uinum? Quid
multis? Crudelius traclat suos quam hostes. Et hoc hodie, si superis placet, appellatur ius
militare, & ad hæc conniuent principes.

Vigilanter prouidit ne tribuni ducésue quicquam fraudarent de stipendijs militum, 11
dicens, Miles non timet nisi uestitus, armatus, calceatus, & satur, & habens aliquid in 12
nula: sentiens militem quum aliquid habet metuere ne perdat, sed mendicitas ad omnem
desperationem uocat armatum.

Quum Antiochiam uenisset, ac milites qui lauacris ac muliebribus delicijs uacauerat, 13
in uincula duci iussisset: orta seditione ab ea legione cuius socij erant in uinculis, tribunal
ascendit, ac uinculis omnibus ad tribunal adductis, circumstantibus militibus & quidem
armatis, grauiter illos admonuit, ut meminissent Romanę disciplinæ. Quū loquentē mili
tes tumultu interpellarent, nihil cōterritus, iussit ut tales uoces æderent aduersus hostes,
non

non aduersus imperatorem, minatus exautorationem nisi quiescerent. Ad hæc quum ue
hementius etiam fremerent, ac ferro quoq; minarentur, Deponite, inquit, dextras, contrâ
hostem erigendas si fortes estis, me ista non terrent. Quum non desinerent fremere, exclâ
mauit, Quirites, discedite atq; arma deponite. Mox omnes non armis tantum sed & fa
gulis militarib. depositis recesserunt, non in castra, sed uaria in diuersoria. Post tamen eius
legionis militibus fidelissimis usus est.

13 Furti suspitione infames nec intueri sustinebat, adeo ut quum Septimus Arabinus,
Odiu furum qui famosus criminè furorum sub Heliogabalo fuerat liberatus, inter senatores princi
pem salutatum uenisset, exclamarit, O nūmina, ô dñj immortales. Arabinus
non solum uiuit, sed etiam in senatum uenit, fortassis de mesperat, tam fatuum, tam stul
tum me esse iudicat.

14 Dicere solet, solos fures de paupertate conqueri, dum ita student scelera uitæ suæ tege
Corruptela re, Iactabat & sententiam notam furibus,

Ἐ πολὺς λαθάνεις, ἀλίγατε θύεις ἐκφεύγεται.
Qui multa tulerit, pauca dederit, effugit.

Notans quosdā, qui tantū futantur, ut sit quo cōttumpanti iudicem aut actorem.

15 Quum Mammæa mater uxoriq; Memmia obijceret quod nimia ciuilitate redderet po
Regnista testatem molliorē, respondit, sed securiorem atq; diuturniorem: significans malum diu
bilitas turnitatis custodem esse metum.

16 Veturium Thurinum familiarem, quod his qui petebant aliquid à Cæsare uendidis
Fumi ueditor set suum patrocinium, mentiens interim multa, conuincendum curauit, & conuiculum da
mnatumq; in stipite alligari iussit, supposito igni ex humida materia, præcone clamante,
Fumo punitur, qui fumos uendidit.

17 Gemmas omnes quas reperit in palatio, uendidit, & aurum in egrarium contulit, dicens,
Cultus Au uiris gemmas usui non esse, matronas autem regias contentas esse debere uno reticulo at
gustarum que inauribus, & baccato monili, & corona in qua sacrificarent, & unico pallio auro spar
so, & cyclade, quæ plus sex uncij auri non haberet. Hic cultus hodie uix sufficit negotiis
torum uxoribus.

18 Cursore nunq; utebatur nisi seruo suo, dicens ingenuum currere nisi in sacro certami
Dignitas ne non debere: cocos item, pescatores, fullones, & balneatores nō habuit, nisi seruos suos:
nolens quenq; ingenuum sordidis ministerijs de honestate.

19 Amicos & cognatos, si malos comperisset, puniebat. Id si uetus amicitia aut necessitu
Reipub. pris do non patiebatur, à se dimittebat, dicens, His charior est mihi tota respub. Significans pri
macura uatos affectus utilitati publicæ posthabendos.

M A X I M U S

1 Maximinus accepta legione, nullum laborem defugere solet, dum milites exercet, eisq; prospicit. Quum autem tribuni quidam eum reprehenderent, dicerentq; Quid tantope
re laboras, quum eius loci iam sis ut ducatu possis accipere? Ego uero, inquit, quo maior
fvero, hoc magis laborabo.

2 Exercebat lucta milites suos, multos ad terrâ prosternens. Itaq; cunctis inuidetibus, tri
Robur cor bunus quidam uasti corporis noteq; uirtutis, atq; ob hoc ferocior, dixit; quid magni facis, si
poris tribunus tuos milites uincis? Tum Maximinus, Vis ne cōgrediamur? Quñ prodisset, pal
ma pectori impacta supinū reiecit, continuoq; dixit: Date alium, sed tribunum.

3 Quum nimiū fideret corporis uiribus, quidam in theatro ipso præsente Gr̄cos uersus
Libere recitauit, quorum hæc est sententia,
Elephas grandis est, & occiditur,
Leo fortis est, & occiditur,
Tigris fortis est, & occiditur,
Cæus multos, si singulos non times.

Qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur.

4 Maximinus senior nunq; ad oscula pedum quēquam admisit, dicens, Dñj prohibeant,
Modeste ut quisquam ingenuorū pedibus meis oscula figat. Et ubi sunt interim, qui non solum in
genuos, uerū etiam summos monarchas ad oscula nō pedum, sed calceorum, non dicam
admittunt, sed inuitant, & quodammodo cogunt?

Galienus

GALIENVS

Galienus prouinciarum defectionem, quasi leuissimam rerum iacturam ioco solet eludere. Quum enim nunciatū esset, Aegyptum defecisse, Quid, inquit, sine lino Aegyptio Reipublicā esse non possumus? Quum uastatam Asiam Scytharū incursionibus accepisset, Quid, in neglectus quid, sine aphonitris esse non possumus? Perdita Gallia arrisit dixitq; Non sine trabeatis sagis tuta respublika est: Pessimi principis uoces, cui quicquam charius est repub. Aphroditum autem est spuma nitri, quod in Asia laudatissimū concrescet.

Iunior patris mortem iuultam reliquit. Itaque quum rex Persarum quasi captiuus per pompam duceretur, quidam scurræ miscuerunt se Persis, diligentissime scrutantes omnia, & cuiusque uultum mira inhiatione contemplantes. Qui interrogati quid agerent, patrem, inquit, principis quærimus, notantes à Galieno neglectum fuisse. Id ubi delatum est ad principem, scurras uiuos exuri iussit. Exemplum impietatis in Cæsare, periculosæ libertatis in scurris.

Quum taurum ingentem in arenam misisset, prodissetq; ad eum feriendū uenator, ne que productum decics potuisset occidere, Cæsar coronam uenatori misit: missis tantibus Lepide cunctis quid rei esset, quod homo ignauissimus coronaretur, Galienus per curionē dici iussit, Taurum toties nō ferire difficile est. Ludens significauit, graue discrimen toties tau to occurtere, etiam si non ferias.

Quidam huius uxori gemmas uires pro ueris uendiderat, re comperta mulier flagitauit uindictam. Cæsar iussit hominem corripi, quasi leoni obiecturus. Dein in caueam, Pæna ri dum impostor & populus expectat terribilem leonem, prosiliit caput. Cunctis rem tam ridiculam mirantibus, per curionem dici iussit, Imposturā fecit, & passus est. Eadem ope ra fesellit impostorem, & irrisit uxorem.

Quum patrem Valerianum audisset extinctū, uocem laudatissimam sine laude usurpat, dicens, Sciebam patrem meum esse mortalem.

Impie

MARIUS

De Mario tyrannorum septimo dictum est, quod uno die factus est imperator, altero uisus est imperare, tertio interemptus est à milite, qui percussurus illum dixerit. Hic est gladius quem ipse fecisti. Fuerat enim opifex ferrarius. Allusit autem interemptor ad illud pro uerbiū, Tuo te gladio iugulo.

Saturninus tyrannorum XXI quum milites illi peplum imperiale imposuerint, ad uocata concione de seipso dixit, Cōmilitones, bonum ducem perdidistis, & malum principem fecistis. Ante fuerat dux egregius, sed quoniam in imperio fuerat seuerior, ab ipsis à quibus imperator factus fuerat, interemptus est. Non quiuis ad quoduis munus idoneus est.

ZENOBIĀ

Zenobia XXVII mulier uarijs nominibus merito laudata, quum ab Aureliano capta in conspectum illius ducta fuisset, isq; dixisset, Quid ô Zenobia, ausa es nobis insultar, re Romanis imperatoribus? Imperatorem, inquit, te agnoscō qui uiceris, Galium, Aureolum, reliquosq; principes non putauit.

AVRELIANVS

Quum Tyanam uenisset, eāmque occlusam reperisset, iratus dixit, Canem in hoc oppido non relinquam. Hac uoce milites erecti sunt in spem prædæ, & Heradamon Tyanensis, metu ne cum cæteris occideretur, prodidit ciuitatem. Qua capta Aurelianus Heradamonem patriæ proditorem occidit. Militibus ex Cæsaris promisso direptionem oppidi flagitantibus respondit, Agite, canem me negauit relictum, canes omnes occidite. Hoc pacto & proditori mercedem rependit, & militum auaritiam elusit. Videntur autem hic sermonis color sumptus ab Hebræis, in quorum literis reges qui minantur internacionem, negant se quenquam relicturos, usque ad mīngentem ad parietem: canem hac periphrasi significantes.

DIOCLETIANVS

Diocletianus adhuc priuatus dicere solet, nihil esse difficilius quam bene imperare. Id Flavius Vopiscus in Aureliano tradit se audiuisse à patre suo, & addūt causam, Colligunt, inquit, se quatuor aut quinque, simul consilium ad decipiendum imperatorem capiunt, difficile dicunt

dicunt quid probandum sit. Imperator qui domi clausus est, uera nohi nouit; cogitur hoc tantum scire quod illi loquuntur; facit iudices, quos fieri non oportet; amouet à republica, quos debebat retinere. Ita, ut dixit Diocletianus, bonus, cautus, optimus uendit imperator. At uulgas ad imperatoris titulum satis esse putat nasci, aut eligi: nasci ut cunctis, eligi emptis suffragijs, ac solennibus ceremonijs confirmari.

T A C I T V S

6 Tacitus imperator fratri petierat cōsulatū, nec impetravit. Ea repulsa adeo nō fuit offensus, ut uehementer etiam lātatus sit, dicens, Scit senatus, quem principem fecerit.

P R O B V S

7 Probus quum multa barbarorū loca purgasset latrocinijs, ubi peruenisset ad Iauros, sante dixit, ab illis locis facilius arceri latrocinia quam tolli. Sentiens esse dandam operam nē latronibus illuc esse aditus, nē uuenes latrocinari disserent. Itaq; loca omnia quæ angustum haberent aditum ueteranis concessit, addens ut eorum filij ab anno decimo octauo ad militiam mitterentur, ne ante latrocinari disserent quām militare. Hoc tum recte Probus, quum multum interesset inter militiam & latrociniū, nunc friuolum:

8 Non patiebatur militem esse ociosum, sed multa opera militari manu perfecit, dicens, Annonam gratuītam militem comedere non debere.

9 Idem dixisse fertur, breui milites necessarios nō habebimus. Sperabat tantā pacē, ut nihil opus esset exercitu. Hanc mentē utinā deus immittat omnibus nostri seculi principib.

F I R M V S

10 Firmus imperator uini patientissimus fuisse legitur, citra ebrietatem. Quondam à Baro uexillario prouocatus ad bibendum, duas uini situlas hausit, & postea toto cōiuio sobrius fuit. Quum uero Barbarus diceret, Quur non & fecem ebibisti? Stulte, inquit, tera non babitur.

B O N O S V S

ii Bonus imperator prodigiose bibax fuisse legitur, de quo Aurelianuſ sapienter dicere solet, Non ut uiuat natuſ est, sed ut bibat. Sobrietas in primis decet principem.

A P O P H E G M A T A V A R I E M I X T A

1 Milites aliquot Tarentini inter coenandū multa liberius dixerant in Pyrrhum regent. Dextre Res ad eum delata est, acciti sunt iuuenes, ac periclitabantur omnes, quum factum nec negari posset nec defendi. Tum unus illorum dexteroris ingenij, Imō, inquit, rex, & ista diximus, & longe acerbiora dicturi fueramus, nisi nos lagena defecisset: linguæ petulatiam in temulentiam reiçies. Ac mox ira principis in rīsum uersa dimisi sunt. Quis neget hoc dictum fuisse bene collocatum?

2 Longus Sulpitius insigniter ipse foedus, eum cōtra quem in iudicio liberali aderat, dixit, Ne faciem quidem habere liberi hominis. Cui respondens Domitius Afer, Nē tu ex animi mei sententia Longe. Qui malam faciem habet, liber non est. Si ideo liber non erat cuius agebatur causa, quod deformis esset: nec ipse Sulpitius habendus erat pro libero, quum esset foeditissimus.

3 Iunium Bassum hominem cum primis dicacem, uulgas asinum album appellabat, q; feliciter esset stupidus ac ridiculus. Alba enim ueteres felicia vocabant.

4 Philippus orator in male oлentem, Video, inquit, me à te circūueniri: sentiens se male odore undiq; oppleri, quum circūuenire dicatur qui dolo fallit.

5 Cesellius cōsultori dicenti, nauim diuidere uolo, Perdes, inquit. Ille de precio natuſ mercedibusq; cōsulebat, hic aliud respondit. Nam ipsam diuidere nauim est nauim perdere. Macrobius ita refert, Sidiuidis, nec tu nec socius habebitis. Eratautem duorum negotiorum communis nauis,

6 Vectius Valens quum à Claudio Cæſare imminaret periculū, atq; interim Silius cum periculum preuſum Messalina domi uindemiæ simulacru omnium lasciuiarū genere celebrarent, concendit præaltam arborē, & in ea prospectantis specie stabat: interrogantibus quid aspiceret, respondit, Tempestate ab Ostia atrocem. Id siue ioco dixit, siue forte lapsa uox est, in praſagiū uertit. Mox adſunt à Cæſare nuncij q; uindictā parat. Is Silius erat adulter, cui clām nupserat Messalina, quam Cæſar diſsimulanter cōfirmatis nuptijs supplicio affecit.

Fauorinus

Fauorinus philosophus in adolescentem priscarū & iam obsoletatū uocum affectato rem, Curius, inquit, et Fabritius dīlucide cum suis fabulati sunt, neq; Auruncorū, Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi Italiam incoluisse leguntur, sed ætatis suæ uerbis loquuti sunt: tu uero perinde quasi cum matre Euandri nunc loquaris, uerbis iam olim desitūs uteris. Quod si intelligi non uis quæ loqueris, non hoc abunde consequeris tacens?

Ficus Philemoni paratas, & in cōspectu eius positas asellus comedebat, puer in clamat 3 tuus ut asinum abigeret, sero uenit. Itaq; consumptis omnibus, Quoniā, inquit, tam tardus Rīsus intē, fuisti, da nunc merum asello. Interim rīsus obortus hominem senem p̄focauit. rimens

C. Iulius Helio mancipi s̄p̄ius obſtrepēti sibi dixit, Eriam ostendam qualis sis: & He 9 lio instanti ut ostenderet qualis esset, Iulius dīgito demonstrabat Gallum in Mariano scuto cimbrico depictum, nodis distortum, electa lingua, buccis fluentib; cui mancēps tum simillimus est uisus. Taberna autem erat apud forum, ac scutum illud signi gratia posuit. Ingens omnium rīsus consequutus est. Expectarant enim ut aliquid in mores ilius obijceret.

Iuba quærenti quod ab illius equo esset aspersus, Quid tu, inquit, an me hippocentaurū 10 putas? Deridens eum q; quod equus cōmiserat, domino seffori imputaret, quasi idem locoſe animal esset equus & seffor, quales singuntur hippocentauri.

C. Crassus militem uidentis sine gladio currentē, Heus, inquit, cōmilito, pugno bene uteris: festiuiter taxans inermem militem, cui pro gladio pugno sit utendum.

Publius uidentis Publīum Mutium hominem maleuolū & inuidum, solito tristiorē, 12 Aut Mutio, inquit, aliquid accidit mali, aut alteri cuiquam aliquid boni: sentiēs illum non inuidias minus alienis commodis, quam suis incommodis uris.

Publius natione Syrus, quum herus ipsius seruum hydropicū in area iacentem increpans interrogaret quid illic ageret, lepide pro seruo respondit, Aquam calefacit.

Idem quum super cōnam esset orta iocosa quæſtio, quod nam esset moleſtū ocium, 14 & aliud aliud opinaretur, respondit, Podagrici pedes. Ocium ut rem suauissimā expetunt omnes, sed ocium podagrici cum summo cruciatu coniunctum est.

Faustus Syllæ filius, in sororem quæ eodem tempore cum duobus adulteris haberet 15 consuetudinem, Fulvio Fullonis filio, & Pompeio cognomine Macula, facetissime lusit, Miror, inquit, sororem meam habere maculam, quum fullonem habeat.

Seruilius Geminus cōnans apud Lucium Mallium, qui Romæ pictor insignis habebatur, quū uideret filios illius deformes, Haud similiter, inquit, Malli fingis ac pingis. Et Pingere Mallius. Non mirum, inquit, in tenebris enim fingo, luce pingō.

M. Votacilius Pitholaus in C. Seruiliū, qui uno tantum die cōſul fuit, ita lusit, Ans 17 tē Flamines, nunc consules diales fiunt. Abusus est uoce, diales, quasi à die deducta sit, ac non magis à Ioue, cui Flamines instituebantur.

Lapidatus à populo Vatinius gladiatoriū munus aediturus, impetrarat ab ædibus editum, ne quis quid in harenam mitteret, nisi pomum. Per id tempus forte Cæselius consultus à quodam num nux pinea pomum esset. Si in Vatiniū, inquit, missurus es, pomum est. Nam ea nux & dura & grauis pro lapide esse poterat. Martialis pineā nucem appellat pomum hoc disticho,

Poma sumus Cybeles, procul hinc discede uiator,

Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

Quum Publius Clodius diceretur iratus Decimo Valerio, quod ipſi mutuum petenti nō dedisset, Quid, inquit, mihi amplius facturus es, nisi ut Durachium eam ac redeam? Morsus Exprobrans illi Ciceronis exilium ab ipso procuratum, quod tamē populi ac bonorum uitrorum studio breuius fuit quam uolebat Clodius.

Quum Brutus iunior fundos aedes paternas luxu prodegisset, & in his etiā balneas, 20 & in sermone quodam diceret se fruſtra sudare, Non mirum, inquit Crassus, nuper enim existi ē balneis. Lusit ex ambiguo, existi ē balneo qui lauit, & existi qui uenididit alteri cōdedit.

Idem Brutus quum in accusatione C. Planci duos lectors excitasset, & alteri de Cō 21 Ionia Nabonensi Lucij Crassi, qui reo Bruti aderat, orationem legendam dedisset, alteri de lege Seruilia, ex his demonstrans, illum sibi pugnantia scribere: Crassus uicissim tres Brutii patris de iure ciuili libros tribus legendos dedit, in quorum primo erat, Forte eue-

nit ut in Priuernate essemus. Hic Crassus, Audis Brute, pater testificatur se tibi fundū Priuernatē reliquisse. In secundo libro scriptum erat, In Albano eramus ego & Marcus filius. Hic rursus Crassus, Norat hunc gurgitem, metuebat, ne quum is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur. Tum ex tertio recitatum est, Quum in Tiburti assedimus ego & Marcus filius. Tum Crassus, Vbi sunt hi fundū Brute, quos tibi pater publicis commentarijs consignatos reliquit? Quod nisi puberem te iam haberet, quartū librum composuisset, & se etiam in balneis lotum cum filio scriptum reliquist. Ita Crassus duos lectores aduersum se à Bruto excitatos, tribus aduersus ipsum productis ultus est. Hoc uranitatis exemplum refert M. Tullius, quod non adstringitur paucis uerbis, sed per orationem fusum est.

22. *Iocus ex ambiguo* Philippus causam ages, quum pusillus testis prodisset, Licet ne, inquit, rogare? Quum quæstor properans dixisset, Licet, modo breuiter. Hic Philippus, non accusabis, perpusilum rogabo. Primum ut in testem risus obortus est, sed mox in iudicem Lucium Aurificem conuersus, qui sedebat ipso teste breuior.
23. *Muscas abige* Vargula quum eum candidatus A. Sempronius cum Marco fratre suo complexus esset, Puer, inquit, abige muscas: levitatem ac molestiam complectentium significans: sed ridicule magis quam urbane.
24. *Furax* Nero quidam in seruum furacem ita iocatus est, ut diceret solum esse cui domi nihil sit nec signatum nec occlusum. Id si de frugi seruo dicas, laus est: si de furaci, iocus. Intelligimus enim illi nec seras nec signa obstatre quo minus furetur. Scrinia claudimus, olim & ca di lagenæq; solent obsignari.
25. *Spurio Caruilio* grauiter claudicanti ex uulnere ob rem pub. accepto, & ob claudicationis uitium in publicum prodire uerecundanti, mater dixit, Quin prodis mi Spuri, & quotiescumq; gradum facis, toties tibi tuarum uitrtutum uenit in mentem.
26. *Clodicare* De Caluino Glaucia claudicante dixit quidam, Non claudicat, sed clodicat. Veteres Clodium dixerunt pro Claudio. Hinc iocus in eum qui Cludio fauebat.
27. Publius Bassus Iunium hominem nigrum, macilentum & repandū, fibulam ferream appellauit ob colorem, duriciem, & incuruati corporis similitudinem.
28. Vatinius reus à Caluo accusatore in inuidiam uocatus, q; candido sudario fronte tergeret, Quanq; inquit, sum reus, tamen & panem candidum edo; ita crimen diluens ut duplacet. Solent autem rei prodire squalidi.
29. Quum in triumpho C. Cæsar is oppida eburnea fuissent circumlata, ac paucis post diebus in triumpho Fabij Maximi lignea deportarent, Chrysippus ludens dixit eas esse thecas oppidorum Cæsaris. Solent enim res preciosæ ligneis thecis muniti.
30. Empedocles quum in harena Mirmillonem retiarius sequeretur, nec feriret, Viuū, inquit, capere uult. Sic in uenatu qui cupit animal uiuum, cauet ne uulnereret.
31. *Libere* Augustus uidens equitem in spectaculis bibentem, misit qui illi suis uerbis diceret, Ego si prandere uolo, domum eo. Respondit eques, Tu enim non times ne perdas locum. Augustus sensit indecorum esse illuc in publico bibere. Eques per iocum sic interpretatus est, Cæarem sine damno posse discedere è theatro, quod locus ipsi seruetur, non item equiti.
32. *Iocus ab absurdo* Manius Curtius Campatium de theatro exeuntem interrogauit, num speciasset. Cam patius stultitiam homini's sic irrisit, Non, inquiens, sed in orchestra pila lusi. Quid aliud fecisset in theatro, nisi ut spectaret? Quasi quis è balneo exiens roget an lauisset. Sed multo absurdius est, in orchestra pila ludere.
33. *Conuictū mutatum in peius* Junius Bassus Domitiae Passani querenti, quod ei sordes obijcienſ dixisset, illum ueteres calceos uendere, Nunq; me Hercule, inquit, istuc dixi, sed dixi emere solere. At qui multo sordidius est emere q; uendere ueteres calceos. Sic irrisit mulierem, ut pro eo quod obijciebatur subijceret aliud illo molestius.
34. *Libere* Eques Romanus obijcienti Augusto quod patrimonium deuorasset, Meum, inquit, putaui. Simulans errore factum quod criminabatur, ac sentiens interim non esse crimen, si quis sua suo profundat arbitrio.
35. Cassius Seuerus quum obiurgaretur à prætore, quod eius aduocati Lucio Varo Epizureo Cæsar is amico conuiciū fecissent, Nescio, inquit, qui cōuiciati sint, & puto Stoicos fuisse

fuisse: *huc alludens quod inter Epicureos & Stoicum maximū dissidium est.* Nam Epicurei felicitatē hominis uoluptate metiūtur, Stoici prater honestū nihil ducunt in bonis.

Idem cuidam obīscienti, quod Proculeius ei domo interdixisset. Nunquid, inquit, 36
ego illuc accedor? Elusit obiectionem: nam in ius uocari solent, qui cōtra prætoris interdisse. Salte
Quoniam adeunt locum, non is qui paret interdictio: simul innuens, se nequaquam teneri do-
mus illius desiderio.

Trachalus Suellio cuidam inter argumentandum dicenti, Si hoc ita est, is in exilium: 37
per iocum subiecit. Si non est, rediſ.

Catulus Philippo oratori diceat, quid latras? respondit, Furem video: conuictum 38
latrandi in ipsum retorquens, notans hominis rapacitatem.

Catulus quum orator quidam malus, qui in Epilogo se putabat mouisse misericordiam, 39
diam, postquam assedit, rogaret hunc, uideretur ne mouisse misericordiam: Ac magnam Depravatiam
quidem, inquit: Nemine enim esse puto tam durum, cui non oratio tua miseranda uisa sit.

Theodosius regis Aegypti præceptor, alijs censemib⁹ esse recipiendū Pompeiutn, 40
alijs non recipiendum, neutrī assentiens dixit, recipiendū sed occidendum: addens: Mortui non
cum mortuos nō mordere. Atq; huius sententia uicit, tutu suadens magis quam honesta. mordere

Scipio in Neuium quendam, Quid hoc, inquit, Neuius ignavius? Lusit ē contrario 41
mutata literula.

M. Scipio Maluginensis ex sua Centuria renunciarat Acidinum cōsulem, quumq; 42
præco dixisset, dīc de L. Manlio. Ego, inquit Scipio, uirū bonum egregiūq; ciuem esse ar-
bitror. Præco expectabat suffragium pro Manlio. Scipio respondit, quasi de moribus il-
lijs interrogatus. Nescio an hic Acidinus nomine & prænomine dicitur sī L. Manlius;
quumque Scipio postremum adnomen tantum exp̄ressisset, præco admonuit, & illa ad-
denda. Hinc Scipio locandi occasionem arripuit.

Scipio maior Corinthijs pollicentibus se illi statuā posituros eo loco quo erant alio-
rum imperatorū, respondit sibi displicere turmales. Sentiens in turba occultari quod ad Turmales
ditur. Turma proprie equitum est in bello. Id transitulit ad statuas armatas.

Scipio Aemilianus apud Numantiam iratus C. Metello, dixit, Si quintum pareret 44
mater eius, asinum fuisse paritaram. Tarditatem mentis, ac deformitatē corporis illi fra Consumelioſe
tribuag; eius exprobrans.

Scipio quum ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mutium iudicem tulisset, Ei- 45
ro, inquit, iniquus est. Huic uocī quum esset admurmuratum, Ah, inquit, patres conscri- Exculsum
pti, non ego mihi illum iniquum eiero, sed omnibus. Expectabatur ut purgaret quod dī in peius
xera, sed aggrauauit. Licet reiūcere iudicem reo inimicum seu iniquū, hoc est, male uolen-
tem, sed multo magis eum qui nulli aequus est.

Quum Africano illi maiori corona s̄epius in coniuio imposta rumperetur, Lici- 46
nius Varus accommodanti dixit, Noli mirari si non conuenit, caput enim magnum est. Aptū
Sentiens hominem esse præpotentem, cui non quāuis corona congrueret.

Domitius Afer Manlium Suram, muleum in agendo discursantem, salientem, ma- 47
nus iactantem, togam deīcidentem ac reponentē, non agere dixit, sed satagere. Actio enim Agere/
oratoris est. Satagit autem qui frustra misereq; conatur. tegere

Afer Didio Gallo, qui prouincia ambitiosissime petierat, mox impetrata ea quere- 48
batur quasi coactus esset, Age, inquit, aliquid & pro repub. elabora. Iocus est ab ironia, si Ironia
mulq; allusum illuc est, quod magistratum magno studio ambisset.

Afer orator egerat causam aduersus libertum Claudij Cæsarī. Quidam ex aduer- 49
so cōditionis eiusdem, cuius erat litigator cui aduersabatur Afer, exclamauit, Itāne tu semper in Salte
libertos Cæsarī dīcis, uidelicet illi metum iniūcere cupiēs ex nomine Cæsarī: sub-
iecit Afer, Nec me Hercule quicquam proficio. Notans illum post alios libertos existere,
contra quem dicere cogeretur.

Idem in quendam patronum imperitum, sed splendido uestitu se uenditatem litiga- 50
toribus, lepide dixit, Homo in agendis causis bene uestitus. Lusit ab inexpectato. Nam au Ab inexpectato
dicor pro uestitus expectabat, instruius, aut exercitatus.

Idem quum qui diuersam partem agebant subinde repeteret, Celsinam hoc dicere: 51
quum probenouisset foeminā præpotentem, simulans se credere, Celsinam uitum esse, ro Dissimulatē

- gauit quis esset ille Cessina: obiter notans illorum ineptiam, qui tatum autoritatis, opum gratia tribuerent sc̄ethinæ, ut illius dicta toties citarent pro testimonij.
- 52 Domitius Afer quum haberet ingratum litigatorem, ipsius conspectum uitanti, ne co-
Ingratitudo geretur agnoscere patrōi beneficium, in foro per nomenclatorem dixit illi, Amas ne me quod te non uidi? Tecte exprobrans ingratitudinem, cui gratum esset non uideri à bene-
merito, ne cogeretur illi gratias agere.
- 53 Idem dispensatori qui quum ad reliqua non responderet, dicebat subinde: panem non comedī, & aquā bibo, Pasce, inquit, & redde quod debes. Non agebatur, quid edisset, aut bibisset, sed quid deberet. Permisit igitur se quomodo uellet pasceret, modo solueret quod debebat.
- 54 Idem candidato dicenti, semper domū tuam colui, Credo, inquit, & uerum est, quum possset pālām negare. Candidatus enim hoc ad gratiam fingebat.
- 55 L. Galba scurra cuidam pilam negligenter petenti, Petis, inquit, tanq; Cæsarī candida-
Ex ambiguo tus. Huius candidati negligentius ambiebant, freti ipsius fauore. Locus est ex ambiguo, pe-
titur pila quæ repertutur, & petitur magistratus.
- 56 Idem cui cœnaculum perpluebat, cuidam cōmodato rogati penulam dixit, Non pos-
sum cōmodare, nam domi maneo. Significans domi maxime opus esse penula. Solent alij
secus excusare, non possum commodare penulam, ipse egeo.
- 57 Item alteri roganti usum penulæ, Si non pluit, inquit, nō est tibi opus: si pluit, ipse utar.
Excusatio Dilemmate excusat officium.
- 58 Idem Mecœnatem accepérat conuijō, quumq; sentiret illum uelle ad ipsius uxorem
Dissimulatio ludere, simulauit se dormire, quo magis hiceret Mecœnati quod lubebat. Interea quum ac-
cessisset aliquis uolens quædā ē mensa tollere, ibi Galba, Infelix, inquit, huic dormio, non
tibi. De quo plura retulimus in Chiliadibus.
- 59 Galba quodam iacenti quod in Sicilia murenam quinq; pedes longam emissem uicio-
riato, Nihil, inquit, mirum, nam ibi tam longe nascentur, ut his pescatores pro restibus u-
tantur. Mendacium evidentiore mendacio derisit.
- 60 In Galbam oratorem eloquentia clarum, sed gibbo deformem ita lusit M. Lælius, ut di-
ceret, ingenium Galbae male habitare. Nam animi do-niciliā est corpus.
- 61 In eundem acerbius etiam Orbilius grammaticus, qui prodierat testis cōtra reum cui-
Retortum Galba aderat. Hunc ut Galba cōfunderet, finxit se nescire quod grammaticus esset, &
conuictio locum captans interrogauit, Quid artium facis? In sole, inquit Orbilius, frica-
re gibbos soleo.
- 62 Manium Curium accusator eius ad concitandā inuidiam in Sipatio, id est uelaminis
genus, pīnxerat omnibus locis, aut in neruo nudum, aut ab amicis redemptū ex alea, hoc
agens ut omnibus persuaderet q̄ isessel perdite deditus aleæ. Hoc crimen ridicule infici-
tus est Matius. Ergo, inquiens, nunquam uici. Alter intelligi uolebat, Curium assidue
lusisse aleam, Curius eo torsit, quasi infelicitas esset opprobrata. Non est uerissimile, q̄ fre-
quenter ludit tesseris, nunq; uincere. Refert Fabius.
- 63 Quidam humiliori liberius aduersus ipsum multa loquenti, Colaphum, inquit, ti-
Ridicule bi dīcam, & formulam scribo, quod caput durum habeas. Pro diem tibi dīcam, dīxit co-
laphum tibi dīcam: & in capite duro lusit amphibologia. Si quidem durum caput habet
peruicax, & durum caput habet qui offendit manum percipientis. Allusit autem ad mo-
rem eorum qui quempā in ius uocant, quorum est & diem reo præscribere, & quorū
ius uocetur misso libello exprimere.
- 64 Quidam interrogatus quid sentiret de eo qui fuerat in adulterio deprehensus, Tar-
dus, inquit, mihi fuisse uidetur, Ludens ab inexpectato, significans que quod non fugisset
in tempore.
- 65 Quidam deploranti quod uxor sua se de fico suspendisset, Rogo, inquit, des mihi
Vxor molesta surculum ex illa arbore ut inseram: per suspicionem ludens, quum ueller intelligi sibi mo-
lestam esse uxorem.
- 66 Quidam irantibus quod humile candelabrum emissem, Pransorium erit, inquit: cui-
dens loco mendacio, ne parcus uideretur. In conuījō utimur humiliorib; candelabris,
ut exactius peruideamus quæ sunt apposita.

Dignus

Dignus erat nominari, qui de quodam illaudato ueluti laudans dixit: Quid huic abest, 67
nisi res et uirtus: Similis iocus hodie apud Gallos uulgatissimus fertur, quum aiunt, Sum Exceptio
tutus tuus, excepto corpore & bonis.

Sybarita quispiā iter faciens per agros, quum uideret quosdam fodientes, dixit, se spe, 68
ctando illos fodientes rupturam capere. Adhanc uocem auditam quidam ita respondit,
At mihi te audienti latus dolet. Tanta erat Sybaritarum mollices, ut nullum opificium
in ciuitatem admitterent, quod cum strepitu exerceretur, quod genus sunt fabrorum fer-
rariorum & lignariorum. Atq; adeo ne gallum quidem gallinaceum in ciuitate phas erat
alere, ne quid esset quod illis somnum interrumperet. Iocus autem in hoc erat, quod agri
cola probabilis dixit, sibi ex tam Itulta uoce dolere latera, quam Sybarita dixerat, se ex
fossilium ligone sentire rupturam. Latera dolent loquenti, non audienti: & rupturam pa-
titur grauius laborans, non spectator. Cōmemorat hoc Athenaeus in duodecimo.

Quum testis qui se dicebat à reo uulnératu, interrogaretur an cicatrices haberet, ingen 69
tem in femore cicatricē ostendit: tum aduersarius, Latus, inquit, erat opportunius: signis, Salse
ficiens illum uulnere letaliore dignum.

Siculo cuidam Scipio prætor patronū causæ dederat hospitem suum, hominem nobis 70
leū, sed egregie stultum. Hic Siculus, Quæso, inquit, prætor, aduersario meo da hunc pa-
tronum, deinde mihi neminem dederis. Sentiens illum tam insigniter stultū, ut illo diuer-
sam partem adiuuante posset etiam nullo patrocinante uincere.

Quidam uidēs Fauonium, quum nulli adessent famulū, Pompeio per omnia inseruenientem, usq; ad pedum lotionem, pronunciauit Græcum uersiculum, 71
οὐδὲν γεράσιον ἡσάπαν λαλόν. id est, Obsequium
bumile

Claris uiris ut est decorum quidlibet.

Qui Scipionis gloriae inuidabant, dicere solent, illum esse egregiorū facinorum histrio 72
nem, Lelium uero collegam illius gestorem. Alludentes huc q; alius est actor fabule, alius
autor. Sentiebant Scipionem præclaras res gerere, sed Lelij consilij.

In Metiochū nimis in repub. sedulum, nihilq; non agentem, illa factata sunt,

73

Ardelio

μητίοχος μὲν σπασμῆς, μητίοχος δὲ τὰς ὁδούς,
μητίοχος δὲ αὔρας εποπῆα, μητίοχος ἡ τ' ἀλφίτα,
μητίοχος δὲ παντὸς λεῖπου, μητίοχος δὲ οἰμόντα. id est,

Metiochus dux est, at idem Metiochus curat uias,

Metiochus molit farinas, Metiochus panes coquit,

Metiochus fit cuncta solus, Metiochus plorauerit.

Est aliiquid pauca bene agere. Notat Martialis quandam ardelionem, qui nihil non facie-
bat belle, quum nihil faceret bene.

Quidam Atheniensis indisertus, sed factis strenuus, & artis peritior, quum aliis ora, 74
tione facunda meditataq; multa præclare polliceretur. Viri, inquit, Athenienses, quæ iste
magnifice differuit, ego re efficiam.

Sylla quum Præneste oppidum armis cepisset, decreuissetq; quicquid erat ciuium tru- 75
cidare, hospitem suum iussit excipi, hoc beneficio pensare uolens hospitiū cōmunicati gra- Patrie che
tiam. At ille contrā libere, Nolo, inquit, patriæ meæ extinctori debere uitam; simulq; tur,
bæ ciuium sese admiscerit, & cum illis trucidatus est.

Idem quum ipsi libellum malus poeta de populo subiecisset, q; in eum epigramma fe- 76
cisset, tātum modo uersibus alternis longiusculis, statim ex his rebus quas tum uendebat,
iussit ei p̄mīū tribui, sub hac conditione, ne quid postea scriberet. Existimabat ille etiam
malī poetæ operam aliquo dignam præmio. Simul autem & silentium redemit ab eo qui
scribere nesciret: quemadmodū facetus quidam apud nos siquando incidisset in malum
consorem, dabat duplum præcium, hac lege ne rediret.

Seruuus quidā ab hero Chio negotiatore profugerat. Rogatus quur fugisset, Quoniā, 77
inquit, quum adsint bona, mala querit. Solet enim herus ille uīnum mustum primæq; sua Parſimonis
uītatis uendere, ipse interū non bibens nisi subacidum ac uapescens. fōrdida

Seruuus quidā interrogatus quid ageret dominus, Expectat, inquit, donec uīnum fiat 78
acidum. Habebat herum perparcū, qui nō prius sinebat bibi uīnum q; acuisset. Ita siebat,
ut familia semper acidis acuapidis uīnis ueteretur.

- 79 Quidam seruum fugitiuum insequens, quum ille in pistrinum se proripiisset, Vbi, inquit, alibi te reperire maluissem? Serui maxime oderunt pistrinum, eoque detruduntur ob grauissima peccata.
- 80 Thessalus quidam interrogatus, qui nam essent Thessalorum deterrimi, Qui, inquit, a bellicis negotijs ocium agunt. Barbari nesciunt uti pace.
- 81 Equiso quidam interrogatus, quid maxime saginaret equum, Oculus, inquit, regis. Sensus Domini presentiens equum optime curari, si dominus frequenter adsit. Idem uult illud celebre, Frons occidentia cipitio prior est.
- 82 Nestor apud Sophoclem ad Aiacem se conuicij incessantem ita loquitur,
Vita pensata σὺ μέμφουσα τε, οἵσση γάρ τὸν κακὸς λέγεις.
De te queror nil, male loquens facis bene.
Aliquid concedendum est uiris fortibus deoque repub. bene meritis: & bene pensat lingua uitium, qui factis egregius est.
- 83 Quum Aegyptij qui diu fuerant in praesidio, nec a quoqua dimittebantur, conspiraverunt sent ut in Aethiopiam se conferrent, ac Psammetichus rex eo cognito, consecutus eos obtestaretur, ne patrios deos, uxores ac liberos desereret, quidam illorum ostendo membro genitali, respondit, Vbicung hoc esset, ibi & liberos & uxores fore.
- 84 Olim in diuitiis epulis apud Aegyptios unus quispiam cadauer ligneum, sed quod proxime ad uerum efficiunt ostendit singulis dicens, in hunc intuens porta & oblecta te, talis post mortem futurus. Dubites quo animo id fecerint, utrum ut moderatius frueretur voluptibus, conditionis suarum memoras, an audiūs, ut pote mox abituris.
- 85 Puer quidam apud Platonem educatus, quum ad patrem ex interuallo redisset, cumque uidisset effusius ridentem, admiratus dixit, Se tale nihil unquam apud Platonem uidisse. Tanta res est, iam inde a teneris uirtuti assuescere.
- 86 Rhodius quidam ministro Romani imperatoris multa uociferanti ferociter, Non curro, inquit, quid tu dicas, sed quod ille taceat. Loquacitas caret effectu, taciturnitas habet certiora consilia.
- 87 Aegyptius baiulus gestans quiddam uelis opertum, cuidam sciscitanti quid portaret. Curiositas Ideo, inquit, obuelatum est ne scires, tu uero cur curiose uestigas quod occultatum est? Solent uectigaliū redemptores explorare sarcinas. Aegyptij autem dicti sunt ἀχθοφόροι.
- 88 Byzantius quidam quum mœchum in uxore deprehendisset, Miser, inquit, quod adulterium opus erat Sapragoræ dote? Significans fœminæ tam deiformi non futurū fuisse qui cumberet, nisi dote conductum. Nunc quum illa nacta esset gratis adulterum, quid opus erat Sapragoræ marito dare dotem, quum esset qui gratis hoc ficeret?
- 89 Quidam somniarat se uidere ouum ex lechi cubicularis fascia pendens illigatum. Id solum nibil de omnium retulit ad coiectorem. Is iussit ut eo loco foderet, defossum enim esse thesaurum. Fons uirilis dit, & inuenit, & argenti paululum detulit ad coiectorem, de auro dissimulans. Tum colector, Quid nihil ne de uitello? Somniator inuenerat aurum argento circuatum in oua speciem, nec id latuit coiectorem.
- 90 Philosophus quidam Pythagoricus a sutore emerat phecaisia, calceam eti genus, non lucrarius praesentibus nummis. Paucis post diebus redit ad tabernam redditurus precium, quoniam clausam diu pulsaret ianuam, fuit qui diceret, Quid perdis operam tuam? Tutor ille quem queris, elatus combustus est: & addidit iocum in Pythagoricum, Id nobis quidem molestum est, qui in æternum nostros amittimus: tibi minime, qui scis futurum ut renascatur. His auditis Pythagoricus treis denarios non inuita manu domum retulit, subinde manus concursens, uelut de lucro gestiens. Post quum haec animi affectum reprehendisset, redit ad tabernam, & ait tibi, Ille tibi uiuit, tu redde quod debes: simulque per clostrum quam se commissura laxauerat, treis denarios in tabernam immisit, poenas a seipso exigens improbas cupiditatis, ne assuesceret alieno. Prudenter ille quidem qui morbo suppululantistatim occurrit.
- 91 Vopiscus in diuino Aurelio refert apophthegma scurræ cuiusdam, qui dixerit, in uno anno bonorum, lo bonos principes omnes sculpi posse. Sentiens esse magnum imperatorum numerum, paucitas, sed in his perpaucos bonos.
- 92 Rex quidam, cuius nomen supprimitur, nominari alioqui dignissimus, quum ipsi poterigeretur

rigeretur diadema, tenuit aliquandiu manu, dixitq; O nobilem magis quam felicem panum, quem si quis penitus cognoscat, quam multis periculis, solicitudinibus ac miserijs sit refertus, ne humili quidem iacentem tollere dignetur.

Proconsul quidam Romanus in Sicilia conspicatus quendam adolescentē admodum 93 sui similem, rogauit similitudinis causam, quum pater suus nunquam adisset Siciliā, At Retortus meus, inquit, Romam frequenter accessit. Iocum retorsit Siculus, nihil ueritus secures ac iocuſ virgas proconsulī. Simillimum huic dictum in Augusto.

Quidam dixit eum qui primus populo Romano dedit epulum & congiarium, exitij 94 causam illi fuisse. Vnde Cæsar Augustus cogitauit aliquid de tollendis huiusmodi lari gitionibus. Insincerus fauor est, qui donis emitur, quæ si minuas, ingēs murmur; si tollas, seditione grauiſ oritur.

Philippus Macedonum rex, quoniam pleraque dando perfecit potiusquam bellando, 95 iactatum est in illum, Non Philippum, sed Philippi aurum subegisse Græciam. Ita Plutar *Auropus* gnare chus in uita P. Aemilij.

Romulus primus urbis Romanæ cōditor, legitur uini fuisse parcissimus. Is ad cœnam 96 uocatus, quum ibi minimum bibisset, eo quod postridie negocium haberet, dicunt illi familiares. Si ad istum modū bibant omnes homines, uinum esset uilius. Ille respondit, Imo uero charius, si quantum quisq; uoleat bibat, nam ego bibi quantum uolui.

Porsena demiratus egregium animū Mutij Sceuolæ, qui iratus dextræ suæ q; in strin/ 97 gēdo ferro errasset, foculo impositā eam exuri passus est, dixit illi. Reuertere ad tuos Mu/ ti, eisq; refer, te quum uitam meam petieris, à me uita donatum.

Tarquinius Superbus iam exul factus dixisse fertur, Se tum denique cognouisse quos 98 habuisset amicos fidos, quos infidos, cum neutrī gratiam referre posset. Qui commodi gratia sunt amici, sublata commodi spe deserunt amicitiam. Sed amicos secundæ res pa/ rant, aduersæ probant.

Horatius rediens ad suos, trium Curiatorum fratum quos occiderat spolia gestabat, 99 quorum unī despensa fuerat Horati⁹ soror uirgo. Illa agnoscēs spōsi paludamentū quod Amor gloria ipsa manibus suis cōfecerat, soluit crines, ac fletu spōnum mortuum inclamat. Horatius sororem gladio transfigit, dicens, Abi hinc cum tuo prēpropero amore, oblita fratrū mor/ tuorum uiuiq; oblitā patriæ. Tantum ualuit amor laudis & patriæ gloria.

Quum Collatinus cum paucis familiaribus ad Lucretiam uenisset à Sexto Tarquinio 100 ui stupratam, quārenti uiro ex more, sat in saluæ. Minime, inquit Lucretia, quid enim sal/ ui mulieri amissa pudicitia. Vestigia alieni uiri Collatine in lecto sunt tuo. Sed corpus tan/ tum uiolatum est, animus insons est, mors testis erit; his dictis cultrum quem abditum ha/ bebat, in corpore infixit, & collapsa est moribunda.

C. Plautius consul de Priuernatibus qui à Romanis descivuerat, ad senatū retulit ac ua/ riantibus sententijs, quidam Priuernatū legatos percontatus est, quā pœnā uiderentur meruisse. Eam, inquit ē legatis unus, quā merentur qui se libertate dignos censem. Hic consul, Quid, inquit, si uobis pœnam remittimus, qualem uobiscum pacem habituri su/ mus. Sibonam dederitis, inquit, & fidelem & perpetuam: si malam, haud diuturnam.

A Papyrio Curiore uiro impigro equites ausi sunt petere, ut pro re bene gesta relaxa/ ret aliquid laboris. Quibus ille, Ne nihil, inquit, remissum dicatis, remitto, ne usque dor/ sum demulceatis quum ex equis descenderitis. Hoc non erat remittere labore, sed equo curando aliquid adimere. Nisi forte sensit, quod dā milites delicatores, post equitandi la/ borem iubere solitos sibi defricari tergum. Hoc operę Papyrius suis remisit.

Romani dicebant, prima Gallorum prælia plusq; uirorum esse, postrema minus q; for/ minorum: q; primo impetu feroceſ effent, mox demitterent animos.

Quum exercitus Romanus terga daret Samnitibus, M. Attilius consul equo præue/ cens ad portam castrorum edixit, ut quiq; miles ad uallum tenderet, siue Samnis esset, Seuere siue Romanus, pro hoste haberet. Quo pergis, inqt, miles? & hic arma & uiros inuenies, nec uiuo consule tuo nisi uictor castra intrabis. Proinde elige an cum ciue, an cum hoste pugnare malis.

Sagunto à Poenis contra foedus oppugnato, Romani legatos misere Carthaginem, in 2 quibus erat Q. Fabius, exploraturos an id publico consilio factum esset. Ad id quū qui/ z 4 dam Car,

dam Carthaginensium princeps ferocius respondisset, Romanus sinu ex toga facto, En, inquit, uobis bellum & pacem apportamus, utrum placet sumite. quum Poeni ferocius re clamarent, daret utrum uellet, Romanus effuso sinu, Bellum, inquit, damus. Responderunt Poeni, se accipere, eoq; animo gesturos quo ille daret.

3 Martius Coriolanus in bello aduersus Volscos, quum rogaretur ut labore ac uulneri Victoria bus æger sese in castra recipere, Non est, inquit, uictoris laborare, moxq; hostem fugiens dulcis tem insectatus est. Victoriae dulcedo excutiebat omnem molestiae sensum.

4 Quum ob bene nauatam operam ante prædæ diuisionem è singulis rebus, equis & ca Honor potior ptius denos sibi eligere iuberetur, insuper & equo pulcherrimo donatus à consule, Laz mercede tor, inquit, à consule laudari, equumq; fortitudinis præmium lubens accipio, cætera non tam decora quam mercedem non accipiam: fuitq; communi reliquorum sorte contentus. Nec aliud extra ordinem petiit, quam ut Volscus quidam vir probus & æquus, quo hospite & amico fuerat usus Coriolanus, non uenderetur captiuus, sed suæ libertati relin queretur. Huic animo contemptori pecunia, & hospitis memori, magis applausum est quam uictoriae.

5 Quum Coriolanus merito iratus ingratu populo Romano, exitium urbi moliretur, nec à legatis, nec à sacerdotibus exorari posset, Veturia mater una cum uxore filii ac libe rias in castra uenit. In cuius complexu quum accurreret Coriolanus, Sine, inquit illa, prius sciam, utrum ad hostem an ad filium uenerim: & utru captiuu an mater in castris tuis sim. Hæc aliaq; quum dixisset, matrem complexus, Expugnasti, inquit, & uicisti iram meam. Patria, te mihi quamvis merito inuisam, huius precibus dono.

6 Attilius Regulus, qui fuit primo bello Punico bis consul, aiebat, Neg; fœcundissimis locis agrum insalubrem parandum, neq; effoetis saluberrimum. Frustra salubris est locus, ubi peritur fame. Et frustra fertilis est, ubi non licet uiuere.

7 T. Manlius Torquatus cōsulatum magno consensu recusauit, excusans aduersam ua Seuere letudinem oculorum: sed instantibus cunctis, Alium, inquit, Quirites querite, cui mande tis istum honorem. Nam si me suscipere coegeritis, nec ego mores uestros ferre, nec uos meum imperium perpeti poteritis.

8 C. Figulus in petitione cōsulatus repulsam passus est. Id eo grauius tulit, quod patrem Ingratitudo haberet bis consulem. Ad hunc quum postridie comitiorum complures uenissent consu lenti gratia, nam erat iuris ciuilis peritissimus, omnes dimisit, ita præfatus: omnes consu lerescitis, consulem facere nescitis.

9 M. Drusus tribunus plebis, non contentus L. Philippum consulem præcipitasse in carcerem, quod se loquètem ausus esset interpellare, quum senatus ad eum misisset ut ueniret in curiam, Quur non potius, inquit, senatus ad me uenit in Hostiliam rostris pro pinquam? Quid consequutum? Tribunus senatus autoritatem despexit, senatus tribu ni uerbis paruit.

10 C. Fimbria procurarat ut Scæuola in funere C. Marij iugularetur, quem ut cognouit Crudeliter / ex uulnere recreatum, apud populum deferre instituit. Rogatibus quid optimo innocen tissimoq; uiro esset obiecturus, Obijciā, inquit, quod parcus corpore telum recepit: qua si hoc ipsum crimen esset non perisse.

11 Quum M. Tullius in senatu dixisset, incendium à Catilina excitatum, Sentio, inquit Ca tilina, idq; si aqua non potuero, ruina extingua. Vox non hominis, sed furia.

12 Manlius Torquatus quum è Macedonia uenissent legati, graues querelas deferentes Seueritas de filio eius Decio Syllano, qui eam prouinciam obtinuerat, à senatu petiit ne quidea de re statuerent, priusquam ipse causam cognouisset. Quum senatus illi cognitionem detulisset, domi sedit, solusq; utriq; parti per totum biduum uacauit, tertia die pronunciauit in hanc formam, Quum Syllanum filium pecunias à socijs accepisse probatū sit, & repub. eum & domo mea indignū iudico, protinusq; è conspectu meo abire iubeo.

13 Aulus Fulvius filium ingenio, literis & forma florentem, quoniam in Catilinæ castra properabat, ex itinere retracitum occidit, dicens, Ego te non Catilinæ aduersus patriam, sed patriæ aduersus Catilnam genui.

14 M. Castritus Placentiae magistratum gerens, Cn. Carboni cōsuli iubenti decretū fieri, quo sibi obsides à Placentini redderentur, non paruit; atque adeo minitanti dicentiq; multos

multos habeo gladios; respondit, Et ego annos: declarans se senectutis præsidio fretum, non metuere gladios.

Ceselius quū nec triumviris obtemperaret, & multa libere de C. Cæsar's temporibus 15 loqueretur, admonentibus amicis ut sibi caueret, Duæ, inquit, res sunt, quæ cæteros redi- Fiducia &c. et dunt formidolosos, mihi maximam suppeditant fiduciā, senecius & orbitas. Senex civitatis & orato peritus est etiam si nemo occidat. Et orbus nec habet quos curet, nec habet quibus tibi bitatis meat. Solet enim uitio in liberos propagari.

Quum nauis qua Granius prætorius quæstor uehebatur, in Scipionis Metelli potesta 16 tem uenisset, Scipio &c. cæteris direptis quæstori salutem polliceretur, quæstor ita respondit, Cæsar's milites salutem dare, nō accipere solent. Tantum loquutus pugione se con- Animose fodit. Hos animos Cæsar suis inspirauerat.

Granius præco patrono malo quum dicendo uocem obtudisset, suasit ut simul ac do- 17 num redisset, frigidum mulsum biberet: quum is respondisset, Perdam uocem si id fecerit. Patronus Malus Melius est, inquit Granius, perdere uocem quam reum.

Idem quū P. Nasica tum consul, cuius iussu iustitiū in medio foro edixerat præco Gra- 18 nius, rogaret eum domum descendantem, quid tristis esset, an q[uod] auctiones essent, Imò ue- ro, inquit Granius, q[uod] legiones: notans eum quod armis rem gereret. Libera sane uox pre- conis in consulem: sed eximia moderationis exemplum, hoc impune licuisse præconi.

Idem M. Druso trib. pl. homini potentissimo, sed multa in rem publ. molienti, quum ab eo, ut sit, salutaretur his verbis, Quid agis Granius? Imò uero, inquit, tu Druse quid agis? Vtruncq[ue] refertur à M. Tullio in oratione pro Cn. Plancio.

M. Lucullum quod Bruti & Cassij partes secutus fuerat, M. Antonius occidit. Huius 20 mortem quum Volumnius, qui uiuum familiariter coluerat, sine fine deploraret, ad An- Amic- tonium pertractus ait, Iube me protinus ad Luculli corpus ductum occidi. Nec enim illi extincio superesse debeo, quum ei infelicitis militia autor extiterim.

C. Furius Cresinus è seruitute liberatus, quum è paruo admodum agello largiores 21 multo fructus perciperet quam ex amplissimis uicini, in magna inuidia erat, quasi fructus Industria pellicheret ueneficijs. Quamobrem illi dicta dies est à Sp. Albino curuli. Reus metuens da lucros nationem, quum in suffragium oporteret ire tribus, omnia instrumenta rustica in fornum attulit, adduxit & filiam validam, bene curatam ac uestitam, ferramenta egregie fa- cta, graues ligones, uomeres pôderosos, boues saturos, postea dixit, Veneficia mea Qui ritus hæc sunt, nec possum uobis ostendere, aut in forum producere lucubrationes uigiliasq[ue] & sudores. Omnia sententijs absolutus est. Meminit huius & Plinius libro deci- mo octavo, capite sexto.

Q. Flavius apud populum reus a claus accusante C. Valerio, quum quatuordecim tribuum suffragijs damnatus esset, proclamauit se innocentem opprimi, cui Valerius æque ira impotens clara uoce respondit, nihil sua referre nocens an innocens periret. Ea uox tam violenta re liquas tribus reo conciliavit, itaq[ue] reus quem prostratum credebat, absolutus est.

Pomponius Atticus in funere matris, quam extulit nonagenariam, ipse natus an- 23 nos sexaginta septem, gloriatus est, quod nunquam cum matre in gratiam redisset, nunquam Tranquillitas cum sorore fuisset in similitate, quam prope æqualem habuit. Hanc uocem se ab ipso audisse scripsit Cornelius Nepos. Plus autem est non redisse in gratiam, quam non fuisse in similitate. Matrem nunquam offenderat, inter ipsum & sororem etiam si quid incidit offensarum, nunquam exierunt in similitate, quæ tamen inter fratres & sorores frequenter acerrimæ solent existere.

Amissa classe circa Siciliam, Pœni de pace cum Romanis ineunda cōsultabant. Amilcar negabat se audere ire ad consules, ne idem accideret ipsi à Romanis, quod Pœni fecerant Cornelio Asinæ consuli, cui legato catenæ sunt iniectæ. Hanno melius sentiens de fidei Romana, profecitus est. Cui liberius exponenti causam tribunus militum minitans, dixit, Et illi possè accidere, quod accidisset Cornelio consuli. Hic interq[ue] consul tribuno file re iusso, isto, inquit, metu Hanno te fidem nostræ ciuitatis liberat.

Samnitibus consultantibus quid de legionibus Romanis apud furcas Caudinas inelus fieri deberet, Herennius Pontius suasit, ut inuiolatae dimitterentur. Postero die eadem de re cōsultus, respondit ad unū usq[ue] delendas. Sentiens aut clementer magno beneficio deme,

- demerendos hostes, aut irreparabili iactura vires illorum cōmīnuendas. Neutrū sequitū est exercitus, sed sub iugum missos contumelia magis illos in se prouocauit.
- 26** M. Bibulus in Syria duos egregiæ indolis filios amisit à Gabinianis militib⁹ Aegypti occis⁹. Horum interfectores Cleopatra ad illum uincios misit, ut in eos pro arbitratu suo animaduerteret: at ille eos protinus intactos ad Cleopatram reduci iussit, dicens eius uindictæ potestatem non suam, sed senatus esse debere.
- 27** C. Sulpicius Gallus uxoram repudiauit, q̄ aperto capite fuisset foris. Lex, inquiens, tibi meos unius p̄finit oculos, quibus formā tuam approbes, his ornamenta comparato, uxoram his esto speciosa: alijs uelle uideri formosam, in suspitione & in crīmne hæreat necesse est.
- 28** Tiberio senatum ingrediente, surgens adulator quidam exclamauit, esse libere loquen adulans, nec reticenda quæ ad rem publicam attinerent. Erectis ad hāc uocem omnibus, ipso bernes etiam Tiberio attento, Audi, inquit Cæsar, in quo te reprehendimus omnes, licet nullus audeat palam fateri. Impendis teipsum nobis, corpus tuum diurnis nocturnisq; laboribus & curis pro republica conficiens. Huiusmodi multa quum diceret, sub libertatis pretextu turpiter adulans, C. Seuerus subiecisse fertur, Ista tanta libertas hunc hominem dabit exitio.
- 29** Quum in senatu uariantibus sententijs, Cato censeret perpetuam dictaturam, ut tyran Decorum nīcam potentia ē repub. tollendam, Bibulus quum esset Pompeio inimicus, primus in se persone natu rogationem tulit, ut unicus consul Pompeius decerneretur. Aut enim, inquit, respublika ab imminente procella per illum liberabitur, aut optimo parendū erit. Egregius antimus qui priuatam similitatem posthabuit reipub. commodis. Eam sententiam Cato dixit se ab alio dictam comprobare, licet ab ipso non debuerit proficisci.
- 30** Rutilius quum aliquando Romæ adisset Musonium, rogauit, dic mihi Musoni, Iupiter seruator quem tu imitaris num foeneratur? Notans illius inopiam, qui cogeretur inter dum accipere mutuum. Ad hoc arridens Musonius, At ne foenerat quidem Rutili. Turpius est ad foenus dare quam accipere. At Rutilius, quum ipse faceret quod grauius est, obiecit illi quod erat leuius.
- 31** Valerio Publicolæ Louis ædem dicanti, iamq; ex more postem tenenti, Marcus illius frater derepēte funestum nuncium ingessit dicens: O cōsul, filius tuus morbo perire in casis. Ob eum nunciū inestis omnibus, Publicola nihil cōmotus, Cadauer, inquietus, quolibet abiūcire, simulq; dedicationem solenni ritu peregit. Nec tamē uerū erat perisse filium, sed data opera factum est, ut à dedicatione reuocaretur, atque is honos ad alium transiret. Quanq; Liuius libro ab urbe condita secundo hoc aliquanto diuersius narrat.
- 32** Cesetius eques Romanus, quum à Cæsare filium abdicare iuberetur, q̄ is tribunus pl. Pietas in cum Marullo collega ei inuidiā mouisset regni affectati, Citius, inquit, Cæsar tu mihi o/ filium mnes filios meos accipies, q̄ ego ex his unum nota pellam mea.
- 33** Titus Labienus equiti strenuo de præda Gallica aurum donauit. Id uidens Scipio dicit equiti, Habebis donum uiri diuitis. Hac uoce audita eques aurum ad pedes Labieni abieci prior cit. Idem quum audiret Scipionem dicentem, Imperator te armillis argenteis donat, alias gaudio abiit. Miles aurum contempsit, honorem amplexus est.
- 34** Q. Fabius Minutius, hortante filio ut locum idoneum paucorū iactura caperet, Vis vitam nemo ne, inquit, tu ex illis paucis esse: Admonens nō esse boni ducis, ullius militis incolumentem contemnere.
- 35** Fabricius Cineæ Ep̄irotarū legato, magnam auri uim dono offerenti, recusauit accipere, dicens: Se malle imperare aurum habentibus q̄ habere aurum.
- 36** M. Liuius fuso Hasdrubale, nōnullis suadentibus ut hostes ad internacionem inseque Clementer retur, Aliqui, inquit, & supersint, qui de uictoria nostra nunciū hostibus perferant.
- 37** Varro Pauli collega, quoniam ex Cānensi pugna quæ Romanis fuit infelicissima sua virtus in perfuit, honores à populo delatos recusauit, dicens felicioribus magistratibus opus esse felix reipub. Quum anūmū gereret inculpatum, fortunæ suæ reipub. ultro poenas dare uoluit, uir ob hoc ipsum summis dignus honoribus.
- 38** Curius devictis Sabinis quum ex senatus cōsulto ei ampliaretur agri modus, quē con- Aequalitas summati milites accipere solent, recusauit, et gregaliꝝ portione contentus fuit, dicens, esse malum cū uim, cui non esset satis id quod ceteris esset latus.

Hortens

Hortensius orator ob cultum mundiorem, ac gesticulationes in dicendo molliores, crebro male audiebat in ipsis etiam iudicijs. Sed quum Lucius Torquatus, homo subagresti bus & infestius moribus, quum apud concilium de causa Syllæ quereretur, non iam his frionem illum diceret, sed gesticulatricem, Dionysiamq; notissimæ saltatriculae nomine cōpellaret: tum uoce molli demissaq; Hortensius, Dionysia, inquit, Dionysia malim equi dem esse, quam quod tu Torquate $\epsilon\mu\sigma\theta$, $\epsilon\gamma\rho\delta\alpha\theta$, $\epsilon\pi\mu\sigma\tau\theta$; id est, Inelegans, agrestis, aditu difficultis. Periculose maledicit alteri, cui uel idem, uel simile, uel diuersum, sed deterius uitium potest obiici.

Idem gloriari solet, quod nunquam bello ciuili interfuisset. Refert M. Tullius epistola ad Celium libro secundo.

L. Crassus orator de Menenio homine praelongo dixit, quod quoties in forum descendenter, caput ad Fabij fornicem offenderet. Locus est ab hyperbole. Nam arcus Romæ tam alti sunt, ut uix hasta possis contingere curvaturæ summum.

Idem censor Cn. Domitio collegæ exprobrianti q; ob murenam in uiuario mortuam chrymasset. At tu, inquit, quum uxores tres extuleris, nullam emisisti lachrymā. Scite re torsit conuictū. Notauit illum quasi curasset uxorū mortem. Et alioqui turpius est, in uxoris funere non flere, q; ob murenam emittere lachrymas.

Idem Cn. Domitius L. Crasso collegæ exprobrauit, quod censor tantum habitaret, eo q; in portico domus haberet columnas hymettias, pro domo eius milia nummū identidem promittens. Crassus ut erat præsentis ac festiuo ingenio, rogauit collegam quanti ipse dominum suam aestimaret. Is respondit, Sexagies sestertio. Rursum Crassus, Quanto igitur, inquit, eam minoris aestimas, si decē arbusculas succidero? Ex fuerunt loti patula ramorum opacitate lasciuæ, quum Domitius respondisset, trities sestertio: Vter, inquit Crassus, nostrum luxuriosior, egone, qui decem columnas cētum millibus nummū emi, an tu qui decem arbuscularum umbram tricies sestertium aestimas? Ita est ingenium hominum ad aliena uitia perspicax, ad sua cæcum.

Lucius Philippus consul L. Crasso summæ dignitatis & eloquentiae uiro, manum ini^{ci} iusserat, eo quod uocem illius indigne ferret, qua dixerat, sibi alio senatu opus esse. At Crassus reiectio lictore. Non es, inquit, mihi tu Philippe consul, quando ego tibi non sum senator.

L. Crassus Mummiu cognomento Diuissorem, dixit ita sibi nomen inuenisse in cam p^o Martio, quemadmodum Neoptolemus inuenierat ad Troiam.

L. Crassus cuidam roganti num molestus esset illi futurus, si bene mane ante lucem ad eum ueniret, quā respondisset, non eris molestus, & ille subiecisset, Iubebis igitur te suscitarī: Crassus, at tu certe negaras te fore molestū. Venire nō erat molestū, sed suscitarī molestū. At percōtator hoc ipsum quærerat, an si mane ueniret cōsulturus, futurus esset molestus. Crassus per iocū sic interpretatus est, ut si ueniret mane, ne molestus esset.

Idem apud Perennam iudicem defendebat Aculeonē, quem accusabat L. Aelius La mīa homo deformis. Is quā interpellaret odiose, Audiamus, inquit Crassus, pulchellum puerum. Huic dicto quum esset arrisum, Ingenium, inquit Aelius, ipse mihi fingere posui, formam non potui. Tum Crassus, Audiamus igitur, inquit, disertum. Multo arrisum est uehementius.

L. Portius Nasica quum ex more conceptis uerbis à Catone censure rogaretur, habes ne uxorem ex animi tui sententia, Habeo, inquit, at Hercle non ex animi tui sententia. Verum ob eum iocum intempestiuum mulcta illi dicta est.

Scipio Nasica quum ad poetam Enniū uenisset, eiq; ab ostio quærenti Enniū, ancilla dixisset eum domi non esse, Nasica sensit illam hoc domini iussu dicere, et illum intus esse. Ac tum quidem dissimulans abiit. At paucis post diebus quum ad Nasicam uenisset Ennius, eumq; à ianua quæreret, exclamat ipse Nasica, se domi non esse. Tum Ennius. Quid? Ego, inquit, nō agnosco uocem tuam: Hic Nasica, Nē tu homo es impudens, ego quum te quærerem ancillæ credidi, tu mihi non credis ipsi?

Idem Nasica quibusdam dicentibus, res Romanas iam in tuto esse, extinctis Carthaginensis, & Græcis in seruitutem redactis, Immo, inquit, nunc demum summo in periculo sumus, postea quā nulli supersunt, quos uel timeamus, uel reuereamus. Sensit inimicos per oc-

58

Ociū inutile

per oc;

per occasionem utiles esse nobis, per quos non licet impune securec^q negligentes esse.

51 *Iocus intem pestius* Idem quum ædilitatem curulem adolescentem peteret, ac ut candidati solent manum cuiusdam opere duratam prensaret, rogauit hominem, num manibus ambularet. Hoc dictio rusticæ tribus suspicantes sibi exprobratam paupertatem, effecerunt ut repulsam ferret. Tantum obfuit iocus intempeftiuus.

52 *Impudicitia* In Gallico triumpho milites hos uersiculos iactabant in Cæsarem,
Urbani seruate uxores, mœchum caluum adducimus.

Auro in Gallia stuprum emisti, hic sumpsisti mutuum.

Notabant quod in prouincia agens alienas uxores auro corruerit, Romæ non emerit, sed mutuum sumperit, quod uxor ipsius male audiret de Clodio. Nisi forte quiddam obscoenius intelligi uoluerunt. Nam Suetonius aliquanto post cōmemorat, quod Curio pater in oratione quadam appellabat illum, omnium mulierum uirum, & omnium virorum mulierem.

53 *Pietas in matrem* C. Gracchus ad quendam Corneliae matris obtrectantem, Tu, inquit, Corneliam uituperare audes, quæ Tiberium peperit. Et adiecit, Qua fronte te Cornelie comparas, an tu peperisti ut illa? Atqui nemo ciuis ignorat, diutius illam sine uiro fuisse, quam te uirum. Is in quem hæc dicebantur, male audiebat de mollicie.

54 *Difffidentia* Populus Romanus Carbone pollicente quippiam & addente iusurandum cum exercatione, populus uicissim iurauit se illi non credere. Probris uiris & iniuratis habenda fides, leuibus ne iuratis quidem. Refertur ad id uersus Menandricus,

τρόπον θεών οὐαίων τλέγοντες, σλόγος. id est,

Suadet loquentis uita non oratio.

55 *Vita misera* Silenus senex, a Mida captus, rogatus est quid esset homini optimum: diu silentium tenuit, tandem adactus ut diceret, respondit, Optimum esse nunquam nasci, proximum & occylsime aboleri, atq; hoc precio dimissus est. Huius dicti præter alios meminit Ouidius libro Metamorphoseon undecimo.

56 *Vita pura* Liuij Drusij ædes publicæ pluribus ex partibus patebant uicinorum prospectui. Hoc in commodum se faber quinque talentis correcturum pollicebatur, effecturum ne pars aliqua esset obnoxia prospectui. Tum Drusus, Dece*inquit*, dabo, si talem reddas domum meam, ut undiquaque pateat omnium oculis, quo non uicini tantum, sed omnes ciues perspicere possint quomodo domi meæ uiuatur.

57 *Maledicus ma le audit* M. Seruilius dissuasurus legem quam ferebat M. Pinarius, dic mihi M. Pinari, inquit, si contra te dixero, num mihi maledicturus es, ut cæteris soles? Ut sementem, inquit Pinarius, feceris, ita & metes: per allegoriam minitans illum male auditurum, si malediceret.

58 *Retortum conuicium* Libo quum Seruilio Galbae dixisset, quando tandem Galba exhibis de triclinio tuorum mox audiit, quum tu de cubiculo alieno. Libo notauit Galbam, quod L. Scribonio tribuno plebis iudices ferrèt familiares suos, & conuiuijs corruptos. Galba uicissim illum notauit adulterij.

59 Celebratur & Glauclæ dictum in Metellum, Villam habes in Tiburte, cortem in palatio. At cors uilla solet esse contigua. Notauit autem illum, quod multos sibi cibo largitionibusq; deuinixerit, quod idem alijs uerbis Libo obiecit Galbae. In corte aluntur animalia domestica.

60 *Iocus è fabula* Quum Sextus Titius se Cassandram esse diceret, ob cōiecturam opinor, quod illa es set fatidica. Multos, inquit Antonius, posses Aiaces tuos Oileos nominare: notans illius impudicitiam. Nam Ajax Cassandram de templo Palladii raptam ui constupravit.

61 *Correctum in peius* Quum Gallus qui testimonium ferebat contra Pisonem, dixisset innumerabilem pecuniam Magio præfecto datā, idq; Scaurus tenuitate Magij redargueret, Erras, inquit, Scaurus in peius re, ego enim Magium nō conseruasse dico, sed tanquam nudus nuces legeret, inuentrem abstulisse. Correxit sermonē suum Gallus, sed ita, ut criminis corruptelē crimē adderet luxus.

62 M. Cicero, M. Tullij pater dicebat Italos similes esse Syrorum uenalium, quorum ut quisque sciret optime Græce, ita esse nequissimum. Sentiens una cum literis Græcorum mores ad Latinos demigrare. Vnde q; M. Tullius fuit iniquior Græce nationi, proptermodum uideri possit illi fuisse hereditarium.

Testio

Testis Petrius mōs erat in dicendo mentum intorquere. Is quum aduersarium urge, 63
ret, ut diceret si quid uellet. Dicam, inquit, si nucem fregeris.
Ridicule.
Huic simillimum est quod de Vespasiano patre narrat Suetōnius, quum scurram mul 64
ta in alios faciem, prouocasset ut in se quodq; diceret aliquid, Dicam, inquit, ubi uen. locus ex spes
trem exoneratē desieris: alludens ad fornam Cæsarīs, qui faciem habebat nitentis. In cu cie corporis
iusmodi hominem iocus extat Martialis,

Vtere lacuclis ac mollibus utete maluis,

Nām faciem durum Phœbe cacantis habes.

C. Fabritius P. Cornelium hominem ut putabatur avarum & furacem, sed egregie for 65
tem ac bonum imperatorem, suo suffragio fecerat consulem. Huic quū Cornelius ex mo Compilari, ne
regalias ageret, quid intemor simulatis ipsum fecisset consulem, bello præsertim ma nire
gno & graui, Nihil est, inquit, quod mihi gratias agas, si malui compilari q̄ uenire. Com
plamur furto, uene ut bello capti. Proinde inimico fuit, cuius dexteritate sperabat fore,
ne Romani uenirebūt in manus hostium.

Scæuola Septumuleio Anagnino, cui pro capite C. Gracchi, aurum erat rep̄sum, ro 66
ganti ut se in Asiam p̄fectum duceret, Quid tibi uis, inquit, insane, tāta malotū est mul Furax magis.
titudo ciuium, ut tibi hoc confirmet, si Romæ manseris te paucis annis ad maximas pe stratus
cunias esse peruenturum. Notauit avaritiam hominis, p̄fecturam nō ob aliud ambiens
tis, nisi ut spoliaret prouinciales, ac ludens finxit, id citius consequuturum Romæ. Hoc
dictum Fannius in Annalibus ascribit Africano Aemiliiano, qui dictus fuerit Itori.

Q. Scæuola Publij filius, quum postulasset ut fundus cuius emptor erat, sibi semel in 67
dicaretur, idq; fecisset uendor, dixit se pluris æstimare, & adiecit precio centum milia. Iuste
Exemplum integratissimū uixit hoc seculo credibile.

C. Publicius solitus est dicere P. Mummiū, cuius teipso hominem esse. Sentiens 68
illum dexteritate facilitateq; ad oīnham uitæ statum esse accommodum. Eodē sensu Pol
lionem Asinum omnium horatū hominem legimus. Et Tiberius Cæsar duos familia
rius ab ipso dilectos, omnium horatū amicos triccare solet.

Africanus censor tribu mouebat Centurionem, qui in Pauli pugna non adfuerat: ille 9
quum diceret se custodię causa in castris remansisse, rogaretq; quur ab eo notaretur, Non Salse
amo, inquit Africanus, nīmū diligentēs. Dissimulauit Centurionis ignauiam, & accu
sauit nīmū diligētēm custodiām.

Liuius Salinator quum Tarentum amisiſſet, atcem tamen retinuit, multaq; ex ea p̄ræ 7a
lia p̄clare gessit. Quum autem post aliquot annos Fabius Maximus eam urbem rece Ex verbis aliis
pisset, rogauit eum Salinator, ut memisiſſet se opera ipsius Tarētum recepisse. Quid nī, ter exceptis
inquit Maximus, meminerim. Nunquam enim ego recepiſſet, nīſi tu perdidisſes. Iocus
hinc est, quod Maximus diuersum ex alterius uerbis excepit, quām ille uolebat. Refert
M. Tullius lib. de Oratore 2, & Plutarchus in vita Fabij Max. tametsi hic M. Luciū ap
pellat, nec addit Salinatoris cognomen.

Idem quum bellum aduersus Asdrubaletū gestutus urbem egredetur, monitus est à 71
Fabio Maximo ne prius cum hoste consereret, q̄ uires animumq; illius cognosceret. Is Vltip
respondit se primam quānc; occasionē pugnæ atrepturum. Percontantibus quid ita pro
peraret, Ut quām celerrime, inquit, aut gloriā ex hostib; uictis, aut ex ciuib; prostra
tis gaudium capiam. Virtus & ira sermonem hominis inter se partitæ sunt, illa triumphi
auida, haec iniusta damnationis memor,

Mancia quum audisset Antonium censorem, cui male uolebat, à M. Duronio de am 72
bitu postulatum, Aliquando, inquit, tibi tuum negocium agere licebit. Censores in alio/ Salse
rum mores inquirunt, at qui teus est, habet ex se quod agat.

Q. Opimius consularis quum esset adolescentulus male audiuit. Is Aegilio homini fe 73
stiuo, qui uidebatur mollior, nec erat, sic exprobrauit molliciem, Quid tu Aegilia mea, Ab imitatione
quando ad me uenies cum tua lana & colo? Lepide retorsit Aegilius. Non Pol, inquit, au ne personæ
deo, nam me ad famosas uerat mater accedere. Alter simulabat orationem uelut ad fœmī
nam, alter accepta persona simulationem uerit in irrisione.

Inter salsa commemorat & illud M. Tullius ex Neuio, apud quem filius dicit patri, 74
Quid ploras pater? isq; respondet, Mirum nī cantē, condemnatus sum. Indignatur senex

submordosus rogari quut ploret, quasi damnatus magis cantare debuisse. Petinde quibus si quis interroget agrotum: quur suspiras, aut quur decumbis?

75 Scaurus accusabat Rutilium ambitus, quum ipse consul esset factus, ille repulsam tu*Literatum in* lisset, & in tabulis eius ostendebat literas A F P R, easq; sic interpretabatur, Acum fide P. *interpretatio* Rutilij. Contrà Rutilium dicebat illis significari, ante factum, post relatum. Tum C. Carnius eques, qui Rurilio aderat, exclamabat, Neutrum illis literis declarari. Quū Scaurus dixisset, quid igitur: festiuiter in ipsum tollit, Aemilius fecit, plectitur Rutilius. Probabis illius enim erat illum ambitum commississe qui obtinuerat, quam qui repulsus erat. Simile quiddam memoratur de Beda, quem Venerabilem dicunt. Huic Romā profecto quum ostendissent has literas saxo insculptas s p q r, quibus significari uolunt, Senatus populi Romanus, ac uelut hospes rogaretur, quid sibi uellet illae literae, dissimulans dixit, Stultus populus querit Romanum.

76 M. Scaurus quū pro rostris accusaretur, quod à rege Mithridate ad prodendā rem p. *Autoritas* pecuniam accepisset, ita causam suam egit. Iniquum est Quirites, quum inter alios uitæ personæ rim, apud alios me rationem uitæ reddere. Sed tamē audebo uos interrogare, Varius Su cronensis ait, M. Aemilius Scaurus mercede corruptū populum Rom. prodidisse; M. Aemilius Scaurus huic culpæ se affinem esse negat, utri creditis? Nominato tantum acto & reo populus accusationem repulit.

77 C. Memmius quū accusaret Bestiam reum, cui patronus erat Scaurus, ac forte funus *Heredipetæ* quoddam duceretur. Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor: notas Scaurum, qui male audiebat quod Phrygionis Pompeij bona sine testamento possideret.

78 Quum Silus testis laesisset Pisonem reum, cui Crassus aderat, prolatō criminē, quod se *Ab inexpecta* in eum dictum audisse dicebat, Potest fieri Sile, inquit Crassus, ut is unde te audisse dicas, eo iratus dixerit. Annuit Silus. Potest etiam, inquit fieri, ut tu non recte intellexeris. Quū id quoq; toto capite annuisset Silus, ut se Crasso daret, subiecit Crassus, Potest etiam fieri, ut omnino quod te audisse dicas, nunquam audieris. Hoc adeo præter expectationem, ut Silum testem omnium risus obrueret.

79 C. Lelius cuidam malo genere nato, obſcienti sibi quod indignus esset suis maioribus. *Ex iſdē uer* At Hercole, inquit, tu tuis dignus es. Id si dicas bono uiro ex bonis prognato laus est: sibi retortum malo ex malis prognato, graue conuictum est.

80 M. Cincius quo die legem de donis ac munib; tulit, C. Centoni prodeunti, ac satis *Irrisio retor* contumeliosè interroganti, quid fers Cinciole? Ut cmas, inquit, si uti uelis: notans illum quod donatis & cōmodatiōnib; rebus uti gauderet. Allusit autem ad illud decantatum in priunis, emere malo q; rogare. Adhuc, amphibologia est in uerbo ferre: fert enim qui promulgat legem, & fert qui portat aliquid uenale.

81 M. Lepidus quū in campo sese excentibus ipse in herba recubuisse. Velle, inquit, *Ab impossibili* hoc esset laborare. Huius generis est Terentianum, Quām uellem mos esset amicis etiam bili noctu operam dare. Optat enim adolescens quod fieri non potest.

82 Quum M. Lepidus censor M. Antistio Pyrgensi equum ignominiæ causa ademisset, *Salse* & amici uociferantes quærerent, quid ille patris suo respōsurus esset, quur ademptum si bi equum diceret, quum optimus colonus, parcissimus, modestissimus ac frugalissimus esset. Dicat, inquit, me nichil horum credere. In simili argumēto iusit Augustus, sed ciuis Ius, dic me tibi displicuisse.

83 Pomponius uir insignis multis vulneribus in bello acceptis quum ad Mithridatē ad *Rides erga pa* ductus ab eo quæreretur, an si curaret eum, uellet sibi esse amicus. Si tu, inquit, Romanis trium amicus fueris, me quoq; amicum habebis.

84 Spurina aruspex admonuit C. Cæsarem, caueret discrimen ingens quod ultra Calendas Martias non proferretur. Eo die quum iret in senatū, Spurina forte obuio, Quid ait, inquit, nonne uenere Calendæ Martiae? Venere, inquit, sed nondum præterire. Nam eo dem die cæsus est Cæsar.

85 Spartaco in Crassum omnes mouenti copias, quidam equum dono obtulit. At ille, Si *Barbarice* uicero, inquit, plurimos ex hoste equos habiturus sum, Si uictus fuero, nec hic mihi futurus est usui: simulq; cum dicto equum gladio transuerberatum interemit.

86 Quum Pompeius graui laboraret inuidia propter immodicā potentiam, & ob uulnus, falcia

fascia linea tibiae uinciam haberet, dixit aliquis, Quid refert ubi gestet diademam, in capite an in cruce? Nam fascia olim erat insigne regum.

Quoniam Fabius contando eludebat hostem, quum Marcellus viribus utgetet Anni 87 balem, ille dictus est clypeus Romanorum, hic ensis, quod illi praeципuum studium fuit, Amitiis fidu ne quid clavis acciperent Romani, alteri ut hostem perimeret.

D I V E R S O R V M G R A E C O R V M A P O P H T H E G M A T A

Anytus amicorum Alcibiadis unus, eum ad cenam rogavit: ille recusauit, sed domi 88 bene potus cum famulis comedebundus irrupit, stansq; ad ostium coenaculi iussit famulus uasa diripere, & ad suas aedes deferre, qui fecerunt dimidium asportarunt: alijs coniuis ^{cia} Alcibiadis violentam superbiam criminatis, Anytus dixit, illum humaniter egisse, cui quum totum auferre licuerit, dimidium ipsi reliquisset.

Hippomachus aliptes quum aliquando uideret adolescentes quos exercebat, e foro carnes efferves, dicebat, se procul agnoscere suos esse discipulos: quod institutio reuceat in Institut: omnibus dictis ac factis hominis.

Quibusdam laude uehentibus procerum quempiam, ac prelongis manibus hominem, tanquam ad pugilum certamen idoneum, Sane, inquit, si pendens in alto corona eset detrahenda.

Demades orator uita defuncto Alexandro dixit, se uidere exercitum Macedonum priuice orbatum Cyclopis similem. Sentiens turbam militum, nisi ad sit dux cotidatus ac uigilans, nulli esse usui. Quemadmodum Polypheus adempto oculo, frustra uastu corpus duc ac uires habebat immanes.

Idem quaestor, populo huc persuaso ut ihs qui ab Alexandre descierant tritemes aut auxiliaries mitterent, iubentib; ut illico pecunias depromeret, Paratae sunt, inquit, pecuniae, o Arte tractata viri Athenienses, quas in congios deposuerat, ut singuli minae dimidium acciperetis. Verum plebs si has mauultis in hunc usum erogari, per me quidem ut uestris sicuti lubet utamini licet. Hoc sermone fregit impetu populi, nolentis illa distributione spoliari. Sic interdum ut indomitae beluae, arte ad meliora consilia auocandus est populus.

Prandens apud Phocionem, quum apparatus admodum tenuem uideret, Demiro, inquit, o Phocion, te rem pub. administrare, quum possis ad istum prandere modum. Bis Sobrietas errans, & quod lucrificatum causa putaret adeundam remp. & quod luxum probaret in eo, qui maxime conueniebat sobrietas. Sed Demades alios e suis moribus aestimabat. Erat enim & pecuniarum auditus & luxui deditus.

Quum uidisset Philippum largius potum cum amicis saltasse per medium captiuorum, turbam, eisq; petulanter exprobrasse suam calamitatem, libere dixit, Quum o rex fortus, Libera me, tibi Agamemnonis personam imposuerit, non pudet te factis agere Thersites. Ea uox totum regem in diuersum uitae genus immutauit.

Quum Athenienses nollent Alexandre donos honores decernere, Vide, inquit, ne dum coelum custoditis, terram amittatis. Alexander enim ambiebat monarchiam. Libere Absurdum autem erat eos sic alii negare coelum, ut ipsi terra sua pellerentur.

Iocari solet in Demosthenem, quod ceteri quidem oratores dicerent ad aquam, ipse vero & scriberet: taxas eum quod nunquam nisi de scripto diceret, tum esset ueritatem. Lepide Contraria Demades ut largius bibebat, ita ualebat extemporali dictione. Rhetores olim dicebant ad clepsydram.

Onomademus Chius posteaquam aduersam factionem superasset, quibusdam censem, tibus omnes diuersae factionis urbe pellendos, negauit expedite, dicens se uereri, ne omni Inimici utiles inimicis ad unum eieclis, inter amicos existarent dissidia. Sentiens sic esse multorum ingenium, ut si desint inimici, in quos naturae malitiam exerceant, amicos impellant.

Simonides Pausanias Lacedaemoniorum regi subinde de rebus a se gestis glorianti, tandem & Simonidem per irrisiōnem hortanti, ut aliquid sapienter ipsum admoneret, Moneo, inquit, ut te memineris hominem esse.

Idem reprehendentibus quod ad quaestum scriberet, iocari solet, sibi duas arcas esse dormi, alteram pecuniæ, alteram gratiarum: priorem se reperire plenam, alteram semper uacuam.

Idem quum ceteros laudando uenaretur, ut aliquid darent, interrogatus quur non Tom. 4

A 2 & Thessa

& Thessalos captaret, Stupidiiores sunt, inquit, quam ut à me falli possint. Qui quarant cui imponant, ad stupidos eunt. At qui iam erant stupidi, ut non sentirent ingenium poematum illius, nec tangerentur amore nominis in posteros transmittendi, non poterant ab illo falli.

Callide Idem interrogatus quamobrem, quum esset extrema senectutis, tamen attentus esset ad rem, Quoniam, inquit, malim mortis inimicis relinquere, quam uiuus carere amicis: taxans instabiles hominum amicitias, qui consequuti quod uolunt negligunt amicum, idem dum sperant, obseruiunt.

Integritas Lycurgus orator obijcente quadam, quod se pecunia redemisset à calumnia, nō est inficiatus, sed clarissima uoce populū appellans, Bene habet, inquit, viri Athenienses, quan doquidē tot annos in republica ueritatem dedisse me, non accepisse pecunia criminatur obiectatores.

Eloquentie certamen Thucydides ab Archidamo Lacedæmoniorum rege interrogatus, uter esset in palæstra superior, ipse an Pericles, Posteaquam, inquit, ego hominem pugnando deieci, ille se negat cecidisse, itaq; vincit, & spectatores à sua sententia deicunt: sentiens se bonis rationibus esse superiorem, sed Periclem eloquentia vincere, & quocunq; uellet agere multitudinem. Nam Thucydides vir præpotens diu in administrada rep. aduersatus est Pericli. Eam contentionem Archidamus palæstram appellauit.

Pietas in pa 4 Dario totius regni viribus subinde impetum faciente, Scythæ paulatim cedentes, ad ultimas solitudines peruererant. Interrogatis tandem ab eo quem fugiēdi finēt essent fassentes, ciuri, responderunt, se nec agros, nec villas, nec urbes pro quibus dimicarent habere: certe rum quum ad parentum sutorum monumenta peruentum esset, tum deniq; sciturum Damnum, quomodo Scythæ soleant præliari,

Ingeniosus 5 Alexander statuerat Lampsacum diruere. Ad id tendenti quum Anaximenes Alexander præceptor ueniret obuiam extra muros, deprecaturus suæ ciuitatis perniciem, Alexander suspicans quid esset peccatum. Iuro, inquit, me non faciurum quod petet Anaximenes. Tum Anaximenes, Peto, inquit, ut Lampsacum diruas. Captus erat Alexander, & iure urando compulsus est seruare, quos demoliri statuerat.

Solenter 6 Alexander consulto oraculo monitus est, ut eum qui sibi portā egresso primus occurset interfici uerberet: occurrit agaso, iussus est arripi. Roganti quid cōmeruisset, responsum est ita iussisse deum. Si ita est, inquit, ô rex, alium designavit oraculum. Nam a sinu tibi prior occurrit. Agaso enim sequitur alinum ut impellat, alioqui nō secuendum. Alexander delectatus hoc commento, alinum pro homine occidit.

Relaxandus animus 7 Amasis Aegypti rex ab amicis admonitus, quod perfunditus negotijs forensibus poteret, omnīq; uolupratū genere solueretur, respondit, Qui arcus habent, eos non intendere nisi quum opus est, quos si semper intēdant, rumpendos esse, ac ne tum quidem fore usui, quum exigit usus. Ira qui nulla relaxatione curas suas soluunt, aut mente captos, aut corpore male affectos euadere.

8 Conspiciens quendam amissō filio lugentem, Situnc, inquit, quum nondum esset, non dolebas: nec nunc quidem doleas, quum non est.

Psammenitus Psammenitus Aegyptiorum rex à Cambyses regno pulsus est. Eius filiam ancillari uesperit, ut induam cum aliquot nobilium uirginibus Cambyses mitti iusserat ad hauriendam aquam, ut hoc spectaculo parentum captiuorum animos discripseret. Carteris indigne sentibus, solus Psammenitus demisit oculos. Mox iussit duci filium illius cum alijs plurimis eiusdem ætaris, uinctus ceruicib. & ore frenato. Atq; hoc etiam spectaculo solus Psammenitus ad lachrymas commotus non est. Idem quum uidisset familiarem quendam exusum opibus mendicantem obambulare, hoc spectaculo adeo commotus est, ut ingēnitus tu hominem amicum compellans, caput suum barbarico more cederet. Ea recognita, quum Cambyses per nuncium causam sciscitaretur, quur in liberorū calamitate tacitus, unius seniculi calamitatē tam impotenter ferrer, respondit, Fili Cyri, domestica mala graviora sunt quam ut lachrymas recipiant: at amicus deplorandus erat, qui è multis opibus ad summam inopiam redactus est, idq; in extremo senectutis limine.

10 Croesus Lydorum rex à Cyro captus, hoc argumento pacem bello prætulit, quod pacis tempore filii sepelirent patres, in bello contra patres sepelirent liberos.

Idem

Edem quod uideret Cyri milites per urbem capiam discurrentes, percōatus est Cyrum, si quidagerent. Quare is respondisset, diripiunt urbē tuam, opesq; tuas populantur, Ne Prudenter quaquam, inquit, ô rex, nihil iam hic meum est, iuum est quod diripiunt. Ea vox commo- uit Cyrum, ut suos à direptione reuocaret.

Quum Cambyses se cum patre Cyro conserret, amicis illum patre præstantiore affir- mantibus, Croesus respondit, illum nondum patri æquandum, qui nōdum reliquisset sibi Proles debet. Iuuen. Scatiens & hoc esse non infimum erga rem pub. meritum, si non solum ipse te præ- tur patriæ stiteris egregium uirum, sed aliquem tui similem gignas educesq; patriæ.

Megabyzes quum apud Hellepontios agens audisset quod Chalcedonij decem & se. 13 ptem annis urbem condidissent ante Byzantios, dixit Chalcedonios id tēporis fuisse cæ Locus eligen- cos, qui quum adesset locus urbi condendç multo commodior, deteriore elegissent. Hoc dux urbi dictio scribit Herodotus Megabyzen apud Hellepontios immortalem sui memoriam re liquisse. Quod si uerum est, erat tum temporis mira dictorum caritas.

Simonides interrogatus utra res esset optabilior, diuitiae an sapientia, Dubito, inquit, 14 ut qui uideam sapientes frequentare diuitum fores: innuēs philosophos uerbis quidem Diuitie contemnere diuitias, sed retamen eas captare.

Euripides, quum populus Atheniensis tumultuaretur, offensus sententia quadam in 15 illius tragedia quæ cum agebatur, & autorem efflagitaret ut eam mutaret, progressus in Fiducia artis scenam dixit, se ut populum doceret, non ut ab eo disceret, fabulas solere componere. Eru dicio sibi conseia contempnit multitudinis iudicium.

Idem apud Alcestidem tragœdiarum scriptorem aliquādo questus est, quod summo 16 eridui labore adnixus non potuisset nisi tres uersus absoluere. Contrà Alcestidi glorianti Fiducia artis quod ipse per facile centum absoluisset uno die. At tui, inquit, ad triduū modo, mei in omne zuum duraturi sunt.

Euripides cuidam dicenti, Carmen condidisti ex modis ad tripudium accommodis, 17 alio dictum hoc rideante, Ni stupidus esset, inquit, non risisset, quod res serias Lydijs mo Temperantia dis temperarim. Lydijs modi lasciuiores sunt. Porro quæ per se tristia sunt, ea decet arte exhilarare. Refert hoc Plutarchus in libello, πολ. Φαλαρ. Quum Euripides choream a gentibus succinuisse cantionem quandam modulatam, unus illorum risit. Cui poeta, Ni stupidus esset & expers affectuum, haud quamquam risisse me canente Mixolydium.

Alexis poeta Callimedonem rhetorem, ut delitijs deditum taxauit his ueribus,

τέλεσθαις μὲν πᾶς οὐς ἐποθίσκει δέλη,

τέλεσθαις, καὶ μηδέ τιμησθεῖσε.

18 Luxus.

Pro patria uel quilibet uel i mori,

At metra amore Callimedon solus cupit.

Perit Latinis ioci gratia, nam πάτημα patriam significat, μήτημα non matrem sed uulam sonat, quæ olim erat in delitijs.

Cuidam uidenti ipsum iam senio fessum ægre lenteq; incedere, acroganti quidage- 19 ret. Paulatim, inquit, morior, siue, pedetentim morior. Significans senes non uiuere, sed lente mori.

Menander centum & quinq; fabulas scripsisse traditur, ex quibus tantum octo uicit. 20 Itaq; quum à Philemone longe impari, fauore populi sæpe numero uinceretur, forte illi fa Populi in di- clus obuiam dixit. Queso Philemon, bona uenia dic mihi, quum me uincis nō erubesciss cia. Vixi solent erubescere, at sic uincere Menander iudicabat erubescendum.

Philoxenus poeta quum audisset suos uersus à laterarijs perperam recitari, lateres ipsorum minuti dicens, Vos mea corrumpitis, ego uicissima uelstra.

Philipides poeta comicus Lysimacho cum primis charus fuit ac familiaris: cui quum 22 Lysimachus offerret liberalitatem suam, diceretq; Quid uis tibi impartialiam rerum mea/ Secreta regū rum? Quodcumq; uoles, inquit, modo nec arcani quipplam: significans esse periculorum nosse magnatum arcana, quorum si quid effutias, actum est de capite, quanquam & alio, qui solent odire consciens eorum quæ nolint effiri.

Actius poeta interrogatus quur non ageret causas, quum in tragœdijs optime tracta 23 ret argumenta, Quoniam, inquit, in tragœdijs ea dicuntur quæ ipse uolo, in foro aduersa Poetica fictio rīj dicere quæ minime uellem. Idem fit in dialogis, ubi qui scribit opus, unicuiq; tribuit

- orationem qualem putat esse commodam, in iudicij secus sit.
24. Antigenides Thebanus Ismeniae discipulo quum scite canens populo misericordia probatur, Mihi, inquit, cane & Musis admonens prorsus esse contemendum imperio maiestitudinis iudicium, quum artis abunde magnum præmium sit ipsa conscientia.
25. Leo Byzantius quū à ciuib⁹ accusaretur, adhortantibus nonnullis ut ad hostes conserueret, in concione prodiēs, Ego, inquit, à uobis ciues mei, quām uobisculi interfici malo.
26. Cuidam obſcienti oculorum infirmitatem, quum exprobrator esset gibbo deforma tus, Humanum, inquit, obprobriasti uitium, quum ipse Nemesis in tergo portes. Nemesis appellauit uitium, quo uicissim ipse possit redargui.
27. Aeschylus poeta Tragicus aliquādo spectans Isthmia certamina, quum alter pugnaret preposteri esset cœlus, totumq; theatrum exclamaret, ô Chium Iouem fudisti, Vide, inquit, cuiusmo mores dī sint hominum mores, cœlus silet, & spectatores uociferantur. Solent iicti ob dolorem exclamare. Hic contrā, qui dolebat silebat, qui læsi non erant clamabant.
28. Pytho rhetor Byzantius quum esset supra modum obeso corpore, prodidicerat in concionem suasurus concordiam Byzantij seditione ciuili tumultuantibus, statim populi risus obortus est ex ipso corporis habitu. At ille risum uertit in rem seriam, Rideris, inquit, ciues: Quum tale corpus habeam, uxorem habeo multo the obesiorem, & tamen concordes quoduis grabbatulum capit ambos, discordes ne tota quidem domus. Hoc proœmio usus ingressus est orationem.
29. Pytho Atheniensibus ob res feliciter gestas ipsum admirantibus, ac prædicantibus Deo debetur quod Cotyn regem interemisset, Dijs, inquit, habenda est gratia, quibus autoribus hoc fa grata cinus præclare gestum est. Nam ipse nihil aliud quām manum & operam meam commodaui. Euentus rei in manu dei est, & huic debetur gratia, si quid feliciter cesserit. Sed inter rim uult nostram operam accedere.
30. Lysander Lacedæmonius militē qui de uia deflexerat castigauit. Ei dicenti, ad nullius rei rapinam se ab agmine recessisse, Ne speciem quidem, inquit, rapturi præbeas uolo.
31. Thrasibulus quum moliretur exigua manu ciuitatem Atheniensium à triginta tyrannorum dominatu liberare, cuidam è conscijs dicenti, quantas gratias tibi debebunt Athē Pictas in par nax per te libertatem consequitæ, Dijs faxint, inquit, ut quantas ipse illis debeo, uidear rei triam tulisse. Significans neminem patriæ patrem referre gratiam, etiam si uitam impendat.
32. Quum Gorgias sophista recitaret in Olympiacis ludis apud Græcos orationem de Pax domesti concordia, Melanthus quidam, Hic, inquit, de concordia totius Græciae differit, qui sibi, uxori & ancilla, tribus duntaxat ut concorditer uiuant nondum persuasit.
33. Theodorus Atheniensis, cognomento, & hos, dicere solitus est, se doctrinā auditoribus dextra porrigeret, sed illos sinistra accipere. Sentiens illos benedicta in malam accommodare partem.
34. Stratocles Atheniensis quum de parta uictoria nuncium accepisset, protinus ad populum retulit, utq; supplicatio dijs immortalibus decerneretur persuasit. Aliquanto post quum certior nuncius adferretur acceptæ cladis, populo indignante quod delusus esset, Voluptas tem poraria, Ecquis, inquit, uestrum quicquam damni accepit, quod totum hoc triduum mea opera hilares lætisq; fuistis?
35. Theramenes unus triginta tyrannorum, domo in qua multi accumbeant in cœnantes illapſa, solus incolmis euasit. Hanc ob rem quum ab alijs felix prædicaretur, ille magna exclamans uoce, ô fortuna, inquit, cui me occasioni seruas: Sensit vir prudens se non esse seruatum, sed maiori malo reseruatum. Nam aliquanto post necatus est.
36. Idem quum iussu tyrannorum porrectam ueneni portionem fortiter hauiisset, quod ex ea superuerat sic illisit solo, ut clarum sonum æderet, reddensq; seruo publico qui eam traxiderat, Critias, inquit, propino. Vide igitur ut hoc poculum continuo ad illum perseras. Erat is Critias è triginta tyrannis crudelissimus.
37. Celebratur Iasonis Thessali dictum, quo se purgare solet ijs quibus molestiam aut uitium attulisset. Qui magnis in rebus se iustitia cultorum habere uelit, eum in parvis interdum illam uiolare oportet. Velut in bello quo tutu sit respub. agricaut ædificia quotundam ciuium interdum perduntur.
38. Cleon posteaquam reipub. administrationem capessere destinasset, testatus est se iam omnium

omnium amicitarum vincula velle soluere: quod amici plerique obstant, ne liceat ubique
rectum tenere clavum.

Inter Neronem & Thraseam graues intercedebant inimicitiae, uerum cuidam multa ³⁹
criminose iactanti de Thrasea, dicensq; causam ab illo perperam esse iudicatam, oblitus ^{Testimonium}
Nero exclamans, Vt inam me tam Thrasea diligat, quam est iudex rectus & aequus. In i^{nimici}
amicus inimico testimonium perhibuit, de fama periclitanti: nullum autem grauius testimo-
nium, quam inimici de inimico.

Nero sibi compararat auleum quoddam insigne, tum precio, tum pulchritudine. Id uis ⁴⁰
dens Seneca, Declarasti, inquit, te esse pauperem. Causam rogante Neroni, Quoniam si ^{Mediocritas}
istuc amiseris, inquit, non poteris aliud parare simile. Euenit ut illud auleum naufragio peri-
set. In hoc autem profecerat Seneca admonitio, ut Nero iacturam ad amatae rei ferret mo-
deratus. Qui numimum habet unicum, quo amissio non queat alterum promere, pauper
est. Tuttissimum igitur est, mediocribus ac parabilibus delectari.

Seruus Dolabellae quum interrogaretur a dominus eius auctionem proposuisset, ⁴¹
Domum, inquit, uendidit. Luxum heri notans, quum id fallsum esset. Qui domum uendi ^{Luxus}
dit, non opus habet ut seruum exponat auctioni.

Plancus quum in cauila quadam ad esset amico, uelletq; testem molestum perturbare, ⁴²
interrogauit quo se artificio tueretur. Sciebat enim illum esse futorem. At ille lepide ^{Arte retorica}
retorquens in Plancum, Gallam, inquit, subigo. Id quidem futorum habetur instru- ^{conitum}
mentum, sed tecum exprobribat illi adulterium cum Mevia Galla, quo nomine Plancus
male audiebat.

Post Mutinensem fugam, percontantibus quid ageret Antonius, quidam e familiari- ^{Bibit & fugit}
bus eius respondisse fertur. Id quod canis in Nilo, bibit & fugit. Constat enim, in Aegy-
pto canes e Nilo currentes bibere: nimis metu crocodilorum eo in flumine regnantium.

Lucius Cæcilius, quum C. Cæsar alijs qui secum pila lusitabant centena sextertia da- ⁴⁴
ret, illi uni eius summæ dimidium. Quid, inquit, num ego una manu ludo ac non duabus? Lepide
Si officium erat colludere, non minus præstiterat ille quam cæteri.

Laberius ex equite Romano factus mimus annos iam natus sexaginta, huc adigente ⁴⁵
Cæsare, in actione quadam induxit habitum Syri, qui ueluti flagris cæsus, ac proripienti ^{Libere}
se simili exclamatione, fecebat.

Porro Quirites libertatem perdidimus.

Ac paulo post adiecit,

Necesse est multos timeat quem multi timent.

Ad has uoces populus uniuersus oculos & ora conuertit in Cæsare, intelligens illius im-
potentiam his dictis lapidatam. Hoc modo quæ licuit Laberius ultus est sortem suam.

Titus quidam studiose pila ludere solet, sed idem nocti signa sacra frangere putaba- ⁴⁷
tur: hunc quum gregales in campo desiderarent, Vespa Terentius hoc colore excusauit, Ex ambigua
ut diceret illum fregisse brachium. Nam diuorum imagines brachijs gestabant donaria. teste
Huc allusit Vespa.

Pylades histrio Augusti temporibus celebris, quum Hylas discipulus, quem ad æquali ⁴⁸
tatis contentionem protuixerat, in scena canticum quoddam saltaret, cuius clausula erat, Rex cogitas
σὺ μέγας ἔγκυρος, id est, magnum illum Agamemnonem, ac sublimem ueluti metire, bundus
tur, è cauea proclamat, σὺ μέγας τὸ μέγας, id est, tu longum facis non magnum. Tūc
populus efflagitauit ut Pylades idem canticum saltaret iterum. Quumq; ad locum uenis-
set quem reprehenderat, expressit Agamemnonem cogitabundum: nil magno duci mas-
gis conuenire ratus quam pro omnibus cogitare. Ea res magnum ducem facit, non pro-
ceritas corporis.

Idem Hylam negligenter saltantem Oedipodem, hac uoce castigauit, σὺ βλέπες, id ⁴⁹
est, tu uides: quum ille Oedipodem iam cæcum exprimere debuerit.

Idem Pylades quum saltans Herculem furentem nonnullis incessum histrioni conu- ⁵⁰
nientem minus seruare uideretur, deposita persona ridentes increpuit dicēs, μωρός, μωρός Decotum
μωρός ὄφημα, id est, Stulti, furentem salto. Significans hoc ipsum quod uidebatur indeco-
rum, maxime decorum esse.

Appius homo dicax usque ad scurrilitatem, Caio Sextio dixit, Cænabo apud te, nam ⁵¹

uni locum esse video: notas illum quod luscus esset. Cui Sextius ex tempore, Manus, inquit, laua, & coena: teclie obijcens illi impudicitiam, aut certe rapacitatem.

52 Appius maior qulum in seratu ageretur de agris publicis, ac premeretur Lucilius ab his qui a pecore eius depasci publicos agros dicerent. Non est, inquit, Lucilius pecus illud erratis. Hactenus defendere videbatur, sed adiecit, ego liberum puto, quia lubet pascitur. Iocus est ab inexpectato. Expectabatur enim ut probaret hoc pecus non esse Lucilius, sed alterius cuiuspiam, ac reum subleuaret, nunc irrisum grauabat.

53 Appius populo Rom. exprobrabat sibi acceptu ferri debere quod ex muto & elingui facta dicitur facundum haberet consulem: de L. Volumnio collega sentiens. Ibi L. Volumnius, Quam potiora mallem, inquit, tu a me strenue facere, quam ego abs te scire loqui didicissem.

54 Appius Claudius dicere solitus est, Populo Rom. longe melius committi negotium Ociū inutile quam ocium. Sentiens multitudinem bellis excitari ad uirtutem, in pace defluere ad uoluntates ac luxum, ex quibus nascitur rerum publicarum ac regionum exitium.

55 Ischomachus nimis cum primis celebris, medico percontante rusticum qui ob ingur Ridicule gitationem male habebat, num ad uomitum coenasset. Nequaquam, inquit, sed in uerem locus Graecis festiuor est, quod est sonat pariter & in, & usq ad, est ομετον, est τοιλανη.

56 Item quum mendica quædam uentris tormenta patretur, ac medicus percontaretur, Ab ambiguo num haberet in uentre, Qui potest, inquit, quum triduo nihil comedenter? Et hucus dictu[m] stiuitas iucundior est Graecis, quibus in uentre habere dicitur quæ fert uterum. Nam id medicus percontabatur, an esset grauida.

57 Antiocho cui cognomen erat ἐπιφανης, id est, illustris, Polybius inuertit nomen, apud Nominis de/ pellans illum ἐπιφανην, id est, insanum, quod cum infirmis quibusdam plebejjs atq[ue] etiam prauatio cum hospitibus praeter regiam dignitatem uoluptatibus indulgeret.

S T R A T O N I C U S

1 Stratonicus citharoedus natione Atheniensis, non minus festiuis dictis quam arte musicis præceps sica celebris, ad quietem iturus assidue iubebat puerum sibi infundere uinum, non quod nire sitiam, inquit, sed ne sitiam.

2 Idem quum se contulisset Corinthum, anicula quædam diu attente illum inspexit, nec moleste dimouebat ab illo oculos admiranti similis: quumq[ue] ille dixisset, quid uis mater, & quam ob causam me sic aspicis? Demiror, inquit, si te mater decem menses pertulit in utero, quum hæc ciuitas unicum tanrum diem habens te doleat.

3 Idem nauigarat in Pontum ad regem Berisadem, ubi diu moratus uoluit illinc in Facete Graeciam aufugere: quum id rex uideretur non passurus, Berie, inquit Stratonicus, cogitas ô rex, qui statueris hic manere: suam fugam subindicans, ac regis consilium probans, quasi & ille de migrando cogitasset, & ipse non nisi grauibus causis commotus pararet abitum.

4 Idem Byzantij quum citharoedus quispiam belle cecinisset proœmium, cetera minus Interv bellum feliciter surrexit ac præconis in morem pronuntiauit, quisquis indicari citharoedum qui bene cecinisset proœmium, drachmas accipiet mille.

5 Item interrogatus, qui nam essent in Pamphylia miserrimi, Phaselitæ, inquit, sed addebat, in toto orbe miserrimos esse Sidores. Vtq[ue] gens est in Pamphylia. Phaselitarum sortes prouerbio—notæ sunt, Phaselitarum sacrificium, quod salis pisciculis sacrificarent diis. Miseros dixit parcus.

6 Idem interrogatus utri essent barbariores, Boeotian Thessali, nominauit Elæos: significans hos utrisc[ue] barbariores, quum illi haberentur barbarissimi. Hoc erat lepidius, si ab Elæo fuisset proposita quæstio; ut forte fuit.

7 Idem aliquando trophyum quum erexisset, hunc inscripsit titulum, Aduersus male carentes cithara. Notans tales ubiq[ue] quamplurimos esse quos ipse uicisset.

8 Idem percontanti quod nauigorum genus esset tutissimum, longorum an contra, re Ab inexpecta spondit, ea quæ subducta sunt. Significans nullum uectorem in ulla nauitutum esse, nisi to quum nauis protracta est in siccum, quod olim hybernis mensibus fieri solet.

9 Idem Rhodi quum artis suæ specimen edidisset, neq[ue] quisquam plausu aliouè gestu Applausus gnum fauoris dedisset, abscessit illinc dicens: Quum id quod nullo costet impendio non præstetis, qui sperem me à uobis præmium acceptum?

Idem

Idem Ptolemaeo rege de musica cū ipso cōtentiosius differente: Aliud est, inquit, o rex ¹⁰
sceptrum, aliud plectrum. Significans non esse regium de musica cum musico disparte. Decorum

Idem inuitatus aliquando, ut audiret citharoëdum canentem, posteaquam audierat, re. ¹¹
citauit illum uersiculum Homericum,

τῷσιν ἔπεοι μὲν τὸν τεττάρη, τῷσιν δὲ αὐτούς.

Id est,

Alius dia
prestat

Huic dedit hoc pater altitonans, uerum abnuit illud.

Cuidam roganti, quo pacto: exposuit, male cithara canere dedit, bene canere negauit.

Idem quum tristes delapsa quandam è conuiuis occidisset dixit, οὐδέποτε θλιψία θεοί, εἰς τοι, εἴτε μη. Id latine reddi non potest: iocus est ex amphibologia: θλιψία sonat trabi, Ex noctis affi-
si subscriptas iota, et sine hac sonat opinor. Viri opinor dī sunt, quod si nō sunt, trabi sunt. nitate
nisi forte θλιψία legendum acuto accentu, ut intelligas tristes sunt.

Idem Seriphī agens hospitem suum percōratus est, ob quam causam illic homines iu- ¹³
berentur uertere solum: quum ille respondisset, flagitosos apud Seriphios exilio multa Exilium opta-
ri, Quin tu quoq; inquit, aliquid flagitiū committis, ut ex his locorum angustijs emigres? bīle
Notans regionem esse incommodam, & oppidum frigidum.

Idem quum Rhodi ageret, taxans eius gentis luxum delitiasq; dicebat illos ædificare ¹⁴
perinde quasi essent immortales, obsonare quasi breue tempus uicturos. Auidius enim Luxus
fruimur his, quæ breui scimus auferenda.

De Phaone malo tibicine dixit, quod non caneret harmoniam, sed cadmum. Phaon ¹⁵
autem quum se gereret pro tibicine, iactaretq; se Megaris habere chorū, Nugaris, in/ Citharœdus
quit Stratonicus, non habes, sed haberis. Significans illum discipulum esse potius quām malus
magistrum, aut chorū ipso doctiorem esse.

Idem Stratonicus aiebat, se uehementer demirari Satyri sophistæ matrem, quæ illum ¹⁶
decem menses tulisset, quem nulla ciuitas decem dies ferre posset. Molesti

Idem quum Satyrum accepisset apud Ilium peregrinari, festiuiter in illum torsit illud ¹⁷
proverbio iactatum, In Ilio semper mala: ludens ex ambiguo uocis. Alter enim mala di/ Ilio mala
cuntur quæ misera tristiaq; sunt, aliter homines mali.

Idem Minnaco fabro, ut opinor, secum de musica disceptanti, Non animaduertis, in/ ¹⁸
quit, te supra malleum loqui. Simillimum est huic illud Apellis, Ne sutor ultra crepidam.

Idem quum quandam sibi notum haberet obuium calceis pulchre extersis, specie ¹⁹
laudantis uituperauit dicens, Nunquam calceos tam belle potuisse abstergi, nisi ab Landanus/
sterrisset ipse. tuperare

Idem quum forte uenisset Miletum, quæ tum à conueniis inhabitabatur, uidissetq; omnia sepulchra titulos habere peregrinorum, Abeamus, inquit, hinc puer, nam hic hospites uidentur mori, ciuium nullus. Conuenie

Idem Zetho de musica differenti, Te unum, inquit, nequaquam oportet de musica lo- ²¹
qui, qui tibi nomen omnium à musis alienissimum elegeris, te ipsum pro Amphione ap/ A nomine
pellans Zethum. Amphion, ut est in fabulis, cantu citharæ condidit Thebas, at Zethus
frater rusticus fuit. Apparet illum sibi mutasse nomen.

Idem doceret Macedonem quandam, nec ille quicquam proficeret, exasperatus ²²
discipulum, In Macedoniam, inquit, pro eo quod alij dicunt εἰς μακεδονίαν, si cui precan Macedonias
sur exitium. Obiter notauit & Macedonicæ gentis barbariem.

Idem quum uideret facillum malo sordidoq; balneo uicinum, anathematibus pulchre ²³
exornatum, posteaquam è balneo exiit male lotus. Non miror, inquit, hic multas penderet Balneum sor-
te tabulas. Quisquis enim hic lauit, illic suspendit tabulam ueluti seruatus. Indicans ma- didum
gnum esse, si quis ē talij balneo exisset incolumis. Allusit autem ad morem nautarum aut
militum è mari belloq; seruatorum.

Idem quum egrederetur Heracleam ciuitatem, portas ac moenia circunspiciebat: per/ ²⁴
contarū uero ciuitam quid circunspiceret, Pudet, inquit, si uidear exire ē lulanari: notās Ciuitatē par-
corruptas eius ciuitatis mores. Sunt eius nominis ciuitates multæ, sed de Heraclea Thra- nū
ciæ sensit opinor.

Idem in eum qui quum prius fuisset olitor, postea factus musicus de arte secum cōten- ²⁵
deret, pronunciauit senarium Græcum uulgo celebrem,

ἔσθι τις ἦν τερεσος εἰδένε τέχνην. Id est,

Quam

- Quam quisq; nouit aitem, eam canat licet.
- Mutato uerbo detorsit ad iocum, quod est in proverbio, *ερθητις, &c.*
- 26** Idem quum in Maronia potaret cum quibusdam, dicebat se posse scire ad quem locum spectaret ciuitatis, si tecla facie ipsum ducerent. Quum duxissent, rogassentq; quod spectaret, *Ad cauponam, inquit; sentiens totam ciuitatem nihil aliud esse quam cauponam.* Itaque quocunq; uerteretur teclis oculis sciebat se speciare cauponam, Maronia Ciconum ciuitas est dedita negociationi.
- 27** Idem quum in Arcadia malam terram, ac salam aquā balneator exhiberet, iocatus est, se terra maricq; oppugnari. Apparet in balneis terrae fuisse usum, qui nūc est fullonibus.
- 28** Idem quū apud Sicyonios uicisset aduersum se cithara certantes, consecratus in Aesculapij templo trophæum cum hac inscriptione, *Stratonicus a male cithara canētibus.* Hot si idem est cum eo quod paulo ante memorauimus, miror ab eodem autore eodem in loco bis idem referri. Referuntur enim hæc apud Athenæum.
- 29** Idem quandam qui male cecinerat rogauit, cuius esset cantio: quum ille respondisset, *A nomine Carcini, Multo magis, inquit, & hominis. Carcinus enim Græce cancrum sonat.* Est autem eadem vox cantoris cuiusdam nomen, quem notant Græcorum proverbia.
- 30** Idem quum puer illius in balneo cum balneatore litigaret de pectinia. Nam mos erat, ut hospites pluris lauarent q̄s ciues. Scelerate, inquit puer, ob æs me propemodum Phaselitem reddideras. Nam hoc accidit in Phaselide, de qua gente male sentiebat tanquam sorida. Proin ministrum obiurgans, notat gentis malitiam.
- 31** Idem cuidam laudanti ipsum, ut aliquid ab eo acciperet, *Ego, inquit, maior mendicus sum.* Sentiens non esse musicorum dare laudanti, sed accipere à laudatis.
- 32** Idem quum doceret in ciuitatula per quam exigua, iocatus est mutatione literæ, nō est πόλις, sed μόλις, id est, non est civitas, sed uix. Sentiens uix dignam nomine ciuitatis.
- 33** Idem quum esset Pellæ, & ad puteum descendisset, rogauit num esset aqua potabilis: Res uerbis quum dixissent qui aquam hauriebant, nos istam bibimus. Non est igitur, inquit, potabilis: quod illos uidetet pallidos luridoscq;. Nam id interpretabatur malæ ualeudinis argumentum, quam ex aqua contraxerant.
- 34** Idem quum audisset nixus matris Timothei regis, *Si, inquit, opificem peperisset, non Regum nati deum, quales emisisset uoces.* Irridens quorundam foedam adulacionem, qui regū filiū uitæ tribuebant diuinitatem, quum uox parientis regem æque miserabilis sit ac parturientis quemlibet plebeium. Ipse autem Stratonicus filius erat opifex.
- 35** Idem Polyidæ glorianti quod discipulus ipsius Philopas canendo uicisset Timotheū. Certare cum Miro, inquit, si ignoras, quod discipulus tuus condit decreta, Timotheus autem leges. rege Iocum captans ex ambiguo uocis Nomos enim Græcis & legem sonat, & modulus cantionis. Itaq; periculosest regem uincere.
- 36** Idem psaltæ uidisset Porpin citharædum Rhodium, corpore quidem magnum, sed auctius pūfillum, percontantibus qualis uidetur, respōdit proverbiali dictio, Nullus, malus, magnus, pīscis: singulis uerbis hypostigme separatis, alium efficiēs sensum, de quo nobis dictum est in Chiliadibus.
- 37** Idem quum uidisset Porpin citharædum Rhodium, corpore quidem magnum, sed auctius pūfillum, percontantibus qualis uidetur, respōdit proverbiali dictio, Nullus, malus, magnus, pīscis: singulis uerbis hypostigme separatis, alium efficiēs sensum, de quo nobis dictum est in Chiliadibus.
- 38** Idem quum in ludo suo haberet pīcas Musas nouem, Apollinē unum, discipulos autem dīs tantum haberet duos, rogatus à quodam quod haberet discipulos, Cum dīs, inquit, XII. De huius iocī genere nobis alibi dictum est.
- 39** Idem uerſans apud Malissam quum uideret tempora multa, homines paucos, stans in medio foro, clamauit, Audite tempora.
- 40** Idem apud Abderitas agens, conspicatus illic singulis ciuium singulos esse præcones, Pretonum adeo ut propemodum maior esset præconum numerus quam ciuium, à cœna coepit per turbas ciuitatem summis pedum digitis ingredi, demissis in terram oculis. Percōtantibus autem Abderitis, quid mali repente accidisset illius pedibus, ita respondit, Cætera quidem bellæ ualeo toto corpore, & ad cœnam curro celerius ipsiis adulatoriis: illud unū meum, ne ingrediens præconis pedem offendam. Sentiens illic præconum plena omnia.
- 41** Idē quū in sacrificio malus quidā tibicen esset cantaturus, Bene omnīadūm est, inquit, libantes

libanites precerunt deos. Significans opus deorum auxilio ut bene caneret.

Citharœdus quidam malus Stratonicum excipiebat conuiuio, atq; super cœnā ostendit 42
rabat illi artem suam. Erat autem apparatus splendidus. Itaq; Stratonicus qui illo canens
se non haberet qui cum loqueretur, confregit poculum, & poposcit maius. Id quum acce-
pisset cum multis cyathis, soli calicē ostendit, moxq; sese uino ingurgitauit, & obdormiuit.
Quum forte superuenissent aliquot comedebundi, cantori qui conuiuium exhibebat no-
ti, Stratonicus expurgiscens facius est ebrius. At illi quum intellexissent, quod multum
affidueq; bibendo fuissest inebratus, Stratonicus compendio respondit, Hic insidiator &
scleratus cantor, me uelut bouem ad præsepe, dum cœna accipit, occidit. Boues multo
cibo saginantur priusquam maestantur.

Idem in citharœdum imperitum, cui nomē erat Cleon, sed vulgo dicebatur bos, Olim 43
inquit, a sinus lyrae dictum est, nunc bos est lyrae.

Bos lyrae
Idem Rhodios quum uideret delitijs dissolutos, & calido potu utentes, appellauit alios 44
bos Cyrenæos: & ciuitatem illorum appellauit procorum ciuitatē, quod colore quidem
different à Cyrenēis, qui nigri sunt, luxu & uoluptatū studio similes. Sic hodie quidam
appellant albos Mauros. Eiusdē feruntur & alia libere falseq; dicta, in quibus dicitur imi-
tatus Simonidem & Philoxenum. Si rogas quod libertatis præmium tulerit, offenso Ni-
coele Cypriotum rege, uenenum babit & mortuus est. Hic primus fertur auxisse chordar-
um numerum, & harmonias docuisse, & diagramma reperisse.

Phœnicides quum apponenter pisces in cōuiuio, sed his duntaxat qui dedissent symbo- 45
lum, dixit, Mare quidem esse commune, sed pisces in eo natos eorum esse qui emissent. Emp̄ia

Theocritus Chius polte aquā Diocles lurconi perisset uxoris, & in funebri cœna quam 46
illi parabat, nihil securius obsonia uoraret, flens interim, Desine miser, inquit, nihil profes- Luxus
ceris, obsonijs indulgens. Sentiens illi semper flendi fore materiam, si pergeret deliciari.
Olim uesci pīscibus pro delitijs habebatur, & infami uocabulo dicebantur opsophagi.
Nunc ea res magna est sanctimonia.

Idem quum Anaximenes esset dicturus, ita præfatus est: incipit uerborū flumen, men- 47
tis gutta: significans illum esse multiloquum, sed minime sapientem.

Idem quum duceretur ad Antigonum regem, atq; hi qui ducebant iuberent hominem 48
bono esse animo, fore enim in columnem simul atq; uenisset ad oculos regis, Omne, inquit, locus intempe-
spem salutis mihi adimitis: mordēs regem quod luscus esset Rex audito ioco, iussit homi-
nem agi in crucem.

Chirospodus Dionysij adulator, quum uideret regem cū aliquot familiaribus riden-
tem, ipse quanquā longo abesset interuallo, nec audiret, pariter risit, Rogauit Dionysius Ex ambiguo
num audiret quae diceretur, Negauit. Quir igitur, inquit, ridet? Quoniam persuasum ha-
beo quicquid istuc est quod inter uos agitis, esse aliquid ridiculū. Ridicula Græcis dicun-
tur interdum non deridenda, sed festiuia.

Arcadion adulator odio Philippī Macedonis sponte deseruit patriam. Euenit autem, ut Philippo Delphis agente adesset. Eum rex accersitum rogauit, quo usq; fugies Arcadi-
on? Donec, inquit, peruenero, ubi nemo norit Philippum. Quis non miretur eam liber-
tatem in adulatore? Sed hac libertate delectatus rex, uocauit illum ad cœnam, itaq; cū eo
in gratiam rediit. Quanquā libertati suberat adulatio, subindicans, Philippum nusquam
non esse celebrem.

Melanthus Alexātri Pheræi parasitus, interrogatus quomodo fuisset imperfectus Ale- 3
xander, per coxam, inquit, in meum uentrem. Sentiens idem uulnus etiam suo inflicium Ventrissus
uentri, cui iam erat esuriendum, mortuo qui consueuerat alere. diuum

In Archippum Atheniensium ducem, contractis & incuruis humeris, iecit scumba, 4
dicens eum πελεσάραι φιλέτος ἀπεκτενόμενος. Nam iocus latinis verbis reddi non po-
test. Quanquam legendū arbitrari πελεκυφαί, id est, non antestetisse, sed antecubuisse.
Stat enim qui erecto est corpore, πελεκύς qui se ante alium incuruat.

Interrogatus quid sentiret de tragœdia Diogenis, negauit se uidisse, quod esset obiecta 5
uerborum inuolucris. Notans ambitiosa uerborum copia rem obscurari. Refert Plutar- Verborum
chus πελεκύς. amputa

Agis Argiuus adulator uidens Alexandrum ingentia munera deditisse cuidam rido- 6
culo

Libertas adulatoria culo, exclamauit, O rem uehementer absurdam. Quum Alexander hac uoce excitatus dixisset, Quid tu aīs? Fateor, inquit Agis, me pati non posse, quum videā uos e loue prognatos, omnes pariter assentatoribus delectari. Siquidem & Iupiter Vulcanum habet promotione, & Hercules Cercopibus, & Bacchus Silenis delectati consuevit. Tales uidemus & apud te maghi fieri. Pestilentissimum adulatio[n]is genus, sub libertatis imagine blandiri.

7 Owen Seuerus imperator quum è Britannia rediret, non solum uictor, sed etiam in aeternum pace fundata, uoluens animo quid ominis sibi occurreret, Aethiops quidam è numero militari, claræ inter scurras famæ, ac iocorum celebrium, cum corona è cupressu facta ei occurrit. Cæsar & coloris, & coronæ tactus omne, Nā cupressus funebris est, iratus ius sit hominem submoueri. At scurra discedens peius omen addidit lingua, dicens, Totum fuiſti, totum uicisti, iam deus esto uictor. Scurra iocus uaticinium erat. Nam Cæsar alio quanto post perijt.

8 Impius adulator Praxaspes Cambysen regem admonuit, ut parcias uino indulgeret. Turpem enim esse in rege ebrietatem, in quem unum omnium essent coniecti oculi: cui rex, Vt scias, inquit, quām mihi nunquam excidam, approbabo etiam post uinum & oculos & manus in officio esse. Bibit deinde solito largius, iamq[ue] uinolentus iubet obiurgatoris filium produci, alleuataque supra caput sinistra manu stare: tunc in cor adolescentis figit sagittam, nam id dixerat se petiturum: recisoque pectore iaculum cordi infixum ostendit patri, rogans num satis certam haberet manum. At ille negauit Apollinem potuisse certius mittere.

9 Musica regum Nicetas Alexandro abigenti muscas, quod ab illis diceret se morderi, Magis, inquit, ab alijs, quæ plus tui habent, gustato sanguine. Adulatores notauit, ut omnibus muscis plus sugentes.

10 Petax Clisophus Atheniensis adulator, Philippo increpanti cur semper aliquid peteret, Obliviscor, inquit. Lepidus iocus, sed pugnans cum laudatissima sententia, Beneficij accepti meminisse, dati obliuisci oportet.

11 Petax Idem à Philippo donatus equo saucio uēdedit, & ab eo post interrogatus, ubi nam ē set equus, ex uulnere, inquit, illo confectus est. Ludens ex ambiguo. Nam πέπακτος, fornat uenditus est & confectus est.

12 Ex insersione Idem Philippo iacenti in ipsum scommata, & admodum hilari, Ergo posthac, inquit, te non alatim: lepide inuertens rem. Nam reges in hoc alunt parasitos ut illorum dictis ex hilarentur. Quod si ipsi reges per se norint ludere, & in alios ridicula dicere, nihil opus sit parasitis, quum ipsi norint parasitos agere. Alioqui parasiti magis alunt reges, quam reges parasitos. Quanquam Plutarchus in Symposiacis ita refert, ἀλλὰ τρέψω, id est, non ego te alo, norans regem, quod uersa terum uice, pro rege ageret morionem. Tu mealis, ut ridiculis dictis te exhilarem, non ego te.

13 Parsimonia expobrata Bithys parasitus, quum Lysimachus rex uesti ipsius curasset affigendum scorpium ligneum, aut, ut Plutarchus ait, rubetam, pulchre assimilatum uero, perturbatus resilijt. Ridentibus omnibus ubi dolum sensit. Et ego, inquit, te uicissim terrebo rex. Quum ille diu xisset fac. Da mihi, inquit, talentum: exprobrans regi sordes & parsimoniam.

14 Ex nomine Philoxenus, cui cognomen Pternocopis, patria Corinthius, orto sermone quod turdi magno uenderetur, quum forte adesset Corydus, qui male audiebat, quod corpus suum ad quæstum prostituisset. Atqui ego, inquit, memini fuisse tempus, quo Corydus obolo parabatur. Ludens ex ambiguo. Nam Corydus etiam auicula nomen est.

15 Mediocritas gratia Idem, opinor, dixit eas esse iucundissimas carnes quæ carnes non sunt, & suauissimos pisces qui pisces non sunt. Item dixit amoenissimam esse nauigationem iuxta terram, & ambulationem iuxta aquam.

16 Libre Philoxenus poeta Dionysio recitante sua carmina, quum alij per assentationem laudarent, exclamauit, Abducite me in lapicidinas. Subindicans hoc esse tolerabilius, q[uod] audire laudareq[ue] tam mala poenata. Nam antea rex offensus miserat illum in lapicidinas.

17 Argute Idem interrogatus quur in tragœdijs induceret mulieres malas, quum Sophocles eas induceret bonas, argutissime respondit: Quoniam, inquit, ille tales inducit, quales esse debent, ego quales sunt.

Idem

Idem apud Pythonē prandens, appositis oleis, quū paulopost inferretur patina pīscīū. 18
percusso uasco quod habebat oleas. Homericum hemistichium dixit, μάσι βρυ οὐ ταλάει, A carmine
id est, scutica incitauit ut traherent. Nam de auriga dictum est. Sensit autem Philoxenus Homerī
oleas quamprimum auferendas, alludens interim ad Græcam uocem ἐλαῖην, quae sonat
olearum, & ταλάει quod sonat trahere currum, aut aliquid simile.

Idem uocatus ad conuiuum, quū esset appositus ater panis, Cae, inquit; multos ap/ 19
ponas, ne facias tenebras. Nigra enim obscurant: & atras tenebras dicimas, quum color
albus plurimum habeat lucis, unde & oculis noxius.

Corydus parasitus compotante ipsi meretricula, cui nomen erat Gnome, quum ui/ 20
num deficeret, ipse iussit imponi duos supra centum obolos. Gnomen autē cōferre quan
tum populo uideretur: notans illam ē populo quæstum facere.

Idem quum Plyctor citharē dus lenticem sorbēret, ac lapidem lenti admixtum mande/
ret, Q miser, inquit, etiam lenticula te ferit. Significāns illum dignum qui ab omnibus la/
pidaretur, posteaquam lens illi lapidem incusserat.

Idem quū apud Ptolemæum Mattya, cibi laudatissimi genus circumfertetur, sed apud 22
Corydum semper deficeret. Vtrum, inquit, Ptolemeo sum ebrius, an uideor mihi uidere Specatorcos
ista circumfert? Admonens se nihil aliud quām spectatorem esse Mattya. Ebrijs autem uīnū
uidentur omnia uersari in gyrum.

Idem Chærephonī parasito dicenti, nō possum ferre uīnū. Ne id quidem, inquit, quod 23
in uīnum. Sentiens illi non esse quod impenderet in uīnum. Fert autem qui tolerat, & fert ex ambiguo
qui confert precium.

Idem quum Chærephon nudus in conuiuio distenderetur, o Chærephon, inquit, nūc 24
te ueluti lecythos intueor, quoūq; plenus sis. In lecythis uitreis appetit quoūque plenæ voracitas
sunt, si eximantur e thecis. Ita in cute illius apparet expletio totius corporis.

Idem quum Demosthenes ab Harpalō poculum ingens dono accepisset, Hic, inquit. a/ 25
Ilos Acrocothonas, hoc est, bibulos appellat, quum ipse magnam paterat attraxerit. Co Munera
thon cyathus est fistilis. Attrahit qui accipit donum, & attrahit uīnum qui bībit.

Idem solitus nigros panes inferre in conuiuio, quum aliis intulisset nigriores, dixit, 26
illum non inferre panes, sed panum umbras, ob immodicam nigredinem. vmbra

Paulimachus in parāsitum qui ab anicula alēbatur, dicebat illi qui cum anu consue/
tudinem habebat, diuersum quiddam accidere atque ipsi uerulæ. Nam illum semper ali/
quid uentre concipere, illam nunquam. Sentiens, illum subinde fieri saturum, illam ma/
bitus nere sterilem.

Cinesias uidens Alexandrum Magnum à pharmaco quod sumpserat uehemēter tur/
batum, Quid, inquit, nobis faciendum est, quum uōs dñi talia patlāmini? Quum Alexan/
der ægre sustulisset oculos, Quales, inquit, dñi sumus, metuo ne dñs intuissi.

Pantaleon in Arsinoen Lysimachi uxorem uomere solitam torsit hunc uersiculum; 29
λαχαδη λετάρχεις τίλωδη επεζεψ εισάγων. Id est, libertas infē
Dominare prauis, qui han̄c uomentem induixeris.

Quod ubi rescivit Lysimachus, in mustelæ cavea inclusit hominem, ac tanquam feram
circumferri iussit, aluitq; usq; ad mortem. Huic certe bonum dictum male cessit.

Arcesilaus quum Apellem Chiūm cgrūm inuiseris etiam egere sensisset, postridie reui/
sit illum decem drachmas secum adferens, & proxime assidens,

Hic nihil est, inquit, præter Empedoclis elementa;

Ignem & aquam, terram atq; uolubilis ætheris orbes.

Ac ne cubas quidem, inquit, satis commode, simulq; moto cœrūcali, furtim subiecit pecū
niām. Hanc quum anicula quæ agrotanti ministrabat, repetisset, & Apelli narrasset: ille
ridens, Dispeream, inquit, nisi hoc Arcesilaī furtum est, κλέματα κλέσσω, quod Græcis &
celo significat & furor.

Apelles quum uidisset tabulam à Protogene pīctam, quām Demetrius in bello ser/
uarat deprecantibus Rhodijs, aliquandiu pīce stupore tacitus eam est contemplatus. Opus int̄nos
tandem in hanc uocem erupit: Ingens labor ac mirandum opus, desunt ratmen Gratiae talitate dis
quæ hoc aliaq; eiusdem auferant, atque in celo reponant. Eam tabulam Protogenes non gnum
dum absoluerat.

32 Quum Megabyzes aliquando in officinam Apellis uenisset, cœpissetque nescio quid de De arte artis pingendi arte loqui, Apelles non ferens regem de his iudicantem quæ non didicerat, Quam sex diu, inquit, silebas, omnes te ob aurum, purpuram ac diadema uenerantes, magnū uiri utm esse putabant: nunc pueri mei qui colores terunt, ob inscitiam te ridet. Plinius pro Megabyze ponit Alexandrum Magnum.

33 Pictori parum perito de celeritate glorianti, & ostensa tabula dicenti, hanc modo Celeritas incepit pinxit. Etiam si tacuisses, inquit Apelles, res ipsa loquitur quod eam ex tempore subiusta pinxeris.

34 Apelles quum Laidem adhuc uirginem uiderisset ex Piræo ferentem aquam, admiratus spes boni fuit, insignem formam, duxit illam in coniugium sodalium. Cæterum irrisus ab illis, quod protinus meretrice uirginem adduxisset in coniugium, Ne miremini, inquit, ego eam aulo ut aliquando fruar. Nam priusquam tortum excesserit triennium eam formosam reddam.

35 Idem dicere solet sibi cum Protogene omnia esse paria, aut illi etiam meliora: uno se præstare, quod ille manum de tabula nesciret tollere. Sentiens Protagenem peccare nimia diligentia, quam morosam appellant, quæ frequenter officit, non pictor tantum, sed & orator. Huic uitio affinis fuit vir eximie doctus Paulus Acilius Veronensis, qui sibi non quam satisfaciebat, sed quoties recognoscet sua, mutabat pleraque dices opus non correcium, sed aliud: idque subinde faciebat. Quæ res in causa fuit, ut citius elephanti pars sit, & ille quicquam ædere posset. Nam historiæ quam ædidit, plusquam triginta annis habuit præ manibus. Et suspicor huc adacium ut euulgaret. Nec multū absuit ab hoc uitio Thomas Linacus Anglus, vir unde quaque doctissimus.

36 Nunquam iam occupatus fuit, ut dicim prætermitteret in quo nihil omnino pingeret Artis exercitum exercēs. Unde subducens se à negocijis dicere solet, Hodie nullam lineam duxi. tatio Quæ uox abiit in proverbiū, de quo uis officio prætermisso.

37 Idem tabulas in pergula proponere solet, per istas eas latitans, quid prætereuntes reprehenderent auscultabat. Sutor quidam reprehendit, quod in crepidis pauciores una intus arte aliena fecisset ansas: tulit hoc tacitus Apelles: postridie quum idem circa crus aliquid notaret, Apelles indignatus prospexit, denuncians illi, ne sutor ultra crepidam iudicaret. Quod & ipsum in proverbiū uenit.

38 Protogenes Rhodi uiuebat. Eò Apelles uidendi eius causa profecitus est, cōtinuoque petit officinā, in qua tabulā magnam amplitudinē in machina aptatā picturā, anicula quædam custodiebat. Ea Protagenem negauit esse domi, rogauitque à quo quæsumum diceret reuerso. Ab hoc, inquit Apelles: arrepius peniculo lineam ex colore duxit summa tenuitatis, per tabulam. Reuerso Protageni quæ gesta erant anus indicauit. Ac lineam ille contemplatus, continuo dixit, Profecto Apelles Rhodium uenit. Nec enim in aliū cadit tam absolutum opus. Mox induxit alio colore lineam illa subtiliorem, anuicque mandauit ut si rediret hospes, diceret ostensa linea. Hic est quem quærvis. Reuersus Apelles, & uincit et ubescens, tertio colore lineas secuit, nullum relinquens amplius subtilitati locum. Protogenes uictum se confessus in porū deuolat, hospitem querit, domumque ducit uictus uictorem. Ex minimo uestigio artifex agnoscit artificem.

39 Agatharchus pictor se se iactabat de pingendi celeritate, quum Zeuxis diutius immo Cito nata non rareretur operi. At Zeuxis respondit, Ea quæ citò fiunt, citò perire: contraria, quæ paulatim durant exacta cura absolverentur, & atatem ferre. Iuxta Valerium ita respondit, Diu pingō, quia pingō æternitati Cito nata, cuio pertinet, diu elaborata ferunt atatem. Beta citò nascitur, buxus paulatim.

40 Zeuxis certamen artis exercuit cum Parrhasio. Quum enim Zeuxis tam scite effinxisset uvas, ut in scenam aues aduolarent, Parrhasius detulit linteum pictum, ita ueritate representata, ut Zeuxis alium iudicio tumens, flagitaret tandem remoto linteo ostendi picturam. Mox intellecto errore, Viciisti, inquit, Parrhasi. Nam ego aues fecelli, tu artificem. Rari candoris inter artifices exemplum.

41 Idem postea pinxit puerum uvas ferentem, ad quas quum aues aduolassent, processit Imitatio iratus operi, Vuas, inquit, melius pinxi & puerum. Nam si hoc cōsummassem, aues puerum timere debuerant. Ingenuitatis exemplum. At aues uiderunt in puerō nullū esse mortuum, itaque aut mortuum aut dormientem arbitratæ sunt.

Scopas

Scopas Thessalus homo prædius demiranti cur in ædibus suis tantum haberet res / 42
rum superuacaneatū & inutilitarum, Imo his, inquit, superuacaneis felices sumus ac bea Superuacan
ti, nō illis necessarijs. Qum ea quæ sunt uitæ necessaria sunt suapte natura, preciosissima;
tamen quia quotidiana sunt multisq; communia, contemnuntur. Cæterum quanti sunt
precij, declarat extrema necessitas, quæ si incidat, quilibet libes omnes gemmas, aulea &
aurum suum uno pane commutet: cætera magis ad ostentationem pertinent quam ad sa
lutem. Suspicor hunc quidem esse, de quo refert M. Tullius libro de Oratore secundo.
Quum cœnaret Cranone in Thessalia Simonides apud fortuatum hominem & no
bilem, cecinissetq; id carmen quod, in eum scripsisset, in quo multa de laudibus Castoris
& Pollucis admiscuerat, quod ornati gratia poetæ solent facere, Scopas dixit, dimidium
se, ius quod pacius esset pro carmine daturū, reliquum peteret à suis Tyndaridis quos
æque laudasset. Quidam soli uolunt laudari. Euocatus est Simonides per duos iuuenes,
qui nusquam postea uisi sunt, interim tuina conclavis Scopas obtritus est, cum suis coni
uis, incolui, Simonide.

Polycletus statuarius dicere solet, eorum opificium esse molestissimum, quibuscumque 43
luteum perueniret ad ungues. Plastas opinor ac figulos notans. Admonuit autem Philosophis
eas artes exercendas, unde non conspurcetur opifex. Tale nimurum Philosophiae ars
studium.

Idem duas statuas eodem argumento fecerat, alteram ad artis iudicium, alteram ad 44
opinionem uulgi, & ad cuiusvis prætereuntis iudicium. Ambabus perfectis admittit tur Populi iudic
bam. Prior illa quam ex arte fecerat magnopere laudata est, altera, non item. Tum Po
lycletus, Atquis scitore, inquit, quod hanc quam tantopere laudatis, ego feci: eam quam
uituperatis, uos fecistis. A populo factam dixit, quam ad iudicium populi fecerat. Vicit
tamen artis species imprudentes. Simonis fuisse, utram ad illorum iudicium finxis
set, eam prætulissent.

Arato destinanti tyrannorum communio odio abolere tabulam insignis artificij, quæ 45
Aristeratum in curru uictorem habebat, Nealces supplex intercessit, ut opus incolu
me setuaretur, dicens, cum tyrannis, non cum tyrannorum imaginibus belligera
dum esse.

Quum Philippus locum quendam Ithomiātam hon minus munitum, si præsidium in 46
poneretur, quam erat Acrocorinthus, occupasset, & sacrificio peracto per uatem ad ip
sum exta essent delata, accepta Arato ac Demetrio Phario demonstrauit: & ipse animi di
bius rogabat eos quid exta portenderent, utrum Messenijs locum redderet, an refineret:
Hic Demetrius arridens, Si animum, inquit, uatis geris, locum dimittes: si regis, utroq;
cornu bouem retinebis. Peloponnesum bouis ænigmate signans, quam facile tueretur, si
duas arcas præsidio tueretur. Aratus autem rogatus à Philippo suam sententiam dicere,
post diutinum silentium hunc in modum respondit, Per multa sunt o Philippe Cretes uen
montes; per multa Bœotiorum ac Phocensium tumuli terra prominentes, item plurimi
Acarnaniorum, partim in mediterraneis, partim in oris maritimis siti, qui natura mun
tissimi sunt: & tamen quum horum nullum ceperis, omnes tamen sponte imperata faci
unt. Latrones rupes & lata incidunt, ac præcipitijs se tuentur: regi autem nihil beneuolen
tia firmius aut munitius esse potest.

Philippus Arato ueneñum dandum curarat, quod non repente occideret, sed lenta fa
be consumeret. Id ubi sensit Aratus, nec inueniretur remedium, dissimulauit, & ingressus Regum amici
cubulum unī tantū ex familiaribus dixit, O Cephale, hæc sunt præmia regiae amicitiae. ^{tia}
Non semper tutum regibus optima dare consilia.

Quum ex Athenienium socijs quidam contumelias causa rogassem captiuū Laconem, 49
num qui in prælio occubuerint fuisse strenui viri, Magni prosector, inquit Lacon, fa
cien dum fusum: sagittam sentiens, si strenui ignauisq; discrimen nosset. Significans illic
ubi res sagittis aut laxis agitur, nullum esse fortis & ignauis discrimen; sed ubi cominus res
geritur, ibi demum apparet qui sint viri, qui non.

Turbo Adriani Cæsaris præfector, admonitus ab eo, ut curam haberet suæ ualeitudi
nis, sibiq; daret uacionem à negocjjs, respondit, Non decere Cæsaris præfectoris nisi stan
tes mori. Ignauum esse se habens in lecto decumbentem expitare.

- 50 Idem quum adhuc fūhil aliud esset q̄b centurio, & ante p̄fēctos à C̄ſate uocantur in consilium, Turpe est, inquit, ô C̄ſar, exclusis p̄fēctis cum centurione agere.
- 51 Milo Crotoniates athleta, iam senex quum uidisset athletas alios in curriculo sese exercentes, fertur inspississe lacertos suos, lachrymansq; dixisse, At hi iam mortui sunt. Mērito fleuit, qui felicitatem corporis uiribus metiebatur. Animi uigor serius senescit; si tamen senescit unquam.
- 52 Philippides dictus ἀμφορεὺς, quod uno dīe mīlē quīngenta stadiā conficiens Lāce Runcius fides dæmonem peruenit. Idem, ni fallor, quum uictoriā Athēnēs aduersus Medos in Marathōne partam, senatū de pugnā exitū sollicito nunciaret, μέγα χάρη, inquit nūc μόν, id est, multum ualete, uincimus, moxq; expirauit.
- 53 Perseus quum cuidam noto dare pecuniam, cautionem fecit in foro apud mēlatūm. Canticula Hanc diligentiam quum amīcus admirans diceret, Adeōne legaliter Persee? Scilicet, inquit, ut amanter recipiam, nec legaliter reposeam. Fit enim sāpenumero, ut qui cum amico bona fide sine testibus ac syngraphis agunt, post cogantur cum eo legibus agere. Dīcū nonnulla gratia est in Græcis, νοικῆς & φιλίκης.
- 54 Timon Athēnēs dictus μισθωτός, interrogatus quur omnes homines odio prosequeretur, Malos, inquit, merito odi, ceteros ob id odi, quod malos non oderint. Sentiens non esse uere probos, qui non detestantur improbos.
- 55 Eidem ascribunt quod dicere solitus sit, duo p̄cipua esse malorum omnium elemēta, auaritiam atq; ambitionem. Ambitio male profundit, quod male collegit auaritia.
- 56 Alexinus sophista inter ambulandum multa mala dixit in Stilponem Megarensēm: Lans cōciliat ceterum ubi quispiam eorum qui aderant dixisset, At qui ille te nuper laudauit. Per los amicos uem, inquit, uir enim optimus est ac præstantissimus. Tam facile ex obtrectatore factus est laudator, non ob aliud nisi quod ab eo laudatus esset.
- 57 Gorgias Leontinus sophista, cētesimum septimū agens annum, rogatus quare tandem uellet in uita manere, Quia nihil, inquit, habeo, quod accusem senectutem. Natura appellat honesti rationem homini a natura insitam.
- 58 Socrates dicitur eum execrari solitus, qui primus utilitatē à natura seiuinxisset. Philotimus medicus cuidam ostendenti digitum exulceratum, quum epar habebat tabidum, id enim ex colore deprehendit, Non est tibi, inquit, ô bone periculum mulatum ab unguum uitio. Idem ferè fit ab hominibus, ut de leuioribus malis querantur, graviora dissimulent.
- 59 Archyta Tarentinus Pythagoricus dixit, nullam pestem capitaliorem hominibus à natura datam, quām uoluptatem. Ex hoc enim fonte prodit quicquid est in hominum uita scelerum & calamitatum.
- 60 Prodicus dicere solet, optimum condimentum esse ipsum ignem. Sentiens bonostro Frugilitas macho satis esse, obsonium esse coctum, etiam si nihil accedat deliciarum.
- 61 Menedemus quum audisset quod frequenter ab Alexino laudaretur, At ego, inquit, Laude incorruptus, illum semper uitupero: de clarans se non posse corrumpi laudibus, quo minus eum reprehenderet, qui reprehensione dignus erat.
- 62 Cuidam qui in foro Romæ loricatus ambulabat, prætexens id se metu facere, per quām scite dixit Vibius Crispus, Quis tibi sic timere permisit? Ludens ex inopinato. Expectabatur enim, ut obiurgaret hominem, quod præter consuetudinem Romanam armatus incederet. At ille increpuit hominem, quod sic timeret, cum liceret manere domi si quid timeret.
- 63 Quidam deciderat in puteum profundum. Eum quum uidisset quispiam, commiserans hominem dixit, Miser quomodo in puteum decidisti? Tum ille, Quid refert quomodo inciderim: hoc potius agendum, quemodo hinc possim educi. Hoc refertur à dīuo Augustino.
- 64 Medicus quidam ægrotanti dederat pharmacū, ecq; sumpto conualuit ægrotus. Eunxit ut aliquanto post idem morbus recurreret: ægrotus quum ad idem pharmacum quo prius conualuerat conserueret, nec sentiret remedium, accessit medicum, admirans qui factum esset, ut eadem medicina qua prior depulisset morbum, postea magis aggrauaret. Huius rei causam sciscitati medicus facete respondit, Fateor idem suisse pharmacum, sed ideo

ideo non proficit quia exponit dedi. Sectionis predicorum est date pharmaca, qui horum ^h etiam ^q datur quando & quomodo dandum. Quae prosunt iuueni, nocent seni: & contra, quae iuuant pharmaca, coelo tepido, lardunt frigido. Et hoc refertur ab Augustino.

Euclidis cum fratre simultas erat, is quum minitans dixisset, Dispeream si te ultus fuero: Euclides contra, Dispeream, inquit, ni tibi persuaserem. Hoc dicto solata est simultas, & Reconciliatio redditum est in gratiam.

Aristo dicere solet, eos uentos esse nobis molestissimos, qui abstrahunt palpit. Nam his ⁶⁷ contra uentos munimur. Ita grauiissime lardunt amici, qui expiscantur a reatu ^{accusa}.

Gnathæna meretrix reprehensa à Stilpone philosopho, quod adolescentem corrumperet, Tu, inquit, egoq; Stilpon in eodem hærebus crimen, qui adolescentes sic cum uersari. Philosophus inutilia quædam & amatoria sophismata doces, ut nihil referat cum philosopho ueris, meretrici simili sentur an cum meretrice.

Eadem parasito quem alebat anus, eratq; obeso corpore. Eleganter, inquit, o adolescentem ⁶⁹ scens es affectus corpore. At ille, Quid igitur futurum putas, si non secundus in teclo doristi? Ab inexpectata minima. Fama, inquit, Gnathæna perissess: subbotans illum uetus concubitu aliud locutus est ⁷⁰ ab inexpectato.

Eadem quum Pausanias quidam nomine Laccus, saltas in cadum incidisset, Laccus, ⁷⁰ inquit, in cadum incidit. Nam Græci lacum uocant quod nos lacum. Cadus in lacu in. A nomine incidere solet, lacum in cadum incidere absurdum est.

Eadem quum quidam uini paulum infusisset in psysterium, id est uasculi genus refrigerando uino paratum, diceretq; hoc uinum sedecim annorum est, Pusillum est, inquit, Parsimonia pro rati annorum ætate. Hoc ipsum ascribitur Phryna.

Eadem quum in coniuio duo adolescentes pro ipsa inter se pugnarent, uictus ita consolata est. Bono animo es puer, non enim est certamen coronarium, sed argentarium. Sei: Certamen ariens in alijs certaminibus uictorem ferre coronam, hic uictori numerandam pecuniam, gentarium ut melior sit conditio uicti quam uictoris.

Eadem ei qui filiae ipsius minam dederat, nec postea quicquam adferebat ipsi, nihilominus solito more ad eam uenitans. Heus, inquit, puer, num putas te quemadmodum servem? ⁷³ mel data mina ad Hippomachum pædorribam, ita semper ad me commenaturum.

Eadem adolescenti qui sua sponte uenerat ad coniuicium, præbibit his uerbis, Cape in ⁷⁴ quid, superbe: quum ille cōmotior dixisset, Qui superbus? Immo, inquit Gnathæna, quis: Cœnia ultra te superbior, qui nec uocatus uenias. Locus est ex anticipiti: nec uocatus uenit; qui non uocatus uenit, quod est impudentia: & nec uocatus uenire dicitur, qui uocatus uenire recusat, quod est superbia.

Eadem à duobus conducebatur, quorum alter erat miles, alter mastigias seruus. Miles, ⁷⁵ te uero per contumeliam illam appellante lacum. An, inquit, quia duo armis in me influunt, Lycus & Eleutherus: Lycus & Eleutherus fluviorum nomina sunt, sed illa allusio ad seruum amatorem & liberum. Lupus esurit, liber arrogans est.

Nico meretrix, cui cognomen erat capra, parasitum quempiam obuium habens à morte gracilem, Quam macilentus, inquit: Quum is respöndisset, Quid me putas triduo edidisse? Aut lecythum, inquit, aut soleas. Parasitus sentiebat se nihil, aut minimū edisse; illa respondet quasi de cibi genere interrogata.

Callistion cognomento Ptochelena, quum à quodā esset conducta serub, isq; quoniam asti uo tempore nudus accumbebat, ostenderet in corpore notas plagarum, Vnde, inquit, illa miser: quumq; is dixisset, se puerum iure fuisse perfusum. Tum illa, Nimirum uitulino: senties esse flagrorum uestigia. Ex carnis uitulinis coqui faciunt istis, ex pelle uitulorum sunt lora.

Thais gloriose cuidam amatori, qui quum multa pocula sumpsisset commodato, dicebat se uelle illa confringere, aliaq; parare. Perdes, inquit, quod cuiq; proprium est. Ambiguus sermone notans esse commodatitia. Poterat autem intelligi, si contestetur perire quod cuiq; poculo proprium est.

Lais Corinthia cuidam amatori, qui misso sigillo iubebat illam uenire, Non possum, inquit, lutum est. Olim terræ genere signabant, at illa lutum esse dixit, quasi ob lutum uisa. Ex ambiguo non posset accedere. Luteum ligillum nihil morabatur, argenteum quarebat.

- 80 Eadem Myronem saffagine repulit, sed præstat hoc Aufonij turbiditate;
 Canus rogabat Laodis noctem Myron.
 Tulit repulsam protinus.
 Causamq; sensit, & caput fuligine
 Fucauit atra candidum.
 Idemq; uultu, crine non idem Myron,
 Orabat oratum prius.
 Sed illa formam cum capillo comparans,
 Similemq; non ipsum rata,
 Fortasse & ipsum, sed uolens ludo frui,
 Sic est adorta callidum:
 Inepte quid me quod recusaui rogas?
 Patri negauit iam tuo.
 Hoc uidetur imitatus imperator.
 Leontium, quoniam ipsa cum amatore discubente ingressa est Glycera, & amator
 ad hanc uidebatur proclivior, sedebat modesta. Hanc quum notus quispiam appellasse dicitur
 cens, Quorū mōres Leontium: Vterus, inquit, mihi dolet. Vtēpsa Gracis uterum sive uul
 uam sonat, & eadem uox sonat, posterior: significabat autem posteriorem Glyceram mo
 gis placuisse, idq; sibi dolere.
- 81 Adolescens quidam in Aegypto deperibat in Theonidem meretricē: quumq; illa pe
 teret ingentem mercedem, tandem adolescens somniauit se rem habere cum ea, atq; ita li
 beratus est amore. Petit illa mercedem. Negante iuuene itum est ad iudicem. Boethius
 pronunciat ut iuuenis in uasco adferret tantū pecunia, quantum illa postularat. Iubet
 adesse meretriculam, & umbra frui pecunia circumlatæ. Hoc iudicium Lamia uelut ini
 quam reprehēdit. Iuuenis somnio liberatus est, inquit, ab amore: at umbra pecunia non
 exemit Theonidi pecunia amorem.
- 82 Phryne iam anus dixit, à multis fecem emi propter uini gloriam. Sentiens multos ideo
 vultu amata secum congregati, ut gloriari possent, cum Phryne rem habuisse. Sicut uini magni nominis
 etiam fex emitur, ut iactare possint se tale uinum habere domi.
- 83 Eadem ætate florens in conuiuio cui complures aderant sceminae, quum iuxta morem
 fucatae foci conuiualis quod unus quispiam faceret, idē omnes facere cogerentur, prior manum
 bis aquæ immersam admouit fronti. Quoniam autem omnes erant fucatae, aqua per liu
 ram fucorum desuens, rugartum specie uucus omnium deformabat, quum ipsa interim
 Phryne, quæ naturali forma pollebat, speciosior etiam appareret diluta facie.
- 84 Quum amatores, quoniam gratis non admittebantur, filiae domum expugnaturi, ue
 Precium ex/ cies, ligones, & balistas admouerent, Phryne prodij, Quum ista, inquit, haberetis domi,
 pugnat quin potius afferebatis precium: Sentiens ita facilius expugnari meretricum ædes, dan
 do quām fodiendo.
- 85 Phryne Praxitelem à quo deamabatur rogauit, ut ex operibus quod haberet pul
 cherimum sibi donaret. Promisit quidem amans, sed illa sensit artificem dissimulare
 quod esset optimum. Itaque subornauit seruum qui Praxitelis in foro sua uidenti nun
 ciaret, incendium in officinam incidisse, ac pleraque illius opera conflagrassæ, non tamen
 omnia. Praxiteles exclamauit, Nihil sibi reliquum, si Satyrum & Cupidinem flamma cor
 ripuisset. At Phryne occurrens iussit illum bono esse animo, nihil enim triste accidisse.
 Sed hoc commento deprehendit in quod opus ille plurimum artis contulisset, & Cupi
 dinem abstulit.
- 86 Phryne cuidam iudeniliter iactanti quod multas haberet, se studio tristem exhibebat:
 ac roganti causam, ob hoc ipsum irascor, inquit, quod multis inuolutus fueris: de plaga
 rum notis sentiens, quas in illius corpore deprehēdit. erat enim seruus, at ille gloriaratur
 de puellis, quibus potitus fuerat.
- 87 Eadem auaro cuidam amatori blandienti dicentiq; Tu Praxitelis Venuscula es, Et tu,
 Amator blan
dus inquit, Phidias Cupido. Blandimentum blandimento pensans, & obiter auaritiam homi
 ni cupido exprobrans. Nam Phidias à parsimonia nomen habere uidetur.
- 88 Eadem cum insidiaretur pudicitia Xenocratis, & in easdem ædicularis ab illo efferrad
 missa

missa, ac precebus tandem impetrasset, ut lecluli partem qui illuc unicus erat ipsi concederet: reuersa ad illos qui eam subornauerat, ac rogata quid protecisset, Ego, inquit, a statua redeo, non a viro. Idem elegantius narrat Valerius Maximus. Pacia cum adolescentibus ut Xenocratem ad coitum solicitaret: sese in illius probe poti leclulum coniecit: postridie quum adolescentes exprobrarent quod tam formosa puella poti senis animum pellit: cere non potuisset, paciumq; uictoriæ premium flagitarent, facete elusit, dicens, se de homine, non de statua cum illis pignus poluisse.

Lamiam meretricem Demetrius rex adamabat parum sobrie. Ea quum iam senescens ⁸⁹ fin conutio tibijs cecinisset, Demo quæ & Mania dicta est, interrogata à Demetrio, quid ^{Ab in expecta} uideretur Lamia, Anus, inquit: aliud respondens atq; expectabat rex. Nam ille sciscitaba ^{to} tur, quām scite uideretur canere.

Rursus appositis bellarijs quum rex diceret, uides quām multa mihi mittat Lamia: ⁹⁰ Plura, inquit, tibi mittentur à matre mea, si uelis cum ea dormire. Notans anus solere donare ijs à quibus subiguntur.

Anicula Theophrasto licitanti quiddam, idq; admodum Attice, hospes, inquit, non ⁹¹ uendo ranti. Notans illum quāsi non esset Atticus natura, qui supra modū affectaret Atticis. Id enim solent hospites, dum in aliena lingua uolunt uideri disertii. ^{Affectatio}

Phocionis cognomento Probi uxor dicere solebat, suum mundum esse præclara gesta ⁹² mariti. Ita frugalitatem suam excusauit alijs matronis obijcientibus quod parum pro di ^{Mundus mag} gnitate culta esset.

Quum Cyperi aduersus Astyagem Medorum regem infeliciter pugnassent, mulieres ⁹³ urbem fugientibus obuiam ierunt, ac nudatis uentribus, Quò, inquiunt, ignauissimi ruit, Animosse tis: An nefritis uoshue iterū intrare non posse, unde semel naturæ lege egredi fuitis: Inverso ordine matres animant mares, quæ solent à periculis auocare.

Poppea quæ prius adultera Neronis, mox repudiata Octavia mariti potens facta, sub ⁹³ ornauit quandam ex Octavia ministris, qui ei seruilem amorem obijceret. Ancillis Octa viae ad quæstiones pertractis, quædam cruciatu uictiæ falsis annuerunt, quædam perficerunt dominæ sua sanctitatem prædicantes. Ex his una instanti Tigillino respondit, casiora esse Octaviae muliebria, quām os eius. Significans, illū esse fellatoribus obsequenter, aut cunnilingum.

Chiomata Orthiagonis uxor, quum misso precio à suis reduceretur, ac tribunus illam, ⁹⁴ officij gratia ad flumen prosequeretur, clam mādauit uni seruorum, ut Romanum illum Pudicitia ^{mis} se prosequentem occideret. Is ubi caput præcīsum sub ueste rectum ad maritum detulit, tronalis & ad illius pedes abiecit, marito admirante dicenteq; num præclarum duceret seruare fidem. Præclarum, inquit, sed hoc præclarus, unum duntaxat qui mecum concubuerūt uiuere. Foemina aliquanto prudentior Lucretia, quæ non sua, sed stupratoris nece testata est suam pudicitiam.

Canna Sínorito Galatæ nupserat, Eam Synorix iuuenis præpotēs adamabat, & clam ⁹⁵ intercedo Sínorito, de nuptijs Cannam solicitare cœpit. Illa quo coniugis mortem ulci ^{Pudica uxoris} sceretur dissimulauit dolorem, & coniugij spem præbuit. Tandem Synorigem ad se uenire iubet in templum Dianæ, cui erat dicata, quāsi uellet hanc esse coniugij testem, & adstantis altari, ceu dea libatura è poculo bibit toxicum, moxq; tradidit Synorigi: qui simul atq; reliquum rebibisset, uenerata deam, Te, inquit, dearum præstantissima telor, me huius tantum diei gratia hacenus Sínorito fuisse superstitem.

Olympias Alexandri mater indigne ferens, quod Alexander pateretur se dici filium ⁹⁶ Louis, Non desinet, inquit, Alexander me Iunoni inuisam facere. Solent enim uxores ex ^{Louis filius} tremo odio persequi pellices.

Eadem quum accepisset Alexandrum filium, ut alij, Philippum maritum, ad amare ⁹⁷ femina à qua putabatur amatorijs uenenis corruptius, accersiuit ad se mulierē: quumq; Mores pro præter insignem formam comperisset in ea mores liberales, & ingenii egregie dextrum, philtris Valeant, inquit, qui te insimulant ueneficij. Nam tute quidem pharmacum in teipsa ac philtatum habes.

Eadem quum accepisset adolescentem quandam aulicum duxisse uxorem, elegante ⁹⁸ quidem forma, sed famæ parum secundæ: Ille, inquit, nō sapit, qui uxore oculis, nō etiam bona fama

auribus duxerit. Forma cetera hinc oculis, fama auribus deprehenditur. Quidam autem nec auribus, nec oculis, sed digitis ducunt, solam spectantes dotem.

99 Intaphernis uxor, Dario permittente ut unum ex suis eligeret, cuius uitam sibi dona, Frater multo ri uelleret, fratrem elegit: demirante rege causa magis sciscitante, Alius, inquit, maritus: alij, potior beri si deus uoleat possunt contingere: alium fratrem parentibus uita defunctis non est. quod sporem.

100 Cornelia Gracchorum mater, quum Campana matrona illius hospitio utens, ornauit Matrone orna- menta sua quibus illud seculum nihil habebat pulchrius; ipsi ostenderet, traxit etiam sermo namenta ne donec tibi redirent eschola. Tum, & haec, inquit, orna-menta meas sunt. Sentiens matronae nihil esse pulchrius, neq; preciosius, quam liberos recte educatos.

1 Omnis Dionysio tyranno exitum in precantibus, una foemina annus quotidie diluvio deterius orculo deos comprecari solet, ut esset in columnis sibi superstes. Accita a rege mulier rodigia-
mnis ta est, unde tanta in regem benevolentia. Quoniam, inquit, quam puerilla essent, & graueni tyrannum haberemus, optabam mortem illius. Eo interfecto dexter arcam occupauit. Et huius exitum optabam. Nunc quum te habeamus, superioribus etiam grauiorem, ue-
reor ne si tu pereas succedat etiam dexter, eoq; caput meum pro tua salute deuoueo. Tam
facetam audaciam Dionysius punire erubuit.

2 Cuculo minores auiculas percontanti, quorū ipsam fugerent, Quoniam, inquietabant,
Tyranni specie suspicamur te aliquando futurum accipitrem. Coccyx enim specie non multum differe-
cias ab accipitre. Cauendum ab his, qui tyrannidis specimen moribus aduentur. Hoc ad Lyrae-
dem accommodauit Plutarchus in uita Arati.

ILLVSTRIS & IMO. PRINCIPI IUNIORI GVLIELMO, DVC
Cluensi, Luhacensi, Montensi, Comiti Marchiae & in Rauen-
spingo, &c. Des. Eras. Roterodamus S D



P V D priscos illos, illustrissime princeps, non Graccos modo, uerum etiam Latinos, actoribus ac patronis causarum forenum certus aquæ modus per clepsydras infundebatur, ne superuacanea uerborum copia quam iudiciis tardium adferret, tum ipsi etiam causa officeret, deniq; alijs agere uolentibus, aditum præcluderet. At non idem fieri solet in philosophicis orationibus, in quibus tamdiu proferendus est sermo, quandiu auditor a lacriter haurit ea que dicuntur, præsertim si quæ dicuntur, conferunt uel ad liberalem eruditionem, uel ad bene beatę usiendum. Itaq; perquam eleganter Plato Antisthenem prolixius dissenseretur admonuit his uerbis. Videris, inquit, ignorare, quod orationis modus non est is qui dicit, sed is qui audit. Sic & Carneades, quum esset in differendo uocalior, admonitus est a gymnasii principe, ut uocem moderatus promeret: sed quum ille à gymnasial-
cha petret ut sibi præscriberet modum, sane quam apposite respondit, Istuc quod à me petis, rectius sumes ab auditoribus. Iam uidemus quosdam non clepsydris, sed elep-
sam midis metiri conuiuū, Hoc ut fateor ad frugalitatis disciplinam utiliter fieri, atq; etiam necessario, duntaxat apud eos qui nesciunt unquam à mensa surgere, nisi hirudinum ritu sic distenti, ut tantum non crepent ac diffiliant: ita non conueniret opinor ei qui lau-
tos & elegantes homines suauiter excipere uelleret: sed hunc oporteret apparatus modum à conuiuarum orexi petere. At ego in hoc argumento conuiuatoris personam indui, ac posteaquam coenæ tot instructæ missibus, quoctus permittuntur comoediæ, secundas mensas non omnino ieunas adieceram, mihi uidebar sic egisse partes meas, ut si non Eu-
cillus quispiam, certe mundus & laetus esset uideri possem: atq; adeo metuebat, ne apud frugalitatis amatores citius luxuria quā sordium crimen incurret. Verum si simulatq; prodij opus, tanta aviditate distractum est, ut protinus à typographo cœperit efflagitari denuo, siue hic est argumenti, siue quod magis arbitror, tuus ornatusime prin-
ceps genius, quem confidimus non solum ditioni tuae, sed & studijs fore felicem. Itaque priorib. sex libris recognitis et auctis, adiecimus duos, quos tu uel postcoenū uel potēta:
siue tripli potēta si libet, vocare poteris, ne à conuiuin metaphora recedamus. Vale.

APOPHTHEGMATVM LIBER VII

MILESII THALETIS.



AE C præcipue celebratur, Multa uerba nequaquam arguntur sapiens, i
tem opinionem, Græcis carmen esse uidetur,

Pauciloquus

Ἐτι τὰ πόλεις φρονίμως ἀπεφένετο οὐδέποτε.

Sapiens enim non nisi quum res postulat, nec pluribus utitur uerbis quam opus est. Quemadmodum deus omnium sapientissimus, sermonis est parcissimi.

Vnum quiddam diuinum egregium, utrum quiddam præclarum esset. Solues enim hominum loquacium linguis sine fine garrientes. Vnu eximū ἀποφασιλόγονον: quod interpres miror quare reddidit, non paucorum. Satius est ad parandum honestam famam unū quiddam insigne prædicere, quam diuinare de fruolis aut quisbus habet. Sapiens enim uates est optimus. Et præstat uno opere ædito, sed egregio, parare famam eruditionis, quam minus accurate scribere de singulis.

Rogatus, quid esset omnium uerustissimum, respondit, Deus. Quur ita? Ὡτὶ ἀγόντος, hoc est, nunquam esse cœpit. Quid esset pulcherrimum, ait, Mundus: est enim opus dei, *Anigmate* quo nihil est pulchrius. Quid maximum, Locus. Capit enim omnia. Quid uelocissimum, Mens. Discutit enim per uniuersa hominis cogitatio. Quid robustissimum, *Necessitas* siue fatum. Superat enim omnia. Quid sapientissimum, Tempus. Nam inuenit omnia. Hæc enigmata instar habent.

Dicebat nihil interesse inter uitam & mortem, ob id opinor, quod utraq; res æque esset secundum naturam, nec mortem malam esse magis quam natuitatem. Cuidam uero ob Argute strepenti, quur igitur, inquit, tu non moreris: salse respondit, Ob hoc ipsum quia nihil refert. Potius enim habetur, quod accersitur.

Percontanti utrum fuisse prius, nox an dies: Nox, inquit, uno die fuit prior, Elusit in septum percontatorem. Si nox uno die præcessit diem, dies igitur fuit ante noctem. Nox salse enim finis est diei.

Rogatus num lateret deos homo iniuste agens, respondit, Ne cogitans quidem. Significans deo nihil omnino esse occultum. At uulgs putat quæ corde uoluunt lauge deum.

Adultero sciscitanti, an abiuraturus esset adulterium, Non est, inquit, periurium adulterio peius. Significans, illum stulte dubitare de peierando, qui facinus periurio par non dubitasset committere. Eoc in atrocibus sceleribus nihil ponderis habet iusurandum. *Graniter* Quisquis enim audet dare uenenum, audebit & cum periurio inficiari.

Percontanti quid esset difficile, Seipsum, inquit, nolle. Atqui hoc uulgs putat esse fas sapienter nullum. Aliena rectius perspicimus quam nostra, & sibi quisq; adulator est.

Rogatus quid esset facile, Alterū, ait, admonere. Omnes recta consilia ægrotis damus, *Admonitio* Interpres perperam uerit, ab alio moneri, quū sit ἀληθινός, hoc est, alteri dare consilium. *Alien*: quis enim est tam stupidus qui non admoneat aliut: sibi pauci consulunt.

Sciscitanti quid esset dulcissimum, Potiri, inquit. Nam ea demum delectant, quæ cōtin. Potiri dulce gunt expetira. Quæ ultro obijciuntur, non perinde suuant.

Rogatus quo pacio quis facilime fettet infortunium suum, Si quis, inquit, uideat hos majoribus malis obnoxios. Quidam ex contemplatione felicitatis alienæ suam cala Patientia amicitudinem exasperant.

Interrogatus quo pacio quis optime lusitissime uiveret, Si, inquit, quæ in alijs reprehendis, ea ne faciat ipse. In alienis em̄ etrat̄is perspicaces sumus, ad sua quisq; lusciosus est. *Sapienter*

Percontanti, quis esset felix, Qui corpore, inquit, sanus est, animo eruditus, siue castigatus. Cupiditates enim animorum morbi sunt.

Dicebat amicorum absentium æque ac præsentium oportete meminisse. Amicitia enim est animorum cōiunctio, quos nō dirimit locus. Multi non amant nisi tantisper dū uident. *Amicitia*

Non esse fucandam faciem, sed animum honestis studijs exornandum. Quod hæc forma ueros conciliat ac perpetuos amicos.

Vetus

- 16 Vetus per iniuriam ditescere. Quod lucrum fraude partum dampnum sit, nō lucrum.
- 17 Mn̄ ἀγελλέτω ο λόγος τὸς πίστεως λεκονωνητάς. Id ita uerit interpres: ne te in Arcana nulli ius uocet sermo contra coniunctos tibi ac socios dicitur. Ego magis arbitror Thaletem committenda admonere, ne quid amicis quibus fidimus, commitramus, quod si effutiant, patiat nobis infamiam.
- 18 Quale, inquit, praeium rependeris parentibus tuis, tale à liberis tuis expecta.
- 19 Dixit, facillimum esse philosopho ditaris uellet, idq; tali facto probauit, Omne oleam Proxidentia antequā florere cōpisset in agro Milesio coemit. Animaduerterat enim praescientia quādam olearum ubertatem fore. Hoc pacto os obturauit, qui iactabant, in philosophis paupertate nō esse virtutis sed necessitatis. Huius meminit Cicerō lib. de Diuinatione primo.

S O L O N S A L A M I N I V S

- 1 Senectus auctoritate dux Quum Pisistratus occuparet rem publicam resq; uidetur ad manifestam spectare tyrannidem, neque quisquam auderet illius cohatibus obseruere, ipse productus armis & auctoritate, ædes positis cōpit inclamare ciues: at ubi Pisistratus ad illum tritteret qui percontarentur, qua re freat hoç auderet, Senectute, inquit. Alios senectus reddit formidolosiores, illi conciliauit audaciam, quod parum uitæ superesset, etiam si nullus occidet. Ita Plutarchus in commentario, An seni sit gerenda res publica. Diogenes Laertius rem alii quanto fulius narrat.
- 2 Postquam uidit rerum summam esse penes Pisistratum, arma deposita ante curiam, dicens, O patria tibi & dictis & factis sum opitulatus. Hoc pacto testatus sibi non defuisse triam uoluntatem consulendi reipub. in Aegyptum nauigauit.
- 3 A Croeso interrogatus an quem uidisset ipso beatiore, Telum nominauit Asheniensem, priuatū hominem, sed qui relicta liberis ac nepotibus bene institutis feliciter obiūset diem. Interrogatus dein cui post illum tribueret felicitatis elogium, Cleobin & Bitum argiuos fratres nominauit, qui cum summa pietatis laude defuncti fuerant. Indignatus rex, nullo igitur loco me ponis: Ego, inquit Solon, facile cōfiteor te regem opibus & in perio florentem: beatum non appellari, priusquam feliciter hanc uitam absoluieris. Refert Herodotus in primo.
- 4 Præmia decreta his qui in Olympijs aut Nemeis uicissent contraxit, eaq; maiora decrētūs inuictis qui in bello pro patria fortiter occubuerint: dicens illos & dum exercentur, magnis impendijs exerceri: & si uiicerint, magis aduersus patriam quam aduersus hostes coronari: & quum senuerint, ad nihil utiles euadere, haud aliter quam detrita pallia, ut qui nec bello sint utiles, nec gerendæ reipub. accommodi.
- 5 Huic attribuunt & illud longe celebratissimū, leges aranearum telis esse similes: quam Leges quam idem & alijs ascribitur, nominatim Anacharsidi.
- 6 Illud argutissime dixit, tyrannorum amicos calculis supputatorijs esse similimos: qui Amicitia principis ut arbitrio supputantis ponuntur, interdum ualent multa milia, interdum minimum, incipit terendum nihil.
- 7 Rogatus quamobrem nullam legem tulisset in parricidas, Non expectabam, inquit, Graecus hoc scelus unquam in hac ciuitate posse committi. Quod illa immania non existant, nisi ubi luxus regnat, necnulla est legum reuerentia. Refert hoc M. Tullius in oratione pro Sex. Roscio Amerino.
- 8 Interrogatus qui fieri posset, ut quam minimum iniuriarum existeret inter homines. Si, inquit, qui iniuria affecti nō sunt, & que doleant atq; hi qui affecti sunt. Quisquis enim uiolat leges, non unum ciuem laedit, sed totam reipub. quod quidem in ipso est. At nunc dum alijs laesis aut quiescimus, aut gaudemus etiam, impunitas improborum audaciam in plurimos iniuritat.
- 9 Dicebat opulentiam esse matrem saturitatis, saturitatem ferociae ac uiolentiae, Dantias comitatur luxus, luxus exit in tyrannidem, dum scenum migrat in cornua.

P I T T A C V S M I T Y L E N A E V S

- 1 Huic tribuitur illud decantatissimum, dimidium plus toto, de quo nobis satis dictum Modus est in Chiliadibus.
- 2 De eodem memorant exemplum clementiae uix credibile. Tyrraenū Pittaci filii. Cu Clementer mis in tonstrina sedente faber quidā ærarius impacta securi occidit. Cum an homicidium uinctum

vinclum miserunt ad Pictacum ut de eo supplicium sumeret. At ille cognita causa dimisit hominem dicens, Ignoscetiam esse potiorēm pœnitentia: Sentiens utilius esse condonare, quām meminisse iniuriae & ulcisci. Sunt qui referat homicidam ab Alcæo fuisse dismisum cum hoc elogio, Melius est ignoscere quām punire.

Legem tulerat, ut qui per temulentiam sceleris aliquid commisissent, duplo plesterentur. Solet enim uulgus hominum ebrietatis obtenui crimen extenuare. Id eo factum est, Ebrietas runt, quod insula uino abundaret.

Crœso percontans quod esset maximum imperium, inquit, πολιάς δύλε, id est, uarij leges innuens. Nam olim in tabulis ligneis leges inscribebantur. Porro ubi summa Legum auctoritas est legum autoritas, ibi est minimum tyrannidis.

Probabat uictorias citra sanguinem partas, nam magno ciuiū cruce temptas, hoc est, Cadmeas, ut uocant, non existimabat esse uictorias.

Huius est illud πολυθρύλα γη, Aequalē ducito, quum ipse domi haberet opulentiorē, ac proinde morosam & imperiosam. Id latius explicuitus in Chiladiis.

BIAS PRIENABVS

Quum ingenio suo patriam suam oblidione liberasset, rex Alyattes intellecta uiri prudenter protinus eum ad se accersiuit. At is respōdit, ιγέλαντή καλεσθε ρόμπενα τοδιαγ: id salte est, ego Alyatten iubeo cepas edere: quod perinde est ac si dixisset, iubeo illū plorare: extreum regis contemptum professus. Attigimus & hoc in Chiladiis.

Euenit ut cum scelerofis quisbusdam & impijs nauis ueheretur, qui quoth ob exortam tempestatem periclitarentur, deorum opem implorabat. Tum Bias, Silere, inquit, ne uos hic illi nauigare sentiant. Deus impiorum precibus irritatur magis ad uindictam, quām ad opitulandum flectitur.

Impio cuidam sciscitantis quid esset pietas, nihil respondit. Roganti quur sileret? Quo, niam, inquit, percontaris de rebus nihil ad te pertinentibus.

Interrogatus quod esset animal omnium maxime noxiū: Si de feris, inquit, percontaris, tyrannus: si de misib⁹, adulator.

Hæc de septem Sapientum dictis arbitror esse satis, uel quia sunt omnibus obuia, uel quia magna ex parte sunt fabulosa, uel quia pleraque sunt eius generis, ut à quo quis dici possint. Quid enim habet Cleobulus, quur inter sapientes numerari debeat?

ANTISTHENES ATHENIENSIS

Antisthenes ridere solet Athenienses subinde gloriantes quod essent autochthones, hoc est, indigenæ, eo quod non aliunde eō commigrassent, nec patriam sedem murassent unquam: dicens hoc laudis illis esse cum testudinibus cochleisq; commune. Nam & hæc animantia nunquam mutant domicilium in quo nascuntur.

Discipulos suos admonere solet, ubi sibi essent Socratis condiscipuli: declarans quām effet alienus ab ināni gloria.

Voluptatem in tantum execrabatur, ut diceret, s̄ malle insanire quām uoluptate afficitur, id est, insaniam potius quam deleter. Insaniam aufert medicus: uoluptate præs quum æque mentem eripiat homini, uix sanabile malum est.

In his mulieribus habendam consuetudinem dixit, quæ beneficium beneficio penitentia: οὐαρέψ οὐαρέψ, id est, quæ gratiam habituræ sint: sentiens abstinentiam ab his quæ matrimonio uendunt in honestam voluptatem, nec pariunt, nec amant mutuum; aut à ualetus carijs, deformibus ac male moratis, quæ gignunt foetus pœnitendos.

Quum adolescentis quidam Ponticus genere, se in numerum discipulorum illius rex, cuperet, patri querenti quibus rebus esset opus, Libro; inquit, nouo, stilo nouo, Docilitas mouaque tabella: significans animum à uitijis vacuum, studium vigil, & memoriam fidelem. Solent aurem adolescentes uoluptatibus ac delitijis occupatam mentem ad praceptorem adferre, quæ res fete in causa est ut minus proficiant. At Philosophia totum animum sibi postulat.

Adolescenti consulenti cuiusmodi uxorem ducete expediret, Si formosam duxeris, inquit, habebis communem: sin deformem, habebis pœnam. Iucundius id eloquens Grae coniugium, quibus quod ad uoces attinet, minimum interest inter γενελώ & γενελώ: quod ad rem attinet, plurimum. Suadebat itaque media stataq; ut uocant, forma ducendam, quæ nec fastidium

fastidium uiro moueret ob deformitatem, nec ob insignem formam peteretur ab adulteris. A. Gellius hoc dictum Bianti tribuit.

7 Generose Quum accepisset Platonem de ipso male loqui, nihil commotus, Regium est, inquit, quum feceris bene, audire male. Quanquam hoc idem alijs ascribitur. Excelsi animi est, ingratitudine hominum non deterreri a studio bene merendi de omnibus.

8 Initatio Quum Orphicis mysterijs initaretur, ac sacerdos diceret, illum bonis plurimis fructu rum apud inferos post hanc uitam. Quur, inquit, ergo tu non abrumpis uitam? Significas, non in initiatis paratam esse beatam uitam a rogo, sed his qui p[ro]le sancte[rum] uixerint. Et hoc, aut simillimum huic alijs tribuitur.

9 Genus Cuidam opprobriati quod esset hybrida, hoc est, non e duobus ingenuis natus, sed ex patre Athenensi, matre Phrygia. Nec a duobus, inquit, luciatoribus natus & tamen luciatur sum: sentiens non tam referre, unde natus sis, sed quis sis. Is uere liber est: quem philosophia liberum facit: & is uete Græcus est, qui Græcorum disciplinis institutus est.

10 Salse Interrogatus cur paucos haberet discipulos. Quoniam depello illos, inquit, uirga ar gentea. Sentiens ideo paucos uenire, quod magna mercede doceret. Vulgus autem pluri[m] facit pecuniam quam sapientiam.

11 Generitas Rogatus quamobrem seuerus esset obiurgator erga discipulos. Et medici, inquit, erga agricotos: significans se in uitia saeuire, non in homines, nec uitia sanari blandiendo.

12 Adulterium Conspicatus aliquando moechum fugientem, in sequentibus qui illum comprebendunt, infelix, inquit, quantum periculum unico obolo uitare poteras: sentiens scoti con gressu libidinem sedari potuisse, quum nunc de uita periclitaretur.

13 Adulatio Aiebat si ad alterutrum adigeret necessitas, satius esse in coruos incidere, quam in adulatores, eis κόρακες οὐ εἰς κόλακες. Nam corui non comedunt nisi mortuos, adulatores iam uiuos deuorat. Et hoc alteri tribuitur.

14 Felicitas uera Rogatus quid esset mortalibus beatissimum, Felicem, inquit, mori. Haec sententia consentit cum illa Solonis, Qui feliciter absoluit uitam, huic nihil sinistri potest accidere, quod felicitatem agritudine aliqua contaminet. At quibus res sunt secundæ, si nihil magis operant quam diuturnam uitam.

15 Memoria Amico cuidam deploranti quod commentarios suos perdidisset, Oportuit, inquit, ista animo potius quam chartis inscribere. Librorum fiducia frequenter in causa est, ut minus exerceamus memoriam. In tuto est, quod animo impressum est. Licet enim circumferre, & semper in promptu est.

16 Insidia Dicere solitus est, non aliter ac ferrum absumitur rubigine, ita inuidos suo ipsorum uitio contabescere. Ferrum enim, etiam si nemo latet, ex se gignit unde corrumpatur.

17 Vulgus hominum est strucutus, status, trophaeis ac librissi promittit immortalitatem. Antisthenes ipsis qui appetierent immortalitate, unicam uitam ostendit, ut iuste pieque uiuerent.

18 Honos uirtutum Rogatus quae res portenderet ciuitatibus exitium, Quum in his, inquit, nullum esse potest honorum ac malorum discrimen. Sentiens eam rem publicam non posse consistere, ubi nec esset honos uirtuti, nec poena scelerosis. Hoc apud Homerum stomachatur Achilles. *γνῶσθαι τὴν πίστιν*.

19 Quum illi diceretur, quod a quibusdam improbis laudatus esset. Vereor, inquit, ne quid imprudens fecerim mali. Sentiens a talibus neminem laudari nisi ob malefacta.

20 Concordia Fratrum inter se concordiam dixit quouscum muro firmius munimentum. Id dictum & ad ciuium concordiam accommodari potest.

21 Bona animi Admonebat ea esse paranda uiativa, quæ simul cum naufrago enataarent. Sentiens bonas artes ubique esse in precio, nec posse a fortuna eripi. Idem ascribitur Aristippo.

22 Solerter Opprobranti quod interdum cum improbis haberet consuetudinem. Et medici, inquit, cum agricolis uersantur, nec tamquam agricotorum ipsi. Sentiens philosophum ideo uersari cum improbis, ut eos reddat meliores.

23 Grauitate Absurdum esse dicebat, triticum repurgare a lolio, bellum ab inutili milite, & a repub. non secernere inuidos. Significans inuidos tam esse inutiles ciuitati, quam lotium estriticum, & ignauus bello.

24 Solitudo Rogatus quid emolumenti cepisset ex philosophia, Ut mecum, inquit, loqui sine ueritate possim. Docilis etiam si solus sit, non lenitus tædiu[m] solitudinis, sed multa præclaræ suo

cum

Eum animo uersans, quasi secū loquit: indoctis molestissima est solitudo, atq; etiā inutilis.

Quum in conuiuio quidam diceret, cane tibijs, Tu mihi eas infla, inquit. Non recusa, 25 uit obsequium, si ille uicissim obsequeretur. Sed interim indicauit nō esse philosopho de/ indecora corum tibijs canere.

Quum Diogenes ab ipso peteret tunicam, iussit ut duplicate pallium, sic eum tunicae 26 speciem præbiturū: admonens oportere paucissimis esse contentum.

Rogatus quæ disciplina cum primis esset necessaria, Mala, inquit, dediscete. Id enim 27 non modo primum est, uerum etiam difficillimum.

Qui nos maledictis incesserent, eos magis tolerando dicebat quām qui nos lapidis/ 28 bus impeterent. Verba enim non lēdunt, si quis contemnat. Vide uero num forte hic sit Moderatio sensus, tolerantiores esse, qui conuictia patienter ferrent, quām si quis lapidibus impeti/ cus ferat. Quorundam enim dicta grauius sauiant quām lapides. Quod si indecorum 29 esset, graui ulro lapidibus repetere à quo petitus fuerat, æque indecorum sit in conuictian/ em regerere conuictia.

Inuisens Platonem aduersa ualetudine laborantem, uidit peluim in quam uomuerat, 29 Bilem, inquit, Platonis uideo, fastum non uideo. Solet enim quemadmodum Diogenes, Platonis arrogantiam notare. Itaq; quum in pompa quadam equestri quidam equus cre/ bro hinnitu ferociæ spiritus excelsos testaretur, eoq; uehementer à Platone laudaretur, uersus ad Platonem, Videris, inquit, & tu bonus equus futurus.

Admonuit Athenienses, ut alinos æque atq; equos deligerēt ad agriculturam. Quum 30 illi dicenter hoc animal esse alienum ab aratione, Quid refert, inquit, quum in uerstra rep. Electio ma/ duces sint qui nunquam didicerunt administrādi rationem, sed hoc satis est, quod à uobis gistratum delecti sunt. Sentiens multo absurdius esse, ei cōmendare rem pub. qui gubernandi artem non tenet, quām si alinum pro equo adhibeas arato.

Cuidam dicenti, pleriq; te laudant, At quid, inquit, mali feci; significans quæ recta sunt 31 semper paucissimis placuisse.

Rogatus à quodam quid sibi faciendum suaderet, ut probus uir & honestus euaderet, 32 Si mala, inquit, quæ tibi adsunt, ab his qui nouerunt didiceris esse fugienda. Sensit uirtutis caput esse, caruisse uitij. Id non à quolibet discendum, sed ab his duntaxat, qui norunt male quæ sunt uera mala, quæ uera bona.

Quodam prædicante delicias, Hostium, inquit, filijs cōtingat in delicijs uiuere: ut rem 33 pestilentem detestans, quod pleriq; pro summo bono amplectuntur. Deliciae

Quidam adolescens curarat se ex ære sculpendum; & ad eam imaginem se confor/ 34 mabat. Huic Antisthenes, Si æs posset uocem ædere, qua de te potissimū gloriaretur? De pulchritudine, inquit adolescēs. Non igitur, inquit, erubescis, qui cum inanimo gloriaris? significans magis gloriandum de bonis animi quam de forma, quam habēret cum statua communē.

Adolescens quosdam Ponticos, qui uidendi Socratis gratia se contulerant Athenas, 35 duxit ad Anyti domū, dicens illum Socrate multo sapientiore, ut qui Socrate accusasset. Solerter Hoc dicto renouatū est ciuibus extincti Socratis desideriū, & Anytum expuletunt.

Adolescens quidam Ponticus pollicebatur se rationem Antisthenis habitutū, si nauis ipsius quæ falsamenta uehebat appulisset. Antisthenes accepto nouo uase, unā cum ade/ lescētate ibat ad mulierem quæ uendebat farinam, & impleto uase cōpīt onustus discede/ re. Mulieri uero poscenti farinæ prēcium, cōmōdūtato adolescentē, Hic, inquit, dabit, si na/ uis cum falsamentis appulerit. Significans inanes esse in diem pollicitationes, quum fari/ na quotidie sit præsenti pecunia emenda.

Quum Antisthenes ipse falsamenta per forum gestaret, id quibusdam admirantibus, 37 Argute quod philosophus officio tam sordido fungeretur, idq; in publico; ac nō potius seruo de legasset. Quid, inquit, admittamini? hæc mihi porto, non alijs. Sentiens nullum esse sordi/ dum obsequium quod sibi quis impenderet: dein non esse indecorum, eum portare falsa/ menta, qui falsamentis uesceretur.

Cuidam obijcenti quod Antistheni mater esset Phrygia, Et deorum, inquit, mater. Rī 38 diculum arbitrans, cuiquam probro dari patiat, quum in damnatissimis regionib; in/ terdum nascantur felicissima ingenia.

39. Dicere solet, hostibus à dījs omnia optanda esse bona, excepta fortitudine: quod illa
Fortitudo omnia aliquando futura sint eorū qui fortitudine præcellerent, non eorū qui possiderent,
 quod ob ignauia ea tueri nō possint. Sensit frustra parari bona, si qui parauit tueri nesciat.
40. Si quam uidisset mulierem egregie cultam, adibat ædes illius, iubebatq; virum proferre
Fortitudo re arma & equum: quæ si placuerent, patiebatur mulierem indulgere delicijs, quod esset
 qui defenderet: sī minus, suadebat ut eum ornatum deponetet, ne præda fieret alijs.
41. Antisthenem, quoniam multa conscripsit uolumina, Timon appellare solet ταῦτα τὸν θεόν
Loquacitas φλεθυνα, id est, ingeniosum nugatorem. Non tamen dixit θύρων, sed ταῦτα τὸν θεόν, quod in
 genio ad quidvis uersatili uaria tractaret argumenta, & in his quædam parum digna
 philosopho.
42. Huius placita non indigna sunt quæ commemoarentur, dicebat τίποτα τὸν θεόν θεάσθαι
Studium αὐτῷ, id est, uirtutem disci posse. Aduersus eos, qui putant nasci cum homine, aut naturæ af-
 feclus studio uincī non posse.
43. οὐδὲν αὐτὸς θύρων τὸν θεόν γιγνέται. Qui uirtute prædicti sunt, eosdem & nobiles esse. Ha-
Nobilitas bent enim id unde uera nascitur nobilitas. Aduersus eos qui maiorum imaginibus, aut di-
 uitijis metiuntur nobilitatem.
44. Virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec ulla re opus habere, nisi robore Socratis.
Tollerantia Socrates ad omnium rerum patientiam obduruerat. Imbecillitas corporis impedit fre-
 querter uirtutis usum.
45. Virtutem esse rem operum, nō autem plurimis uerbis, multisq; disciplinis egere. Ad-
 uersus eos qui iuris ac Theologiae pietatisq; professionem studio reddunt difficultam
 ac prolixam, perq; uitam omnem nihil aliud quād de uirtute disputant. Notathoc Horas
 tius, Virtutem uerba putas, ut lucum ligna.
46. Sapientem sibi sufficere, eo quod omnia quæ sunt aliorum, sunt & huius, qui cum omni-
 bus habet amicitiam, & amicitia facit omnia communia.
47. Adhuc τὸν ἀγαθὸν οὐ πάντων, id est, obscuritatem esse bonum par laboris. Aduersus il-
 lud Epicuri λαζαρίδης. Multi student ignorare quo uiuant in ocio. At ignorabilitas quo-
 niam patet quorumlibet contemptui, non minus adfert negotiorum quād famæ claris-
 tas, quanquam & hæc graue est onus.
48. Negabat sapientem uiuere iuxta leges ab hominibus institutas, sed iuxta normam uir-
 tutis: Sentiens non ideo quid faciendum aut uitandum, quia leges iubent aut uerant: sed
 quia ipsa ratio dictat, hoc esse honestum, illud turpe. Leges non omnia præscribunt, at uir-
 tutis regula docet ubiq; quid sit honestum, quid turpe. Coacta uirtus, uirtus non est.
49. Quidam censebat sapienti non esseducendam uxorem, ipse cōtra censebat esse ducen-
 dam, at non uoluptatis, sed liberoru gratia: debetur hoc naturæ & patriæ. Sed cum opti-
 ma indole præditis congregietur, ut ex bonis nascantur boni. Quin & amabit uxore, non
 uulgari more, sed iudicio: is enim uere & constanter amat, q; iudicio amat. At sapiens opti-
 me dījudicat, quæ sint amore dignæ: aduersus eos q; uxores se iactat habere promulgis.
50. Sapienti nihil esse nouum aut subitū, eo quod quicquid homini potest accidere, sit iam
 præmeditatus, ut nunquam dicat, non putaram.
51. Αἴτιος οὐτοῖς, id est, dignus amari quisquis bonus est. Non est uerus aut syncerus
 amor, nisi quem conciliat uirtus.
52. Aiebat homines uirtute prædictos eos sibi parare propugnatores, qui & fortes sunt & iu-
 sti. Nolunt enim defendi si quid iniusti admittant. Improbū contra fortes defensores quæ-
 runt, iustos nolunt.
53. Αναρράφησον ὅπλον τὸν αρτίλο, id est, uirtutem esse armaturā, quæ detrahī nō possit. Nam
 ensis & clypeus excutiuntur, sapiens nunquam non armatus est, eoq; uincī non potest.
54. Dicebat esse satius cum paucis bonis pugnare aduersus omnes malos, quād cum mul-
Paucitas tis malis aduersus paucos bonos. Vel quia in bello non tam multitudo, quād uirtus mili-
bonorum tum ac ducum parit uictoriā: uel quia præstat esse de numero bonorum, qui ubique pauci-
 sunt, quād de grege malorum, quorum ubiq; plena sunt omnia.
55. Observandos esse hostes, quod hi primi omniū sentiant si quid delinquas. In hoc igitur
 utiliores nobis q; amici, ut errata nostra cognoscamus, & cognita corrigamus.
56. Virum iustū pluris faciendū quād cognatū. Arciora enim sunt uincula uirtutis, q; fan-
 guinis

guinis. Et omnis bonus bono proxime cognatus est propter amicorum similitudinem.

Viri ac mulieris eandem esse uirtutem. Idem sensit Socrates, sexum muliebrem nō minus esse docile ad omnia uirtutis munia, q[uod] uirilem, si pariter instituatur. At uulgas sexum *Sexus* incusat quasi ad uirtutem indocilem.

Honestia siue pulchra esse quae bona sunt, turpia quae mala. Stoicū est dogma, nihil ex / 58
petendum prater uirtutem, nihil fugiendum prater uitium: quum uulgo ingēs probrum *Vtē pulchra*
sit paupertas, magna gloria diuitijs per fas nefasq[ue] partis abundare. Nec minus in ceteris
præpostera sunt iudicia uulgi.

Omnia mala habenda pro peregrinis. Vulgus hominum ea tātum probat quibus as/
sueuit: ab exoticis abhorret, nō quia per se mala sint, sed quia peregrina. At sapienti nihil 59
peregrinum esse debet, nisi quod cum uitio coniunctionum. Neq[ue] enim ideo temulentia dete/
stanta, quod alicubi nō sit in usu, sed quod per se turpis. Nunc ex usu regionum de rebus
iudicat populus.

Tutissimum esse murum prudentiam, quod is nec collabitur, nec proditur. Nulla moe 60
nsa tam sunt munita, quin machinis, aut suffosionibus, aut, ut nihil horum, proditione ca
vientur. Sapientis decreta sunt inexpugnabilia.

Quum in theatro populus Atheniensium tumultuaretur ob uersiculum recitatum,

τίδ' ἀερόψ εἰπεν θίσι τῷ φωμάνοις οὐκέτι. id est,

Quid turpe ni uideatur hoc utentibus,

Subiecit alterum,

ἀερόψ τῷ τὸν ἀερόψ, λαὸν οὐκέτι, λαὸν μὴ οὐκέτι.

Quod turpe turpe est, siue credas, siue non.

Eleganter correxit inutilem sententiam. Refert Plutarchus.

Quibusdam admirantibus Ismeniam, quod esset insignis tibicen, Nequam, inquit, ho/ 61
minem esse oportet, nam si bonae frugis esset, nō esset egregius tibicen. Iudicabat eos non *Tibicen nō*
posse bonos viros euadere, qui tantum opera Dionyliacis artibus impendissent. *improbus*

ANACHARSIS SCYTHA

Hermippus scribit illum mox ut Athenas uenerat adisse Solonis aedes. Percontanti i
famulo, quis & unde iussisse, renunciaret adesse Anacharsidem, qui & Solonem uidere, *ingenus*
& si fieri posset, etiam hospes fieri cuperet. Solon per puerum respondit, in patria solere
fieri hospites: significans inter Græcos & Scythas non esse ius hospitiū. Ad hæc uerba,
quibus abigebatur Anacharsis, perinde quasi iussus esset introire, ingressus est ad Solo/
nem, dicens se iam esse in patria, & æquum esse ut hospitio iungerentur. Huius responsi
dexteritate delectatus Solon, iubens recipit hominem ad intīmam familiaritatem, ex pri
mo statim sermone deprehendens animum philosophicum, qui iudicaret esse patriā, ubi
cunq[ue] bene est homini. Ciues enim mundissimus omnes.

Reuersus in patriam conatus est ad Græcorum instituta nouate Scytharū leges. Eam i
ob causam à fratre inuenatu sagitta percussus est. Moriens dixit, se ob eruditonem inco
lumem à Græcia dimissum, per inuidiam in patria perire. Græca sonant iucundius, *άλλα τούτοις*
λόγοις, οὐδὲ τὰ φθόροις

Dicebat uitem ferre tres botros, primum uoluptatis, alterum ebrietatis, tertium mole/
ris. Sentiens parcum uini usum esse iucundum, quia sedat sitim, largiore gignere temu/
lentiam: largissimum parere rixas, cædes ac morbos. Simile huic quod alibi dictum est.
Primum crateram pertinere ad sitim, alteram ad uoluptatē, tertiam ad ebrietatem, quar/
tam ad insaniā. Dictum erit iucundius, si cogites, in Scythia non esse uites.

Admirabatur, qui cōueniret ut artifices apud Græcos certarent, sed de his iudicarent 4
artis expertes. Sentiens de artifice neminem recte iudicare, nisi artifice in. In theatro certa/
bant histriones, mimi, cantores & sophistæ, recitabant poëtē: quorum artes quum popu/
lus nesciret, tamen alijs applaudebant, alios explodebant.

Rogatus qua ratione quis effugeret ne fieret uinolentus. Si semper, inquit, præ oculis
habeat ebriorū indecoros mores. Nihil enim similius insano quam ebrius. At ebrius ex/
stimat se decere omnia. In alijs spectaculū quam fœda res sit temulentia.

Aiebat se demirari qui conueniret ut Græci qui legibus suis violentiā & iniuriam pu/
niunt, athletas ob hoc ipsum horriforū, quod se mutuo percuterent. Salse damnans cru/
salse

delem populi uoluptatem, ac in moribus incōstantiam. Quod enim iniustum est, semper iniustum est. Quāquam heu nimium Ethnicarum reliquiarum adhuc reside in moribus Christianorū, tamen illis prodigiis uoluptatibus gladiatorum, pugilum & athletarum delicijs liberati sumus per Christum.

Navigatio 7 Quum rogasset quendam quanta esset spissitudo tabularum nauticarum, Iscō respon disset, quatuor digitorum, Tantillum, inquit, absunt à morte qui nauigant. Notavit nego ciatorum auaritiā, qui lucri gratia seruit in manifestū uitæ discrimen cōsciunt. Scythæ ne sciunt nautica cōmercia, sed pascuis ac uenatu uiuunt.

Athleta 8 Oleum dicebat esse uenetiū insaniam gignens, eo quod athletas uideret unclos in se in vicem insanire. Nec olei usum, ut arbitror, nouerant Scythæ, ut quod nec apud illos pro insani ueniret, nec aliunde importaretur. Athletæ nō pugnat nisi uncī: putant enim corpus fieri robustius: at Scytha simulabat se credere, illis oleum esse causam insaniae.

Mendaciū in contractibus 9 Aiebat se mirari qui fieret, ut Athenienses qui prohiberent mentiri, tamen in capo num tabernis palam mentirentur. Qui uendunt merces emuntq; lucrī causa fallunt quem cunque possunt, quāsi quod priuatim esset turpe, fiat honestum si publice facias in foro. At in contractibus maxime fugiendum erat mendacium. Sed tum maxime mentiuntur homines, quum maxime negant se mentiri. Apud Athenienses lex erat quæ iubebat φέρεσθαι τὸν δέοντα.

Mos pres posterus 10 Admirabatur & illud, quod Græci initio conuiuū cyathis pusillis uerentur, saturi maioribus: Sentiens potum non in aliud adhibendum nisi ad sedandam situm. Absurdū igitur esse, tum plus bibere, quum iam sitis esset sedata.

Continentia 11 Statuis atq; imaginib; illius inscribebatur, γλάστρας, γερπός, αὐθιώνη λεπτή, id est, lingue uentri, pudendis temperandū. Quod maximorum malorum causa sit lingua effrenis, & luxu nihil turpius, libido pecudem ex homine reddat.

12 Interrogatus num in Scythia essent tibiæ, respondit, ne uites quidem: Significans saltationes, reliquasq; eius generis uoluptates è uinolentia nasci aliq;

13 Percontanti quæ naues essent tutissimæ, Quæ, inquit, in siccum protractæ sunt. Solent enim olim naues q; mensibus quibus mare nauigabile non est, machinis quibusdam in siccum pertrahi. Anacharsis sensit omnem nauigationem esse periculosam. At ille de genere nauigij percontabatur. Sunt enim liburnicæ, onerariæ, actuariaæq; naues, aliaq; diversi generis, in quibus alia est alia aduersus tempestatem instruciōnem.

Excrucitvæ 14 Aiebat se nihil admirabilius uidisse apud Græcos, q; quod fumum in montibus relin querent, ligna in ciuitatem conueherent. Sensit opinor de acapnis, quæ ita siccatur uel sole uel igni in montibus, ut postea ardeant absq; fumo.

Navigatio 15 Roganti, utrum arbitraretur plures esse mortuos an uiuos. Nauigantes, inquit, in utro numero ponis: Dubitās an hi essent inter uiuos habendi, qui uitam undarum ac uentorum arbitrio commisissent.

Acrier 16 Exprobranti cuidam Attico quod natus esset in Scythia, Mihi, inquit, probro est patriæ, tu patriæ. Egregie inculpatus est, cui nihil potest obijci præter patriam. At quemadmodum laudi est, apud barbaros natum Græcorum disciplinas scire: ita turpe est, apud Græcos natum ad barbaros mores degenerasse.

Lingua 17 Interrogatus quid esset in homine pessimū, & quid optimum, respondit, Lingua. Sentiens idem membrum plurimam adferre utilitatem, si recta ratione gubernetur; pestilensissimum esse, si secus.

18 Dicere solet, præstare unicum habere amicum multi precij, quam multos nullius pre cij. Græca sonant iucundius, φωνὴ ψυχῆν πολλὰ ἔξιογ, οὐ πολλὰ μηδὲν ἔξιογ.

19 Aiebat forum esse locum mutuis hominum fraudibus ac rapinis destinatum: notans mores uendentium per fas nefasq; lucra uenantium.

Patienter 20 Ab adolescenti in conuiuio pulsatus. Adolescens, inquit, si nunquid uinum non feres, ubi senueris aquam feres. Moderationis erat quod adolescentis proteruiam uino imputauit. Qui uero bibunt intemperantius uinū, ea præsertim aetate cui magis conuenit aqua, nō frequenter senes ob inopiam coguntur aquam bibere, aut νέφεοφορέμ, quum ei aetati necessarius sit uini usus.

21 Cuidam obijcenti quod esset barbarus, Anacharsis, inquit, barbarus est apud Athenienses

nientes, sed uicissim Athenienses barbari sunt apud Scythes. Græci, sed in primis Attici, quoniā apud ipsos florebant disciplinæ liberales ac leges politicæ, reliquas nationes contumeliam causa nominabant barbaras, quum barbarum dicatur quicquid est peregrinum aegri inusitatū. Nunc quum Græcia nihil sit barbarius, hæc philautia demigrat ad quosdam Italos, quibus omnes aliae nationes barbaræ sunt.

Huic illud quoq; tribuitur multo uulgatissimum, Leges araneatum telis esse similes, in quibus infirmiora animalia hærent, ualentiora perrumperent. Ita leges humiles ac tenues constringunt, à potentibus impune uiolantur. Meminit Valerius.

Quidam in coniuio uidens uxorem Anacharsidis, Vxorem, inquit, deformem duxi sti Anacharsi. Hic Anacharsis, Prorsus ita mihi uidetur, inquit, sed heus puer infunde mihi meracius, ut eam reddam formosam; indicas uinum ad imere homini reclum iudicium. Refert Athenæus libro nono.

M Y S O N

Myson incertæ patriæ fuisse traditur, non alienus à moribus Timonis Atheniensis. Hunc quum quidam forte deprehendisset in solitudine Tridentem, rogabat quid rideret quum esset solus, Atqui ob hoc ipsum, inquit, video: subindicans fibigatissimam esse solitudinem,

A N A X A G O R A S C L A Z O M E N I V S

Quum ab Atheniensibus esset damnatus exilio, cuidam dicenti, privatus es Athenienses, Imò illi, inquit, me. Sentiens Athenienses magis opus esse Anaxagora, quam contraria. Qui præclaros uirōs ejiciunt e ciuitate, rempub. Ixdunt potius q̄ eos quos expellunt.

Quum in exilio agenti nunciata esset mors filiorum, Sciebam, inquit, me genuisse mortales. Idem hoc tribuitur Xenophonti.

Absens morti addictus est. Id nunciati, Jam olim, inquit, istam sententiam tulit natura æque in illos, atq; in me. Sentiens Athenienses nō minus addictos morti, q̄ esset is quem damnarēt. Alijs aliud mortis genus obtingit, sed omnibus eadem est moriendi necessitas.

Cuidam moleste ferenti, quod nō in patria sed peregre moreretur: Bono atimo es, inquit, idem enim undeliberet ad inferos descensus est.

Periclis præceptor fuisse legitur, cui in administranda repub. magno fuit usui. Verum quum Pericles negotijs intentus desisset agere curam Anaxagoræ iam ad decrepitā, propter uecti senectutem, cōstituit inedia finire uitam. Id sumū ut renunciatum est Pericli, anxius accurrit, & argumentis, precibus, & lachrymis conatus est hominem à sponte mortis proposito reuocare, idq; magis sua ipsius causa quam philosophi. Cui Anaxagoras reterea facie iam moribundus, nihil aliud respondit quam hæc, O Pericles, & quibus lucerna est opus infundunt oleum; exprobrans illi neglectum amici, unde tantam tapere poterat utilitatem. Lucerna curatur ob usum uulgarem, & talis consiliarius neglegitus periret.

Post diutinam peregrinationem domum reuersus, reperit patriam possessionesq; suas desertas, Nisi, inquit, ita perissent, ego saluus non essem: quod calamitas illum adegitset ad philosophiam. Rebus autem integris mansisset intra penates suos. Ita sæpen numero damno prospera sunt homini, quæ uidentur aduersa: & quod damnum putatur ingens, lucrum est maximum.

S T I L P O N M E G A R E N S I S

Habebat filiam parum secundæ famæ, cuiam itaq; dicenti, dedecorat te filia, Nihilo magis, inquit, quam ego illam decoro. Sentiens, neminem alienis factis de honestari, sed suis quenq; moribus estimandum esse. Negi enim illa fuisse honestior ob patris celebritatem, nisi paternas virtutes fuisse imitata. Plutarchus in libro de tranquillitate, pluribus uerbis hoc idem enarrat. Nam Metrocli obijceti quod filia haberet impudicā, Vtrum, inquit, hoc meum peccatum est, an filię? Quum Metrocles respondisset: illius peccatum, sed tuum infortunium: hunc in modum exceptit Stilpo, Quid ais? an non quæ peccata sunt, eadē sunt lapsus? Annuit Metrocles. At lapsus, inquit Stilpo, quorū sunt, eorūdem sunt & frustrationes? Et hoc confessio Metrocle. Porro quorū sunt frustrations, horum sunt & infortunia. Ita placido prudentijs sermone demonstrauit, filiae duntaxat esse infortunium cuius esset peccatum, ac Cynici conuictum nihil aliud esse quam latratum.

In somnis uisus est illi Neptunus iratus, quod nō iminolasset hecatomben quædam.

Tom. 4:

C 3 dum

dum mos erat. At philosophus hoc usq; nihil perturbatus respondit, Quid als Neptune? Itane ueluti puer huc uenisti cum tua querimonia, quod pecunia mutuo sumpta non expleuerim nidore ciuitatis? Atqui pro rei familiaris modulo sacrificauit tibi apuas aliquot. Ad haec arridens Neptunus, uisus est illi porrecta dextra dixisse, In tuam gratiam ingentem apuarum prouentum largiar ciuitati Megarensium. Quod & euensis tradunt.

3 Demetrius Antigoni filius quem Megara cepisset, iussit Stilponis domum seruari in Honos virtuti demnem. Admonitus igitur Stilpon, ut libellum daret rerum omniis quas amisi. Ego, **babitus** inquit, nihil bonorum meorum amisi, nam eruditio & eloquentia mihi sunt incolumes, q; haec uere sunt oīkēz, hoc est, domestica propria bona. Idem hoc supra commemoratum est alijs uerbis.

4 Callebat argutias dialecticis, quarum una parum illi feliciter cefit. De statua Mineru^a Argute in uae quam Phidias finixerat, ita percoatus est. Num Iouis Minerua dea est? Quum responsum esset, est. At haec, inquit, no est Iouis, sed Phidiae. Id quū esset cōcessum, collegit: Non est igitur haec dea. Ob hanc uocem apud Areopagitas impietas reus peractus est. Ille vero sic conatus est elabi, ut diceret, no negasse illam esse deam, sed deum, hoc est, masculum. Nam deus apud Atticos communis est generis. Attamen iussus est ire exulatum. Theodorus autem cognomento ἄδεος, his auditis dixit, Vnde hoc nouit Stilpon, nisi forte sublatis uestibus inspexit Mineruam?

5 Crateti percontantur dñ adorationibus & precibus delectarentur. Istuc, inquit, ô Non omnia stulte ne perconteris in ura, sed solum interroga: subindicans aut nullos esse deos, aut non vulgo pro/ solicitari rebus humanis, sed non expedire tales uoces apud multitudinem efferri, cui ne ferenda cessarium esset deorum metu contineri. Huic simillimum est quod tribuitur Bioni, qui eam quæstionem proponenti, uersu Homericu, ni fallor, respondit,

τὴν ἐπέ οὐδὲ σκέψασθαι τὸ λατεῖον πρέσεν;

Non abiges miserande senex turbam procul à me!

6 Crates Cynicus ad propositam quæstionem non respondebat, sed pro responso uen Moderate tris crepitum emisit. Hic Stilpon, Sciebam, inquit, te quamuis uocem emissurum potius quam eam oportuit.

7 Stilpo Crateti dedit caricam, simulq; proposuit quæstiunculam. Quum Cynicus pro Cynice tinus nucem deuorasset, Caricam, inquit Stilpo, perdidi. Hic Crates, non caricam modo, sed & quæstiunculam, cuius illa fuit arra. Sentiens se frustra capratum munusculo ad respondendum.

8 Videns Cratetem hybernis mensibus frigore rubentem, οὐκέτε, inquit, μοι γένεται ξεπ Lepide iuxta lepros. Lepos qui est in uocib; ambiguo, latine reddi non potest. lepros coniunctum sonat nouo, & κρηπη disiunctum sonat & mente. Discrimē auribus uix sentiri potest, scripto potest ostendi. Videris, inquit, egere pallio nouo, siue pallio & mente. Nouum requires bat gelu, mentem Cynici stulticia, qui uestem non accommodaret tempori.

9 Quum omnium oculi coniecti essent in Stilponem, quidam, isti, inquit, Stilpon miratur te ut beluam. Nequaquam, inquit ille, sed ut uerum hominem. Solent peregrinæ bestiæ in tortum spectaculum produci. Vulgares homines nemo miratur. Sed philosophum pleriq; spectabant, non ut quemuis hominem, sed ut hominem uerum. Nam id spectaculum est rarissimum. Obiter notauit interpellatorem, q; ipse non esset uerus homo, nec spectatu dignus.

S I M O N A T H E N I E N S I S

1 Huc Pericles ad se inuitauit, pollicens se omnia necessaria præbitur. At Simon negavit se uenditum libertatem. Delectauit hunc imago muris sylvestris paruo uiuentis, potius quam domestici in summis delicijs, sed perpetua cum solitudine uersantis.

M E N E D E M U S E R E T R I E N S I S

1 Quum aliquando decretū tulisset ad populum, quidam ita tetigit illum, ut diceret, non Bodravat me esse sapientis neq; tabernaculum consuere, neque decretum scribere: subnotans quod ex gistratus patre coriario natus esset, ipse quondam eiusdem opificij. Nam olim tabernaculae pelli bus caprarum consuebantur.

2 Cuidam sciscitanti num sapienti ducenta esset uxor? Num ego, inquit, uideo tibi sapiens? Quum annuisset. Ego, inquit, uxorem duxi. Superuacaneum erat de eo dubitare, quod uideret factum ab eo quem iudicabat sapientem.

Antigono

Antigono consulenti, deberet ne ad comitatem quendam adire, post silentium n^o 3, his talia respondit quām, Regis filius es. Subiudicans luxum indecorum esse regno na^r indecora tis. Aut potentibus licere quod libet.

Quendam friuolis nugis obstrepatem, rogauit num fundum haberet: ut is respondit 4
sibi plurimas esse possessiones, Ab i^rigitur, inquit, & illas cura, ne tibi eueniat ut & illa p^r Garralida das, & priuatum elegantem amittas. Notans illum ad dicendum non esse idoneū, sed magis ad agriculturam.

A Nicocrechte Cypri tyranno vocatus ad solenē conuiuū cum Asclepiade amis^s co cæterisq; philosophis dixit, Si honestum est tales conuocare uiros, oportuit id quoti die fieri: si minus, etiam tum frustra fieri. Ad id quum tyrannus respondisset, diem illum esse sibi festum, eoq; singulo quoq; mense uacare audire philosophos; liberius respondit Menedemus, Hoc postulare sacrificium, ut p^r omne tempus audiret philosophos, Quid multis: Eo processit hominis libertas, ut nisi tibicen quispiam eos auocasset, perituri fuerint. In nauī quum periclitarentur, Asclepiades dixit, Tibicinis modulatio seruauit nos, Menedemi libertas perdidit.

Percontanti cuidam Alexino an patrem cädere desisset, respondit, Neq; cecidi, neque 6
desii. Quum alter subiecisset, oportere soluere ambiguitatem per r^are & o^rare, aut affirman Argutie se do aut negando, Ridiculum, inquit, est uestras sequi leges, quum liceat in portis occurre phisitiae re. Alter captabat illum insidiosa percontatio: siue enim respondisset, desij, siue non desij, agnouisset crimen. Ille hoc præsentiens exclusit sophistū cauillum. Sic & Socrates apud Platonem obsurgatur à sophistis, q^r secus respondeat q^r ipsiis esset commodum.

Quum Bion acriter diuinos insectaretur, ait illum trucidare mortuos, quod aduersus 7
illos studiose pugnaret, qui iamdudum essent explosi sepultiq;.

Ad quendam dicentem, maximū esse bonū, si quis omnū potiri queat quā optat, 8
Sed multo maius, inquit, bonū est, non optare nisi quod oportet.

Dicebat plurimos nauigare Athenas studiorum gratia, qui primū essent sapientes, 9
deinde fierent philosophi, hoc est, sapientiæ amantes, dein rhetores: dehinc progressu tem Degenerari: poris euadere idiotas. Meminit Plutarchus. Multum proficit qui dicit se nihil scire. Et infeliciter proficit, qui semper uergit in deterius.

PLATONI ATHENIENSIS

Quum Plato ad tragicum certamen paratus, auditō Socrate mutasset consilium, poeⁱ
matā sua exussit, præfatus Homericō carmine,
ἀφαστι πρόμελλεν δε, πλαθεῖν τὸν σένο γενίζεται. Potiorē
Huc ades ô Vulcane, Platonī nunc opus est te.

Cum Dionysio Democratis filio de tyrannide differens, ait non statim esse præstatiū 2
quod unī tantum sit utile, nisi & uirtute cæteris antecelleret. Offensus tyrannus dixit, oī Libere
λόγοι δυ χρεωνται; id est, uerba tua sapiunt senium. Contrā Plato, oī δε τὸ τυραννῶν, id
est, tua uero tyrannidem sapiunt.

Apud Aeginetas lex erat, ut si quis Atheniensis Aeginam uenisset capitalis esset. Huc 3
quum esset deductus Plato ut uenundaretur, capitū postulatus est à Carmendio qui le locū salubris
gem eam tulerat, sed tempeſtuo cuiusdā ioco liberatus est. Ait enim legem habere, si quis homo, at hunc esse philosophum.

Plato dicitur ter nauigasse in Siciliam, nec sine periculo, nec sine cauillis obtrectantū. 4
Molon itaq; qui gerebat hostilem in Platonem animum, negabat esse mirū si Dionysius salse
esset Corinthi, sed si Plato in Sicilia. Nam tyrannum expulerat necessitas, Platonem inui tabat ambitio, ut uulgas quidem interpretabatur. Et tamen Dionysiu esse Corinthiade mirabantur omnes, ut iam abierit in prouerbiū, de re inexpectata & incredibili.

Adolescentem quod lusisset aleam grauter increpuit, qui quum dixisset, sic obiurgas 5
ob rem paruam: At paruum non est, inquit, assuestere. Tale quiddam subiudicat Demea Assuestere
Terentianus in Adelphis. Mitto rem, consuetudinem ipsorum. matis

Rogatus ecquod esset futurū ipsius monumentum, quemadmodum superiorum, 6
Primum, inquit, parandum est nomen, ita monumenta futura sunt multa. Sensit homi immortalitas
nis memoriam optime seruari in mentibus hominum, optimeq; propagari scriptis uiros/
rum eloquentiū.

- 7 Iratus seruo quū eum castigare pararet, & forte interueniret Xenocrates, Flagella inquit, hunc puerum, nam ipse sum iratus. Sibi diffisus est homo philosophus, sentiens animi cōmotionem. At uulcus hominum tum maxime punit, quum irascitur.
- 8 Rursus alteri cuidam famulo sic cōminatus est: loris te cæderem nō iratus essem. Nihil moderat ira fidendum. Sapuit Syrus ille Terentianus, qui se coniicit in angulū, edormituru quod biberat uillum. At ira minus sui compos est quam ebrietas.
- 9 Quum aliquando cōscendisset equum, mox descendit, dicens, se uereri λαχθεῖν, id est, ne equestrī fastu corriperetur. Superbum animal est equus, & equitare quidam habet magnificū parūmē philosopho dignum.
- 10 Temulentiae deditis suadebat, ut poti ad speculum se se contemplarentur, ita fore, ut ab temulentia eo uito recedarent, conspecta fœditate.
- 11 Negabat oportere inebriari præterē in festis, in quibus ipse deus uīnum porrigit. Festos dies decet hilaritas, ebrietas semper fœda est.
- 12 Somnolentia improbabat, eoq̄ scripsit in Legib⁹, οὐ μάλιστος ἀστέρες ἔφεσος, id est, Nemo dormiens ulla re dignus est.
- 13 Quum à Dionysio fastidiretur, poposcit cōgrediendi copiam; ea data hunc in modum commode differuit. Si quem sentires in Siciliam appulisse hoc animo, ut tibi male faceret, qui tamē dicere nō data opportunitate nihil mali faceret, an hunc impune dimitteres? Quum Dionysius respondisset, nequaquam ô Plato. Oportet enim hostium non facta solum, uerum & animi propositum ulcisci. Plato subiecit, Tum si quis tibi bene uolens uenisset in Siciliam, ut tibi boni quippiā adferret, non faciat autem destitutus occasione, num par esset hunc mala relata gratia contemptum abiūcere? Dionysio percontante quis esset ille, Aeschines, inquit, uir & morum sanctimonia cum quoquis amicorum Socratis cōferendus, & qui possit dicendo meliores reddere cum quibus habeat consuetudinem. Is quum huc multū misericordia emensus adnauigavit ut suam philosophiā tibi impertiret, haec tenus neglectus est. Hac tam cōmoda oratio effecit, ut rex & Platonem cui prius erat infensor amplectieretur, & Aeschinem splendide magnificēq̄ tractaret.
- 14 Dionem ob formam & ob rerum gestarum magnitudinem quum plurimi fieret ab oratione mnibus, admonuit, caueret metueretq̄ cōtumaciam, cui comes esset solitudo. Insolenter enim utentem rebus prosperis amici deſtituunt.
- 15 Si quando forte incidisset in eos qui præter decorum quippiā agerent, digressus exemplum suevit dicere, nunc ubi ego talis? Nemo suam turpitudinē perspexit, sed si bi quisq̄ assent ex alijs tor est. Ex alijs igitur discendū, q̄ indecora sint quae præter honestatem geruntur.
- 16 Edisputatione discedēs solitus est admonere discipulos, Videte pueri ut ocium in re quipiam honesta collocetis. Significans ocium omnia mala docere adolescentes.
- 17 Solet admonere, ut neq̄ corpus sine animo exerceamus, neq̄ animum sine corpore, ut pariter utriusq̄ curam habeamus. Nam alterum athletarū est, alterum inertium.
- 18 Rogatus à Cyrenensis ut ipsis leges scriberet, ac reip. statum componeret, recusauit felicitatis in tractabilibus monitis, qui successu rerum elati sibi felices uiderentur.
- 19 Polus sophista reperisse dicitur quasdam orationis delicias, ueluti contraria inter se affectata redditā, membra cōparia, similiter desinentia quibus immodice putatur usus. His orationis namentis quum se iactaret insolentius, Plato sic hominem taxauit, ἀπελλεὶν τὸ πόστρητον, id est, O Pole, ut te tuo alloquar modo. Polus Græce sonat pullum equinum: ipso itaque statim nomine tetigit hominis arrogantiam. Imitatus est & ὁ μοίσησθεος: τοῦτον τοτε ον.
- 20 Antisthenē qui differendo fuerat prolixior, sic admonuit, Ignoras quod orationis modus sit non is qui dicit, sed qui audit.
- 21 Dicebat in morte amicorum quiescendū esse, partim eo quod nondum liqueret, bonum esset an malum quod accidisset: partim q̄ acerbe ferentū nihil à lucu esset commodi. Tollitur enim dolor, si quis secū consideret, quale sit quod evenit.
- 22 In Aristippum dixit, Illi soli datum esse & pannis & chlamyde uti, quod apud Dionysium in purpura saltauit. Ad id alludens Horatius: Omnis, inquit, Aristippum decuit color. Hoc dicūm quidam tribuunt Stratoni.

Xeno-

XENOCRATES CHALCEDONENSIS

Quum Alexander Magnus illi misserit ingentem pecuniarū summam, ex ea duntaxat tres minas receperit, reliquū referri iussit, dicens, ipsi pluribus esse opus, qui plures aleret.

Passerem qui fugiens imminenter accipitrem sese in Xenocratis sinum cōiecisset, teexit fuitq; ac demulcens dimisit dicens, supplicem non esse prodendum.

A Bione dictis lacessitus, Non sum, inquit, tibi respōsus, neq; enim tragœdia quum à comœdia taxatur, dignat eam responso. Nota est ueteris comœdæ licentia, in qua multa scommata iaciuntur & in ipsos poetas, & fabularum personas: at tragœdia non dignatur uicissim humiles personas attingere.

Ad quandam nec geometræ, nec musices, nec astrologiæ peritum, ad scholam tamen ipsius cōmeantem, Abi, inquit, an̄sam philosophiæ non habes: hoc est, non es ad philoſophiam docilis, nullis instructus disciplinis. Alij ferunt illum ita loquutum, περ' οὐαὶ πόνος ὁ λαθῆται, id est, apud me uellus non pecūt: lana rudit̄ traditur uestiario, sed fulloni.

Quum Platoni Dionysius diceret, aliquis auferet tibi caput, Xenocrates qui tum præceptori aderat, Non prius, inquit, q̄z hoc: suum ostendens caput.

Quum in conuiuio cæteris multa garrientibus solus nihil diceret, interroganti quur unus omnium sileret, Quoniam, inquit, loquutum fuisse pœnituit aliquando, siluisse nunquam. Hoc Plutarchus in libello περὶ τὴν γένεσιν tribuit Simonidi.

Alexander ad hunc legatos misit cum aliquot talentis, quos ille in Academiam perducos parca tenuiq; cœna exceptit. Postridie interrogantibus cui uellet adnumerari pecuniam, Quid, inquit, Itâne ex hesterna cœna nō intellexisti me pecunia non indigere? Philosophus ethnicus reiecit à ditissimo liberalissimoq; rege ultro delatam ingentem pecunia summam: & nunc pro sanctis haberij uolunt, qui extremam professi paupertatem intantum ut horreant etiam ærei nummi contactum non aliter quam uiperæ, non referendis artibus uenantur diuitium ac pauperum liberalitatem.

Dixit nihil referre, utrum pedes an oculos in inferas in ædes alienas: uidelicet deterrens ab omni curiositate rerum ad nos nihil attinetium.

Dicebat pueris aures esse muniendas follibus potius quam athletis: quod plus sit peri culi ne puerorum aures occupentur prauis sermonibus, quam ne athletarū aures pateant adictus. Maxima, inquit Satyricus, debetur puero reuerentia.

CRANTOR SOLENSIS

Senarium hunc ex Bellerophonte Euripidis probare solet.

οὐει, τὸ δὲ οἴμω; θεραπευτὸν θεπόνθεμπλο;

io

Fortitiae

Eheu, quid heus nobis quod hominum est accidit.

Sensit quicquid ulli hominum accidit, hoc unicuiq; posse accidere. Nihil igitur nec in expectatum uideri oportere, nec intolerabile.

ARCESILAVS

Si quando probabat aliquid, dicere solitus est, φημί εγώ, id est, aio, siue mihi uidetur, si ue fateor. Si quid displicebat, dicebat, οὐ συλλατθεῖται δύναται δέ, id est, his non assentietur ille, nominato quopiam: simul & in affluerando seruans modestiam, & in contradicendo fugiens inuidiam.

Percōtanti qui fieret ut ab alijs seclis multi deficerent ad Epicureos, ab Epicureis nulli desciscerent ad alios, Quoniā, inquit, ex uiris galli fiunt, ex uiris galli nequaq;. Sentiens homines esse proniores ad uoluptatem q̄z ad uirtutem. Gallos dixit sacerdotes Cybeles euiratos. Porro uoluptatem amplecti foeminarum est potius q̄z uirorum.

Quum hospites quosdam unā cum amicis exciperet conuiuio, cœna quidem apposita est, sed deerat panis, uidelicet pueris oblitis emere. Hic ille ridens, Quām, inqt, res est apta conuiujs apparandis esse sapientem: sentiens philosophos in rebus vulgaribus minus sapere q̄z idiotas. Sed interim dedit exemplum philosophicæ moderationis, quis enim ibi non incanduisset ira?

Paupertatem comparabat Ithacæ patriæ Vlyssis, quod, iuxta Homerum, aspera qui dem esset, sed bona κουροτρόφος, id est, iuuenum altrix: dum eos consuefacit frugaliter & continenter uiuere, & ad omnem uirtutis functionem exercens.

Dicere

5. Dicere solitus est, quemadmodum ubi multi essent medici, ibi multi sunt morbi: ita ubi permulta leges essent, ibi plurimum esse uictorum.

6. Diuitem quendam immodice delicatum, capillito arte composito, oculis uolubilibus Mollicies ac lubricis, quum is alioqui castus & integer haberetur, ita taxauit. Quid refert inquit, ad uersi an auersi cinaedi sitis? Sensit mentis integratati corporis etiam habitum & cultum & portere congruere.

BION BORYSTHENITES

1. Percontanti Antigono Homericu uersu,

Genus pu- *τις πόθης εἰς αὐδοφόρη; πόθης πάλις, ἀδελφή;*
dendum Sentiens Bion se traductum de generis ac gentis ignobilitate, respondit ingenue, Pater meus libertus erat, cubito sese emungens: significans eum fuisse falsamentarium: addebat illum Borystheniten fuisse genere, non facie, sed in fronte gestare scripturam amari domini: matrem fuisse e lupanari; quum cetera item nude commemorasset, adiecit uersum Homericum,

τάντας δὲ γρυπεῖς, τάττα πατρὸς οὐ χρωματίνειν.

2. Cuidam obnienti, quod adolescentem quendam ad se non pelleisset, Tenellus, *κα-*
Docilitas quit, caseus non attrahitur hamo. Significans pueros delicatos non esse ad philosophiam accommodos.

3. Alteri percontanti quis esset maxime anxius, Qui in maximis, inquit, rebus cupit esse Tragullitas fortunatus. Is enim mille curis distorquet ut assequatur ardua, & assequutus aequa torquetur ne amittat.

4. Rogatus, esset ne ducenda uxor, Si deformem, inquit, duxeris, habebis poenam: si for Coniugium mosam, habebis communem. In Græcis uocibus plusculum est iucunditatis, *πονηρὸν & καλόν.* Hoc Antistheni ascribitur. A. Gellius tribuit Bianti lib. 5 cap. 11.

5. Senectutem dicebat portum esse malorum, quod omnes huc confugerent, sperantes mi Serenus seriarum finem. Mori autem unicuique in promptu est. Id Ethnici quidam existimabat esse præclarum, Christiana pietas docet esse nepharium scelus.

6. Gloriā dicebat esse matrem annorum, ob id opinor, quod quum hominis uita sit breuis, honesta memoria in multa secula propagatur.

7. Formam dicebat esse bonum alienum. Sentiens extra hominem esse, quod ipse sibi nec Forma dare potest, nec tueri datum. Animī bona uerè nostra sunt.

8. Diuītias dicebat esse neruos actionum, quod sine his nihil agatur. Alius dixit neruos bellii.

9. In quendam qui prædia sua deuorauerat, Amphiaraum, inquit, terra absorbut, tu terram.

10. Aiebat, magnum esse malum, non posse ferre malum. Absque hoc enim nulli potest Tolerantia esse uita suavis.

11. Damnabat homines qui sic exurerent, quasi sensu vacarent, sic adurerent quasi sentirent. Ob id, ni fallor, quod in bellis exurantur omnia. Rursum si leuiter attingantur ab igni, offenduntur. Id enim appellat adurere.

12. Dicebat esse optabilius suam messem alteri largiri, quam alienam decerpere. Sensitive licius esse dare quam accipere.

13. Aiebat facilem esse ad inferos viam. Nam illuc homines abiit clausis oculis. Morienti Mors facillis bus enim clauduntur oculi.

14. Alcibiadēm hoc elogio taxauit, quod adolescentis uiros abduxisset ab uxoribus: iuuenies factus, uxores à uiris.

15. Rhodi quum Athenienses darent operam rhetoricas, ipse philosophiam docebat. Ob Philosophia id reprehensus, ita respondit: *Triticum aduexi, & hordeum uendo:* Sentiens absurdum potior rhebus esse, ab ipso requiri deteriora, quum attrulisset meliora. Nam philosophia uelut triticum torica tibus est hominum, hordeum equorum: simul innuens solum philosophum loqui, rhetores hinnire potius.

16. In fabulis est, Danaidas puellas apud inferos huic addictas esse supplicio, ut pertusis Corredito uasis deferant aquam in dolium pertusum. Bion dicebat, grauius fore supplicium, si integris uasis ac non pertusis idem facerent; tum enim irent onustiores.

Cuidam

Cuidam immodece loquaci, ut sibi subueniret oranti, respondit. Abunde tibi morem 17
geram, si aduocatos miseris, non uenias ipse.

Loquacitas

Euenit ut cum scelerosis nauigans incideret in prædones. Illis dicentibus, acium est de 18
nobis si agnoscamus, *Ex de me, inquit, nisi agnoscamus.* Bonis innotuisse salus est.

Arrogantiam dicebat esse prosector obstatum. Indocilis enim est, qui mauult doctius 19
uideri quam esse.

In diuitem quendam sordidum ita loquutus est: hic facultates suas non possidet, sed 20
ipsum possident facultates.

Auctor

Diuites sordidos dicebat ita facultum suarum curam habere, quasi essent propriæ: tur 21
sus ex iisdem nihil capere utilitatis, quasi essent alienæ.

Aiebat iuuenes uti debere fortitudine, senes ualere prudētia. Nam his rerum usus con 22
ciliauit sapientiam.

Dicebat prudentiam tanto cæteris virtutibus antecellere, quanto cæteris sensibus præ 23
staret uisus. Nam oculi præludent toti corpori, nec ulla est uirtus absq; prudentia. Nā quo
modo iustus reddet cuiq; suum, nisi prudentia cōmonstret cui debeatur.

Docebat nulli exprobrandam esse senectutem, ad quam omnes optant peruenire. Ab 24
surdum enim est alijs probro dare, quod quis optat sibi contingere.

Senectus

Conspiciens quendam tristu uultu qui habebatur inuidus, Nescio, inquit, utrum tibiali 25
quid acciderit malū, an alteri boni quippam. Inuidus enim no minus discruciatu aliena Inuidia
felicitate quam suo infortunio.

Impietatem dicebat malam esse contubernalem fiducia, & adiecit uersiculum Eu, 26
tripidis, *Θυλοὶ γέ τὸν θεατὴν θεραύνουσι λα.* id est,

Securitas

Seruum facit, quamuis feroculum uirum.

Sensit ibi non esse libertatem, ubi est mala conscientia: nec cum posse libere loqui, cui cri-
men impietatis uere potest obijci: nec frui tranquillitate animi, qui nūtien habet iratum.

Dicebat amicos, quales quales essent, retinendos esse, ne uideamur aut malos recepisse 27
in familiaritatem, aut bonos reieciſſe.

Prudenter

Dicere solitus est: quemadmodū proci Penelopes, quoniam cum Penelope cōmiseri 28
non potuerunt, cum illius ancillis rem habuerunt: ita qui philosophiam assequi non pos-
sunt, in alijs friuolis disciplinis semet exercent.

Familiares suos admonebat, ut hoc argumento putarent se profecisse in philosophia, si 29
iurgantes & conuiciantes perinde audirent ac si recitarent uerius illos Homericos, *Μόδετος*

ἄφει, ἐπεὶ σπεῖ κακῷ στ' ἀφεοι φωτὶ τοιχος,

σύλετε Καλλαχάρη, θνοι νῦ τοι ὄλεια θοιγ. id est,

Quando uir haud nequam, nec stultus amice uideris,

Permulum salue atq; uale, Dñi prospera donent.

L A C Y D E S C Y R E N A E V S

Accersitus ab Attalo rege, respondit, imagines eminus esse spectandas: innuens ar, 30
Nam assiduamq; familiaritatem ſæpe minuere uirtutis admirationem.

C A R N E A D E S

Carneades fertur admodum fuisse uocalis. Itaq; quodam tempore gymnasiorius, id 31
est, scholæ princeps, misit qui diceret, ne tantopere clamaret. cui respondit, da mihi uocis
modum. Ad quod rursus elegater princeps, *Modum habes, nempe auditores.* Siquidem
pro numero auditorum temperanda uox est.

Dicere solet, diuitū ac regum filios nihil recte discere præterquam equitare: quod his 32
omnes adulentur, solus equus non curans regem gerat an priuatum, ergo excutit quisq; Principium
equitandi fuerit imperitus.

institutio

A R I S T O T E L E S S T A G I R I T E S

Quum Xenocratis ximulacione coepisset habere scholam, hoc carmen usurpauit,

t.

Αἰχθόν σωπάν, ξυνοκρατώ δὲ εὖ λέγειν. id est,

Silere turpe, ac Xenocratem pati loqui. Alij pro Xenocrate portunt Isocratem.

Callisthenem discipulum libertius multa dicente apud Alexandrum Homerico car 2
mine admonuit,

Εκθυ-ρος

ώχιμος οὐ τέλος ἔσται, οὐ τερπόνες.

Talia nate loquens haud multo tempore uiues.

Nec male diuinauit, nam libertas illi fuit ex iusto.

3 In ius uocatus q̄ Hermiam mulierem quam amabat, hymno quasi deam celebrasset, ca
lumnæ molestiam Homericu uersu testatus est, in ipso statim defensionis initio,

οὐρανὸν ὥχη γεράσκε, σύνοψίς ἀδιστάντες.

4 Rogatus quid luci facerent mendaces, Ut uera, inquit, loquentibus non credatur.

5 Increpanti quod homini malo dedisset eleemosynā, Non mores, inquit, sed hominem
Benignitas in commiseratus sum. Etiam improbis in necessitate succurrit uir bonus. Debetur enim hoc
quosuis officium si non meritis illius qui iuuatur, certe naturæ. Et bonus fieri potest qui malus est.

6 Illud amicis ac discipulis inter differendū frequenter solet ingerere, *Vixum acciperelu*
Lux mundi mena circūfuso aere, animum aut à disciplinis liberalibus. Sentiens ingenium adolescen-
tum mathematicis disciplinis acui, & ad reliqua philosophiaæ mysteria reddi perspicax.

7 Crebro taxabat Athenienses, quod quum duas res, frumenta ac leges inuenient, fru-
mentis uterentur, legibus nequaquam. Alludens ad Triptolemum Atheniensem, cuius
ministerio Ceres uisa est inferendis legibus ac tritico.

8 Eruditionis radices dicebat amaras esse, sed fructus dulces.

9 Percontanti quid cito senes ceret, Gratia, inquit. Sentiens iniuriaæ memoriam esse tena-
cissimam, beneficij breuissimam.

10 Interrogatus quid esset spes, Vigilantis, inquit, somnium. Multa sibi promittunt insa-
nia qui spe ducuntur. Et Maro:

Qui amant sibi somnia fingunt.

11 Diogenes Aristoteli obtulit caricam, cogitā si non acciperet, illum sententiā aliquam
Captatio esse meditatū. At Aristoteles accepta carica, dixit, Et caricam & sententiā perdidit Dioge-
nes. Huic simillimum est quod ante tributum est Crateti.

12 Quā iterum illi caricam porrigeret Diogenes, accepit, & sublato in cœlum uultu mor-
re puerorum, Magnus, inquit, Diogenes: moxq; illi reddidit caricam. Notans opimor ab
illo captari laudem munificentia.

13 Dicere solet, tria ad parandam sapientiam potissimum necessaria, naturam, doctrinā,
& exercitationē. Inuita Minerua frustra laboratur: recte discitur a doctis: exercitatio con-
summat eruditionem.

14 Quum accepisset quendā in ipsum dixisse cōuicia, Absente, inquit, uel loris cædar do-
cens ea prorsus esse cōtemnenda quæ non laedunt, nisi quis se laedi putet.

15 Pulchritudinem dicebat quavis epistola efficaciorem ad commendationem. Sunt qui
Forma hoc ascribant Diogeni. Aristotelem uero formam solitum appellare donum, quia gratis
contigit à natura. Eandem Socrates appellauit exigui temporis tyrānidem, quod formæ
gratia mox deflorescat: Plato naturæ prærogatiuam, quod paucis contingat: Theophras-
tus silentem fraudem, quod absq; uerbis persuadeat: Theocritus eburneū detrimentum,
quod grata quidem sit aspectui, sed multorum incōmodorum causa: Carneades ἀληφό-
γεθν βασιλεὺς, id est, regnum absq; satellitio, quod formosi impetrent quicquid uolunt,
nulla adhibita ui. Refert Laertius.

16 Interrogatus qua re differunt docti ab indoctis, Qua uiui, inquit, à mortuis. Sentiens
Eruditio hominem absq; literis statuam esse uerius q̄ hominem.

17 Dicebat eruditionem in prosperis esse ornamentū, in aduersis refugium. Parentes qui
recte liberos suos instituissent, aiebat multo honorabiores esse ijs qui tatum genuissent,
q; ab his contigisset uiuere, ab illis etiam bene uiuere.

18 Cuidam gloriāt quod esset à magna celebriç ciuitate, dicebat hoc nihil referre, sed an
selebri patria dignus esset.

19 Rogatus quid esset amicus, Vna, inquit, anima in duobus corporibus.

20 Aiebat quosdā homines ita parcere, quasi semper essent uiciuri, rursus alios ita profan-
Profusio dente, quasi mox essent morituri.

21 Percontanti qui fieret, ut cum formosis diutius ac lubentius confabulemur, respondit
eam percontationem esse cæci. Cæcus enim non sentit formæ illecebram, nihilo magisq;
colorum gratiam.

Percon-

Percontanti quid lucri cepisset ex philosophia, Ut ea, inquit, nullo imperante faciam, 24
quæ uulgas facit metu legum. Idiotæ à furore abstineret, quia lex minatur poenam; philosop- Virtus non
phus abstinet, quia per se turpe est, etiam si liceat impune. cogitur

Interrogatus quo pacto fieret, ut discipuli quā plurimum proficerent, Si, inquit, præcedentes 23
gnauit, sequentes non morentur.

Quum garrulus quispiam ubi multa nugatus esset apud Aristotelem, tandem dixisset, 24
fortassis obstrepo tibi nugis meis, Non hercle, inquit, neq; enim aduerti animum.

Reprehensus quod munus dedisset improbo, Non homini dedi, inquit, sed humanæ 25
sorti. Hoc superius alijs uerbis cōmemoratum est. Benevolia

Rogatus quomodo amici essent tractandi, Quomodo, inquit, nos ab illis tractari 26
cuperemus.

Eruditionem dicebat optimum esse uiaticum ad senectutem. Nam cætera senectus aut 27
destituunt, aut grauant etiam.

Illud frequenter habebat in ore, οὐδεὶς οὐδὲ οὐτός. Sentiens multos esse amicos no- 28
mine, paucissimos, aut nullos te.

Admonebat, neminem de se debere prædicare, uel in laudem, uel in uituperationem: 29
quod illud esset hominis uani & inanis, alterum stulti ac uerordis. Modestia

Idem admonebat, uoluptates contemplent non uenientes sed abeuntes, hoc est, non 30
à fronte, sed à tergo. Venientes enim fucata specie blādiuntur, abeuntes autem pœnitentia
tiam ac dolorem relinquent.

Dicebat, athletas, qui à libris arcentur, omnemq; uitam in cauillis scurrilibusq; iocis 31
transigunt, similes euadere gymnasiorū statuis, nempe pingues & saxeos. Imperitis

Quum iam natuſ annos ferè sexaginta duos, adeo laboraret ut admodum tenuis uitæ 32
spes supereffret, cōuenierunt ad illum discipuli rogantes, ut ex ipsis aliquem deligeret, qui 33
in locum eius succederet. Inter auditores erant duo præcipui, Theophrastus Lesbius, & 34
Menedemus Rhodius. Aristoteles respondit, se quod petebatur facturum, ubi daretur 35
opportunitas. Paulo post, quum rursus ad eum eadem de causa conuenissent, dixit uinum
quod biberet sibi parum esse commodum, ac queri iussit exoticum uel Rhodium uel Les-
biū. Id simul atque curatum est, gustato Rhodio dixit, Firmum hercle uinum & iucundum. Mox gustato Lesbio, Vtrunque, inquit, egregie bonū, sed Lesbium suauius est. Id
ubi dixit, nulli dubium fuit, quin lepide simul & uerecunde successorem sibi ea uoce, non
cīnū delegisset: probauit utrumq; nec tamen auditoribus eligendi ius ademit. Sed Græ-
cus sermo plusculum habet ciuitatis: quod οὐρα, id est, uinum apud Græcos sit gene-
sis masculini: ut hæc uox, διάτονος ἀνθρώπου, possit & ad personam accommodari.

THEOPHRASTVS ERESIVS

Dicebat potius esse fidendum effreni equo, q; uerbo in eomposito. Nemo non metuit 1
insidere equo infreni, at plus est periculi à lingua effreni.

Ad eum qui in cōuiuio perpetuo silebat, Si, inquit, indocilus es, prudenter facis: si do- 2
etas es, imprudenter. Iucundius effertur à Plutarcho: si stultus es, rem facis sapientem; si 3
sapiens, stultam. Est aliqua sapientia pars, silentio stultitiam tegere. Silentiū

Habebat semper in ore, nullum esse sumptum preciosiorem tempore. Solum enim hoc 3
recuperari non potest, & tamen uulgo nihil habetur uilius tempore.

In quendam Casandri amicum sumis natibus fecit hoc scomma. Demitor, inquit, oculi 4
tuos non canere quum illis nasus sit additus: quod nasus fistulae speciem præbet. Re- Ridicule
fert Plutarchus in Symposiacis.

DEMETRIUS PHARES

Quum audisset Athenienses fuisse demolitos statuas suas, quas illi posuerant, At uitæ 1
naturam, inquit, non euerterunt, cuius gratia illas posuerant. Animosē

Dicebat superciliosa pusillum esse corporis membrum, tamen totam offusitate uitam. In 2
sumaves enim sunt ad omnem uitæ consuetudinem tristes ac superciliosi.

Aristophanes in comedie Plutum inducit cecum, At hic dicebat non solum Plutum, 3
id est, diuitias, esse cecum, uerum etiam Fortunam. Pluti ducem: ut iam sit illud proverbi, Fortuna et ad
cæcū cæco dux. Fortuna saepē largitur indignis sua muneta.

Tom. 4

D Quantum

4 Quantum in bello ualeret ferrum, tantū dicebat in repub. ualere orationem. Illic enim res geritur uiribus, hic persuasione.

5 Conspicatus iuuenem intemperantiae deditum, Ecce, inquit, quadratus Mercurius, ha
Inductus bens syrma, ventrem, pudenda, & barbam. Sentiens illum nō esse hominem, sed statuam, qualis in uījs solet poni Mercurio: hoc illi dissimilem, quod effeminatorum more trahet uestem, quod deditus esset uentri ac libidini, quodcā barbatus esset, quum nihil horum habeat Mercurius.

6 Hominum fastuosorum sublimitatem dicebat amputādam, sed relinquendam sobrietatem. Talia enim ingenia non sunt desperanda, sed quod redundat recidendum est.

7 Admonebat adolescentes, ut domi parentes, in via obuios, in solitudine reuereretur seipso. Pudor tenerā aetatem optime deterret à peccando, qui nusquam non adest, si quis reuereatur seipsum.

8 Aiebat ueros amicos in rebus lātis adesse uocatos, in aduersis inuocatos & ultrò. At uulgo sit secus.

9 Ptolemæū regem adhortari solet, sibi pararet libros de regno deq; militari imperio ge
Lectionis utilis rendo tractantes, eosq; diligenter euolueret, propterea quod ea de quibus amici non au
dient admonere reges, in libris scripta habeantur.

10 Quum exularet, ac Thebis inglorius humiliq; uiueret, audissetq; Cratetem philosop
Philosophia phum, qui ipsum inuiseret, multa placide prudēterq; de moderate ferendo exilio differen
tem, Male sit, inquit, negotijs & occupationibus, per quas haec enus talem uirum non li
cuit cognoscere.

CRATES THEBANVS CYNICVS

1 Vulgo dicitur est λυπηταρικός, id est, ostiōrum apertor, quod in omnes domos irum
Curiostas peret, & si quid displicuissest, reprehēderet Cynica libertate. Id cognominis hodie rectius quadrat in quosdam πλωχοτυγάρων.

2 Rogatus quid illi è philosophiā studio accessisset emolumenti, respondit,
Paruo consi
tentus οὐδέ μωντε χειρίξ, Καὶ τὸ μαθήτηρος μέλεμ. id est,
Chœnix lupini, & absq; cura uiuere.

Sentiens se minimo contentum ob libertatem suauiter uiuere.

3 Amore laborantibus ostendit remedia. Amori, inquit, medetur fames: sin alitet, tem
Amoris res pus: quod si nec his uti possis, laqueus. Luxus ferè alit amorem: tempus omnia aut tollit,
media aut certe mitigat. Hæc remedia si nihil prosunt: superest laqueus, ut morbus finiat suspen
dio. Græca sonant iucundius, λιμός, χόρη, βέρεχος.

4 Dicebat, philosopho nulla re opus esse. Eoq; pecuniam depositum apud trapezitam hac
Philosophus conditione, ut si liberi essent idiotæ, traderet eam illis: sin philosophi, nummos distribue
non egat ret in plebem: quod inductis opus esset pecunia, philosopho nec opus nec utilis.

5 Celebratur illius ephemeris ad hunc habens modum, Ponito coquo minas decem, me
Sumprys pre dico drachmam: adulatori talenta decem, cōsiliario fumum: scorto talentum, philosopho
posteri triobolum. Notabat hominū stultitiam, qui in res honestas & cum primis necessariis mi
nimum sumerent impendij, ad turpia prodigi.

6 Filium Pasiclem, simul ut excesserat ex ephebis, perduxit ad ancillæ domiciliti, dicens;
Venus pa
tibilis hoc tibi est patiūtum coniugium. Nam mochi tragicæ præmia referunt exilia ac cædes, co
mici scortatores ex luxu ac temulentia lucrificiunt insaniam. Sensit quasi tragicam esse
rem adulteriū, quod huius ferè atrocis sit exitus: uti scortis, rem esse comicam, id enim non
punitur suppicio capitis, sed tamen qui depereunt in meretricem, in comedijis inducum
tur insanis similes: at cum ancilla tua rem habere, nihil est periculi. Hoc accipiatur uelut
ab ethnico dictum.

7 Quum pro quodam supplicaret gymnasij principi, procumbens attigit coxatum illius
Ridicule progenibus. Nā supplices ex more genua contingebant. Indignati gymnasiarcho, Quid,
inquit, aī non hæc æque tua sunt ac genua: Notans obiter uulgi superstitionem, qui eten
ta membra certis rebus dedicauit: uelut aurē memoriae, nasum irrisioni, genua misericor
dia, quum hæc ad totum hominem pertineant.

8 Negabat inter homines quempiam inueniri posse, qui non aliqua in parte laberetur,
addens nullum inueniri malum Punicum, in quo non sit aliquod granum supputre.

Nicodromus

Nicodromus citharoedus huius dicitur lacesitus, impedit illi pugnum in os & suggilla, 9
uit. At Crates fronti imposuit tabellam in qua scriptum erat, Nicodromus faciebat: itaq. Facet
cum luore suo obambulans traduxit citharoedum: festinat alludens ad artificium morem,
qui operibus suis inscribunt, Apelles aut Phidias faciebat. Simile quiddam narratur de
Diogene pulsato.

A magistratu obiurgatus quod præter leges ac morem Atheniensium sindone uesti, 10
retur, ait. Quid si Theophrastum uobis ostendam sindone amicum? dissidentes, ac ut factum
ostenderet flagitantes, adduxit ad tonstrinam: ostenditq. Theophrastum, qui tum forte
condebat, linteo amicum, quod Græci à contingendis humeris ἀμλινη uocant: sub/
monens omnibus ad usum uti licere. Nam si per se turpe esset uti linteis, ne in tonstrina
quidem esset honestum.

Demetrio Phalereo indignatus est quod ipsi panes ac uinum misserit, dicens, Utinam 11
fontes etiam panem ferrent. Sentiens uino philosopho nihil opus esse, atq. hoc ipsum esse
submolestem, quod panis non æque parabilis esset ac potus.

Erat corpore deformi, quumq. in certaminibus nudatus ob id esset risui, sublati mani 12
bus dicere solet, De oculis o Crates reliquo corpore bono animo esto, nam istos q. hinc Vires formæ
te derident, mox conspicies morbo contrahi, tecq. beatum prædicare, ac se signauit datu prestant
mare. Significans formam nihil facete ad uictoriam, sed robur ac laborum tolerantiā qua
ceteros antecedebat.

Rogatus quoad esset philosophandū, Donec, inquit, exercituum duces qui sunt, uide, 13
buntur esse agasones: sentiens opinor, ibi maxime opus esse philosophia, ubi qui populo
præsunt stolidi sunt & indocti, & homines quibus imperant habent pro alini:

Eos qui cum adulatoribus uiuerent aiebat esse desertos, non aliter quam uituli sunt an 14.
te lupos. Neque enim illos adesse quos oportet, neque cum ijs qui adiunt habere societa Adulatio
tem, quum sint insidiatores.

Alexandro percōlanti num cuperet restituī patriam suam, Quid opus est, inquit? For 15
talis eam alias Alexander restitutam diruet.

Dicebat se pro patria habere gloria neglectum & paupertatem, in quæ nullum ius ha, 16
beret fortuna. Aiebat se Diogenis ciue esse, qui nullis inuidia patebat insidijs. Opes enim Tranquillitas
at nominis splendor conciliant inuidiam.

Metrocles hoc uitio laborabat, ut inter differendum subinde crepitum uentris emitte, 17
ret. Eam ob causam domi mœrens se continebat. Hunc mederi studens Crates, de indu Pudor in/
stria multum lupinorum deuorat, ac Metroclis ædes adiit: persuasitq. nihil esse malum quod utilis
accidisset, immo potius fore prodigiosum, nisi homo humano more flatum uentris emitte,
ret: atq. interim ipse inter colloquendum crebro crepitum uentris ædedit. Hoc pacto & ser/
uauit pusillanimum, & discipulum sibi parauit.

Quendam delicijs luxuq. deditum ita per iocum admonuit, Ne pro lenticula semper 18
augens patinam in seditionem nos coniicias. Sentiens è luxu cupedijsc plerunque nasci Sedicio
dissidia. Lenticula philosopho cibus est: λοτός carnes habet, & in diuitiū mēsis circūfert.

Diuitium opes dicebat esse similes fiscis arboribus in præruptis locis, è quibus ut homi 19
nes nihil caperent fructus, sed corui tantum ac milui: ita ex illorum facultatibus tantū ale Profusio
rentur scorta & adulatores. Refert Plutarchus.

Mundum muliebrem dicebat esse quod ornat fœminā, ornat autem id quod eam red, 20
dit compositorem ac modestiorem, Verum id non præstat, inquit, neq. smaragdus, neq. Ornatus mi/
purpura, sed quæcumq. adderent uitia ac specie honestatis ac uerecundiae. Græcis κόρυθοι literum
& mundum sonat & ornamentum. Inde κόρυθος ornare.

EPICTETVS

Eos qui barba & pallio uerbisq. magnificis philosophos agebant, dicere solet esse phi 1
losophos ἄνδρα πρωτήσεη, μέγιστη λέγεται, id est, factis procul, uerbis tenus.

Idem conspiciens queridam imputis mōribus audacem, cōfidenti lingua, improbo ta/
men studio philosophia disciplinas cōrectat, inicitabat deūm atq. hominū fidem, his
uerbis increpans hominē. O homo, uide quo mittas, num purgatum sit uas. Nam si ad ar
rogantium ista immiseris, interierint: si cōputruerint, in urinam aut in acetū uertentur, aut
si quid his deterius. Sensit eruditioriēt esse pernicioſam, si in animū inciderit prauis affe/
Tom. 4 D. 2 Cibus

Cibus corruptum: & quo quæc disciplina sanctior, hoc sit perniciosior, si contigerit mihi
probo. Velut bono theologo nihil melius, malo nihil pestilentius.

3 Idem philosophiæ summam duobus uerbis comprehendere solitus est, *τίχον τις*
Proloquias *τίχον*, id est, sustine & abstine, quorum prius admonet, ut mala que incurunt a quo ani-
mo toleremus: posterius, ut à uoluptatibus temperemus. Ita enim fiet ut nec aduersis de-
ficiamur, nec prosperis corrumpamur. Resert Gellius libro decimo septimo, capite un-
deuigesimo.

METROCLES

4 Libros suos exus sit dicens,

Modestus *τὰ δὲ τὸν ὄντα μηδέ τῷ φύσῃ φαντασματά.*

Sunt inferorum hæc somniorum imagines.

Sentiens esse nugas ac deliramenta quæ scriperat.

5 Dicēbat res alienas emi pecunia, ut domum uestemque, sed disciplinas liberales emitte-
pote. Requirunt enim diuturnum studiū, quum pecunia data statim fias possessor fundi.

HIPPARCHIA Metroclis soror.

6 Adamauit Cratetem, apud parentes minitans se sibi cōscituram necem nī philosopho-
Malier nuberet. Ab hoc affectu quum nec parentum uerbis, nec Crateti adamari suauu reuocari
Cynica posset, Crates surgens detracto pallio nudauit tergum gibbo deformatum. Ne quis cir-
cumueniatur, inquit, hic est spōsus: & projecto baculo & pera, Hæc, inquit, dos est. Super-
his delibera, neq; enim mihi coniunx esse poterit, nisi cui placeat idem institutum. Quum
accepisset conditionē puella, mox substrato pallio cum illa congressus est parentibus ad-
stantibus. Itaq; consummatum est Cynicum matrimonium.

7 Theodorum impium, cui cognomen erat *ἄθεος*, huiusmodi sophismate constringit,
Argentarius Quod faciens Theodorus non diceretur iniuste agere, id si faciat Hipparchia, non dicere
libris iniuste agere. Quum annuisset ille, subiecit, sed Theodorus seipsum percutiens nō di-
ceretur iniuste agere, nec igitur Hipparchia si idē faceret. Ad id Theodorus nihil respon-
dit, sed sustulit illius pallium, ut enudaret pudenda. Quum illa nihil hac re turbaretur, obni-
iect ei uersu iambico, quod à muliebris officijs ad uirile institutum defecisset.

τίνη τὰς παρατητὰς λαρναῖς.

Radios apud telas reliquit foemina. Quidam codices habebant *τίνη*, id est, cui, quidam
τίλις, legendum suspicor *γυνὴ*, ut omisso articulo legamus *γυνὴ παρατητὰς λαρναῖς*. Cui illa, Num tibi uideor male consuluisse, quæ quod temporis impensura fueran-
telis, impendi discipliniss?

ZENO CITTIEVS

1 Dicitur consuluisse oraculum, quo pacto possit uitam optime instituere, respondit deus,
studium εἰσιγγένειας τοῖς νεκροῖς, id est, si concolor fieret mortuis. Ille sentiens se uocari ad lectio-
nem ueterum, contulit sese ad philosophiam. Dicitur autem Zeno natura fuisse colore fu-
sco. Studium ac uictus parsimonia maciem & palorem conciliat homini.

2 Negociator purpuram uehens, naufragium fecit iuxta Pireum, atq; hac occasione se-
Luctuosa fe contulit ad philosophiā. Itaq; solitus est dicere, Tum bene nauigaui, quum naufragium
feci. Alij narrant, eum quum Athenis esset, audissetq; merces perille naufragio, dixisse, be-
ne facis fortuna, quæ me ad philosophiam, alij ad pallium, appellis.

3 Antigonus rex admirantibus quamobrem tanti faceret Zenonem, respondit; Quo-
Integritas niam quum multa à me acceperit, nunquam tamen emollitus est. Eius mortem quum au-
disset, ingemuit dicens, quale theatrum perdidì. Erat enim Zenon acerrimi iudicij, & ab-
assentando alienissimus.

4 In quendam circa formæ curam studiosiorem quam deceret uirum, quum imbricem
Mollioris lente ac circumspice transiret, Merito, inquit, suspectum habet lutum, in quo non potest
seipsum ut in speculo cernere.

5 Quum Cynicus quispiam dicens, in lecytho suo nihil esse olei, peteret à Zenone, Ze-
Par pari no negauit se daturum, sed tamen abeuntem admonuit, expenderet uter ipsorum esset im-
pudentior. Postulatoris impudentiam impudenti negatione pénabat.

6 Ipse simul & Cleanthes asidebant Cheremonidæ, quumq; sentiret affectum amoris,
surrexit. Hoc admirat̄ Cleanthe, Etiam à bonis, inquit, medicis audio, aduersus inflatio-
nem

nem optimum esse remedium quietem. Subduxit se uir integerimus imminenti periculo.

Quidam in coniuio accumbens Zenoni, eum qui sub ipso sedebat pulsabat pede. ⁷ Zeno uicissim pulsabat illius genua, & ad ipsum conuerso, quid igitur putas hunc pati, qui in Admonitiō fra te accumbit? Ita multi offenduntur quamuis leui incommodo, quum alios ipsi maios cibis afficiant, nec sentiant.

Eleganter ac polite loquentium sermones aiebat esse similes pecuniae Alexandrinae, ⁸ oculis blandienti, atque undique scripturam habenti more nomismatis, nihilo tamen esse meo morem. Ursus qui magis studerent utilia dicere quam nitida, similes esse dicebat tetradrachmis, temere ac ruditer percussis, quae saepe picturatis illis nummis praeponderarent. In numero non spectatur elegantia sculpturæ, sed pondus ac materia: ita non refert quam sit elegans oratio, sed quam grauis & utilis.

Ad Aristonem discipulum multa temere garrientem, quædam etiam præcipitanter ⁹ confidenterque, Fieri, inquit, non potest, quin te pater ebrius proseminalit: oderat futilem loquacitatem, ipse in dictis tum breuis tum grauis.

Quodam in coniuio immoderatus uorante obsonia, neque quicquam alijs reliquum faciente, Zeno piscem ingentem qui apponebatur, è patina sustulit, quasi solus illum deuoratus. Quum alter intuens Zenonem, significaret se mirari impudentiam, Quid, inquit, putas conuictoribus tuis accidere quotidie, si meam opophagiam ferre non potesset?

Adolescentem curiosius quiddam quam pro ætate sciscitantem, adduxit ad speculum, utque se contemplaret admonuit. Mox rogauit an uideretur tali uultui conuenire quæstiones eiusmodi proponere.

Quendam dicentem, sibi in multis displace Antisthenē, abusus Sophoclis dictio, rogauit nunqua haberet Antisthenes quæ placerent: ille respondit, se nefcire. Hic Zeno, Et nō te pudet, inquit, si quid ab Antisthenè perperam dictum est, excerpere ac meminisse: si quid recte dictum, id ne animaduertere quidem, nec tenere? Idem morbus nūc habet plurimos, qui in libris aliorum tantum ea uenantur quæ carpant, benedictorum nulla neque gratia neque memoria.

Ad quendam dicentem, breues esse philosophorum sententias, Vera prædicas, inquit, oportet enim & syllabas illorum, si fieri possit, esse breues. Veritas multis uerbis nō egit, & rectius meminimus, quæ paucis uerbis comprehensa sunt.

Quodam de Polemonie narrante quod alia proponeret, alia loqueretur: Zeno contra ¹⁴ Et a fronte, Quanta, inquit, mercede erat cōtentus. Subindicans, ni fallor, ut intiligeret differet, discipulorum parsimoniam fuisse in causa.

Dicebat eos qui differunt, similes esse oportere tragediarū actoribus, quibus uox magna, bonaque latera debent esse, quum os immodice non diducant, quod faciunt iū qui plurima loquuntur, sed supra uires. Dum enim os diducunt, declarant se fatigare uerius quam agere.

Ils quæ recte dicerentur, negat esse relinquendum locum uelut præclaris artificibus ad spectandum. Contraria, auditores dicebat adeo debere esse aptitos ad ea quæ differuntur, ut non uacet dare signum approbationis. Dum enim applauditur & acclamat, perit ali quis audiendi fructus.

Adolescenti cuidam multa garrenti, Aures, inquit, tuæ in linguam defluxere: submo¹⁷ nens adolescentis esse audire multa, loqui pauca.

Alteri formoso dicenti, sibi nō uideri futurum ut sapientis amaret, Nihil, inquit, esset uobis formosis infelius. Quisquis enim docet, admonet, instituitque ad uirtutem adolescentes, utique amat. Atque is demum uerus est amor. Nam qui uulgo dicuntur amare, suum uenantur commodum, cum incommodo adamati.

Dicebat plerosque philosophos in multis ἀσφυσσος, id est, nō sapere, sed in fortuitis uulgaribusque rebus esse imperitos: & adiiciebat illud Scaphei, qui quā animaduerteret quendam è discipulis uehementer inflatum, percusso illo dixit, Bene nō est in magno, sed in bene est magnum. οὐκ ωλεγειαλλαχτὸν λεπτω, ἀλλαχτὸν λεπτω μητρα. Magistru enim est quicquid recte fit, at non statim bonum est, quod magnum.

Adolescenti cōfidenter loquenti, Non dixerim, inquit, o adolescentis quæ mihi succurrunt. Subnotans è sermonis procacia colligi & morum impudicitiam.

- 21 Aiebat hominibus nihil magis deesse quam tempus: longe dissentens ab ijs qui boī nam uitæ partem perdunt somno, temulentia, nugs & alea, quasi multum temporis superfit homini.
- 22 Interrogatus quis esset amicus, Alter, inquit, ego.
- 23 Seruū in furto deprehensum cædi iussit: quumq; is se sic excusaret, ut diceret, sibi fuisse salse in fatis ut furaret: Et cædi, inquit. Seruus allegabat fatorū necessitatem ad excusationem cōmisi. Eam necessitatem retorxit & ad suppliciū, quod ipsum etiam erat in fatis.
- 24 Formam aiebat esse uocis florem, aut contrā: quemadmodum ab alijs refertur, uocem esse formæ florem. Nam loquentis orationem commendat forma, & rursus oratio comp̄posita gratiam addit formæ.
- 25 Cōspicatus cuiusdam è familiarib; puellum notis liuidum, Video, inquit, animi tui Note insanie uestigia: notans illius impudicitiam. In Græcis plusculum est gratiæ, quod dñus & animum significet, & animi uehementem concitationem aut furorem. Erant autem, ut op̄nor, suauijs impressæ notæ.
- 26 In quendam unguentis delibutum, Quis est hic, inquit, qui mulierem olet? Significas effeminatorum esse, unguentis uti.
- 27 Dionysio cuīdam dicenti, quur me unum omnium non corrigiss? Non enim, inquit, si bi credo: subindicans sibi non esse spem, illum si corriperetur fore meliorem.
- 28 Adolescētem multa temere garrientem hoc dicto corripuit, Ob id binas habemus aures, os unicum, ut plurima audiamus, loquamur paucissima.
- 29 Ptolemæi legatis qui multos eruditos ad conuiuū inuitarant, percōtantibus quid Taciturnitas de ipso regi suo essent renunciatur, ait, Videlicet vos senem qui in conuiuio tacere nouerit. Quum enim cæteri ad ostentationem multa dixissent, unus Zeno perpetuum tenuit silentium.
- 30 Percontanti quo pacto esset affectus erga conuitia, Perinde, inquit, atq; si legatus absq; Moderatio responso dimittatur. Significans eos qui non habent quod respondeant, ad conuitia sole re configere, eaq; non pluris oportere fieri quam si nihil esset responsum.
- 31 Quum Crates apprehenso Zenonis pallio eum à Stilponte retrahere niteretur, Commodissime, inquit, ô Crates philosophum auribus teneas: nam si per uim egeris, corpus erit apud te, animus apud Stilpontem.
- 32 Vbi iam profecerat, tamen modestiæ gratia cōmebat ad Polemonem, apud quem & Discendi in dialecticis exercebatur. Vnde Polemon solitus est dicere, Nō me clam est Zeno, te penitentias posticum irrepere, furariq; dogmata, quibus Phœnicum more induitus es. Notans illum furtim discere gratis, quæ alijs esset uenditurus.
- 33 Quum dialecticus quidam in sermone, quem illi λειχοντα, id est, metentē appellant, ostendisset septem species dialecticas, rogauit quācum posceret mercedis: ac poscenti centum, dedit ducentos. Tantus erat amor discendi.
- 34 Celebratissimam Hesiodi sententiam solet inuertere. Quum enim ille primas tribuat ei qui per se sapiat, secundas qui recte admonenti obtemperet, Zeno ordine inuerso sic pronunciat,
- λέιχο μὲν των δειλῶν Θεούς τὸν ἐπόνητο πίθηκον,
ἔδολος δ' εὐ λακεῖν Θεός αὐτὸς των τανόν. id est,
Optimus ille quidem qui parēt recta monenti,
Sed probus ille quoq; est, qui nouerit omnia per se.
- Addebat causam, quod qui ex se nosset omnia, nihil haberet præter intelligentiam: at qui recte monenti pareret, præter intelligentiam haberet etiam effectum. Nam parēre dicitur, qui quod didicit optimum esse facit.
- 35 Rogatus quum esset natura seuerus, in conuiuio tamen hilaresceret, lepide respon Hilaritas in dit. Et lupinum quum sit suapte natura amarum, tamen aqua maceratum dulcescere. Naturale est, cibo potuq; rigato corpore discuti tristitiam.
- 36 Dicere solet, satius esse labi pedibus q; lingua, eoq; conuiuia quācum poterat uitabat, q; ibi solitus uino & aliorum fabulis prouocatus facilius labi posset.
- 37 Dicebat, τὸν γεράσαντα μαργόν, οὐ μὲν μαργόν εἴν, id est, ut aliquid fiat bene, nasci quidem paulatim, sed tamen nō esse paululum. Quancq; hoc quidam ascribunt Socrati. Quibusdam

Quibusdam sic excusantibus luxuriem suam, ut dicerent se ex eo quod abundaret fasto sumptum, argutissime respondit, Ignosceretis ne coquo, si quum obsonia plus aequo profusio salsa daret, diceret sibi copiam esse salis & Sentiens uicium non esse moderandum ex rerum copia, sed ex usu ac necessitate naturae.

CLEANTHES ASSIVS

Antigono discipulo roganti quur sordidam operam praestaret hauriendo aquam est puerus, unde per iocum pro Cleanthe dictus est φρεάτας, ita respondit, Num haurio tanquam Discendi etum, an non & fodio, & rigo hortum, denique nihil non facio philosophiae causa? Alius auditas negasset factum, philosophus auxit quod obijciebatur, gloriare sibi dicens quod ille uerberabat probro.

Collectam pecuniolam aliquando proiecit coram familiaribus dicens, Cleanthes alterum Cleanthem alere posset si uellet.

Astin appellatus agnouit conuicium, dicens, se solum esse parem ferendae Zenonis sarcinæ. Siue quod Zeponi non multum esset supelleculis, siue quod unus illius austera Tolerantia te nihil offenderetur.

Cuidam illi probri causa obijcienti qd esset timidus, Ideo, inquit, minimū peccato. Bona est timiditas quæ deterret à turpibus, & reddit hominem circūspectum.

Suam uitam diuitum uitæ solet hoc nomine preferre, Dum illi, inquit, pila ludunt, ego Labor fodiens duram humum exerceo.

Interdum quum foderet, solet seipsum increpare. Id forte admiratus Ariston, Quem, inquit, increpat? Tum Cleanthes ridens, Senem, inquit, qui canos quidē habet, sed mentem non habet: seipsum innuens.

Cuidam reprehendenti Arcesilaum, quod officia uitæ tolleret, Desine, inquit, hominem uituperare. Nam ille licet dictis tollit officia, tamen factis commendat. Id audiens Arcesilaus, Non moue or, inquit, adulatione. Hic Cleanthes, Scilicet, inquit, adulor tibi, dicens te aliud loqui, aliud facere. Cleanthes mitigauit dictum obtrectatoris, sed ita ut à crimine inconstantia non liberaret Arcesilaum. Turpisimum enim est philosopho securus docere quām uiuunt. Si uita proba est, cur docet diuersa? Si doctrina sana est, cur eam secus uiuendo refellit?

Cuidam ab eo peteti dictum aliquod, quod crebro occineret filio suo, protulit illud ex Electra, σιγα, σιγα, λεπτόν ιχθον, id est, tace tace tenue uestigium. Innuens pueris maxime silentium conuenire silentium.

Quum audisset à Lacone quodam probari laborem, delectatus eo dicto subiecit hemi stichium Homericum,

ἄλεσ εἰς ἀγαθὸν Θίλον τέκος. id est,

Sanguine præclaro satus es charissime fili.

Differens adolescenti cuidam quem uidebat parum attentum, fogauit sentiret ne. Illo affirmante se sentire, quur igitur ego non sentio te sentire? Solent enim qui intelligunt, oculis ac gestu, interdum & uerbis significare se quæ dicuntur intelligere.

Sositheus poeta coram populo Cleanthem præsentē hoc carmine proscidit,

εὐλεπτός μορία βογλατέη. id est,

Quos Cleanthis fatuas agitat.

Interpres uertit insania: unde pro moria legisse uidetur κανία. Nec tanto cōuictio tactus, quicquam mutauit de uultu. Qua patiētia délectati auditores, applaudentes philosopho, Sositheum eiecerunt. Quum Sositheus diceret, se pœnitere quod illum aspersisset, respondit Cleanthes, Absurdum fore, si quum poetæ frequenter illudant Libero patri & Herculi, nec illi succenseant, ipse ob leue conuicium indignaretur. De dijs enim multa probrosa scripsere poetæ, ueluti quum Bacchum faciūt mollem, timidum ac temulentū: Herculem faciūt seruientem Omphalæ usq; ad sandalio cōmitigatum caput.

Peripateticis dicebat idem accidere quod lyris, quæ quum alijs bene sonent, seipso non audiunt. Sentiens opinor illos licet alijs uerbis idem docere quod Stoicos, & tamen ipsos id non animaduertere. Poteſt & hic accipi sensus: peripateticos præclare docere, sed uitam à doctrina dissidere.

Ex sententia Zenonis dicebat, hominis mores è specie posse deprehendi. Id ut, confuta,

D 4 rent

rent adolescentes aliquot faceti, cinaedum in agro duratū adduxerunt ad Cleanthem, postulantes ut ē specie de morib⁹ pronunciaret. Reperit manus callosas, & cutem sole adustam. Itaq; quum aliquid siluisset, iussit hominem abire. Ille digressus sternutamento concussum est: mox Cleanthes, Habeo, inquit, hominem, mollis est. Non enim facile sternunt, qui semper sub diō uiuunt.

14 *Solitudo* Conspiciens quendam solitarium ac secum loquentem, Haud, inquit, loqueris cum homine malo. Quidam ita referunt, Vide ne cum homine improbo loquaris. Malis enim periculosa est solitudo.

15 *Senectus* Ad quendam contumeliae causa obijcentem senectutem, Et ego, inquit, abire cupio, uerum ubi reproto me omni ex parte sanum, siue legendū est, siue scribendum, rursus magis nego. Significans, se quidem haudquam esse uitæ cupidam, uerum ob senectutem neminem debere ē uita decidere, donec uires suppetunt ad uitæ munia.

16 Intumuuerat illi gingiva, cui malo bīduano ieignio sic medicatus est, ut iam ueluti sano medici omnia consueta permitterent. Sed ille perseverauit abstinere, dicens sibi iam esse confectum uitæ principium. Itaq; perijt.

17 Sententiam hanc,

Correctio Οὐασ τε θωματ, σθμα τ' εἰς νόσος τελόν
διετέλεσται στοσται. id est,
Largiri amicis, corpus in morbos cadens

Impendijs seruare.

cotrexit hunc in modum,

πορφρα τε θωματ, σθμα τ' εἰς νόσος τελόν
διετέλεσται στοσται. id est,

Donare scortis, corpus in morbos cadens

Impendijs conterere.

Prior enim sententia tendebat ad molliciem, quam nudauit Cleanthes.

SPHAE RVS Bosphoranus Cleanthis discipulus.

18 *Argute* Quum diceret, opinione non cadere in sapientem, rex Ptolemæus cupiens hoc paradoxon ipsa re confutare, curauit mala punica ueris simillima ex cera confecta apponi in conuiuio. Ad quæ quum Sphærus deceptus porrigeret manus, rex exclamauit, illum falsæ speciei fuisse assensum. Ad id dextre Sphærus, Non sic, inquit, assensus sum ut crederem esse mala punica, sed probabile putarem esse mala punica.

19 Reprehendēti Mnesistrato, quod Ptolemæū nō appellasset regem, Imō, inquit, quum talis sit, tamen regem esse fateor: indicans illum esse nomine regis indignum, se tamen cognominis honorem illi non inuidere.

CHRYSIPPVS SOLENSIS

1 De hoc dictum est, si dñ uellent uti dialectica, non alia usuros quam Chrysippea.

2 In quodam opere toties citarat uersus Euripidis ex Medea, ut ibi tota fabula fuerit in sparsa. Hunc librum quidam portas, & rogatus quid ferret, Chrysippi, inquit, Medeām.

3 Erat illi statua pro corporis modo tenuis ac pusilla, quam eques uicinus ferre occulabat: Vnde Carneades per iocum dicere solet, eum non esse Chrysippum, sed λευκίππον. Nam Chrysippus ab aureo equo dicitur, Crysippus à λευκῷ, quasi dicas ab equo occultatum.

4 *Panciboni* Cuīdam reprehendenti, quod non apud Aristonem cum pluribus daret operam philosophiæ, Nūquam, inquit, philosopharer, si cum pluribus auscultarem. Dictum lepidissimum est apud Græcos, quod πλούτοι interdum sonat multi, interdum uulgas hominum. Seu sit non statim esse optima, quæ placent cum plurimis.

5 Ad dialecticū quendam Cleanthi multis ac prolixis sophismatibus obstrepente, Definie, inquit, senē à magis ad rem pertinentib. auctorare, sed nobis iunioribus ista proponit.

6 *Facete* In conuiujs cetera quietus, tantum ex more agitabat crura. Vnde famula quæ illi in seruiebat, dicere solet, Chrysippi sola crura ineibriari.

PYTHAGORAS

7 Dicebat uitam humanam esse similem panegyri, hoc est, solenni hominum conuentus ad quem alij conueniunt certaturi, alij negotiaturi, nonnulli spectatores modo futuri. Ac ceteros

Ceteros quidem omnes esse sollicitos, solum spectatorem tranquillum frui celebritate: hunc spectatorem aiebat esse philosophum, qui non ob aliud in hoc mundi theatrum prodisset, quam ut naturas rerum ac mores hominum contemplaretur.

Rogatus a quodam, quando esset congregendum cum foemina, Cum uoles, inquit, te spfo fieri debilior. Multa Venus eneruat hominem. Venus

Admonebat discipulos, ut quoties a negocij diurnis uesperi domum ingrederentur, uerisiculum hunc apud se repeterent,

πᾶν περί θέας, τις δὲ φύση, τι μοι στόχος εἰπε λέγω.

Aiebat in ciuitates primum irrepisse delicias; mox saturitatem, deinde violentiam, postrimo exitium.

Theano Pythagorae uxor, rogata quid mulier esset munda a uiro, respodit, a suo semper ab alieno nunquam. De Pythagorae symbolis non pauca diximus in Chiliadibus, quod minus hic libuit ea repetere.

EMPODOCLES. AGRIGENTINVS

Quum uideret ciues suos delicijs deditos, sumptuose tamen aedificare, dixit, Agrigenus, sic indulgent uoluptatis, quasi postridie morituri: sic aedificat, quasi semper uiciuri. Graviter

HERACLITVS. EPHESIUS

Dicebat iniuriam magis extinguendam quam incendium. Ex leuissimis offendis, si negligantur, nascuntur atroces tragediae. Sed ad restinguendum incendium accurrunt omnes, glascens uero similitati cito addunt irritamenta.

Dicebat ciues non minus oportere pugnare pro legibus quam pro moenibus. Quod absq; legibus nullo pacto possit esse ciuitas incolmis, absq; moenibus possit.

Rempub. ut deploratam cōtempst, eiq; dare leges quim rogaretur recusauit. Secesit autem i templum Dianæ, ibiq; cum pueris ludebat talis. Circumstanti & admiranti populo, Perdit, inquit, an non praestat hoc agere, q; uobiscum rempub. administraret?

Interrogatus aliquando, quorū sileret, Ut uos, inquit, loquamini.

16

XENOPHANES. COLOPHONIVS

Empedocle dicente, sapientē inueniri non posse. Et merito, inquit. Nam sapientem esse oportet, qui agnoscat sapientē notans illū qui hoc dicebat, suo uitio non inuenire sapientē. Safse

Dicebat, πή τυράννοις ὄμαλεψη καθίσαντες, id est, cum tyrannis congregendū aut iūcundissime aut minime. Nihil est violentius aure tyrāni, ait Satyricus: apud bonos etiam principes admonendi libertas uerbis placidioribus est temperanda. Id quia non potest, abstineat ab illorum congressu.

DEMOCRITVS. MILESIUS

Ignotus uenit Athenas, & colloqui de philosophia cum Socrate habito dixit. Hic philosophus similis est Pētathlo, q; caleret naturalia, moralia, mathematica, adhac disciplinas quas ἐγκύρως uocant, deniq; omnium artium peritiam. Multis in artis

Huius fertur & illud, λέγεις φύσις τριπλ. id est, Oratio operis est umbra. Significans ex egregijs factis nasci laudes hominum eloquentiū, non contrā. Prīmam igitur oportet esse curam factorum, gloria consequitur ultrò.

Dicere solet, si corpus animum in ius uocaret, haudquaq; fututum ut ille muneris causa administrati crimen effugeret. Anūmus in corpore ueluti præsidio collocatus est, & tandem pleraq; mala corpori ab animo uenient.

Quum arroderet cucumerem, sensit humorem esse mellei saporis, rogauitq; famulam unde emisset, illa nominauit hortū. Surrexit Democritus, Et duc me, inquit, eō, ac locum stadium indica. Demirante muliercula quid sibi uellet, Ut, inquit, dulcedinis causam inueniam, inuenturus si locum inspexero. Hic muliercula ridens, quiesce, inquit, o bone. Nam ego immo prudens cucumerem immiseram in ollam mellitam. At ille offensus, Molesta es, inquit, ego tamen incumbam quāramq; causam: quasi cucumeri peculiaris sit ac genuina dulcedo. Sit hoc exemplum studij indefatigabilis.

Dixit preciosissimum impendium esse tempus, πολυτελέσαρχην αὐτολαμπτικόν. Citat Plutarchius in vita Antonij. Quanq; hoc dictum compluribus tribuitur.

Quum apud Dionysium quereretur quod æris genus esset omnium optimū, Ex quo, inquit, Athenienses statuas fecerunt Harmodio & Aristogitonem; nimium libere significans tyranneum.

tyrannos ē medio tollendos. Nam ob electos tyrannos Athenieſes illis statuas ererunt. Hoc, ni me fallit memoria, alteri cuidam ascribitur.

A N A X A R C H V S

7 Anaxarchus Abderites philosophus inūsum habuit Nicocreonem Cypri tyranum. *Liberitas* itaque quum in coena quadam Alexander rogasset, qualis illi uideretur, Praeclaris modica quit, sed oportuit & Satrapæ cuiusdam caput apponi: oculos detorquens in Nicocreonem qui aderat.

8 Alexandro mortuo, quum Anaxarchus tempestate esset delatus in Cyprum, Nicocreon memori contumelie, philosophum arreptum in mortarium coniecit, ferreis pistillis contudi iussit. Hic illam uulgo celebratam uocem emisit: τύπη τὸν αὐτοκλέαν θύλακον, αὐτὴν φερχεγών οὐ μάλιστα, id est, tunc Anaxarchi thamicam, nam Anaxarchum non percutis. Sentiens corpus nō esse partem hominis, sed animi domicilium tantum. Animus autem non potest tundi.

9 Quum uideret ex Alexādri uulnere, quod iclu sagittæ acceperat, manare sanguinem, *Liberis* dixit uersu Homerico,

Ἐγὼ μὲν ἀγαπῶ, τὸν οὐκ ἔχω πολὺ τὸν μακάρεσσι θεοῖσι. id est,

Hic quidem sanguis est, non ille liquor, qualis diuis solet ire beatis. Admonens re gem suæ conditionis, qui pro deo affectabat haberi. Quanquam hoc quidam nō ab Anaxarcho, sed ab ipso Alexandre dictum tradunt.

10 In conuiuio quum Anaxarchus Alexandre propinaret, ostendo calice prædixit forte, *Divinito* ut uulnus acciperet, abutens ad id uersu,

Βεβλάσται τοῦ θεοῦ Βρονίσσα χρόνῳ. id est,

Ferietur aliquis inox deum humana manu.

11 Quum à Cypriō tyranno Nicocreonte torqueretur ut consciens proderet, post multa silentij fides ta in regem dicta cōuicia, tandem per iracundiam & linguæ amputationē minanti. Non erit, inquit, effeminate adolescēs hæc quoq; corporis mei pars tuæ ditionis: simulq; dentibus abscissam & cōmari ducatam linguam in os eius ira patens expuit.

12 Quum Alexandrum se ob Clito necem discruciantem uideret, *Clito*, inquit, cōtigita adulanter stitia que dīs assidet: persuadet exupens quicquid à rege fieret, ius fasq; esse. Nam & Alexander pro deo se haberit sustinebat.

Z E N O E L E A T E S

13 Zeno accusatus quod cōiurasset in perniciem Nearchi tyranī, quum in quaestib; *Fortiter* iuberetur ædere nomina coniuratorū, nominauit plerosq; illi amicissimos. De his quum tyranus sumpsisset supplicium, rogaretq; nunquid superesset etiam, Tu solus, inquit, rei publicæ pernicies. Tandem & linguam dentibus amputatam in os tyranī, quod obir; cundiam hiabat, expuit.

14 Quum maledictis lacesitus incandesceret, reprehensus quod philosophus uerbis *Ira sapientis* proborum cōmoueretur, Si conuicia, inquit, æquo animo admiserō, ne laudes quidē sentiam. Lapidis est non sentire discriminem inter laudantem & uituperantem: sed philosophi est non ita commoueri, ut ab honesto recedat.

15 Quum ascenderet in theatrū cithara cāiente Antœbeo, uersus ad discipulos dixit, *Harmonia* mus, ut pernoctamus, quam uocem, quemq; concentum ædat, intestina, nerui, lingua & uite ossa, quibus adestratio, numerus & ordo. Si in rebus inanimis tantum ualent illa, quanto plus ualebunt si in omni hominis uita seruentur?

16 Dicebat ē suis quemque insomnis deprehendere posse quantum in philosophia pro *Somniorum* fecisset: si nihil illic uel appeteret uel faceret nefariae rei. Tum enim animus in profunda obseruatio tranquillitate constitutus ueros affectus prodit. Contra quæ uiglantes non audeni proficiat agere, ea noctu occurruunt in somnis.

P Y R H O E L I E N S I S

17 Deprehensus aliquando solus, ac secum loquens, rogatus quid solus ageret, *Meditor;* *Solitudo* inquit, esse probus. Sentiens ad id utilem esse solitudinem, inutilem turbam.

18 Quum obiurgati sororem Philistam, quidam obiiceret, quod oblitus esset sua profec *Facete* sionis (docebat enim omnia esse indifferentia) sic elufit. Non enim, inquit, in muliercula declarabitur indifferentia.

Rursus

Rursum quum canem inuadentem repulisset, idem obijcienti respondit, perdifficile esse 19
prorsus hominem exuere. Maluit agnoscere lapsum humanaū q̄ dogma rescindere.

Homo

In tempestate conspiciens cæteros animo esse deiectiores quum ipse nihil moueretur, 20
ostendit porcellum in naui secure edentem, dicens, oportere sapientē eam animantis itni securitas phis
caris securitatem.

lo sophica

Admirari solet illum Homerī uerſiculum præ cæteris,

Ἄγνωπος φύλακε γηραιός. Cīg dē tigē tuv jōdāy. id est,

Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.

21

Vita fugax

Quod alij defluentibus alij succedant. Sentiens in rebus humanis nihil esse diuturnum
aut stabile.

T I M O N N I C A E V S

Gaudebat hortorum secessibus ac solitudine, unde Hieronymus Peripateticus de il 22

Io dixisse fertur, Quemadmodū apud Scythes & qui fugiunt, & qui inseguuntur torquent. Capere fūt
 sagittas: itidem inter philosophos, alios persequēdo discipulos capere, alios fugiendo. Se ḡendo
 quitur fama fugientem, & ob id ipsum audius expetitur qui scholam uitat.

Quum uidisset Arçesilaum inter assentatores euntem, Quid tu, inquit, uenisti huc, ubi 23
sumus nos, qui liberi sumus?

In quendam omnia mirantem ita lusit, Quin & illud miraris, quod quum tres simus, 24
quatuor habemus oculos. Timon enim luscus erat, unde & Cyclops dicitur est, et discipu Facete
sum habebat luscum Diocoridem. Meminit huius & Socrates alicubi apud Platonem.

X E N O P H O N

Dicebat esse prudentis cordatiq; uiri, etiam ab inimicis utilitatē capere. Vulgatum 25
est, neq; solem, neq; aquam, neq; ignem magis utilem esse hominibus, q̄ amicos. Sed inge. Utilitas ex
mū philosophici est, quemadmodū periti medici ex bestijs ac serpētibus noxijs utilia quae inimicis
dam remedia colligunt, ita ex inimicorū odio decerpere aliqd quod uertat in suū bonum.

Dicebat tum maxime colendos esse deos, quum homini res sunt secundæ, ut quum in 26
cideret necessitas confidenter illos imploremus, utpote beneuolos iam & amicos. Recte Diuorum
Xenophon: sed uulgus hominum cōtrā facit: in felicitate profunda est diuorum obliuio: cultus /
quum urget calamitas, tum demum ad illos confugimus.

S T R A T O P H Y S I C V S

Quibusdam obijcientibus quod Menedemus plures haberet auditores quam ipse, 27
Quid mirum, inquit, si plures reperiuntur qui lauari cupiunt, quam unguis? Vnguntur Virtutis
qui se parant certamini. Subindicauit Menedemi philosophiam esse dilutam, ac facile in- ifus
ueniri qui audiant de uirtute differētem, per paucos autem qui uirtutem exerceant. Nam
huc prouocabat Strato.

PHOCION DUX ATHENIENSIS

Hunc quū pro concione dicentē quidam petulantissime maledicus interpellaret, mul- 28
sis conuicijs in illum debacchans, omisit quod cooperat, locūq; dedit maledico. Posteaq; Moderate
ille uix dicendi fecisset finem, Phocion reuersus in suggestum, placido uultu perinde qua
si nihil esset dictum, coeptam orationē prosequitur est. De pedestribus, inquit, copijs au-
diatis, superest ut de uelitibus ac leuis armaturæ milite dicam.

Quum adhuc florerer Leosthenes, interrogatus ab oratoribus, quid ipse boni fecisset 29
reipublicæ, Nihil aliud, inquit, nisi quod donec ego uobis fui dux, nulli dicta est ora-
tio funebris, sed omnes uita defuncti in maiorum monumentis sepulti sunt.

Alij iactabant cruentas uictorias, Phocion existimabat egregij ducis
esse, sic administrare rem militarem, ut nulli, aut quam pau-
cissimi ciues pereant. Mos autem erat Athenis

eos q; in acie cecidissent, apud popu-

lum laudare, ac cenota-

phia eriger-

te.

SOPHISTHEGMA TVM

LIBER OCTAVVS

PRAEFATIO



VNC à philosophis ad sophistas, hoc est quod dici solet, & ita
 ēt' or' trāseamus: quod genus hominū miror olim in delicijs fuisse, nō
 uulgo tantū, sed summiſ etiā principibus, cū nec essent germani poete,
 nec yōnū rhetores, nec synceri philosophi, sed tamē horū omniū simi,
 tantū ad captandā auram populatē, ac linguae modulatu deliniendas o
 ciosę multitudinis aures cōpositi, si paucos tamen excipias. Vnde mihi
 quām horum dicta frigeant p̄e philosophicis aut etiā poeticis, ut interdum parasiti &
 meretrices dicere uideantur argutiora. Sed hic liber habet præterea uariam dictionem fa
 tyram, in quibus fortasse reperties iuxta poetam epigrammaticū, quādam bona, quādam
 mediocria, sed mala plura. Verum ut moleſtus est conuiuator, qui p̄aeter modum laudat
 ea quāe apponit: ita ciuitatis est parcus extenuare apparatus: eo quod & qui laudat, &
 qui deſicit immodice, diuersa quidem uia, sed tamen pati studio uenari gratiam uideatur.
 Sit igitur hoc lectoris iudicium. Nos ſimpliſter τὰ μέγ̄η ἡμῶν apponemus.

LEOBYZANTIVS SOPHISTA

1. Venit Athenas populo diſſidijs tumultuantī concordiam ſuasurus, ubi prodifſerit
Solerter ſuggeſtum, corpore admodum puſillo, omnium riſus obortus eſt. Ille fortuitam occaſio
 nem uertens in procēdium, Quid, inquit, o uiri Atheniēſes, ſi cōſpiceretis uxore meam,
 quā tam puſilla eſt ut uix pertingat ad genua mea. Ad hanc uocem quum maior etiā po
 puli riſus ſublatus eſſet, subiecit, At nos tam puſillos, ſi quādo diſſidemus, uix ciuitas By
 zantium capere poteſt. Ita fermē Plutarchus in p̄ceptis politicis. Sed eandem fabulam
 multo aliter narrat Philoſtratus in Sophiſtis. Nempe quum prodifſerit ad populum diſſi
 dus de concordia, ipſa ſtatim ſpecie riſum mouit populo, quād obesuſ eſſet, ac uentre p̄e
 grandi. At ille nihil turbatus riſu multitudinis, Quid, inquit, ridetis uiri Atheniēſes? U
 xor mihi eſt me multo obefior, & tamen concordes unus capit leclulus, diſcordes ne tota
 quidem domus. Quod refert Philoſtratus, & probabilius eſt & festiuſius.

2. Quum Philippus ad ornaret bellum aduersus Byzantios, Leo adiūt illum percontans
Admonitio hunc in modum, Quid, inquit, accidit tibi Philippe, ut bellum instituas? Ut, inquit, nū pa
 commoda tria ciuitatum pulcherrima huc adducatur, ut intelligat ſe à me diligi, eocq; ad fores amatio
 rum meorum uenio. Ad hāc Leo, At qui redamari cupiunt, haudquaq; cum gladijs uen
 re ſolent ad fores amafiorū. Amantes enim non egent bellicis instrumentis, ſed ciuibib; Hoc dicio in diuerſum flexo animo patriam ſuam liberauit. Ita Philoſtratus.

3. Pasiadi obijcienti ſlippitudinē oculorum, Corporis, inquit, uitium exprobras, haud uis
Conuicium dens filiū tuum Nemesim humeris baſulantē. Erat enim Pasiadi filius contractis hume
 retortum riſ. Nemesim aut̄ dixit redargutionem insolentia, quam ueteres fingeabant eſſe deam. Ius
 prudenter in alterū torquet conuicium, ſi in promptu ſit quod ipſi uicissim obijciatur.

ION SOPHISTA

4. Dicebat rem morofam eſſe ægrotationem. Nam ægrotis & uxor moleſtia eſt, & meo
Animus cum incuſant, & leclulū moleſte ferūt. Ex amicis autem & qui accedit grauiſ eſt, & qui
 ægrotus diſcedit moleſtus. Sic animus ægrotus & latit & tristibus offenditur.

PROTAGORAS Abderita æb̄o.

5. Dicebat, de dijs nihil certo ſciri, ſint, an non ſint: ob id libri illius in foro exuſti ſunt,
 impie quād docerent impietatem. Ne quis arbitretur noui exempli rem eſſe, quād nūc exurunt
 tur libri hæreticorum.

6. Euathli diſcipuli dilemma quomodo apud iudices in iſpum retorſerit, notius eſt quām
 ut ſit hoc loco commemorandum.

THEODORVS Atheniensis, cognomento æb̄o.

7. Obijcientibus q; doctrina iſpīus multi redderent deteiores, respondit, id aliorū uitio
Interpretatio accidere, qui doctrinā iſpīus ſi uirū exciperent, quum ipſe dextra porrigeret. Hoc homi
 finiſtra num genere hiſce temporibus plenus eſt mundus, quiſbus nihil tam circuſpecte dici potest,
 quod non deprauent ad calumniā. Refert Plutarchus lib. De animi tranquillitate.

Fauorinus

F A V O R I N V S

In Fauorinum sophistam hæc tria iactata sunt, ut miranda uixit credenda. Quū Gal. 8
lus esset, scire Græce: quim eunuchus, accusatū fuisse de adulterio: postremo quod cum Prodigiosa
imperatore similitatem gerens, uiueret.

Huius æream statuam deiecerant Athenienses, ut hominis Cæsari inimicissimi. Erant 9
enim Athenienses uectigales Adriano Cæsari. Id posteaquam ei nunciatum est, nihil com Honor detra
motus dixit, Ut ilius etat Socrati ab Atheniēsibus ærea priuati statua, & bibere cicutam. ^{thus}
Contempsit statuæ iacturam, uita incolumi.

A E S C H I N E S

Aeschines quum Rhodi exul recitaret orationem suam aduersus Demosthenem, Rho 10
dij demirati sunt quod tali oratione fuisset damnatus ab Atheniēsibus. At desineretis, in
quit Aeschines, admirari, si audissetis quæ ad hæc respondit Demosthenes: mira ciuitate
se & se exemit à crimine, & iudices excusatuit, damnationis iniusta causam reiçies in ulo
lentiam eloquentia Demosthenicæ. Ita fetme Philostratus. Dein quum recitataim Demo
sthenis orationem omnes supra modum admirarentur, Quid, inquit, si ipsam bestiam au
dissetis sua uerba resonantem: sentiens in Demosthene magnam Demosthenis partem
abesse, si quæ scripsit ab alio recitarentur.

N I C E T E S

Nicetes Smyrnæus sophista telonæ cuidam in iudicio uehementius incandescenti di 11
centiq, Desine lattrare in me: admodum false respōdit, Si tu desinas mordere. Nam utrumque
que cahum est.

I S A E V S S O P H I S T A

Iseus sophista Assyrius quum primam ætatem dicasset uoluptatibus, simul ut ad uiri 12
lēm peruenit, uelut alijs subito factus miram induit morum seueritatem. Itaque percon,
tanti cuidam num illa, foeminam ostendens, uideretur formosa, τεπαμα, inquit, ὄφελο
μα, id est, desili laborare ab oculis. Ab altero quopiam interrogatus, quis pīscis, aut quæ
auis esset ad uescindum sua uissima, τεπαμα, inquit, ταῦτα πεπλάσθη, id est, ista cura,
re desu. Et adiecit, ξυνη γέρος ταυτάλου κίτης πρυγά, id est, sensi enim me à Tātali hor
ris fructus colligere. Subindicans omnes eiusmodi uoluptates quibuscis iuuentus capit, ^{Sobrie}
nihil aliud esse quam umbras ac somnia, qualia de Tantalo fabulantur poetæ.

Lacedæmonijs periclitantibus, ac de ciuitate moenibus cingenda consultantibus, Ho 13
metricum carmen recitauit;

ἄττις ἀράττιος ἐρεστ, κόρυς κόρων, ἀνέραστος ἀνήρ: Id est,

Scutum hæsit scuto, galeæ galea, atq; uiro uir.

Et adiecit, Sic mihi state Lacedæmonijs, & muris cincti sumus:

Pythonis proditoris accusationem tribus dictis absoluit, Coarguam Pythonem, in 14
quit, proditionis, oraculo à deo reddito, populo qui uinxit, Philippo qui dimisit. Græca Breuilo quū
sunt lepidiora, ἐλέγει πύθων προσδικώτα τῷ γένερι δέω, τῷ Λέγενδαιον, τῷ αναζεύσαντι φι
λίππῳ. Neq; enim deus pronunciasset oraculo nisi talis esset: neq; populus uinxisset, nisi
talis fuisset: neq; rex abiisset, nisi eum cuius gratia uenerat non reperisset, aut rex è castris
illum non dimisisset.

S C O P E L I A N V S

Scopelianus eos qui conuicijs agerent, existimantes se hōc pactio declarare animi ma 15
gnitudinem, aniculas appellare solet, non tantum ebrias, sed & rabidas.

Polemoni obijcienti quod inter dicendum pulsaret tympanum, Tympanizo, inquit, 16
sed Aiacis clypeo: haud inficians se in agendis causis interdum uti uerbis ac figuris uehe Vebemētia in
mentioribus, at non inani strepitu, sed ad causæ patrocinium accommodis: dicendo

D I O N Y S I V S S O P H I S T A

Dionysius sophista familiaribus dicere consuevit, mel summo dīgito nō caua manu gu 17
standum esse. Sentiens uoluptates quam parciſſime admittendas.

P O L E M O N S O P H I S T A

Antoninus imperator absente Polemonem occuparat domū illius, uelut omnium apud 18
Smytheos pulchritudinam. At Polemon noctu reuersus è peregrinatione, pro foribus cla Liberē
tnauit, se indigna pati, qui proprijs ædibus arceretur. Cognovit imperator ac cessit.

Pòst ubi Romam uenit Polemon, imperator ciuiliter illi exprobrans quod acciderat, Date, inquit, Polemoni diuersorum, nec quisquam illum etiāt. Mox histrio quidam tragœdiarum, ex Olympijs Asiæ, cui erat præfectus Polemon, appellauit Antoninum Cæsarem aduersus Polemonem, quod protinus initio fabulæ ab illo fuisset eieclus ē sce- na. Percontatus est Cæsar quo tempore fuisset eieclus: quumq; is respōdisset, circiter me- ridiem: admodum urbane respondit, At me quidem eiecit circa mediū noctis, nec tamen appellaui iudicem.

19 Quum laboraret morbo articulari, Pergami in templo obdormiit: huic apparuit **Affuetudo** Aesculapius, iubens ut à frigido potu abstineret, ad quem Polemon, O præclare, inquit, quid autem si bouem curares: subindicans, iam diu assuetum duris, frustra uocari ad delicias.

20 Proconsul torquebat prædonem quendam, quumq; dubitaret quod supplicij genus **Facete** esset de illo sumpturus, superueniens forte fortuna Polemon, Iube, inquit, illum edisce, re ueterum scripta. Ipse quidem Polemon multa edidicerat, sed in exercitatione nihil du- cebat laboriosius ac molestius quam ediscere: eoq; Fabius iubet hoc tædium protinus à pueris deuorari.

21 Occurrens sophistæ cuidam, intestina, mænides pisces & alia quædam uilla portans **Cibus** obsonia, O uir egregie, inquit, non potest Darij & Xerxis animum recte actione exprimere, qui talibus utitur cibis.

22 Timocrati philosopho apud Polemonem dicenti, Fauorinum esse loquacem, Et omni- **Salse** ra, manu in cœlum projecta: sub mouit à præmīs (Prælidebat enim ei certamini) dicens, hic manu commisit solœcismum.

23 Histriónem tragœdiarum qui in Olympijs, o Iupiter, pronunciarat, ostensa terra: o ter- **Gestus** ra, manu in cœlum projecta: sub mouit à præmīs (Prælidebat enim ei certamini) dicens, hic manu commisit solœcismum.

24 Quum articuli morbo lapidescerent, medicos admonuit ut effoderent, inciderentq; Polemonis lapicidinas. Dicebatq; comedendum est, manus nō habeo: ambulandum est, pedes non habeo: dolendum est, & manus habeo & pedes.

25 Curarat ut uiuus inferretur sepulchro, ac familiaribus quibus datū erat negocium ac **Industria** cludendi monumentum, Obde, inquit, obde ne me sol cernat tacentem.

SECVNDVS SOPHISTA

26 Tale declamationis argumentum erat propositum, Qui seditionem mouerit mo- **Argute** riatur, qui sedauerit præmium ferat. Quidam & mouerat & sedauit, petit præmium. Hanc questionem paucis absoluit. Quod est prius mouisse, quod posterius: sedasse. Itaq; prius da poenas moræ seditionis, ac deinde si potes, accipe præmium recte factorum.

GORGIAS SOPHISTA

27 Gorgiæ sophistæ palam exhibent se ad respondendum quod cuique libuisset pro- **Friole que-** ponere, Xenophon non ille Socratus, sed alius quidam inuidens, adiit illum atq; han- **stiones** proposuit quætionem, Dic mihi Gorgia, quamobrem fabæ uentrem inflent, quem ignem non inflent. Ad quem placide Gorgia, Istuc quidem tibi dispiciendum relinquo: cæterum illud iam olim cognitum habeo, te ram aduersus istiusmodi homines producere ferulas.

28 Dicebat tragœdiam esse deceptionem, qua qui alterum decepisset, iustior esset eo qui **Poësis fallax** non decepisset: & qui deceptus esset, sapientior foret eo qui nō esset deceptus. Fallit enītia bona tragœdia tractans argumenta conficta, sed adeo scite, ut uera credantur. Iustior autē ille uidetur qui fallendo prodest: & sapientior est qui per fictas fabulas discit, quid sit turpe, quid sit honestum. Refert Plutarchus de poetis audiendis.

HERODES SOPHISTA

29 Herodes in accusatorem, qui de causa pauca, de generis sui claritate multa iactarat, **Nobilitas in** Tu, inquit, nobilitatem habes in talis. Romanis quidem nobilitatis signum gerebant in talis calceis. Id erat eburnum additamentum lunę specie. Ita Plinius notat quosdam qui nihil haberent nobilitatis præter imagines. Rursus quum aduersarius gloriaretur quod in unam quandam Italæ ciuitatem multa beneficia contulisset, Idem ego, inquit, de me prædicare possem, si in uniuersa terra causam dicerem. Significans se de innumeris ciuitatibus

tatibus fuisse præclarè meritum.

Vxor Regillæ mortem luxit impotentius, adeo ut picturas & ornamēta domus cō³⁰ lorib⁹ atraret, uelis pullis tegeter, ac lapide Lesbio obscuraret omnia. Nam is funestus *Lucius immo* ac niger est. Quodam igitur die quum Lucius, qui fruſtra conatus fuerat Herodi persuadere ut lugeret moderatius, pueros uideret in fonte ædibus uicino lauantes raphanides, rogabat cui pararetur ea cena, qui responderunt, Herodi. Tū Lucius, iniuriam facit Regillæ, qui albis radiculis uestescatur in atra domo. Id ubi renūciatum est Herodi, amouit ab ædibus funestam speciem, ne apud probos uiros traduceretur.

Idem Lucius quum Romam uenisset obuiām factus Imperatori Marco, percontatus ³¹ est illum quod iret, & cuius rei gratia: cui Imperator, Honestum est & seni discere, eo ad Se *Liberis* ætum philosophum ut discam quę nondum scio. Hic Lucius sublat⁹ in cœlum manibus, O Iupiter, inquit, iam senex tabellam gestans puerorum more cōmeat in ludum, quum noster rex Alexander triginta duos annos natus uita defunctus sit. Hic citius probarim Cæsaris & studium & moderationem, quām Lucij libertatem.

Dolorem ex prioris filia Panathenaïdis obitu conceptum utcunq; lenierat Athenien³² fes, intra urbem eam sepelientes, & obitus diem ceu funestum ex anno sustollentes. Cæterum quum Elpinicem alteram filiam exanimē indecore lugeret, prolecul humi ac uociferans, quas inferias tibi faciam filia, quid tecum sepeliam: superueniens Sextus philosphus, Maximum, inquit, munus dederis filia, si moderate lugeas.

Viginti pueris ob uirtutem compluribus in locis statuas posuerat. Hac de re quum ac³³ cusaretur a Quintilijs Græciæ præfectis, quod superuacaneis impēdij indulgeret, Quid *Sumptus inar* inquit, uobis incommodi est, si ego ludo de saxis meis?

Videns Quintilijs Troianos quidem esse, cæterum à Cæsare plurimi fieri, dixit, Ego³⁴ etiam Iouem Homericum odi, quod Troianis fuit amicus. Nimirum libere profitens, sibi Literæ molestum esse, quod imperator tantum honoris haberet Quintilijs.

Proteo Cynico sine fine ipsum conuicj⁹ incessente, Cōsenuimus, inquit, ambo, tu qui³⁵ dem male loquēs, ego male audiēs. Sensit immedicable malum esse cui ille tam diu assue Maledicentia uerat, & se moderatius ferre quod iam nouum non esset.

Atheniensibus sic admirantibus hominis eloquētiā, ut dicerent illum esse de numero³⁶ decem oratorum, nihil elatus est hac laude quæ uidebatur maxima, tantum respondit, Modeste Eerte Andocide sum melior. Is, ut opinor, fuit sophista quispiam notæ vulgaris.

A N T I O C H V S S O P H I S T A

Antiochus sophista quum male uulgo audiret, ueluti formidolosus, quod nec prodiret³⁷ in concione, nec reip. munia capesseret. Non uos, inquit, metui, sed me ipsum: agnoscens iracundia bālem suam uehementiorem quām ut cohiberi posset. Sensit idem Plato, qui sunt iracundiæ dñorū ingenij, ad disciplinas quidem esse idoneos, ad gerendam rem publ. non item.

A L E X A N D E R S O P H I S T A

Alexander sophista legatione fungēs pro Seleucia apud Antoninum primum, uidēsc⁹³⁸ illum minus attentum, clariore uoce dixit, Ausculta me Cæsar. Cæsar autem acerbitate improbitas confidentiac⁹ uocis exasperatus, Ausculo, inquit, intelligoq; te. Tu enim es ille qui colis comam, qui dentes candidas, qui polis unguis, qui semper oles unguentum.

H E R M O G È N E S

Antiochus hoc dicto taxauit Hermogenem, ut diceret illum inter pueros esse senē, in³⁹ ter senes puerum: siue ob ualeitudinem ante tempus imbecillem, siue ob dictionis genus *Sermo incomneglectus*. Alij per iocum dicebant, illius uerba plane, iuxta Homerum, esse ἀπογυτα, positus quod ea ueluti pennas abiiceret.

P H I L A G E R

Rogatus quamobrem non delectaretur educandis pueris, Quoniam, inquit, nec me⁴⁰ ipso delector. Agnoscebat naturæ suæ uitium. Erat enim iracundus & morosus, eoq; nec iracundia appositus ad teneram ætatem instituendam: quum hodie stulti parentes nullis libentius committant liberos suos, quām huiusmodi truculentis & asperis.

A D R I A N V S S O P H I S T A

Adrianus sophista in conuiuio sophistarum, ad quos adhibitus erat tanquam egregij⁴¹ cuiuspiam arcani consors futurus, quum sermo fuisset ortus de characteribus dictionis, imitatio

& in quo quisq; præcelleret, & quid in quoq; potissimum imitandū esset. At ego, inquit, describam characteres, haudquaquam recensens incisiunculas, intellectulos, membra, aut rhythmos, sed meipsum mihi imitādum proponens, omniumq; inuenta ex tempore proferens fluxu quodam orationis, ac lingua permittā hæc omnia. Quid de hoc Adriani dicto iudicandum existimat, uiderint Critici, illud scio, Horatium non temere excludasse, O imitatores seruum pecus. Et hodie uidemus quosdam qui se totos addixerunt exprimendo Ciceroni, frigidos & elumbes euadere. Quod si quos delecat illud orationis genus leue & γλαφυρόν, equidem nec obsto cuiquam, nec inuideo. At ipse malum Epicteti rudem & indolatā phrasim, sed naturalem, quam Isocratis omni flosculorum generē picturamat. Huius Adriani dictionem Herodes sophista solet appellare κλωστήματα.

Colossifra/ λεπτέγγυματα, id est, colossi magna fragmenta: simul in iuuene notans orationem non gmenta dum satis compositam, simul laudans & uocis & animi magnitudinem.

42 Quidam e familiaribus miserat illi pisces in disco argenteo, picturato auro: at ille dele Facete catus uasco nō remisit, tantum ei qui miserat respondit, Bene facis, quod etiam pisces: quasi discus esset dono missus, pisces tantum nouitatis gratia additi. Quidam autem dicunt ioco factum, ut castigaret discipuli uitium, qui sordidior esse dicebatur. Nam eademonito discum reddidit. Quum essem apud Coloniam Agrippinam, senatus honoris gratia misit uinum in cantharis testaceis, nec eos repeti mos est. Id admiratus, rogaui causam. Responsum est, olim uinum solere mitti cantharis argenteis: hoc honoris quum esset habitum cuidam ex eorum numero, qui magnam nobilitatis partem existimant rapto uiuere, postridie mane profectus est cū argenteis cantharis. Re comperta misit ad illum senatus qui cantharos reposceret. At ille. Vlto, inquit, dono dedisti, & ego gratias egit. Hoc casu admoniti mutarunt consuetudinem.

P A V S A N I A S C A P P A D O X

43 Quoniam more suæ gentis craſta lingua sonabat, confundens consonantes, breves salte producens, productas corripiens, uulgo dicitur est coquus, qui preciosa obsonia male condiret.

P R O C L V S

44 Proclus Naucratites filium habebat intemperantem, gallis gallinaceis, coturnicibus, Argute catellis, & equis alendis indulgentem, quem pater adeo nō increpabat, ut unā cū illo potius iuuenaretur. Quo nomine quum ab amicis obiurgaretur, Citius, inquit, desinet, cum senibus colludens, quam cum æqualibus.

A N T I P A T E R

45 Antipater Hieropolites quum duclurus esset Seueri Cæsaris filiam, forma parum felici, & familiarium quispiam interrogaret quando latus esset πάντας εὐλόγιον, sic appellabantur munera, quæ sponsæ amici deferebant sponso tertio die, quo sponsa debebat exhiberi spectanda: Hermocrates lepidissime respondit, οὐκέτι πάρα μὲν οὐδὲ διάτησις λαβάμενη, id est, Encalypteria potius, quum talem ducat. πάντας εὐλόγιον est retego, οὐκέτι πάρα magis oportet quam retegi.

H E R A C L I D E S S O P H I S T A

46 Scripsérat libellum cui titulum indiderat πόνος εὐλόγιον, id est, laboris laudatio. Eum quum Ptolemæus sophista forte obuius uideret habentem præ manibus, rogabat quid moliretur. Quum ille respondisset, πόνος εὐλόγιον, Ptolemæus accepto codice, deleuit π., & adiecit. Tempus est ut legas titulum encomij, reperiq; scriptum, ὁρα εὐλόγιον. Ptolemæus hoc allusit, quod si labor mereretur laudem, eadem opera laudandus esset, a finis nimis labori natum.

H I P P O D R O M V S S O P H I S T A

47 Hippodromus sophista Clementi tragediarum actori longe præstantissimo, quum Indicium ins. apud Amphicyones optime regesta negata esset uictoria, quod Byzantius esset, atque corruptum id temporis Byzantium à Romanis obliteretur, prosiliens clamauit. Valeat applaudentes, ac perperam de re iudicantes, ego, inquit, Clementi uictoriam decerno. Quum alter histrio appellasset Cæarem, obtinuit Hippodromi suffragium.

48 Quodam tempore quum illi uehementer à Græcis applauderetur, multaq; magnifica Modestie acclamarentur, in quibus illum æquabant Polemoni, Homerico versu respödit, τί μ' ἀλλέτεναι

vēdūgūtūlēs; id est, Quid me īmortalib⁹ aequas? Simul & candidi hominis laudem auferens, qui Polemonem tam p̄eclaro testimonio ornari; & modestia, qui laudem invidiosam repulit.

Quodam tragœdiā appellante sophistarum matrem, correxit dictum, Ego, inquit, dico Homerum esse patrem. Siue quod nīmia sit tragicorum grandiloquentia, siue quod Homerus fons tragœdiarum sit Homerus. Pulchrius autem est ex ipso haurire fonte.

Homerum appellare solet uocem sophistarum, Archilochem spiritum; quod ille superpediter uerba splendida, hic acrimoniam & uehementiam.

Q V I R I N U S S O P H I S T A

Quum ab Asianis reprehenderetur, quod in accusando mītor ac lenior esset quām ipsi si docerent. Multo, inquit, satius est ut uos meā accipiatis lenitatem, quām ego uestram crū Admonitio delitatē. Tumebant Asiani rhetores, & immodicis delectabantur. tetorta

Amicis ipsum de morte filij consolantibus, Quando, inquit, potius apparebo uir quām nunc: Sentiens dolorem quādem esse acerbum, sed hoc fortitudinis laudem fore splendidiorem.

P H I L I S C U S

Philiscus illaudatus rhetor, quum causam ageret pulchre uestitus, sed tumultu irruēs 53 in tribunalia, uoce semimuliebri, lingua supina, quois potius spectans quām ad ea quāe agabantur: auersatus dicentem Imperator, studuit illi os occludere, totaq; actione aquam intercipebat, breues subinde percontatiunculas obijciens. Ad quas quū parum appositi responderet Philiscus, Virum, inquit Imperator, arguit cæstaries, rhetorem uox. Graeca plusculum habent leporis, οὐ μὲν ἀνδραία κακουσμὸν ἔχουσι, οὐδὲ φύσεων: notās illum, quod attonsa cæstaries declararet uirum, sed oratio non declararet esse rhetore, sed fœminam potius.

C A S S I V S S E V E R U S

In aduocatione quadam, quum M. Pomponius Marcellus latini sermonis molestissimus exactior, solo cismū ab aduersario factum arguere perseveraret, interpellatis iudicibus dilationem petiit, ut litigator suus alium grammaticum adhiberet, quod diceret sibi cum aduersario non de iure, sed de solōcismo controuersiam futuram.

M. P O M P O N I U S M A R C E L L U S

Quum ex oratione Tiberij Cæstaries quiddam reprehendisset, contrā affirmāte Atteio Capitone, id esse Latinum, & si non esset, futurum certe, iam inde, inquit, mentitur Capito. Tu enim Cæsar ciuitatem dare potes hominibus, uerbis non potes. Aeditio Aldina corrupte legit, uerba nō potes. Hominibus datur ciuitas, qui recipiuntur in ius ciuium: uerbis datut crux, quā recipiuntur in consuetudinem sermonis Romanū: quemadmodum multæ uoces non Graecæ tantum, sed & Britanicæ, & Gallicæ, & Persicæ ciuitate Romana donatae sunt. Id publicus usus potest, Cæsar non potest.

R E M N I V S P A L E M O N

Is flagrabit libidinibus usq; ad infamiam oris, unde quidam in turba osculum ingerens tem quum refugiens deuitate non posset, dicit non infaceto repulit, Vis tu, inquit, magi Salter, quoties festinantem aliquem uides obligurire.

E P I C V R V S A T H E N I E N S I S

Improbat institutum Pythagoræ, quum doceret amicorum communia esse omnia subebat ut discipuli quod quisq; habebat, deponerent in commune, dicens, id esse diffiden Amicorum etiū uenius q; amicoru. Etenim si quis uerē sit amicus, nihilominus habeo pro meis quā communia ille possidet, quām si deposuisset. Porro qui diffidit, aut non est ipse uerus amicus, aut de alterius animo dubitat.

C T E S I B I V S

Arcesilaus quum iniurieret Ctesibiuū ægrotanteū, se siissetq; hominem egere, clam crumenam pecunij plesiam subiecit ceruicali, quam ut reperit Ctesibius, ait, ἐπλεονάστε Benignitas τοῦ παύγον, Arcesilaī hic ludus.

E V R I P I D E S

Celebratur illud Euripidis dictum, Vnicū consiliū teclū magnam trilitū manū vincere. Quo prudenter admonuit, non petinde referte quām nutherofum educas exer-

citum, sed quam cordatis sint exercitus duces. In bello siquidem longe plus habet in men-
ti prudentia solertiaq; quam uires consiliū expertes.

7 Idem cuidam opprobranti graueolentiam oris, Multa nimurum, inquit, in illo occulta
~~silencium~~ computuetunt. Significans se posse continete arcana. Solent autem res in occulto con-
gestae computrescere.

DIONYSIODORVS TIBICEN

8 Gloriaris solet, quod nemo pulsus suos audisset, neq; in tritemi, neq; ad fontem quem,
~~zav alandar~~ admodum Ismeniæ. Sentiēs se nunquam captasse plausus sordidorum & imperitorum,
tis sed sat habuisse probari paucis eruditis. Ita Laertius in Cratete.

S T R A T I A S

9 Colax Bianti stupido sic adulatus est, Plus bibisti quam rex Alexander. Quod in Ale-
~~Adulatio~~ xandro turpissimum erat, illi laudi tribuit. Neq; enim statim laude dignum est, quod sit
a principibus.

ALEXANDER MAGNVS

10 Quum inuitaretur ut Darij filias suas habebat captiuas inuiseret, prædicabatur enim
~~Continentia~~ puellæ admirabili esse formam, noluit ire, dicens, Sibi non committendum, ut quum viros
uiciisset, a mulieribus vinceretur.

D U E L L I V S

11 Duellius qui prius Romæ e nauali pugna triumphū obtinuit, iam senex tremulog-
~~Pudicitia~~ corpore, iniurgio quodam audiuit exprobrari sibi graueolentiam oris: rediit domum tri-
unguis istis, & expostulauit cum Bilia uxore, quam virginem duxerat: quur huius uitij nunquam
admonuissest, quo licuisset mederi. Admonuissest, inquit illa, nisi putas omnibus viris
ad eundem modum olere animam. Et hoc apophthegma superius alteri tributum retuli-
mus. Si Bilia uere sensit quod dixit, argumentum est insignis pudicitia: si finxit, magna
est ciuitas erga maritum, magna item tolerantia, quæ tamdiu pertulerit hoc incommo-
dum absq; fastidio.

QVIDAM

12 Quidam iratus agasoni uolebat eum percutere: quumq; is clamaret, Atheniensis sum:
Facete ad asinum versus, Attu, inquit, Atheniensis non es: eiq; multas plagas inflxit. Meminit
Plutarchus in libello De cohibenda iracundia.

P R O M E T H E V S

13 Quum ignem e coelis in terras deportasset, euincit primum uisum Satyrus comple-
~~Vulnus regius~~ ciu uellet & exoculari: Heus, inquit, ni caues hirce, profectio dolebit ubi mentum. Ad-
monens etiam quæ natura pulcherrima sunt maximeq; necessaria, tamen fieri pernicio-
sa, nisi recte utaris.

BOS

14 Bos sub onere deficiens rogauit cætelium conseruum, ut se onoris parte recepta suble-
~~Auctilia mura~~ uaret: cui recusanti, Imo, inquit, & me ipsum & hac omnia portabis. Idq; faciunt est mor-
tuo boue. Ita Plutarchus in libro De tuenda bona ualeudine.

PORTIA MINOR

15 Quum laudaretur apud eam mulier quædam ut bene morata, quæ tamen iteratim
~~Pudicitia~~ trimonium, Felix, inquit, ac pudica matrona non nubit nisi semel. Non passa est illam in-
ter bene moratas numerari, quæ citra necessitatem ascisceret alterum virum. Nam mul-
tas huc cogit egestas. Porro coitus gratia hubere, non est uere pudicarum. Eoq; dixit, fe-
lix, excusans necessitatem.

ANNIA

16 Propinquis admonentibus ut alteri nuberet: esse enim illi & ætatem integræ, & faciem
~~Pudice~~ bonam, quorum alterum spem faceret prolixi, alterum promitteret amorem munulum. Ne-
quaquam, inquit, hoc faciam. Si enim bonum virum nacta fuero, nolo timere ne perdam:
sin malum, quid necesse est, post optimum perpeti pessimum:

MARTIA CATONIS FILIA MINOR

17 Rogata quur à morte mariti nollet iterum nubere, Quoniam, inquit, non inuenio
virum qui me magis uelit, quam mea. Non probauit coniugium, quod non condit-
ret

ter amor mutinus. Quæ ducitur dotis causa, conducum habet cōcubinum uerius quam coniugem.

Eadem quum diutius lugeret maritum, rogata quem esset habitura diem lucius ultus ¹⁸ sum, respōdit, Quem & uitæ. Sic illa Ethnica, magno sanè cum dedecore plurimarum Pudicarum Christianarum, quæ uiro nondum elato iam nupserunt.

V A L E R I A

Valeria Messalarum soror, rogata quur amissio Seruius uiro, nullu uellet nubere, Quod ¹⁹ niām, inquit, mihi semper uiuit maritus Seruius. Pudicitia

P Y T H I A S

Pythias Aristotelis filia rogata quis esset color pulcherrimus, Is inquit, quem stringe? ²⁰ nūis gignit pudor. Agnoscas uel ex hoc dico philosophi filiam. Solita autem foeminæ pudor liberti alijs coloribus aliæ delectari.

Philosophus quidam priscus, sed ἀνώνυμος, huiusmodi sermonē Arsinōes reginæ lumen compescuit. Quum Iupiter, inquit, inter dæmones rerum faceret partitionem, Lucifer ²¹ non aderat, sed distributione iam peracta uenit. Huic igitur quum Iupiter aliquid honoris tribuere uellet, nec esset quod daret, quippe iam consumptis omnibus, tandem assilgnauit filii honorem qui mortuis iherpendit, ueluti lachrymas & moerores. Quemadmodum igitur, inquit, cæteri dæmones bene uolunt ²² à quibus coluntur, itidem & Lucifer. Quod si fuerit abs te contemptus ô mulier, haudquam uenturus est ad te: contrà si diligenter abs te colatur honoribus illi designatis à Ioue, moeroribus ac lamentis, dilige, semper & tibi suppedirabit aliquid earum rerum quibus abs te perpetuo possit honorari. Refert Plutarchus in consolatione ad Apollonium.

D E M O S T H E N E S M Y T I L E N A E V S

Pulsauit fores hominis musicæ ac citharae dediti: quumq; is auditio pulsu iussisset illum ²³ introire, Faciam, inquit, si prius alligaris citharam. Subnotans illum nihil aliud q; cithara: Studiti in modicum canere. Refert Plutarchus Symposiacon libro secundo:

A T T I L I V S

Dixit satius esse ociosum esse quam nihil agere. Refert Plinius Iunior ad Minutium ²⁴ Fundanum. Satius est enim, inquit, ut Attilius noster eruditissime simul & facetissime dicit, nihil agere, ociosum esse quam nihil agere. Quanquam hoc dictu ascribitur Catoni seniori. Ocius est, qui uacat ab externis actionibus: nihil agit, qui negotijs in frugiferis, nihil ad beatitudinem conferentibus occupatur. Quemadmodum qui moliuntur, nec satis succedit quod agunt, satagere dicuntur: ita nihil agunt, qui frustraneis actionibus tumultuantur. Plinius enim putat, eos qui in militibus negotijs distractabuntur nihil agere: contrà qui se philosophiae dedunt, ociosos esse.

Dicere solet, sic adolescentes in foro auspicari a causis centum uiribus, ut pueri solent. In scholis ab Homero: quod utrumq; sit maximum, quum oporteat paulatim per gradus profectus ad id quod summum est peruenire. Meminit Plinius ad Maximum.

P L I N I U S M A I O R

Dicebat, nullum esse librum tam malum qui non aliqua parte prodebet. Verum dixit ²⁵ debis qui norunt ex quibuscunq; libris si quid inest frugiferū excerpere. Sed sunt qui in libro quantumuis bono nihil uenantur, nisi quod reprehendantur.

Idem quum recitatem quidam perperam pronunciantem amicorum quispiam res ²⁶ vocasset, & ut reperceret coegisset. Quid, inquit, an intellexeras quum ille annuisset, quid Temporis per ergo, inquit, reuocabas. Decem amplius versus ista tua interpellatione perdidimus. Tan similita ta erat parsimonia temporis.

Idem neptem suum ambulantem uidentis, obiurgauit. Poteras, inquit, has horas non ²⁷ perdere. Nam qui lectione uehebantur, aut recitatem audiebant, aut si libuisset aliquid Temp. pars etiam enotabant, aut dictabant aliquid, quorum nihil licet ambulanti.

P A S S I E N V S P A V L V S

Passienus Paulus eques Romanus, sed dubiae sanitatis, quum recitans elegias suas sic ²⁸ auspicaretur, Priscus iubes: Priscus labolenus qui tum aderat, Ego uero, inquit, non iubeo. Ridicule Protinus ingens omnium risus coortus est. Fingunt enim poetae suo arbitrio quicquid libet. Ac Priseus non tulit poeticam fictionem:

THRASEA

29 Referente Plinio Iuniore, dicere solet, Qui uicia odit, homines odit. Sentiens nullum
Homo esse hominem, qui non multis uicijs sit obnoxius, licet alij alij laborent. Ac sæpen utero accidit, ut qui alios insectantur, ipsi grauioribus madeant uitij.

VIRGINIVS

30 Cluuius historiographus sic affatus est Virginium, cuius res gestas attigerat, Scis Vir
Animose gini quæ fides historiæ debeat. Proinde si quid in historijs meis aliter legis ac uelles, ro
go ignoscas. Ad hæc Virginius, Tu ô Cluui, tûne ignoras ideo me fecisse quod feci, us
eget liberum uobis scribere que libuisset: Vox excelsi animi testis, & recte faciorum con
scientia contenti.

FRONTINVS

31 Vetus sibi extrui monumentum his uerbis, Impensa monumentis superuacanea est,
Animose memoria nostri durabit si uita meruimus. Excelsi animi est, quum præclara gesseris, glo
riam contemnere.

ARCHITATIS

32 Architas quum in agro comperisset quosdam è famulis admisisse quiddam, sentiens se
Moderate commotiorem in illos, nihil quidem tum fecit, tacum abiens dixit, Fortunati, inquit, estis
quod irascor uobis.

AVFIDIVS MODESTVS

33 Quintum in morbo sibi dicentem manus esse frigidas, hoc scommate taxauit. Atqui
Salso calidas, inquit, è prouincia extulisti: notans eum quod proconsul ad ministrans prouina
ciam multa suratus esset. Meminit Plutarchus in Symposiacis libro 2.

QVIDAM

34 Quidam Imperatorē incusauit, quod illius insidijs, & ocio & somno fuisset priuatus,
Loco uidelicet quod illius benignitate è paupere factus esset diues. Refertur eodem loco.

QUIDAM

35 Quidam Antigoni amicus quum ab eo petisset talentum, nec accepisset, postulauit ab
Libere eo deductores ac corporis custodes. Rogatus quamobrem, Ne, inquit, insidijs impetrar:
affingens se talentum humeris ferre.

ARISTARCHVS THEODECTAE PATER

36 Dicere solitus est, Olim uixerant septem sapientes, nunc haud facile totidem inuenias
Salso idiotas. Notans sophistarum turbam, qui se pro sapientibus laetabant, ut uix superesset
qui profiteretur in docium.

SELVCVS REX

37 Subinde dicere solet, si multi scirent, quantum sit negotijs, tantummodo tot epistolas
Regum curie scribere ac legere, nec humi proieclum diadema tollerent. Huius molestiae ne quaqua est
ruditus Erasmus, etiam si rex non sit.

CANVS TIBICEN

38 Dicebat homines ignorare, quanto plus ipse canens uoluptatis caperet, q[uod] alij: alioqui
Facte auditores non darent mercedem, sed acciperent. Virtus iucunda est team excentibus:
unde mirum est quosdam ad id mercede uelle conducti ut bene uirant, quum ipsa uirtus
abunde magnum sui sit præmium.

LAMPIS NEGOCIATOR

39 Interrogatus quomodo sibi parasset diuinitas, Magnas, inquit, haud difficulter, exiguae
Argute uero cū labore ac tarde. Sentiens initio paulatim magnacq[ue] uigilantia corrasam pecuniam
Cæterum parata iam ingenti sorte, facile est amplis lucris ditescere. Primum autoritas ac
fama tarde paulatim nec sine negocio paratur. At qui iam innotuit, facile magnam asse
quitur laudem. Meminit Plutar. in libello, An seni sit capessanda res publica.

ISMENIAS

40 Ismenias tibicen canebat in sacrificio, quumq[ue] non litaretur, is qui conductus fuerat
Facete atreptis tibij canebat ridicule, & hoc canente litatum est. Incusantibus autem ijs qui ade
rant, Diuinitus, inquit, contingit uenire canere. Hic Ismenias ridens, At me, inquit, ca
nente dij uoluptate capti morabantur, te uero festinante illos abigere; arripuerunt bo
stiam. Refert Plutarchus Symposiacon libro secundo. Conductus ille sibi laudem
arrogabat

arrogabat, quod ipso canente litatum sit, quasi dñ magis delectati sint ipsius cantu & Isme nte. Id lepidissime retorsit Ismenias: ideo non fuisse litatum, quod dñ gaudentes erudita musica, diutius amarent adesse sacrificio. At quum ille tam ridicule caneret, quasi studeret deos abigere, ne vacui recederent, arripuerunt uictimam.

PAVSON PICTOR

Pauson pictor receperat à quodam equum pingendum specie uoluntatis sese, & pñs/ 41
xit currentem. Indignante eo qui conduxerat, Pauson ridens, inuerte, inquit, tabulam: eo Correcatio
factio iam non currere, sed uoluntari uidebatur. Ita quædam errata quæ uidentur maxima,
minimo negocio corrigitur, si quis commode interpretetur. Refert Plutarchus in libel
lo, Quur Pythia uates desuisset carmine reddere oracula.

Serbidius Scæuola vir tum iuris prudentia tum M. Antonini Imperatoris amicitia 42
celebris, dicere solitus est, ius ciuile uigilantibus scriptum esse, non dormitantibus. Sen/
tiens iuris prudentiam non sine summo studio percipi: quemadmodum Aristoteles sic
edidit libros Naturalium ut non essent editi, nisi uiua vox doctoris accederet. Refertur lib/
bro pandect. 4.2. Tit. quæ in fraud. cred. lege, pupillus. Verum ut Scæuola merito requi/
rit studium ac uigilantiam à Iurisprudentiæ candidatis, ita nemo nō improbabat senten/
tiam Iodoci, qui Mechliniensi senatu præsedidit. Nusquam enim non magna contentione
tuebatur, neminem posse uel unius legis intelligentiam consequi, qui quicquam sciret in
bonis literis. Et quum in conuiuio quodam mecum disputans incaluisseret, addebat uix
esse treis in orbe qui leges Cæsareas intelligerent. Aderant huic conuiuio Ioannes Sylua/
gius Caroli tum regis Cancellarius, Georgius ab Halino, Blasius iureconsultus, & alij
nonnulli. Fatebatur tamen Bartolum leges ad plenum intellexisse, quum constet illū tot
locis hallucinatum esse.

PAPINIANVS

Bassianus Antoninus Imperator magna laborabat inuidia, quod fratrem occidēdum 43
curasset. Eoq; Aemylio Papiniano prætorij præfecto, ob eximiam Iuris prudētiam sum Libertas no/
mæ apud Romanos autoritatis negocium dederat, ut hoc facinus apud senatum defens/
deret. At is respondit, multo facilius parricidium perpetrari q̄ defendi. Ob hanc liberam
uocem Bassianus occidit utrum immortalitate dignum. Fui olim cum quodam Iurecon/
sulto in aulicis negotijs diu multumq; uersato, qui dicebat sibi nihil esse grauius q̄ quod
interdum palam iniqua animo reclamante cogeretur exequi: nec id satis, cogeretur exco/
gitare fucos, quibus quod erat iniquum uideretur æquum. Sed hæc ipsi principes inter/
dum non intelligunt, aliquoties ne sciunt quidem.

Prætorij viris ab Imperatore Adriano petentibus, ut sibi de iure respondere liceret, re 44
scripsit, hoc munus non peti solere, sed præstari. Quare accingerentur si qui sibi fiderent,
& populo sui specimen darēt. Nam Augustus quo maior esset iurisperitorum autoritas, standa non
constituerat, uti qui respondere uellent, id ex autoritate Cæsaris tacerent, quum antea profienda
liberum fuisset respondendi munus subire quicunq; sui fiduciam haberent. Sic & hodie
creantur doctores medicinæ, iuris, artium, Theologie, quum hoc nomen promeruisse sic
pulchrius quam obtinuisse.

Saluſus Iulianus tum exitia iuris cognitione tum multorum principum amicitia cla/
rus, solitus est dicere: & si alterum pedem in sepulchro haberem, adhuc addiscere uel/ industria
iem. Refertur, pandect. libro 4.0. Tit. de fidel comitissis. L. apud Julianum. Hæc senten/
tia optimo iure placuit laudatissimis viris. Sed hodie passim audimus has uoces: iam
adultus sum, serum est discere. Immo hoc turpius est nescire quæ cognitu digna sunt,
quod adultus es.

Quum post cladem acceptam ad Persas quidā ab Arcadia transfugissent, auxilia pol/
lentes, produci sunt in conspectum Xerxis. Ibi Persis percontantibus quid agerent Virtus sibi
Græci, responderunt eos celebrare Olympia, ac gymnetica equestriaq; certamina specta premium eſſ
re. Rursus porcontantibus quod esset certaminis præmium, responderunt coronā olea/
ginam. Hic Tritanechines Artabani filius, uersus ad exercitus præfectum, papè, inquit,
Mardonii, in cuiusmodi uiros nos incitasti ad pugnandum, qui non pecuniarum gratia
certamina agitant, sed uirtutis ac laudis. Ea uox tum uisa est timida, ut sæpenumero pru/
dentia habetur pro ignavia. Refert Herodotus in Vrania,

Quum

- 47 **Prepostera** Quum Xerxi nunciatum esset, quam fortiter, quamq; etiam feliciter Artemisia rem gessisset in pugna natali, dixisse fertur: sibi fœminas fuisse uitos, contrà viros fuisse fœminas, quod parum dextre se gessissent. Refert Herodotus lib.8.
- 48 **Nugax subtili** Aristo Chius dicere solet; dialecticorum argutias similes esse telis aranearū, quod plu rimum haberent artificij, minimum utilitatis. Nam is cum cæteris Cynicis putabat logicas cen ac physicen à philosophia submouendam, solam ethicen diligenter exercendam. Huius sententiae princeps fuit Socrates.
- 49 **Dialectica** Idem Λυγερώτοπος etiam, dialecticorum subtilitates dicebat similes luto uiarum, ad nihil utili, nisi quod ingredientes impellit ad lapsum. An illi recte damnarint uniuersam dialecticam alij uiderint. Illud experimentis compertum habeo, nullos magis aberrare a uero, quam qui superstitione in hoc studiorum genere sunt uersati.
- 50 **Salse** Diogenes conuicijs lacestitus à quodam de crimine prodictionis infami, Gaudeo, inquit, me tibi faciliū inimicum, quando tu non hostes, sed amicos lædere soles.
- 51 **Salse** Idem à caluo quodam maledictis aspersus, Ego quidem, inquit, tibi nullam facio iniuriam, quin potius laudo capillos tuos, qui malam caluariam effugerint; subnotans illum non iudicio sed cerebri uicio maledicuum esse.
- 52 **Facete** Lacon quidam gymnasarchum ligna ἄκανθα exhibentem facetissimo ioco incusavit, dicens, quod per eum nec lachrymas quidem illuc effundere daretur. Fumus enim excusat lachrymas oculis. Acapna ligna inde dicta sunt quod fumo careant.
- 53 **Facete** Alius quendam quotidie conuuantem, plagiariū ac tyrannum appellauit, per quem tot annis nunquam uidisset mensam suam. Ioci lepos est in fictione, Plagiarium appellauit, quod liberalitate sua homines sibi redderet obnoxios: tyrannum, quod per illum non licet cuicunque domi suæ uiuere.
- 54 **Nulli fidendū** Quidam ambientes amicitiae fœdus inire cum Lacone, uolebant se quoconque uellet uinculo adstringere, quo certius esset, amicitiam fore synceram. Quibus ille, Una est, inquit, de amicitia certitudo, si etiam uolentes lædere non possent. Nam reliquæ omnes prorsus infirmæ sunt. Conuenit cum illo Chilonis, sic habendum amicum, ut cogites illum posse fieri inimicum.
- 55 **Graniter** Socrati tribuitur & illud, nec à mortuo petendū colloquium, nec ab auaro beneficium. Nam mortui aut non respondent, aut lædunt: ita auarus aut nō dāt quod rogatur, aut infeliciter cedit accipienti, quod datur animo inimico.
- 56 **Fiscus** Idem conspiciens prædiuitem quendam, sed indocilum. Ecce, inquit, aureū mancipium. Indocilus seruus est & cupidatum, & eorum quæ possident.
- 57 **Profusio** Conspiciens quendam quibuslibet cītraq; delectum elargientem, Male, inquit, pereas, qui ex gratijs quum sint uirgines facias scorta.
- 58 **Vita inanis** Aiebat sibi uideri, quod dij semper riderent spectantes inanes hominū curas, quorum quum omnia sint exigui temporis ac momenti, tamen non pari cura tractantur. Sic enim tumultuantur homines, quasi & magna sint & perpetua, quæ hic geruntur.
- 59 **Librorū multitudo** Interrogatus quare non scriberet libros, quoniam, inquit, chartæ h̄s qui scripturi sunt pluris essent emendæ. Socrates nihil scripsit in uita, iudicans libitorum copiā officere studiosis sapientiæ.

T R A I A N V S

- 1 **Lien** Traianus Imperator initio procuratores habebat rapaces, qui prouinciales calumnijs expilabant. Quorum unus fertur, unumquenq; dūlūtūm sic conuenire solitus. Quid habes: Vnde habes: Hęc ubi didicerat, addebat tertium, pone quod habes. Sed admonitus à Pompeia Plotina uxore, cohibus eiusmodi uexationes prouinciarum, addens uocem optimo iure laudatam: Fiscum esse lienem, quod eo crescente reliqui artus contabescant. Sensit optimus princeps, iniquum esse, sic explere fiscum unius, ut nihil habeant subditi, præsertim quum boni principis sit, quicquid habet populus.
- 2 **Salse** Diogenes Cynicus interrogatus de quodam adolescentे qualis uideretur, Arcadem esse respondit. Siue significas illum esse stupido ingenio, siue, ut eruditū quidam malunt, mollem & pathicum, quod Arcades ferantur glandibus uiclitare: teste epigrammate, πολοι διά ἀρχασθίας βαλανοφάγοι αὐδοτες τέσσαρι.
- Glans autem apud Latinos interdum obscenam habet significationem.

Scipio

Scipio super cœpam interrogatus, quem egregium imperatorem habitura esset resp. 5
Si quid ipsi humanitus accidisset, Vel hunc, inquit, Marium intuens, iam tum in illo per. Indoles
spiciens ingenium maximis rebus natum. Refert Eutropius lib. 5

Quum Syllana crudelitas magna licentia sœuiret in capita ciuium, natū occisi feruntur 4
supra nouem millia, percussoribus libere per urbem uagantibus, ac cæteris metu atto. Libere
nitis, Qu. Catulus palam ausus est dicere Syllæ, Cum quibus tandem uicluri sumus, si in
bello armatos, in pace inermes occidimus? Eutropius.

C. Caligula frequenter exclamare solet, utinam uniuersus populus Rom. unicam cer, 5
uicem haberet. Talia portenta tulit olim mundus pro monarchis. Eutropius refert.

Traianus Cæsar solitus est dicere, principes omnes multum abesse à Neronis quin 6
quennio. Nam Domitius Nero primis annis quinq; summa cum laude gesstis imperium, Degeneratio
priusquam ad Caligulæ auunculi sui crudelitatem appelleret animum.

Sergius Galba in grauissimis bellis seuerissima disciplina habuit milites suos, adeo ut 7
simil atq; uenisset in castra, protinus uulgaretur ille Trochaicus: Disciplina mi
litaris
Galba est, non Getulicus.

Otho Saluius quum uideret aut deponendum imperium, aut magna ciuitate strage tuer 8
dum, statuerat sponte mori: & amicis ac militibus hortantibus, ne tam cito de belli euenu. Pictas in rem
tu desperaret, negauit sibi suam uitam esse tanti, ut hac de causa bellum ciuile nasceretur. publicam;
Quis non miretur hunc animum in principe ethnico eoq; XXVIII. annos nato?

Nerua Cocceius in coena cui assidebat Veiento qui sub Domitiano consularem di 9
gnitatem fuerat adeptus, sed multos clam apud illum detulerat, quum orta Catuli men Libere
tione, qui calumniator insignis fuerat, diceret, Quid nam faceret Catulus, si Domitiano
superuixisset? Junius Mauricus respondit, Nobiscum, inquit, coenaret. Satis libere sub
monens imperatorem quod Veientonem haberet familiarem, simillimum Catulo, quem
ut calumniatorem execrabatur.

Optimo iure laudibus uehitur illa uox Traiani, qui amicis incusantibus, quod parum 10
memor imperatoriae maiestatis, nimium esset omnibus expositus, respōdit, Talem præ
stab Imperatorem priuatis, qualem optarem ipse priuatus. Comitis in
principi

Flauius Vespasianus quum admoneretur ab amicis ut caueret à Metio Pompo, 11
siano, quod de hoc rumor increbuerat, fore ut aliquando regnaret, non solum sibi non
metuit ab illo, sed & consulem fecit. Id admirantibus amicis, Erit, inquit, olim memor
tanti beneficij. Beneficentia
conciliat ami
cos

Titus Vespasianus quum à duobus clarissimi ordinis esset in ipsum coniuratum, ac fa 12
cinus eò processisset, ut iam inficiari non possent, deduxit illos in spectaculum, atq; inter
illos medius consedit: ac petitis de industria mirmillonum gladijs, uelut exploraturus a
ciem, unum uni, & alterum alteri commisit, tanquam prouocans ad id quod molieban
tur: illis autem percussis, & animi præsentiam admirantibus, Videtis ne, inquit, principa
rum fato dari, frustraque tentari facinus potiundi spe, uel amittendi metu.

Idem fratrem Domitianum insidias moliebant, non est ultus, sed his uerbis admonuit, 13
Quid opus te parnicidio petere, quod me uolente obuenturum est, imo quod iam habes, Clementia
Imperi particeps? Haud temere in Christiano reperias tantum mansuetudinis.

Iulius Maximinus proditione militum interfecitus est una cum filio etiamnum adole 14
scente: quo tempore conclamatum est à militibus: Ex pessimo genere ne catulum qui, Crueliter
dem esse relinquendum. Allusisse uidentur ad Græcam parœmiam, νηπιος πατροκλε
ρας, παιδεις λατελεπτοι.

Constantinus Chlorus amicis admonetibus quod in augendo fisco uideretur in, 15
diligentior, respondit, publicas opes rectius à priuatis haberi, quam intra unum clau Princeps cb
strum reseruari. Eonus princeps qui magis à suis diligitur quam timetur, habet quicquid rus
ciues possident.

Iulianus Imperator cunuchos, coquos, tonsores, eiecit è palatio. Rogatus quā ob cāu 16
sam, negauit sibi esse opus eunuchis, quū uxor dececessisset, nec opus esse coquis, quod sim Famulitium
plicissimis cibis uesceretur, De tonsoribus dixit, unum multis sufficere. superfluum

Valentinianus nondum imperator templum Fortunæ ingrediens cum Iuliano, hinc 17
atq; hinc stantibus ediduis, qui aquā introeuntibus aspergeret; ubi uidit in chlamyde pura Libere
purea

purea guttam aquæ, pugnō percussit ædituum: Hoc, inquit, non est purificare, sed inquirare. Nam illi tales aspersiunculas appellabant purificationes.

18 Theodosius iunior tam admirabili fuit ingenij lenitate, ut quum ab amicis rogaretur, **Clementer** quamobrem neminem eorū à quibus ladebatur, supplicio capitis afficeret, **Vtinam, inquit,** mihi liceret & mortuos ad uitam reuocare. Ad priuatas iniurias oportet principem esse facilem ad ignoscendum, in ijs quæ lœdunt rem pub. decet esse seuerum.

19 Idem quum in amphitheatro Constantinopoleos sederet spectator, & populus damnam efflagitans clamaret, Crudeli bestiæ artifex obiectus pugnet: compescuit immitem turbæ uocem dicens, Nescitis, inquit, quod nos consueuimus clementer speciare: innuēs ubicunq; adest princeps, illuc oportere omnia mitius geri.

20 Xanthippe de Socrate marito prædicare solet, quod semper uidisset illum eodē uultu Constantia reuertentem domum quo exierat. Argumentum uere constantis animi, quum alij domo egressi si quid accidit triste, redeant turbidi: si quid læti, gestientes.

21 Pythagoras posteaquam uenerat Phlium, & cum Leonete Phliorum principe do Modeste cte & copiose quædam differuisset, Leon ingenium & eloquentiam hominis admiratus quæsiuit ex eo, qua maxime arte confideret, cui Pythagoras respōdit, Se nullam quidem artem scire, sed esse philosophum, id est sapientiæ studiosum. Huius uercundia, sapientis cognomen atrogans, quo se prius uenditatait θροι, uertit in titulum modestiæ.

22 Antipater Cyrehaicus mulierculis quibusdam cæcitatem ipsius deplorantibus. Quid Fortiter agitis, inquit, an uobis nulla uidetur uoluptas nocturna? Nocte omnes cæci sumus, nec tamen lamentamur. Habet animus quo se delebet, etiam occlusis sensibus. Responsum Antipatri conueniebat foemini, omnia uoluptate metientibus.

23 Asclepiades non ighobilis nec inexercitatus philosophus, cuidam interroganti, quid Fortiter incommodi cæcitas ipsi attulisset, **Vt uno, inquit,** puro ambulem comitator. Significas sibi minimum molestam cæcitatem corporis, quum animo cerneret.

24 Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Praclarum, inquit, rem effecisti, si Cantharis uim consequutus es. **Cantharis infectum est minutum quidem,** quod tamen letale gerit uenenum. Itaq; qui mortem homini minantur, nihil minantur magni, quum idem possit contemptissimum animalculum scorpius.

T H R A S E A

1 **Thrasea** dicere solitus est, suscipendas esse causas, aut amicorum, aut destitutas, aut Officium bene ad exemplum pertinentes: amicorum, quod ex lege Gratiarum amicorum communia collocandum sunt omnia; destitutas, quod in his potissimum & constantia agentis & humanitas cerne retur: ad exemplum pertinentes, quia plurimum referret bonum an malum habent. Freuenter enim bona causa uicio patronorum uincuntur. Expedit autem ad bonos mores, ut in iudicij succumbat prauitas, superet innocentia. Refert Plinius in epistola ad Quadratum.

2 Pollio dicebat, commode agendo factum est, ut saepe agerem: sed saepe agendo factum Accurate pos est, ut minus commode, quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis facultas, nec fidu tuis q; sepe cia sed temeritas paratur. Quod accurate factum uelimus, raro faciendum est. Hac ratione duci uidetur Itali quidam eruditii, qui licet pulchre calleant Latine, tamē uix unquam adduci possunt ut in familiarí congressu Latine loquantur. At si quādo compellit necessitas, dicunt exacte, quasiq; de scripto. **Noui Venetiæ Bernardum Ocricularium** ciue Florentinum, cuius historias si legisses, dixisses alterum Salustum, aut certe Salustij temporibus scriptas. Nunquam tamen ab homine impetrare licuit, ut mecum latine loqueretur: subinde interpellabā, surdo loqueris uir præclare, uulgaris lingue uestratis tam suum ignarus quam Indicæ. Verbum latínū huncquām quiui ab eo extundere.

3 Quum Antipater intra Latian à Græcorum copijs esset cōclusus, ac uelut ob res ferme liciter gestas Athenienses dijs immolarent uictimas, Demosthenes ad quendam amicorum nomine Agesistratum, ait sibi non eandem esse cum cæteris sententiam. Noui enim inquit, Græcos stadium pugnare & scire, & posse, Dolichon autem non item. Dolichus autem continet uiginti quatuor stadia. Notauit suos, quod protinus una contenti uicio, riola, deponetent bellandi studium, quum oporteat eiusmodi successibus non frui, sed uti ad maiorum teruti occasionem:

Quodam

Quodam tempore vox Demosthenem inter concionandum defecit ob multititudinis fremitum. Id obscientibus ita respodit, Histriones euoce iudicare par est, oratorem e mente. Clamōsi te. Græca iucundius sonant. Ἐντελέχειας ἡ καὶ λεῖψη ἡ τὸ φωνῆς, τὸ δὲ προφορᾶς ἡ τὸ γνώμης. Histrio seruit populo, orator consulit. Ille delectat, hic prodest. Ad bene consulendum non refert quam sis uocalis, sed quam opportuna suadeas. Actori uoce opus est, quæ uincat multitudinis fragorem; orator talis esse debet, ut populus ipsum ultro tacitus & attenus auscultet.

Idem Epicli opprobrit quod semper dicturus meditaretur, Erubescerem, inquit, optime iure, si tantæ multititudini consulens dicerem ex tempore. Quod alij præclarum esse dicunt, subito ex imparato dicere, id uir cordatus iudicabat esse temeritatis.

Quodam tempore quum populus obstreperet dicenti, ait se breue quiddam uelle filii narrare, Facto multitudinis silentio, Adolescens, inquit, quidam aestiuo tempore asinum conduixerat ab Athenis Megaram usq;. Sole uero circa meridiem uehementer aestuante, uterq; uolebat subire umbram asini, sed uterq; alterum prohibebat: hic dicebat asinu con ductum, non umbram: alter contendebat per conductionem & asini & umbræ ius esse factum. Atq; hæc loquutus Demosthenes abiit e suggesto. Populo uero retinenti, ac narrationis finem flagitanti, De asini, inquit, umbra audire cupitis, de rebus serijs loquentem audiire non uultis. Retulimus hoc in Adagijs.

Lycurgus rhetor ob generis nobilitatem liberior erat in dicendo quam ut populus in terdum ferre posset. Itaq; quum aliquando populi strepitu exploderetur e suggesto, exclamauit, o Cercyrea scutica, quam multis talentis digna es. Notans populum a quo ejusciebatur, magnæ quidem autoritatis ac nominis, sed inutili rebus gerendis. De Cercyrea scutica dictum est nobis in Prouerbijis.

Idem forte obuius Xenocrati qui à Telone obtorto collo pertrahebatur in metœciū, quo in loco carcer erat Athenis, fustem impegit in caput Telonæ, ac Xenocrate quidem liberauit, Telonem uero tanquam indigna patrarent in carcerem coniecit. Id Lycurgi factum ab omnibus collaudabatur. Itaq; post aliquot dies Xenocrates factus obuiam Ly curgi liberis. Cito, inquit, o puer retuli gratiam patri tuo, qui uulgo laudat quod in re difficiili tulerit auxilium. Sentiens laudem esse præmium recte factorum, & eam demum opulationem esse gratam, quæ adseritur in ipso discriminis articulo. Fuisse enim illi patrocinatus est, non oratione. Nimirum hoc est, Βογδύσας μόνος.

Obientibus quod eloquentia studio rhetoribus daret mercede, Si quis, inquit, profiteatur se filios meos mihi redditurū meliores, non mille drachmas, sed omnium facultatum dimidiū effunderem. Plurimū ab hominum uulgo discrepans, qui perisse existimant quod liberis instituendis impenditur.

Inter leges quas tulisse fertur hæc erat una, Ne qua mulier maritata proficiseret Eleusinem: id statuit ueritus, ne à diuinitibus dato precio corrumpentur: addita est poena drachmarum sex milia. Ei legi quum uxor Lycurgi nō obtemperasset, sycophantis qui depre benderant ac detulerant dedit talentum. Ea res quum illi postridie uitio daretur apud populum, Atqui ego, inquit, dare conspectus sum non accipere. Quidā ferunt leges ad quæstum: hanc notam à se depulit, qui nec in uxor's gratiam uoluit abrogare legem, sed mulieram de suo dependit.

Isoocrates inter familiares dicere solitus est, se quidem docere decem minis, cæterū qui ipsum docuisset audaciam & uocalitatem, mercedis loco daturum decem milia. Nam uocis exilitas & animi timiditas reddebant Isoctatem ad dicendum inutilem. Hæc autem quoniam naturæ sunt non artis, à præceptoribus dari non possunt.

Percontanti qui fieri posset, ut quum ipse non esset ad dicendum accommodus, alios redderet idoneos: Quoniam cotes, inquit, ipse quidem secate non possunt, ferrum tamen reddunt acutum. Hoc uidetur imitatus Horatius,

Fungar uice cotis, acutum

Reddere quæ ferrum ualet, exors ipsa secandi.

Interrogatus quid esset rhetorica, Ex paruis, inquit, facere magna, ex magnis parua. Est enim hæc nonnulla rhetorices pars, amplificare & extenuare, qua de re diligenter præcepit Fabius. Sed præstigij genus est, quod respondit Isoocrates. Quin illud potius artis est;

quæ magna sunt ita tractare, ut auditori quoq; magna videantur, & contraria.

14. In conuiuio Nicocreontis Samiorum tyranni, quum à conuiuis iuberetur dicere His, Tempestive inquit, in quibus ego ualeo, nunc non est tempus; in his uero quæ hoc tempus requirit, ego nō ualeo. Recusauit inter pocula dicere, q; apud sobrios de reb. serij differere consueuerat.

15. Vbi conspexit Sophoclem tragœdiarum scriptorem sequi puerum quandam formam illius captum. Oportet, inquit, o Sophocles hominem non manus tantum apud se continxere, uerum & loculos. Vox homine Christiano non indigna.

16. Ephorum Cumanum qui scholam ipsius reliquit nullo profectu, atq; ob id à patre Demophilo denuo missus est, ut ab integro data mercede discipulum ageret, Διόφανη appellabat. Diphros enim Græcis dicitur currus, quod duos ferat, pugnantem & aurigam. Tales opinor olim fuisse cathedras (nam Διόφανη interdum & cathedralm sonat) quæ duos caperent: quales adhuc uidemus episcoporum ueteres, quæ capiunt praefulem & ascessorem. Apud R.D. Guilhelnum archiepiscopum Cantuariensem seruatur huius modis sella, quæ dicitur fuisse beati Thomæ Acrensis. Item Rossiæ in ecclesia cathedrali similis adhuc uisitur. Isocrates autem ex uocis etymologia captauit iocum in stupidum discipulum, qui bis attulerit mercedem. Διόφανη enim dici uidetur, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ φέρειν, id est, à bis ferendo.

17. Cn. Piso iuuenis etiamnum Manilium Crispum reum egit, euidenter nocente: eumq; licet præpotentem multis ac magnis criminibus urget, quod uideret illum eripi gratia Pompeij, qui Pisoni reo aderat. Itaq; quum Pompeius uelut exprobrans iuuenilem temeritatem Pisoni, qui non uereretur nobilem & opulentum atq; ipsi cum primis amicis ad iudices pertrahere, dixisset, Quin eadem opera me quoq; accusas: intrepide respondit Piso, Da uades reipub. te si postulatus fueris, ciuile bellum non excitaturum, tuum nomen priusquam Maniliū deferam. Hic elegans epiphonema subiicit Valerius Maximus. Eodem, inquit, iudicio duos sustinuit reos, accusatione Maniliū, libertate Pompeium & alterum lege peregit, alterum professione.

18. Thales Milesius interrogatus quantum distaret à mendacio ueritas, Quantum, inquit, oculi ab auribus. Sentiens, ea demum esse indubitate fidei quæ conuemur oculis, rumoribus ac fabulis hominum haud tuto credi. Eodem pertinet Homericum figmentum de somnijs, quorum quæ subuolat per portam corneā, uera sint, quæ per eburneam, uana. Corneæ portæ inuolucro designans oculos ob coloris similitudinem: eburneos ob candorem dentium.

19. Isocrates ad patrem qui dicebat se cum filio non misisse nisi unicum mancipium, Abiigitur, inquit, & habebis duo. Id bifariam potest intelligi. Redi tu domum apud me reliquo filio, quem posteaquam ita formaro, ut tibi non minus dictio sit audiens quam quislibet seruorum tuorum, pro uno mancipio habebis duo. Aut, abi domum, ac putra tibi ea pecunia quam pactus es pro filio instituendo, iam me quoq; tuum esse factum, ut non minori curæ mihi futurus sit tuus adolescens, quam si tuum essem mancipium. Simile quidam tribuitur & Aristippo.

20. Cn. Lentulus Marcellinus consul in cōcione grauiter questus est de Magni Pompeij immoda potentia. Huius orationem quum populus clara uoce acclamans approbat, Acclamate, inquit, acclamate Quirites dum licet. Iam enim uobis impune facere non licebit. Significans illius potentiam breui eo magnitudinis evasuram, ut nulla in retum esset ullo pacto resistere, si quid illi collibuiisset.

21. Helius Mancia Formianus, Libertini filius, ultimæ senectutis, L. Libonem apud Pompeium accusabat, in quo certamine Pompeius Liboni fauens, Helio & generis humilitatem & senium exprobrans, dixit illum ab inferis remissum, ut claros uiros accusaret. Hoc conuicium incontranter retorsit hoc modo, Non mentiris, inquit, Pompeie, plare ab inferis reuersus sum. Sed dum illic moror, uidi Cn. Domitium Aenobarbum deplorantem, quod summo genere natus, uitæ inculpatissimæ, patræ amantissimus, in ipso iuuentutis flore tuo iussu esset occisus. Vidi pari claritate conspicuum Brutum, ferrolacratum, querentem id sibi prius perfidia, deinde etiam crudelitate tua accidisse. Vidi Cn. Carbonem acerrimum pueritiae tuæ bonorumq; patris tui defensorem, quum tertium consul esset, catenis quas tu illi imjaci iusseras, vincium obtestante, se aduersus omnes & nefas

nefas; quum in summo esset imperio a te equite Romano trucidatum. Vidi eodem habi-
cu & quiritatu, praetorium virum Perpennam sauviam tuam execrantem, atque hos o-
mnes eadem uoce indignantes, quod indemnati sub te adolescentulo carnifice cecidis-
sent. Has Manciae uoces fortassis aliquis temeritatem appelleat citius quam libertatem.
Scitum est quod subnecuit Valerius. Eo tempore & fortissimum erat Pompeio maledicē
re & tutissimum. Fortissimum ob summam potentiam, tutissimum ob reuocatā ueterum
facinorum inuidiam.

Diphilus tragœdiarum actor, quum in ludis Apollinaribus ad eum uersiculum uenis-
set, Misericordia nostra magnus est, directis in Pompeium Magnum manibus pronunciauit: ²² Libere
Actio in tantū placuit populo, ut aliquoties fuerit reuocatus, nec bistrioneritus est iterare
simili gestu. Dubites utrum potius mirari conueniat, actoris audaciam an populi. Simili
audacia usus est in eadem fabula, quum uentum esset ad eum uersiculum:

Virtutem istam ueniet tempus quo grauiter gemas.

Tametsi mibi uidetur carmen esse mutilem. Suspicio addendum, Serua uitatem istam,
aut aliud simile uerbum, ut sit uersus Trochaicus.

Seruius Galba C. Iulium consummatis uictoriis in foro ius dicentem, huiusmodi di-
ctis ausus est interpellare: C. Iuli Cæsar, pro Cn. Pompeio Magno quondam genero tuo ²³ Libere
in tertio eius consulatu pecunia spopodi, quo nomine nunc appellor. Quid agam? Num
dependam? Hac uoce palam illi exprobrans quod Pompeij bona uendidisset, cui fuerat
affinitate iunctus. Aequum autem uidebatur, ut quæ bona generi uendiderat, ea depende-
ret, quæ nondum orto inter illos bello fuissent contracta. Cæsar hac inuidia commotus,
æs alienum Pompeij è fisco resolui iussit.

Quum Philippus Macedonum rex cognitionem exerceret parum sobrius, ac perpe-
tua aduersus mulierē quandā tulisset sententia, illa sentiens errore esse uini, non regis, ex-
clamauit: Prouocarem, inquit, ad Philippum, sed sobrium. Excusus regi multebrē conui-
cium temulentiam, adegitq; ut expergesfactus causam eandem animo præsentiore cogno-
siceret. Hic dubites utrum potius admirari debeas, scemine libertatem, an tanti principis
humanitatem. Simile quiddam & ante retulimus, sed sub uiri persona.

Scipio Aemilianus creatus censor addito collega Mummo, viro magna quidem no-
bilitatis, sed uitæ dissolutioris, pro rostris dixit se ex maiestate reip. omnia gesturum, siue
ciues sibi dedissent collegā, siue non dedissent: innuens satius fuisse non habere collegam
censuræ, quam tales collegam.

P. Rutilius amico cuidam retn iniustam petenti pernegabat. Quumq; is comotus per
summam indignationē diceret: Quid, ergo, inquit, mihi opus est tua amicitia, si quæ rogo
non facis? Immo, inquit Rutilius, quid mihi opus est tua, si quid in honestæ rei propter te
faclurus sum?

Quā M. Bruto tota ferè Lusitania seū dedidisset, sola urbs Ciana pertinaciter arma re-
tinet, tentatum est per Brutii legatos ut data pecunia perseverarent esse sui iuris. Verum ²⁷ Fortiter
his populus Cianensis uno ore respondit, sibi ferrum à majoribus relictum, quo urbem
uerentur, nōh aurum quo libertatem redimerent.

Iulianus Imperator, nō fallor, quum in frequenti turba quidam ipsum his uerbis appel-
laret aduersus aduersarium suum: Thalassius inimicus pietatis tuae nostra per vim eri-
puit, Agnosco, inquit, ab illo me fuisse læsum; proinde dīc illi ut mihi potiori inimico
prius satisfaciat. mandauitq; præfatio ne prius cognosceretur illorum negotium, quam
ipse cum Thalassio rediret in gratiam. Quod alter adduxerat ad maturādam uindictam,
Cæsar torcit in cunctationem.

Cyrus rex rogatus ab hospite quid ad prandiu apparari uaberet, Nihil aliud, inquit, q; ²⁹ Frugalitas
panē, nam spero me prope Crinū coenaturum. Mira frugalitas in regebarbaro, cui panis
etat pro obsonio, & sitim aquæ spe deferebat in coenam. Refert Ammianus.

Sigismundus Imperator, Alberti sacer, quum altis multis hominibus, tum illo præci-
pue commendabilis fuit, quod ut ipse linguarum ac literarum peritiam amauit, ita viros ³⁰ Honos eruditū
eruditione prestantes semper ornare ac prouehere studuit. Quo nomine quum à Germani-
nis principibus qui latinas literas oderant, reprehendēretur: quod homines obscurō ges-
tete nos ob literātū commendationē foueret: Quid nō, inquit, eos amem, quos natura

cæteros antecellere uoluit: Germani plurimum tribuunt generis nobilitati. At uir prudens intellectus in eruditis esse quiddam stemmati præstantius. Illi habent ædium partes clypcis & imaginibus depictos, hi animum habent optimis disciplinis exornatum. Porro ut natura animus præstator est corpore, ita ornamenta ingenij longe pulchriora sunt externæ nobilitatis insignibus. Qui nihil aliud habet quam maiorum imagines, opinione nobilis est uerius quam re. At qui uirtute præditus est, unde manat etiam illa vulgaris nobilitas, germanam ac natuam habet nobilitatem.

31 Spes Plato dicere solet, spes esse uigilantium somnia. Ad quod allusisse uidetur Vergilius, quum ait, An qui amant ipsi sibi somnia singunt: Nam dicitur mirum est quam uarias imaginationes patiatur in animo suo, qui uehemeter sperant aliquid. Atque his inanibus simulacris perinde semet oblectant, ac si tenerent quæ sibi pollicentur.

2 Nox apta con templationi Scopelianus sophista, quoniā somni parcissimus noctem existimabat studijs & exercitationi mentis accommodam, subinde solitus est exclamare, ἀνύψοστος γάρ οὐ πλείστος μετέχεις μηδέθεδυ. id est, o nox, nā tu sanè maxima ex parte confortes es sapientiæ deorū. Habet enim hominis mens in alto illo silentio, corporis sensibus iam feriatis, aliquid dignitatis, si se se intenderit ad rerum sublimium speculationem.

33 Glorie amor Quum Alexāder Thebanorum mœnia diruisset, Phryne meretrix pollicita est feliciter impendijs reposituram, modo ciues paterentur, hoc insculpi elogium. Αλέξανδρος μὲν τὸν στόλον, αὐτογενεῖ φρεάτην, id est, Alexāder quidem subuertit, sed Phryne restituit. Hic me rito quis dubiter, utrum sit admiratione dignius: an quod scortum corporis usura tantas opes collegerit: an quod tanto nominis amore teneretur, ut titulum tamen chare volueritem, ptum. Nam ut præclarus est restituere, quam demoliri: ita speciosior fuisset laus Phrynes scorti quam Alexandri regis.

34 Obesitas Pythagoras uidens quandam e discipulis attentiores curando corpori, id agente obesus esset ac nitida cute, Hic, inquit, non desinit sibi carcerem molestorem struere. Sen sit hominem esse animum, corpori eum carceri inclusum, quod quo reddas habitus, hoc magis grauatur animi uis.

35 Corpus hominis umbra Plotinus philosophus Platonicus, Amelio pictori roganti, ut corporis formam patre retur effingi, non passus est, Quid, inquit, an non satis est nos hanc imaginem circumferre, nisi & imaginis imaginem relinquamus posteris ostendandam? Iudicauit cum Pythagora corpus esse thecam mentis, utcunq; eam exprimentem. Minimum autem hominis uidere eum, qui nihil aliud uidet quam corpus.

36 Seneclus fana Sophocles iam extremæ senectutis, à filijs accusatus est dementia. At is pro apologia iudicibus recitauit fabulam, quam proxime scriperat, rogans num ea uideretur delirantis. Fertur & hoc dixisse: Si sum Sophocles, non deliro: si deliro, non sum Sophocles. Sentiens in eruditis ac sobrijs animi uim non elangescere, sed reuigescere potius usum & exercitationem.

37 Laras inferi Aelianus sophista scripsit in Gymnidem tyrannum. Hunc quū Philostratus Lemnius offendisset legētem indignabundo & concitato similem, percontatus est, quid argumēti esset præ manibus: Scribo, inquit, Gymnidis accusationē. Laudarē, inquit Philostratus, si uiuentē accusantes. Id enim erat uiro dignū. Nā lacerare defunctū cuiusvis in propria est

38 Rhetores servi populi Diogenes in capona prandens Demosthenem forte prætereuntem inuitauit ut accederet, id quum ille pudore recusaret, Erubescis, inquit, Demosthenes caponam ingredi: Atqui hic herus tuus quotidie uersatur. Innuuit oratores nihil aliud esse quam maciaria populi. Nec esse par, ut illic pudeat seruum populi uideri, ubi populus assidue uiueret.

39 Salse Idem quibusdam admirantibus carmen illud Hesiodi, οὐδὲν δέ βοσκέπιλοιτ', εἰμὶ γετων πειρός εἴη. Id est, Ne bos quidem pereat, ni uicinus sit malus.

Atqui Mesenij, inquit, simul cum bubus perierte, uobis uiciniis. Exprobrait Atheniensibus ignauiam, qui Mesenij uiciniis aduersus Lacedæmoniorū uim nō fuerint opitulati.

40 Imperium humanum Quum Aristoteli grauiter affectio medicus quidam præscriberet cū autoritate, nec ulam adserret rationem, Ne me, inquit, perinde curaris, ut bubulcū, aut fossorem, sed prius doce me causam quur ista præscribas, atq; ita demum habebis obsequetem. Docens, uiris cordatis non ita imperandum, quemadmodum imperamus asinis.

Alcibiades

Alcibiades Socrati miserat munus præclarum. Id quum Socrates uideretur recusatus, 41
eius, Xanthippe disuasit, assuerans donum esse magnificum, & indignum quod respues. Facete
retur. Tum Socrates, Alcibiades, inquit, hec mittit ambitiose, & nobis nostra est ambitio.
Sentiens, interdum esse magnificientius magna contemnere, quam magna largiri.

Zoilus interrogatus, quam obrem ita studeret omnibus maledicere, quoniam, inquit, 42
maleficere quum cupiam non possim. Expedita malitia morbum ingenue confitentis Maledicentia
& amantis.

Gnathæna meretrix adolescentem, qui fama ipsius illectus, ex Helleponto uenerat in 43
Atticam, essetq; in conuiuio loquacior, ita compescuit. An non dicebas, inquit, te ex Hel-
leponio huc profectum? Quis annuisset, & qui sit, inquit, ut primariam eius regionis ci-
uitatem non noueris. percontanti, quam: Sigæum, inquit Gnathæna, atq; ita ciuiliter ad-
monuit illum silentij. Nam στρατη græce silere est. inde dictum uidetur Sigæum.

Philippus rex multa questus apud Romanorū legatos de morib. & calumnijs Thessa 44
lorum, tandem elatus ira, hanc uocem adiecit, nondum omnium dierum solem occidisse. Minaciter
Hic sermo non Thessalis modo, uerum etiam Romanis suspectus utriusq; gentis fremi-
sum excitauit. Tit. Liuius 4. Decadis lib. 9.

Alexandri mater Olympias quum audisset filij cadauer insepultum fuisse abieciun, 45
inter lamenta dixit hoc quoq; O fili, tu qui studebas coeli particeps esse, huc toro impetu Deus insepul-
properans, ne ijs quidem potiri valuisti quæ sunt mortalium omnium communia, tertia tuis
ac sepultura. Alexander uiuus ambiebat diuinos honores: defunctio nec ultimus ille con-
sigit honos quem quiuis homo persoluit homini, quamlibet humili. Narrat enim Qu.
Curtius & Plutarchus, Alexandri corpus multis diebus insepultum iacuisse ob graues
procerum concertationes de successione principatus. Fuit & alter Alexander Epiri rex
Olympiadis frater, cuius corpus amne in hostium castra deueclum est, itaq; ab his foede
laceratum. Vnius tamen mulieris opera sepultum est, licet mutilum. Refert Tit. Liuius De
cadis primæ libro oclauo.

Pollio Romulus qui centesimum excesserat annū, Augusto percontanti, qua tandem 46
ratione illum corporis animiq; uigorem seruasset: Intus, inquit, mulso, foris oleo. Tradit Senectutis ali
Plinius naturam hominibus duos dedisse liquores optimos, oleum foris adhibendum cor monia
pori, uinum intus. Mel autem ob humidam calidamq; uim admodum senibus accommo-
dum est. Nunc mel in totum à mensis submouimus, & oleum corpori infundimus.

Cato Uticensis dixit, C. Cæsarem sobrium accessisse ad euertendam rem publ. Id Quin 47
tilianus ita refert, ut putet nihil dici posse significantius. Sensit enim illū hoc iam olim ani Acute
mo agitasse, quod postea fecit.

Plato rāntum tribuebat Aristoteli, ut quum ille forte fortuna non adesset in Academia, 48
mia, exclamarit, ἀπέστημό θέλω φιλόσοφον, id est, abest ueritatis philosophus. Rur, Ingenium
suis quum alio tempore abesseret, dixit, οὐδὲν δύκαλθεν. Non uenit intellectus, innuens se ab
illo uno intelligi.

Aristophontem Aeschines tradit, apud Athenienses gloriari solitum, quod quum no 49
nagies quinquies esset uocatus in ius, semper fuerit absolutus. At Cephalus homo populi Innocentia
laris iustius gloriabatur, quod quum plura de cetera scriptisset, quam alius suorum tempo illibata
rum quisquam orator, tamen nunquam coactus sit causam dicere. Certius innocentiae si-
gnum est, ita rem gerere, ut nemo uelit accusare, quam si postulatus elaboris ē iudicio. Ela-
buntur interdum & nocentes. At qui absolvitur, licet pœnam effugiat, cicatricem tamen
criminis circumfert.

Quidam accusatus quod patrem pulsasset, hoc modo defendit impū facinus, Et ille, 1
inquit, patrem suum uerberauit, & hic, ostendo filio, me uerberabit, postea quam adoleue Institutio li-
rit. Adeo nobis hoc gentilitium est. Videmus hoc fere uulgo evenire, ut qualis quisq; fue berorum
sit in parentes. tales experiatur in se liberos.

Alius quidam quum a filio pertraheretur, uentumq; esset ad domus limen, desine, in- 2
quit, fili, nam & ego patrem hucusq;. Agnouit se commeruisse quis sic a filio tractaretur, Exemplum
tantum postulauit ut esset æqua retaliatio reciprocum.

Herclitus philosophus in seditione rogatus, ut apud populum sententiā diceret, quo 5
pacio ciuitas redigi posset in concordiam, consenso suggesto poposcit, eadem aquæ fric-

gidæ, & paululum farinæ inspersit, mox de Glechone admiscerit, id est uel puligij sylue, stris uel leguminis genus. Dein epoto calice discessit, nec uerbum addidit: hoc pacio insnuens ita demum ciuitatem caritaram seditionibus, si repudiatis delicijs assuescerent paruo contenti esse. Et hic Heraclitus suo respondit nomini. Nam συλωρος dicitur est, id est, nebrisosus. Referatur & hoc inter ἀφεντικα apophthegmata.

4 *Piscator iktus* Simonides Cæsus in conuiuio rogatus à Pausania Lacedæmonio ut aliquid proferret, quod resiperet sapientiam, ridens, Memineris, inquit, te hominem esse. Ea uox tū quidem contempta est Pausanæ: uerum post ubi Chalcœcæ phano inclusus ob sideretur, fame ac frigore moriturus, ter inclamauit Cæsum hospitem, qui prudenter admonuisset.

5 *Sordes ambi tiosæ* Diogenes quum Rhodios quosdam adolescentes elegantiore cultu cōspexisset, dixit, τύφος στόμα, id est, hic fastus est. Rursum quum uidisset Lacedæmonios sub strictis nica parce sordideq; cultos ἄλλοι, inquit, στόμα τύφος στόμα, id est, hic aliis fastus est. Significans, non minus peccare eos qui ad ostentationē sordide uestiuntur, quam qui splendidio uestitu se se iacent. Vnde scitum est illud diuī Hieronymi, pullas uestes que ut candidas deuita.

6 *Ratiocinante* Adolescent quidam poste aquam Zenonem aliquandiu audierat, dormum reuersus, patre rogatus, quod tandem opera precium fecisset in philosophia studio, ostendam inquit. Quum nihil aliud diceret, pater iracundus, existimans impendium perisse, coepit flagrante cædere filium. Eam parentis sauviciam adolescentis æquissimo animo tulit. Ac rursus efflagitanti patri, ut aliquod specimen profectus ederet, expectanti egregium aliquod sophisma: hoc, inquit, è philosophia fructus retuli, ut patris iram possim commode perpetuare.

7 *Saltatio muta* Demetrius Cynicus damnabat artem saltatoriam, uelut inutilem gesticulationem ad tibiæ modos. Cui gesticulator quidam non imperitus, cupiēs arti suæ vindicare gloriam, iussit ut submotis tibicinis spectaret ipsum saltantem. Assensus est Dernetrius. Ille saltauit Homericam fabulam, adulterium Veneris ac Martis, ambos Vulcani uinculis irrititos adamantinis, ac sole prodente diis cæteris exhibitos, Venerem erubescēt, uarios deorum saltantium affectus, Mercurium optantem talia uincula, Martem damnatum ut penderet mœchagria, ac præterea quicquid ad eam fabellā pertinet. Ibi Cynicus artem admiratus, dixit: audio horro quæ facis, non video tantum. Sed mihi manibus ipsis loqui uideris. In huius artis laudem scripsit Lucianus, Plato non probat. & tamen apud Christianos saltatur ineptius.

8 *Gesticulatio* Lesbonax Mitylenæus histriones ac gesticulatores appellare solet χειροσόφοι, quod manibus saperent non lingua. Erat enim saltationis genus, quo graues etiam historiae citra uocem uel recitantis, uel tibicinis, solo corporis gestu sic repræsentabantur, ut spectatores prope plus inteligerent ex saltatione, quam si quis recitasset. Hæc ars conuenit Benediciniis.

9 *Facete* Philoxenus quondam cœnans apud Dionysium, quoniam animaduertit regi appostum piscem Mullum insigni magnitudine, quum ipsis appositus esset perpusillus (In piscium enim genere laudantur adulti) pisciculum auribus admouit. Id factum admiranti Dionysio causamq; percontanti, In manibus, inquit, est Galatea, de qua uolebam ex hoc quædam percontari. Verum negat se per ætatem quicquam adhuc scire, sed ait. pro aucto suum istic esse in tuo disco, qui multa posset commemorare si liceat colloqui. Exhilaratus rex misit illi suum nullum.

Venus operis Apellis ætate complures erant in arte pingendi nobiles, quorum opera quum pro suo candore miraretur, collaudatis omnibus dicebat illis deesse unam illam uenerem, quam Græci χειρὶ uocant: ingenuæ profitens cætera omnia illis cōfigisse, in hac una neminem ipsi parem esse. Simile quiddam est in phrasí, quod allicit ac remoratur lectorum aut auditorem, quum tamen nec habeat nomen, nec arte præcipi possit.

10 *Civiliter* Idem quum tempestatis uia Alexandriæ delatus esset, quidam Apellis æmuli subornarunt planum, hoc est scurram regium qui eum uocaret ad cœnam. Is non suspicās dolum uenit. At quū rex qui illi erat infensus indignaretur, & ostensis uocatoriis uiberet indicari à quo uocatus esset: Apelles arrepto carbone extincio è foculo, imaginem deliniauit in pariete, ut rex protinus ex inchoato opere agnosceret planum suum. Eadem opera & artis suæ, & ciuitatis suæ specimen dedit. Sit & hoc, si libet, apophthegma mutum.

Pictor

Pictor quidam interrogatus quem habuisset artis magistrum, dixit populum ostendit, sentiens se ad multitudinis iudicium pingere, & obseruantem quid quisque probaret aut Populi iudicium improbarer, artem fuisse consequatum. Idem ab Apelle factitatum legimus, qui post tabulam latitans subfuscabat spectatorum censuras. Numeretur & hoc inter ephesorum.

Socrates Alcibiadem adolescentem primum ob imperitiam trepidantem, ut sit, apud tantam multitudinem uerba facere, lepida & gaya animauit. An non putas, inquit, o Alcibiades contemnendum futorem? Annuit. An non praeconem: quum & hic annuisset, An non contemneres, inquit, tabernaculorum opificem? Quum similia quædam praeposuerit, & is fatetur hos esse contemnendos, tum Socrates: Atqui, inquit, ex his constat Atheniensium populus quem tu uereris. Quorum si singulos putas contemnendos, qui minus etiam contemnas condensatos? Sensit non referre apud quam multos dicas, sed apud quam cordatos. Fit enim hoc miro modo, ut quos singulos despicias, congregatos reverearis. In conuiuio Platonis Socrates admiratur Agathonis audaciam, qui coram tot hominum milibus praesenti animo recitasset suam tragœdiam: cui quid Agathon respon- disset, se citius uelle coram multis hominum milibus dicere, quam apud unum Socratem: Atqui in illis, inquit, milibus & Socrates erat. Fit enim & illud miro modo, ut quem unum reverare, in turba mixtum contemnas.

Ideem conspiciebas hominem prædum & arrogantem, sed nulla uirtute præditum, felicem, inquit, equus est argento circumteclus. Solent enim equi stragulis, phaleris, ac bullis argenteis exornari, quum interim tamen nihil aliud sint quam equi. Diles in doratu

Apud Ephesum quum Alexander cōspectam effigiem sui corporis ad uiuum magna expressam admiraretur, atque interim forte equus inductus picto in eadem tabula equo adhinciret, deceptus imitatioe, Apelles, Equus, inquit, o rex multo mellus expressus est quam tu.

Quum Alexander etiam hunc pubescens cithara daret operam, & præceptor artis subinde moneret quam chordam quomodo pulsare deberet, & puer parum obsequens doctori dixisset, quid si hanc pulsaretur? Citharoedus lepide respondit, Si isthuc queris tanquam mox rex futurus, nihil refert: si ut artifex futurus, plurimum interest.

Alexander Maceo præter modum delectatus est Homero, adeo ut illum ad uerbū edidicerit, ac dormiens etiam cervicali suppositum haberet. Eum aliás sumimū uirtutis præconem, interdum poetam θεολόγον appellare consuevit: cuius carmina censebat non ad citharam ut aliorum, sed ad tubam potius esse canenda. Addebat illud, se malle Homeris Theristen esse, & Cherili Achille. Cherilus erat Alexandri poeta non satis felix, qui quum fertur ita pacius, ut pro quoq; bono uersu acciperet Philippeū aureū, pro malo colaphū. Idem quum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset, O fortunate, inquit, adolescentis, qui tuæ uirtutis præconem Homerum inuenieris. Refert Cic. in oratione pro Archia.

Aristobolus historicus librum conscriperat de rebus ab Alexandro Macedone gestis, in quo multa supra ueri fidem adulantisime affinxerat. eum quum illi in nauigatione reū citasset, Alexander arreptum è manibus librum in flum Hydaspen demersit, & ad Aristobolum cōuersus, Tu, inquit, dignior eras ut eodem præcipitareris, qui solus me sic purgantem facis, ac uel uno iacula interficis elephantem.

Socrates animaduertens Antisthenem ambitiosus ostentare uestem laceram & detritam, facete hominem increpauit, τι πάντας, inquit, ἔχει λαθυρόφυλλον αὐτῷ; id est, nō desines te nobis comere: significans eiusdem esse ambitionis uilitatem amiclus ostentare, & de tiose licato cultu se se venditare.

Milo Crotoniates quum famam cōsetuisset, uidens Athletas in certamine exerceri, suos lacertos intuitus iam senio defectos, illachrymisse fertur ac dixisse: At hi quidē iam moriuntur. Corporis uigorem adimit ætas, animi uis ad extremitam usq; durat ætatem.

Cyrus apud Xenophonem mortiens, extremæ iam senectutis, negabat se unquam senisse senectutem factam imbecillorem q; fuisset adolescentia. Maxima pars incommode rum, ob quæ uulgo male audit senecus, ab intemperantia uitæ proficiscitur.

Pythius natione Lydus in urbe Phrygiae Cælestinus, nam ibi regnabat homo prædiuus, sed auris studio præter modum deditus, totam fere civitatem in fodiendis metallis occupatam

tenebat, utriam uix quicquam aliud agi uacaret. Huius morbo uxor solerti remedio mendicata est. Absente marito curat & mensam & omnem mensa supellecilem ad fabre ex auro confici, denique & cibariorum effigies quibus nouerat maritum præcipue dele, etari. Reuerso quum conuiuij tempus esset, apponitur mensa aurea cū reliquo uasorum apparatu. Atque hoc sane spectaculo diues aliquamdiu pauit oculos. Tandem quum interpellaret stomachus, iubet apponi cibos. Apponuntur illa aurea ciborum simulacra, spectanda non edenda. Hiç quum incandesceret ira Pythius, flagitans apponi quod edi posset, iam dudum spectaculorum esse satis. Tum uxor, An nō sentis, inquit, Pythi, dum nihil aliud queris quam aurum, agricultorem deseriri, & ciues tuos ad famem uocari, breui perituros si qua cœpisti pergas? Hoc ciuili cōmento cordata mulier maritum ab immodico auri studio reuocauit.

23 *Claudi salaces* Antianira Amazonum regina demirantibus quod nupsisset claudio, satis cynice respondit, ἔριστα χελώς οἴφε, id est, claudus optime uitum agit. Sensit maritum adhibendum non ad oculorum oblectamenta, sed ad usum coniugii. Feruntur autem claudi salaciæ esse cæteris, & ob id ad gignendam prolem magis accommodi.

24 *Vxor molesta* Pacuuius Aris uicino querebatur quod in horto suo funestam haberet arborem, unde prima uxör se suspendisset, dein altera, postremo tertia: cui salissime respondisse fuit Arius, Miror te in tot successibus inuenisse lachrymas. Item, Deum immortalem, quod ubi dispendia arbor illa suspendit. Adiecit, amice quæso te da mihi ex ista arbore quos inferam surculos. Hoc postremum à nobis ante relatum est. Arius μέγυνας fortunatum existimabat ab uxore liberari.

25 *Coungy mo/ lestie* Narratur & illud Catonis dictum, si sine uxoribus mundus esse possit, uita nostra non esset absq; dijs. Sensit felicissimam hominum uitam fore, si datum esset à coniugio liberos uiuere. Sed ut idem ait apud A. Gellium, cum illis incommodo uiuitur, sed sine illis omnino non uiuitur, ut merito dici possit uxor necessarium malum.

26 *Liberi* Orsines Satrapes, quum Alexandrum & huius amicos munieribus amplissimis hono rasset, Bagoræ eunicho nihil dedit. Sed admonitus ab amicis, quod is Alexander cū pri mis esset charus, respondit se regis amicis honorem habere, non scortis, nec apud Persas esse moris, ut uiri mares ducant. Agnoscas in hoc Satrapa mentem Cyro generis autem dignam, Honorare nouerat, adulari non poterat: quum hodie quoq; cernantur in aulis, qui scortis, morionibus ac lenonibus principum plus deferant honoris, quam genere ac uirtute præcellentibus uiris.

27 *Calumnie ci/ catrix* Medius ex Alexandri parasitis unus, solet alios adhortari, ne metuerent quoduis crim men in quemuis intendere. Adiecit scelerato præcepto causam appositam: Ut maxime, inquit, sanet uulnus qui delatus est, manet tamen cicatrix. Non arbitror quenquam esse diabolum tam impium, qui rem magis nephariam possit suggerere. Et quo fœdus est crimen, hoc tenacius habet apud multos criminis suspicio, uel in innocentissimum. Audiui ducem quandam his uerbis adhortantem suos milites nauticos ad quiduis prædandi temeritatem. Rapite quicquid potestis, siue merces sint amicorum, siue hostiū: nam ut qui spoliati sunt sic agant apud principem, ut compellamur restituere, semper aliqua prædicta portio remanet apud nos.

28 *Gorgias* Gorgias sophista quum forte fortuna legisset Platonis dialogum sui cognominis, qui Gorgias inscribitur, dixisse fertur, ὁ εὐθὺς οὐδὲ ποτὲ τῷ ιερῷ ιεροῦ, ut pulchre nouit Plato iambizzare, hoc est, mordere. Nam is pes primum ab Archilocho, ni fallor, repertus est ad maledicendum: unde & nomen habet, uel à muliere petulante & baccha, uel à mittendis iaculis. Siquidem in eo dialogo proscindit sophistas, id quod nusquam non facit.

29 *Spes pertinax* Rhodius quidam, de quo nobis antea dictum est, ob intempestivam libertatem à tyran no coniectus in caueam, in qua more nocentis bestiarum alebatur ad cruciatum & ignominiam, amputatis naribus ac fœdata uulneribus facie, quum ab amicis admoneretur, ut inedia sibi malorum finem quereret: Cuncta, inquit, homini quoad uiuit sperandasunt. Citius illum laudarim, quam istos, qui ob causas non admodum graues confugiunt ad sequendum, aut ad præcipitium.

30 *Anniceris* Anniceris quidam Cyrenæus aurigandi peritia fuit insignis: & ut egregius artifex, ita gloriosus artis ostentator, uenit in academiam Platonis: atque illic rationes operae procurrenti

procurenti, recurrenti, fleciendi currum, & per easdem interdī orbitas redeundi ostentabat. Admirantibus cæteris, Plato negabat sibi uideri probabile, eum uirum qui totum animum inutili studio dedisset, ad ullam rem grauem ac frugiferam esse idoneum.

Themistocles quum aduersus barbaros describeret Athenis exercitum, & in theatro ex illius gentis more producti essent galli gallinacei, atq; inter se commissi mira pertinacia inter se depugnarent ad necem usq; rem ludicram uertit in seriam cohortationem. Sic enim tuius suos affatus est. At isti, inquit, neq; pro aris ac focis, neq; pro liberis depugnat, sed tantum quod uincit turpe sit. Quo igitur animo uos esse par est, quibus pro salute patriæ, pro charissimorum incolumente, pro libertate certamen est.

Subactis à barbaris Lacedæmonijs Leptines dicit Græciam esse factam μονοφθαλμον id est, lusciam: sentiens Atticam & Laconicam esse cordatissimas Græciae partes. Meminit Aristoteles in Rheticis.

Apud Lassios, populum magna ex parte piscibus uicistantem, citharoedus quidam in foro ostentabat artem. Verum simul atq; tintinabulum crepitū signū dedit adesse pisces uenales, turba subito deseruit cantorem, & ad pescium mercatum aduolauit: uno excepto, qui quod surda ster esset, tintinabuli sonitum non audierat, aut certe non attenderat. Huic citharoedus propius accedens, gratias egit, quod & artem honorasset, & ipsum non paſsus sit esse prorsus desertum. Tū ille, an crepuit tintinabulum? Ut annuit, ualebis, inquit, egregie magister, seleg̃ mox ad pisces proripuit. Citharoedo liberum erat sibi canere & emus. Longe maior est nobis cura uentrī quam artū liberalium.

Romæ in foro pendebat tabula quædam habens imaginem pastoris uetus cum pedo. de hac Teutonum orator rogatus quanti eam aestimaret, satis Germanice respōdit, se nol le sibi dono dari tam uium ac uerum. Barbarus non agnouit artificiū, tantū spectabat formam. Atqui quæ natura deformia sunt, plus habent & artis & uoluptatis in tabula.

Gorgias Leontinus extremæ iam ætatis, quum sentiret somnum letalem obrepere, amico qui assidebat percontati quo pacto haberet: Somnus, inquit, iam incipit me fratri suo commendare. Homerus enim somni fratem appellat mortē. Nam mors Græcis masculis est: Simile quiddam de Diogene retulimus antea.

Ismenias insignis tibicen discipulis suis non minus ostendebat male canentes ac scientes, dicens, ad hunc modum canere oportet, ad hunc nequaquam. Admonuit & Quintus Fabius, in scriptis rhetorum non tantum indicari debere bene dicta, sed & mala.

Demochares dixit, quemadmodum nemo possit è thymbra siue satureia facere bonam lanceam, ita nec è Socrate probum militem. Sentiens militibus conuenire ferociam, quum Socrates esset omnium iniuriarum tolerantissimus. Quidam hoc tribuunt Crateti.

Melanthis negabat eam iram uideri grauem quæ mentem cogat emigrare, sed quæ prorsus excludat domo. Sentiens probis etiam ingenij adiunctam esse iracundiam, sed hoc uicium esse tolerabile si celeriter animus ad se redeat, & pro ira rationem in consilium adhibeat. At si perturbatio penitus insidat animo, ita ut excussa ratione feratur effreni impetu, certa pernicies est.

Isocrates pueros candidos, ac felici ingenio natos appellare solet θεῶν παιδιά, id est, deorum filios: eo quod hominis mens diuinæ sit originis, qua qui præcellit, deos parentes referre uidetur. Prisci dæmonibus attribuebant corpora, eosque deorum filios appellabant. Dæmones autem à scientia dicti sunt, quasi οἰκεῖοι. Idem de duabus auditoribus suis Theopompo & Ephoro, quorum prior erat acerrimo ingenio, alter leni, dicere solet, Se alteri adhibere calcaria, alteri frenos. Præcipuum est ut doctor animaduertat genium ac naturam discipulorum. Meminit Marcus Tullius libro de claris oratoribus.

Demonax Cynicus philosophus, quum uiderent Athenienses hoc agere, ut barbarorum exemplo gladiatoriū spectacula in urbem inducerent, nolite, inquit, ô canes istam crudelitatem prius admittere in ciuitatem uestram, quam Misericordiae aram sitis demoliciti. Significans non conuenire, in ea ciuitate in qua Misericordia pro dea coleretur, spestarī plusquam ferinam crudelitatem.

Cornificius

*Ventrī curā
prima*

Crossa iudicia

Mors senilis

*Philosophus
miles*

Ira brevis

*Gladiatoriū
immanitas*

40 Cornificius poeta, uidens milites in bello quod inter Augustum & Antonium geratur, frequenter fugere, appellauit eos lepores galeatos.

41 Philoxenus poeta quum in Sicilia fundum ac domum opulentam natus esset, & ad dicitur, nesciuit illius gentis luxum ac delicias. Per deos, inquit, haec bona me non perdet, contemptus sed ego potius illa. Moxq; cessit alij hereditatem, & e Sicilia abnauigauit.

42 Furnius Antonij partes sequutus fuerat. At posteaquam uictoria cessit Augusto, mes Adulans liber tuens sibi subornauit filium, qui a uictore ueniam peteret. Petit & impetravit. Tum Furias nius his uerbis Cæsari gratias egit. Haec una o Cæsar abs te mihi facta est iniuria, effectu ut mihi & uiuendum & moriendum sit ingrato: significans tantam esse eius beneficij magnitudinem, ut nulla ex parte par esset referenda gratia. Reprehensionis colore blanditus est principi.

43 Cillicon quidam siue Acheus Miletum patriam prodiderat Prienensibus. Quo nomine Proditio ne merito habebatur omnibus exosus, cuius perfidiam lanius quidam Theagenes sicutus est. Cillicon adiit Theagenem in macello empturus carnes. Lanius dissimulato odio porrigit carnium partem, uelut resecturus quod superesset. Cillicon profert dextram ex aduerso retenturus carnes: Theagenes macbæra sublata proditionis manum amputauit, ac ne id uideretur errore faciū, addidit, ista saltē manu post hac nō proditurus es ullam ciuitatem. Applaudebatur lanio, quod impium pro dignitate tractasset. Hinc adagium, Cillicontis exitium: retulimus hoc in Chilidiabus.

44 Celebratur C. Cæsaris dictum, quod praetextatus adhuc deprompsisse fertur in quendam modulatius orantem. Si legis cantas: si cantas, male cantas. Quidam latrant orantes uerius quam loquuntur. Sunt qui rhetoriam pronunciationem affectantes, medijs suis inter canentem & loquentem. Meminit huius Quintus Fabius.

45 Tiberius Cæsar Attilio Butæ uiro prætorio, quum ad inopiam per luxum ac socordiam redactus fateretur ac deploraret paupertatem suam, Serò, inquit, experiecius est. parenti. Dormiunt temulentiae ac luxui dediti uerius quam uiuunt. Nam uita uigilia est. Refert Seneca in epistolis.

46 Cato senior dicebat priuatarum rerum fures in compedibus uitam agere, publicarum in auro & purpura conspicuos incedere. Olim simplex furium nō puniebatur capite, sed uincti compedibus præstabat operam. At longe grauius crimen est peculatus quam sumptum. Et tamen qui fiscum principis, qui rem pub. compilant, magnates sunt.

47 Galba parasitus obijcentibus quod in ocio uiueret, Nemo, inquit, cogitur ad reddendam ocij sui rationem: innuens nullos tutius uiuere quam ociosos. Nam rerum gestarum rationem poscuntur qui tractant negotia, at ab ociosis ea ratio non potest exigi.

48 Pythagoras tria præcipue dicebat a diis optanda in hac uita: Bonam ualeudinem, formam ac diuitias, quod homo cætera sibi præstare posset. Quanquam illud vyaay, non pna minus ad animi sanitatem quam ad corporis pertinet.

49 Cato senior aiebat se demirari, quod non rideret aruspex, quoties aspiceret aruspice: Divinatio sua sentiens totum hoc divinationum genus imposturam esse, qua populo siebat fucus. Id quum non fugeret eius artis peritum, mirabatur quod aruspex aruspicem posset videre absq; risu. Solent enim impostores inter se ridere multitudinis stultitiam. Refert M. Tul. lib. de Diuin. 2.

50 Demonax Cynicus interrogatus quid sentiret de conflictu duorum, quorum alter in Absurda epte proponebat, alter absurde respondebat, ait sibi uideri alterum mulgere hircum, alterum supponere cribrum.

51 Pericles quum urgeret belli necessitas, Palladis ornamenta uendidit quadraginta talentis auri: & admirantibus ab illo rem sacrilegam admitti, respondit, ex hostium manus ejus posse illi reddi cultum nihilo deteriorem.

52 Persæ dicere solent esse duo peccata, quorum prius sit esse debitorem, alterum mendacem: quod obserati plerunque mentiuntur, dum pollicetur in diem, nec præstat quod pollicentur.

53 Messala uir exactissimi iudicij ac Romanæ linguae obseruatisimus quum audisset R. Argute Portium Latronem declamarem, dixit, sua lingua disertus est: Desiderans uidelicet in eo Latinis sermonis elegantiam, quum ingenium esset felix. Sed hunc Latronem Seneca ceteris omnibus anteponit.

Cassius

Cassius Seuerus, quum ex senatus consulto libri illius exurterentur, Nunc, inquit; su-⁶
perest ut ipse comburar, qui illos edidici. Quod animo insculptum est, nisi cum vita eripit Memoria
non potest.

Montanus Attilius Butae carmen recitabat. Quumq[ue] quidam indignaretur, quod rato,⁷
die recitasset, negaretq[ue] ad illius recitationes accedendum, Nacta Pinarius ait, Nunquid Facete
possum liberalius agere? paratus sum illum audire ab exortu solis usque ad occasum.
Gau debat enim is poeta subinde repetere ortus & occasus descriptionem. Notata uis
tem & Oratius eos qui ornatus gratia uel immodeice, uel non suo loco affectant tales
descriptions.

Aut flumen Rheni, aut pluuius describitur arcus.

Quum à Montano recitarentur uersus, quibus exortus solis describebatur, Varus e⁸
ques Romanus dixit: incipit Buta dormire. Rursus quum succederet descriptio occasus: Vita prægat
Quid dicit, inquit; iam nox est: Ibo & Butam salutabo: eodem scomitate taxans, & affe⁹ta
ctatum carminis decus, & Butae præposterauitam.

Demetrius dicere solet, nihil sibi uideri infelicius eo cui nihil in uita accidisset aduersus:¹⁰
quod oporteat talem hominem aut sibi ignotum esse, ut qui nunquam sui periculum fe¹¹cerit, aut di¹²s inuisum ut quem præterierint, uelut ignavum, nec idoneum ad fortus pergetua
næ conflictum.

Libertinus quidam prædiues aiebat sibi facilem fuisse uiam ad diuitias pasteaqua pœ¹⁰
situerat ipsum bona mentis. Sed hanc illiberalē uocem Demetrius grauiter castigauit¹¹
apud Senecam, per ironiam ostendens commodissimam ad paradas opes uiam, si quam
impudentissime aduletur.

Crispus Passienus dicebat adulatio non esse claudendum ostium, sed aperiendum, ue¹¹
rum ut solet amicæ, quæ si impulit, grata est, gravior si effregit. Sensit non probando eos
qui proorsus non ferunt ullam adulatio nem, quam ut affectare turpe est, ita ingerentem se
nō oportet omnino repellere. Prodest enim in hoc ut homo perspiciat qualis esse debeat

Plancus aiebat, non esse occulto aut dissimilate blandiendum, quod periret procacia¹²
si lateat. Fortasse pro procacia, quod erat scriptum, legendum est, procatio: ut sit sensus,¹³
Adulator ut procus captat gratiam: procus autem si tam tecle ambiat, ut puella non sens¹⁴
tia, perdit operam.

Latro Portius, cuius ingenium supra modum miratur Seneca, fuit enī illi condisci-¹³
pulus, quum Maxillus rhetor exilitate orationis suæ imputaret controversiæ, diceretq[ue], Salse
necessæ est me per spinosum locum ambularem suspensus habere pedes: Non me her-
cule, inquit, tu pedes spinas calcant, sed habent. Nam alter ariditatem ingenij impu-
tauit materiae.

Asinius Pollio dicebat in causa uerecunda nunquam tentari debete improba quæstio-¹⁴
nem. Notauit rhetores qui in declamando moueret quæstiones nihil ad causam faciētes. Causa

Oscus rhetor erat non infacundus, sed illud dictionem illius uiciabat quod nihil di-¹⁵
ceret absq[ue] schemate, cui quum Pacatus rhetor Massiliae mane occurrisset, Poteram, in-
quit, dicere aue Osce. Schematum affectatorem salutauit schemate, quum nusquam mi-
nus locus sit schemati, quam in quotidiana uulgariq[ue] salutatione. Per Ironiam itaq[ue] usus
est occupatione, ut diceret, quod non dicebat, quum sine tropo dicere posset, aue Osce.

Seuerus Cassius, qui alienas sententias paucis immutatis uocibus usurparent pro suis,¹⁶
dicere solet, eos esse similes furibus, qui poculis alienis mutaret ansas ne possent agnosciri.

Demonax dicebat nequaquam hominibus irascendum esse si delinquerent, sed corri-¹⁷
genda uicia: nimirum exemplo medicorum, qui non indignatur ægrotis, sed morbo me-
centur. Nam hominis est peccare, dei uero, aut hominis deo proximi, emendare peccata.

Accusatus quod nunquam sacrificasset Mineruæ. Nunquā, inquit, existimauit illi meis.¹⁸
uictimis opus esse: notans ineptam vulgi superstitionem, qui putabat deos hostiarum ni-
dore delectari.

Idem Phauorini dictionem ut nimium compositam, ac mulieri congruentiorem q[ue]¹⁹
philosopho, solet diceris incessere. Id indigne ferens Phauorinus adiit cynicum percō-
rants quis esset ille à quo derideretur: homo, inquit, cuius aurib. difficile est imponere. Phi-
losophum ut uestis neglectior, ita & oratio decet inaffectata.

Rogatus

- 20 Rogatus à Sophista quopiam, quod uaticum attulisset ad philosophiam, admodum Cynice respondit, ἀρχές, id est, testes, significans se nūdum accessisse.
- 21 Alteri percontanti, quam philosophiæ sectam potissimum amplectetur. Quis, in Barbā non fās quīt, tibi indicauit me esse philosophum? Moxq; uehementer secum ridens abijt. Interrogit philosophus quid ridet. An non magnopere ridiculum, inquit, si tu me ex barba iudicas philosophum? ipse barbam non habens.
- 22 Adolescenti lasciuus culto, qui quæstionē sophisticā proposuerat, nihil aliud respondebat quām, οὐ πάντας ἀποτίθεται. Vox ancepit ad cōfidentem quod colligit, & ad obscoenum sensum. Quumq; adolescentis indignatus respondisset, at ego tibi uirum ostendam. Demax admirant̄ similis, Quid, inquit, nūni etiā uirum habes?
- 23 Athleta quidam ab eo reprehensus quod uictor in Olympijs cultu molli floridoq; ut Toleranter retur, lapideum illi incusit in caput, ita ut sanguis ex uulnere proflueret. Id factum indignos referentes qui aderant, hortati sunt ut adiret proconsulem, Nequaquam, inquit, o uiri ad procōsulem, sed ad medicum potius. P̄tius esse debet hominē, ut malo accepto medeatur, quām ut regerat in alterum.
- 24 Proteo cuidam obīscienti quod mōderet omnes, nec tamē cynicū uiueret, Amice, inquit, non uiuīs hominē.
- 25 Physico quodam multa de antipodibus differente, ostensis in puto eumbris, rogauit, Fruola num illos antipodas diceret, Ridens absurdam quæstionem. Quanquam nūne compertum est, esse ueros antipodas.
- 26 Herodem sophistam immodece fugentem Polluci obitum præmaturum, quum uellet illi currus & equos uelut ascensu iungere, atq; etiā cœnam apparare, adijt Demonax, Enī tibi, inquit, à Polluce literas. Exhilarato Herodis, & quid uellet Pollux sciscitati, In cusat, si quis te, quod cunctis ad ipsum uenire: significans Pollucem ad ipsum non rediturum, sed recte parari currum, si uellet sequi defunclum.
- 27 Alium quendam filij mortem incōsiderabiliter lugentem, & in tenebris abditum adijt, Lucius certo promittens se filij umbram ab inferis reuocaturum, si tres ex hominum numero sibi nominare posset, qui nullius luxissent obitum. Quumq; is cogitationem per omnis nostros circūferens, nē unum quidem reperisset lucius expertem. Quid igitur, inquit, te ipsum discrucias homo, quasi nouum aliquid acciderit?
- 28 Quum à quodā quæsisset aliquid, atq; ille uerbis obsoletis ac priscis responderet, Ego, inquit, amice te nūne percosio, at tu peritide respondes, quasi regnaret Agamemnon.
- 29 Cuidam dicenti, Eamus in Aesculapij templū o Demonax, pro filij salute deprecatur deum, Adeōrie, inquit, surdastrum existimās deum, ut nos nū sit auditurus.
- 30 Ad Agathoclem Peripateticū arroganter iactantem, sese & solum & primum esse dialecticorum: si solus, inquit, es, qui primus esse potes: si primus, qui solus?
- 31 Quum apud Athenienses audisset præfatione solenni à sacris submoueri barbaros, ro Absurde gabat quamobrem id facerent, quum ea sacra tradidisset ipsis Eumolpus natione Thirax, nimirū Barbarus.
- 32 Quum legatus nauigaturus in Asiam, nauem concendisset, & à quodam interrogatur, num metueret, ne naufragio eiecius à pīscībus deuoraret: Quid, inquit, metuam à pīscībus, qui tot pīscēs deuorarim?
- 33 Quendam infeliciter declinante admouuit, ut sese diligenter exerceret: quumq; is Nemosui respondisset, nūni quām apud me nō declamo. Nil igitur mirum, inquit, si dicis inepte, qui iūdex haec tenus semper stulto auditore solitus sis uti.
- 34 Quum Athenis quidam Rōmanus senator filium ad Demonacitē adduxisset, eleganti Ambiguus ti forma, uestitu delicato, ac delicijs effeminatum, diceretq; salutat te o Demonax filius morsus meus: pulcher est, inquit, & te dignus, & matri non absimilis. Vtrūq; poterat dici in laudem. Nunc patrē notauit ex filij moribus, & matri simile dixit mollem & euīratū delicijs.
- 35 Conspicatus augurem quendam in publico uaticinia sua uendentem, si potes, inquit, Dīminatio ea quæ Parcæ statuerunt arte tua depellete, exigua mercedem postulas. Si quæ fatis decreta sunt omnino sunt euentura, quid tua prodest diuinatio? Bis misit esse cupit, qui mala quæ uitari non possunt amat præstire.
- 36 Senex quidā Rōmanus bene robusto corpore, qui armatus sese ad palum exercuerat, togauis

rogauit Demonaclem num magna uehementia uideretur depugnasse, Nimirum, inquit, aduersus hostem ligneum; innuens illum in uera pugna fore meticulosum.

Cuidam qui purpura induitus sese insolentius ostentabat, in aurē dixit, Heus tu, hoc an te te gestabat ouis, et ouis erat; significas illū nihilo minus stupidū esse si gestaret purpurā.

Quum aliquando in balneis refugeret ingredi aquā feruentiore, & alius illum appellaret meticulosum, Quid, inquit, an hoc pro patria passurus essem? Sentiens temeritatis Fortitudo esse non fari tūdini, subire periculū, nō ob causam grauem & honestam fiat.

Percontanti qualia putaret esse apud inferos: Expecta, inquit, & simul atq; illuc uenes, 39
per literas tibi significabo omnia; impie sentiens, nullos esse inferos. Nec enim crede, Impie
bat animarum immortalitatem.

Admeto poetæ insulso iactanti epigramma monostichon, quod testamento mandas, 40
Salse setiū addendum statuæ carmen erat.

Corpus humo tegitur, Admetus ad astra uolauit:
respondit, adeo sibi placere carmen, ut magno emptum cuperet, si iam nunc esset ascri/ptum. Tecte optans illi mortem, qui uita erat indignus.

Demonaci seni crura intumuerant, id uidens quidam, quid isthuc, inquit, mali est De monax? Tum ille, Charon, inquit, me momordit. Pro cane dixit Charontem, innuens se Senectus
neclutem morti uicinam.

Ad Lacedæmonium flagris lœuientem in serum, Desine, inquit, te seruo tuo similem 42
offendere. Laconum enim erat, flagrorum patientia gloriari.

Cynico cuidam arroganter laclanti pallium, peram & baculum, ac subinde uociferati, 43
se Antisthenis, Cratetis ac Diogenis sectatorem esse: impudenter, inquit, mentiris, quum Arrogantis
sis Hyperida discipulus. Allusit ad uocem ὑπεριλαγη, quod est per arrogatiā despicerē.
Est autem & rhetoris nomen Hyperides.

Proconsul cynicum quendam à quo publice fuerat proscissus ob unguēta ac molliciem, 44
ad supplicium arripi iussit. Huic deprecator aderat Demonax, dicens ignoscendum cyni Mollices
x, si quid dixisset mordacius, id esse lectæ uicium, non hominis. At quum proconsul non
negaret ueniā, sed si quid simile denuo cōmitteret, rogaret, quas poenas esset daturus: pro
fecto, inquit Demonax, tum hominē totum inungi, ac forcipe uelli iubebis. Plusquam cy-
nice momordit, qui cynicæ mordacitatis agebat patronum.

Alteri cui imperator ingentem cōmis̄erat, sciscitanti quomodo posset dele- 45
gatam prouinciam quam optime gerere, Si, inquit, ira uacaris, & quam minimū loquens, Graniter
plurima audieris. Ira ad omnem functionem inutilis est, & prouerbio quoq; princeps iu-
betur & æqua & iniqua audire.

Rogatus an philosophus etiam placentis uesceret: Quid, inquit, num putas apes stultis 46
tantum mellificare? Placentæ melle condiebantur, saccari usu nondum reperto.

In Ruffinum claudum multo tempore familiarem peripateticis dixit, nihil esse turpius 47
peripatetico claudio. Allusit huc, quod peripatetici dicuntur ab inambulatione, quæ non locose
conuenit claudio.

Epictero cynico suadenti ut uxore ducta daret operam liberis, Neḡ enim id indignum 48
esse philosopho. Da mihi, inquit, igitur unam e filiabus tuis. Notans illum inepte suadere Monitor
alteri, quod ipse non faceret.

In Herminū peripateticum qui semper in ore habebat decem Aristotelis Categories, 49
ita lusit, Equidem arbitror mi Hermine te nō indignum decem categorijs. Iocus est ex amī Ambiguo uocis. Categories Græcis uel prædicamenta dicuntur uel accusations.

Iurisperito dixit, leges prorsus uideri inutiles, ut quibus boni non egent, mali nihilo 50
fierent meliores.

Morientem amici rogarunt, quomodo uellet sepeliri, Ne quid, inquit, ista res uos ha- 51
beat sollicitos. Foetor me sepeliet.

Dicentibus, indignum facinus si talis viri corpus laceraretur à canibus. Quid, inquit, 52
incommodi, si & mortuus alicui sim usui?

Bion eos qui auscultarent adulatoribus dicebat esse similes amphoris, quæ auribus cir- 53
cumaguntur.

Pindarus cuidam cōmemoranti, quod ipsius laudes ubiq; prædicaret, Ego, inquit, pro 54
Tom. 4 G isto offi-

isto officio bonam repono gratiam, efficiens ut uera prædices. Vera uirtus nesciatur hominum laudes. Eas qui prædicant plus debent ihs quos laudant, quam ipsi debent qui laudantur.

ALPHONSUS Aragonum rex.

1 Eques quidam ingens patrimonium per luxum ac hibidinem absorbuerat, atque insu-
lante per magnam artis alieni uim contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibusdam apud Al-
phonsum Aragonia regem, ne saltet quæ debebat corpore luere cogeretur, Alfonius
respondit: Si tantam pecuniam uel in sui regis obsequium, uel patriæ commodis, uel sub-
leuandis propinquis impendisset, audirem: nunc quoniam tantas opes impedit corpori, par est, ut luat corpore.

2 **Ereditatio** Commemorantibus quendam ex Hispaniae regibus dixisse, non decere principes u-
ros scire literas, exclamauit, eam uocem boviſ esse non hominiſ. Non omnes literæ con-
ueniunt principi, sed eæ quæ politiken tradunt, aut ethicen, quæc recte ac fecus gestorum
exempla commonstrant, id quod facit historiæ.

3 **Canticum** Hunc quum adissent legati Matricienses, in quorū agris tum agebat Alfonius, con-
sulentes utri iuberet ipsos gratificari, Nicolao ne Picinino, an Fracisco Sphortia, respon-
dit ambos pro amicis habendos, sed nihilo secius ab ambobus tanquam ab inimicis cau-
dum. Id temporis inter Nicolaum & Franciscum simultas intercedebat, ac rex nondum
statuerat utrum uellet in societatem recipere, quum utruncq; ob dissidium non posset.

4 **Coniugium** Idem dicere solet, ita demum matrimonium tranquille citraq; querimonias exigipos-
se, si maritus surdus fiat, uxor cæca: innuens opinor foemineum genus obnoxium esse ze-
trum tranquillū lotypiae, atq; hinc oriri rixas & querimonias: rursus maritis per molestem esse uxorū gar-
rulitatem, quæ molestia cariturus sit, si fiat surdus: nec illa uexabitur adulterij suspitione, si
careat oculis.

5 **Integre** Aiebat si sibi contigisset nasci temporibus quibus Romana respub. florebat, se con-
structurum fuisse contra curiam templum Ioui Positorio, in quo priusquam uenirent in se-
natū patres conscripti, odium, amorem, ac priuatō affectus omnes deponerent. Alluit
ad priscorum morem, quā Iouem multis cognominibus insigniebant, nunc Statorē, nunc
Gamelion, nunc Genethlion, nunc Philum, nunc Xenion appellantes. At si tam multa
possit Iupiter, illud in primis præstandū erat, ut in Synodis, in iudicij, in senatibus, in qui-
bus de repub. consultatur, nihil haberent momenti affectus priuati. Nam hi sunt quifre-
quenter & ciuitates & regna bellis committunt, ac pessundant deniq;.

6 **Saltatio** Quum forte mulierem quandam impudentius saltātem aspexisset, Expectate, inquit,
mox Sibylla ædet oraculum. Sentiens saltationem insania genus esse. Sibylla autem ua-
tes, non ædebat oracula nisi furore correpta. Mihi quoq; sapientiæ qui saltationem tu-
multuosam agitant, uisi sunt afflati furore quodam, præsertim foeminae.

7 **Lenitas** Admonitus ne nimia lenitas exiret in contemptum, & ex contemptu nasceretur pem-
cie: Magis, inquit, cauendū, ne seueritas conciliet inuidiam, unde maius exitij periculū.

8 Quum eques quidam ab hostibus captus, & ab iisdem emissus carcere, regem adisset,
in solarium calamitatis multa postulauit ab eo, & impetravit. Quo digresso rex dixit ad fa-
miliares. Dispeream, inquit, ni metui, ne uxorem etiam meam deposceret eques meus.

9 **Ociuム dulce** Familiares illi rusticum quendam uelut ignauia exemplum ostenderunt, qui porrectus
humus uescebatur uis. Hic rex, utinā mihi sic per ocium comedere datum esset à superis.
Simile quiddam narratur de Ptolemæo rege: quum antea se iactaret reperisse immortalis-
tatem, tandem podagra discruciatuſ, conspiciebat Aegyptios aliquot plebeios sic temere
apud flumen discumbentes: Utinā, inquit, saltem ex istis unus essem.

10 Equiti subinde aliquid à rege flagitanti, sed mox quod acceperat profundenti: Si per-
gam, inquit, tibi dare quæ petis, citius me pauperem effecero quam te diuitem: nam qui ti-
bi donat, nihil aliud quam aquam infert pertuso dolio.

11 Interrogatus quos è ciuibus haberet charissimos, Qui magis, inquit, pro me metuunt
quam me. Sentit illos esse ex animo amicos, qui principem magis amant quam timent.

12 **Ambitio** Aiebat olim inter Iouem, Neptunum & Pluronem omnium rerum partitionem trifa-
ciam esse factam, & horum unumquenq; sua sorte contentum esse, nec occupare aliena: at
intet homines neminem sua portione contentum esse, nec ullam partitionem esse stabilem,
sed omnes adiutoriæ.

Percon

Pérontibus utri rei plus debere se fatigetur, libris an armis : Ex libris, inquit, & ar-
ma & armorum iura didici: hac uoce profitens se libris debere omnia.

Magnopere laudare soler dictū nescio cuius, hostibus fugientibus pontem argenteum | 14
extruendum esse: siue q̄ exsistimaret multo optabilius esse, hostes in fugam uertere quātū
occidere: siue quōd putaret hostes pecunia sollicitandos, ut ab acie discederent.

Dicebat sibi uideri eos maxime insanire, qui uxorem fugitiuam perquirerent. Signifi- 15
cans, magna felicitatis esse ab improba muliere liberari.

Improbo cuidam acuecordi, faciat reperisse se uirum sapientem, Et qui fieri potuit, in- 16
quit, ursapientem dignosceret stupus?

Quum coenanti senex quidā importunus & garrulus sine fine obstreperet, exclamas, 17
se fertur & dixisse, Afinorum conditionē esse potiorem quām regum. Nam illis dum pa-
scuntur dominos parcere, regibus neminet.

Demetrius graui calamitate affectus, dixit referente Seneca, Hoc unum dī immorta- 18
les queri possum, q̄ non antehac mihi uoluntatem uestram nota fecisti. Prior enim ad Fortiter
ista uenistem, ad quā nunc uocatus assūm. Maluissem offerre q̄ tradere.

M. Antonius orator, rogatus quam ob causam nullam unquam orationē scripto man- 19
dasset, Vt, inquit, inficiari queam a me dictum esse, si quid forte aliquādo dixi, quod opus Causē scri-
non erat. Labilis est hominum memoria, ut ægre reperias duos, qui quæ simul audierunt, bendum
eodem modo referant. Hinc parata tergiuersatio, non dixi, aut non sic dixi, aut dixi qui-
dem, sed hoc adieci.

Calanus Indus ad mortem proficiscens, quum consenseret togum ardenter, O p̄r̄e 20
clarum, inquit, discessum ē uita, quum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato ani- Presenſio
mus in locem exēsserit. Hunc quum Alexander admoneret, dicet si quid uellet, Opti-
me, inquit, propediem te uidebo. Idq̄ euénit, nam Alexander paucis post diebus mortuus
est. Refert M. T. lib. De diuinatione primo.

Quidam causam detulit ad oratorem, is negauit: detulit ad alterum, qui recepit. At is 21
qui detulerat dicere solet, sibi gratiorem fuisse orationem eius qui negarat, quām eius qui Comitas
recepit: quōd ille comiter recusasset, hic grauate & in amōno uultu recepisset. sermonis

C. Cotta qui in ambitione fuit artifex, dicebat sese operam suam in eo quod non con- 22
tra officium peteretur, solere polliceri omnibus, sed imperiū ījs apud quos optime ponī Comitas in
arbitraretur. Sensit nulli promittendum, quod esset præter honestum: nulli tamen negati- pollicendo
dum, quod non contra officium peteretur. Comitatis est benigne polliceri, sed quoniam
omnibus opera præstari non potest, eligendi sunt quibus eam impertias. Vt rūng refert
Q. Cic. ad fratrem De petitione consulatus.

Gallus iurisperitus, si quis negociū ad ipsum detulisset in quo de facto quārebatur, 23
dicere solet, Nihil hoc ad ius, ad Ciceronem ito. Sensit Gallus, aliud esse officium iurecon-
fulti; aliud oratoris. Nec esse necesse de his quæ ad alienam professionē pertinent, respon-
dere. Refert M. Tullius in Topicis ad Trebatium.

C. Lucilius dicere solet, nolle sesua scripta legi, nec à doctissimis, nec ab indoctissimis, 24
quod hi nihil inteligerent, illi plus saperent, quam ut posset illorum iudicio satisfacere. Id Exacta
exprimebat huiusmodi uersu Trochaico, Indicia

Perſium non curo legere, Lægium Decimum uolo.

Erat Perſius illius ætatis omnium doctissimus habitus, Lælius erat uir bonus, & non illi-
teratus, sed nihil ad Perſium. Refert M. Tullius cum alijs aliquot locis, tum libro De ora-
tore secundo.

Antimachus Clatius poeta, quum conuocatis auditoribus recitaret ingens volumen 25
quod conscripserat, & ab omnibus esset destitutus, excepto Platone, Legam, inquit, nihil
lominus, Plato enim mihi instar est omnium. Refert M. T. Lib. De claris oratoribus.

Seruilius Vacia uir prætorius ac prædiues, odio negotiorū abdiderat se in uillā suam, 26
quam habebat non procul à Cumis, nec alia re notus fuit, q̄ ejus uilla ocio. Itaq; qui nego- Ociūm fine
tijs premebātur, exclamare solent: O Vacia, solus scis uiuere. Huius tamen ignauum & si literis
ne literis ociūm damnas Seneca Ep. 55 negat illum scire uiuere, sed latere. Eoq; nō nunq̄
uillam præteriens ioco dicere solet, Hic situs est Vacia: subindicans, nihil interesse inter
mortuum & inerū ociū abditum.

- 27 Quintilianus uehementer probat dictum cuiusdā oratoris, qui apud Cæfarem, ut opī
Confidenter nor, accusabat Cossutianū Capitonem, hominem arrogantem, & ipso etiam uultu præse
ferentem confidentiā. Etubescit, inquit, Cæfarem timere. Cæsar erat ea potentia, ut meri
to fuerit à quo quis metuendus. At illi reo tantum aderat arrogantia, ut sibi turpe duceret,
si uideretur timere Cæfarem. Hoc dictum Fabius adolescēs audiuīt, ut ipse refert libro se
xto, capite De conclusione.
- 28 Vrbane Flauius Virginius antisophistā quēdam suum interrogauit, quot milia pa
sum declamasset, taxans eum quōd in declamando discurreret, nimiumq; crebras, longas
actumultuarías haberet ambulationes, quum M. Tul. oratori non concedat procursio
nes nisi raras, moderatas ac breues. Eandem eb causam Sura Manilius Domitio Afrod
etus est non agere, sed satagere. Vtrunḡ refert Fabius capite De pronunciatione.
- 29 Salsum est & illud Cæsij Seueri, qui aduersus patronos immodice discurrentes, ut in
Salse terdum se proriperent in aliena tribunalia, poposcit lineam; alludēs ad certamina cursus,
in quibus una linea designabat unde cursus inciperet, altera ubi desineret. Idem accōmō
dari potest in eos qui digressionibus immodicis diuertunt ab instituto.
- 30 Proculeius querebatur de filio, quōd expectaret mortem patris: quumq; filius respon
Argute disset, Ego uero non expecto, imò, inquit, rogo ut expēctes. Detorsit uerbum in contra
rium sensum. Expectat mortem patris qui inhiat, & expectat qui non accelerat mortem
patris. Refert Fabius libro nono.
- 31 Archytas dixit iudicem & aram idem esse, pariter enim ad utruncq; confugiunt, qui iu
Refugium iuria afficiuntur. Sentiens tales oportere iudices esse, ut oppressis sint præsidio Refert Ari
stoteles rhetoriconum tertio.
- 32 Pericles dicebat Sanios esse similes pueris, qui porrectam offulam reciperent quidem,
Apte sed interim plorantes, eo quōd illi parerent imperatis, sed non sine rædio & querimonia.
Similiter Demosthenes dixit populū Atheniensem esse similem ijs qui in nauī nauiseant.
Si quidem ij cum magnō rædio laborent, tamen eo peruehuntur quō tendit nauis.

SE R A S M V S R O T E R O D A =

MVS THOMAE MORO
SVO S. D.

Vperioribus diebus cum me ex Italia in Anglia recipere, ne totum hoc
tempus quo equo fuit insidendū, & illiteratis fabulis tereretur,
malui mecum aliquoties uel de cōmunitib; studijs nostris aliquid agita
re, uel amicorū, quos hic ut doctissimos, ita & suauissimos reliqueram,
recordatione frui. Inter hos tu mi More uel in primis occurrebas: cuius
equidem absentis absens memoria non aliter frui solebam, quām pra
sentis præsens consuetudine consueveram, qua dispeream, si quid unquam in uita conti
git mellitiū. Ergo quoniam omnino aliquid agendum duxi, & id tempus ad seriam com
mentationem parum uidebatur accommodatum, uisum est Mori encomion ludere. Quæ
Pallas istuc tibi misit in mentem: inquies. Primū admonuit me Mori cognomen tibi gen
tile, quod tam ad Moriae uocabulum accedit, q̄ es ipse à re alienus. Es autem uel omniū
suffragij alienissimus. Deinde suspicabar hunc ingenij nostri lusum tibi præcipue proba
tum iri, propterea quod soleas huius generis iocis, hoc est, nec indoctis, ni fallor, nec usq;
quaq; insulſis, impēdio delectari, & omnino in cōmuni mortalium uita Democrītū quen
dam agere. Quanq; tu quidem, ut pro singulari quadā ingenij tui perspicacitate, longe la
teq; à uulgo dissentire soles, ita pro incredibili morum suauitate facilitateq; cum omnibus
omnium horarum hominem agere, & potes & gaudes. Hanc igitur declamatiunculam
non solum lubens accipies, ceu μημοσων tui sodalis, uerum etiam tuendam suscipies,
utpote tibi dicatam, iamq; tuam non meam. Etenim non deerunt fortasse uitilitigatores,
qui calumnientur, partim leuiores esse nugas, quām ut theologum deceant, partim mor
daciōres, quām ut Christianæ conueniant modestiæ: nōque clamitabunt ueterem eo
mœdiā, aut Lucianū quempiam referre, atque omnia mordicus arripere. Vcrum quos
argu-

argumenti leuitas, & ludicum offendit, cogitent uelim, non meum hoc exemplū esse, sed idem iam olim à magnis autoribus factitatū. Cum ante tot secula *βατραχούμοιχια* lusus sit Homerus, Maro cūlicem & moretum, nucem Ouidius. Cum Busiris laudarit Posylyrates, & huius castigator Isocrates, iniusticiā Glauco, Thersiten & quartanam febrim Fauorinus, Caluiciū Synesius, muscam & parasiticā Lucianus. Cum Seneca Claudij lusserit *τερπησίη*, Plutarchus Grylli cum Vlysse dialogū, Lucianus & Apuleius asinum, & nescio quis Grunnij Corocottæ porcelli testamentū, cuius & diuus meminīt Hieronymus. Proinde si uidebitur, fingant isti me latrunculis interim animi causa lusisse, aut si malint equitasse in arundine longa. Nam quæ tandem est iniurias, cum omni uiræ instituto suos lusus concedamus, studijs nullum omnino lusum permittere, maxime si nugæ seria ducant, atq; ita tractentur ludicra, ut ex his aliquāto plus frugis referat lector, nō omnino naris obesæ, quām ex quorundam tetricis ac splendidis argumentis: ueluti cum alius diu cōsarcinata oratione rhetoricen aut philosophiam laudat, alius principiis alicuius laudes describit, aliis ad bellum aduersus Turcas mouendū adhortatur. Alius futura prædicit, aliis nouas de lana caprina cōminiscitur quæstiunculas. Ut enim nihil nugacius, q̄ seria nugatorie tractare, ita nihil festivius q̄ ita tractare nugas, ut nihil minus q̄ nugatus fuisse uidearis. De me quidem aliorū erit iudicium: tametsi, nisi planè me fallit Φιλωνία, Stultiam laudauimus, sed nō omnino stulte. Jam uero ut de mordacitatis cauillatione responsum, semper hęc ingenij libertas permissa fuit, ut in cōmunem hominum uitam salibus luderent impune, modo ne licētia exiret in rabiem. Quo magis admiror his temporibus aurium delicias, quæ nihil iam ferē nisi solēnes titulos ferre possunt. Porro nōnullos adeò præpostere religiosos uideas, ut uel grauissima in Christum conuicia ferant citius, quām pontificē aut principem leuissimo ioco aspergi, præsertim si quid πθε τὰ ἀλόγα attinet. At enim qui uitas hominū ita taxat, ut neminem omnino perstringat nominatim, quæsō utrū is mordere uideatur, an docere potius ac monere? Alioqui quot obsecro nominibus ipse metaxo. Præterea qui nullum hominū genus prætermittit, is nulli homini, uitijs omnibus iratus uideatur. Ergo si quis extiterit, qui sese læsum clamabit, is aut conscientiā proficeret, aut certe metū. Lusit hoc in genere multo liberius ac mordacius diuus Hieronymus, ne nominibus quidem aliquoties parcēs. Nos præterq; quod à nominibus in totum abstinemus, ita præterea stilum temperauimus, ut cordatus lector facile sit intellecturus, nos uoluptatē magis q̄ morsum quæsissemus. Neq; enim ad Iuuental exemplū, occultam illam scelerū sentinam usquam mouimus, & ridenda magis q̄ foeda recensere studuimus. Tūm si quis est, quem nec ista placare possunt, is saltem illud meminerit, pulchrum esse à Stulticia uituperari, quam cum loquentē fecerimus, decoro personæ seruendū fuit. Sed quid ego hęc tibi patrono tam singulari, ut causas etiam non optimas, optime tamen tueri possis? Vale disertissime More, & Moriam tuam gnauiter defende. Ex Rure quinto Idus Iunias. A. N. M. D. VIII.

ΜΩΡΙΑΣ ΕΓΚΩΣ

MION, ID · EST, STVLTICIAE LAVS, DES.

Erasmi Roterodami declamatio.

STVLTICIA LOQUITVR.



T C V N Q V E de me uulgo mortales loquuntur, neq; enim sum nō scia, quām male audiat Stulticia etiam apud stultissimos, tamē hanc esse, hanc inquam esse unam, quæ meo numine deos atq; homines exhibaro, uel illud abunde magnum est argumentū, quod simul atq; in hunc cōtum frequentissimum dictura prodij sic repente omnium uultus noua quadam atque insolita hilaritate eniuerunt, sic subito frontem exporexistis, sic lēto quadam & amabili applausisris risu, ut mihi profectio quotquot undique præsentes intucor, pariter deorum Homericorum nectare non sine nepenthe tenulerūt else uidcamini, cum antehac tri-

Tom. 4

G ; stes ac

stes ac solliciti sedetitis, perinde quasi nuper è Trophonij specu reuersi. Cæterum quem admodum fieri consuevit, ut cum primum sol formosum illud & aureum os terris ostenderit, aut ubi post asperam hyemem, nouum uer blandis aspirarit Fauonijs, protinus noua rebus omnibus facies, nouus color ac planè iuuenta quædam redeat, ita uobis me conspecta, mox alius accessit uultus. Itaq; quod magni alioqui Rhetores, uix longa diuq; me dirata oratione possunt efficere, nempe ut molesta animi curas discussant, id ego solo statim aspectu præstiti. Quam ob rem autem hoc insolito cultu prodierim hodie, iam audietis, si modo non grauabimini dicenti præbere aures, non eas sanè quas sacræ concionatorib; sed quas fori circulatoribus, scurris ac morionib; cōsueuistis arrigere, quasc; olim Midas ille noster exhibuit Panī. Lubitum est enim paulisper apud uos Sophistam agere, non quidem huius generis, quod hodie nugas quædam anxias inculcat pueris, ac plusq; muliebrem rixandi pertinaciā tradit, sed ueteres illos imitabor, qui quo infamem Sophorum appellationem uitarent, sophistæ uocari maluerūt. Horum studium erat, deorum ac fortium uirorum laudes encomijs celebrare. Encomiū igitur audietis non Herculis, neq; Solonis, sed meum ipsius, hoc est, Stulticiæ. Iam uero non huius facio sapientes istos qui stultissimum & insolentissimum esse prædicant, si quis ipse laudibus se ferat. Sit satiè quām uolent stultum, modo decorū esse fateantur. Quid enim magis quadrat, quām ut ipsa Moxia, suarum laudū sit buccinatrix, & ἀυτὴ ταῦτα αὐλῆς; Quis enim me melius exprimatq; ipsa me: nisi si cui forte notior sim, quām egomet sum mihi. Quanq; ego hoc alioqui, non paulo etiam modestius arbitror, q; id quod optimatū ac sapientū uulgas faciūt, qui persuero quo dam pudore, uel Rhetorem quempā palponem, uel poetam uaniloquū, subornare solent, eumq; mercede conductū, à quo suas laudes audiant, hoc est, mera mendacia, & tamen uerecundus inserim ille, pauonis in morem pennas tollit, cristas erigit, cum impudens assentator nihili hominē, dijs æquiparat, cum absoluū omnium uirtutum exemplar proponit, à quo sciat ille se plus διάλισσε πανσύ abesse: cum corniculā alienis cōuertit plumis: cum πορφυρά λευκάνη, deniq; cum ἐξ μέρας πορφυρά πτερά. Postremo se quor tritum illud uulgi prouerbiū, quo dicitur is recte laudare se, cui nemo aliis cōtigit laudator. Quanq; hic interim demiror mortalium ingratitudinē dicam, an segniciē, quorum cum omnes me studiose colant, meamq; libenter sentiant beneficentia, nemo tamen tot iam seculis extitit, qui grata oratione Stulticiæ laudes celebrarit, cū non defuerint qui Busirides, Phalarides, febres quartanas, muscas, caluicia, atque id genus pestes, accuratis magnaç; & olei & somni factura elucubratis laudibus uexerint. A me extemporariā qui dem illam & illaboratā, sed tanto ueriorem audietis orationē. Id quod nolim existimetis ad ingenij ostentationē esse cōfictum, quemadmodū uulgas oratorum facit. Nam i; sicuti nostis, cum orationē totis triginta annis elaboratā, nonnunq; & alienam proferunt, tamen triduo sibi quasi per lusum scriptā, aut etiam dictatam esse deierant. Mihi porrò semper gratissimum fuit, ὅπλα τὸν ἄκανθα μετὰ γλῶσσαν ελθειν dicere. At ne quis iam à nobis exceptet ut iuxta uulgarissū istorum Rhetorum cōsuetudinē, meipsam finitione explicem, porrò ut diuidā, multo minus. Nam utrumq; omnis est inauspicati, uel fine circūscribere eam cuius numen tam late pateat, uel secare, in cuius cultū omne rerū genus ita consentiat. Tametsi quorsum tandem attinet mei uelut umbram atq; imaginē finitione representare, cum ipsam me coram præsentes præsentē oculis intueamini: Sūm etenim uti uidetis, uera illa largitrix ἑστία, quam Latini Stulticiam, Græci μωεῖαν appellant. Quanq; quid uel hoc opus erat dicere, quasi nō ipso ex uultu fronteq; quod aiunt, satis quæ sim præ me feram, aut quasi si quis me Mineruā, aut Sophiam esse contendat, non statim solo possit obtutu coargui, etiam si nulla accedit oratio, minime mendax animi speculum. Nullus apud me fucis locus, nec aliud fronte simulo, aliud in pectore premo. Sumq; mei undiq; similissima, adeo ut nec i; me diffimulare possint, qui maxime Sapientiæ personam ac titulum sibi uen

Dissimulata stulticiæ dicant, καὶ γὰρ τὴν πορφύραν πίθηκοι: καὶ γάρ τὴν λιοντῆν οὐοι obambulant. Quamuis autem sedulo fingant, tamen aliunde prominentes auriculae Midam produnt. Ingratum me Hercle & hoc hominum genus, qui cum maxime sint nostræ factionis, tamen apud uulgum cognominis nostri sic pudet, ut id passim alijs magni probri uice obijciant. Proinde istos eū sint μωρότεροι: re, cæterū sophi ac Thaletes uideri uelint, nōne iure optimo μωρότεροι illos appellabimus? Vīsum est enim hac quoq; parte nostri temporis rhetores imitari, qui plane deos

deos esse sese credunt, si hirudinē ritū bilingues appareant, ac præclarum facinus esse du-
cunt, latinis orationibus subinde græculas aliquot uoculas, uelut emblemata intertexere,
etiam si nunc non erat his locus. Porro si defunt exotica, e putribus chartis quatuor aut
quinque prisca uerba eruunt, quibus tenebras offundant lectori, uidelicet, ut qui intelligunt,
magis ac magis sibi placeant: qui nō intelligunt, hoc ipso magis admiretur, quo minus in-
telligunt. Quandoquidē est sanē & hoc nostratium uoluptatū genūs nō inelegans, cīma-
xime peregrina maxime suspicere, Quod si qui paulo sunt ambitiosiores, arrideat tamen.
& applaudant, atq; asini exemplo, οὐτε λυρέσσον, quo cæteris probe intelligere uideatur,
ηγα τάῦτα διὰ μὴ τεῦτα. Nunc ad institutū recurro. Nomen igitur habetis uiri. Quid ad-
dam epitheti? Quid nisi stultissimū? Nam quo alio honestiore cognomine Mystas suos
compellet dea Stulticia? Sed quoniam non perinde multis notum est, quo genere prognata
sim, id iam Musis bene iuantib; exponere conabdr. Mihi uero neq; Chaos, neq; Orcus,
neq; Saturnus, neq; Iapetus, aut aliis id genus obsoletorū, ac putrum deorum quispiam
pater fuit. Sed οὐδὲς, ipse unus, uel inuitis Hesiodo & Homero, atq; ipso adeo Ioue, οὐδὲ
τοις αὐθῷς ηθῷς ταῦτα. Cuius unius nutu, ut olim, ita nunc quoq; sacra prophanaq; omnia
sursum ac deorsum miscentur. Cuius arbitrio bella, paces, imperia, consilia, iudicia, comi-
tia, connubia, pacta, fœdera, leges, artes, ludicra, seria, iam spiritus me deficit: breuiter, pu-
blica priuataq; omnia mortaliū negocia administrantur. Citra cuius opem, totus ille poe-
ticorum numinum populus, dicam audacius, ipsi quoq; dīj selecti, aut omnino nō essent,
aut certe οὐκότα sanē cī frigide uictitarent. Quem quisquis iratum habuerit, huic ne Pal-
las quidem satis auxiliū tulerit. Contra, quisquis propitiū, is uel summo Ioui, cum suo ful-
mine mandare laqueū possit. οὐτε πατρὸς οὐχαι εἴη. Atq; hic quidē me progenuit non
ē cerebro suo, quemadmodū tetricam illam ac toruam Palladem Iupiter, uerum ex Neo-
tete nymphā multo omniū uenustissima, pariter ac festiuissima. Neq; rursum id tristī illi
alligatus coniugio, quomodo faber ille claudus natus est, uerū quod non paulo suauius,
φίλοτης μαχθεῖς, quemadmodū noster ait Homerus. Genuit aūt, ne quid erretis, nō Ari-
stophanicus ille Plutus, iam capularis, iam oculis captus, sed quondam integer adhuc cali-
dusq; iuuēta, neq; iuuēta solū, uerū multo magis necare, quod tū forte in deorū cōuiuso
largius ac meracius hauserat. Quod si locū quoq; natalē requiritis, quādoquidē id hodie Patria
uel in primis ad nobilitatē interesse putant, quo loco primos adideris uagitus, ego nec in Moria
erratica Delo, nec in undoso mari, nec φίλος γλαφυροῖς sum ædita, sed in ipsis insulis
fortunatis, ubi ἀπερταὶ καὶ ἀνηροταὶ omnia proueniunt. In quib; neq; labor, neq; seniū, neq;
morbus est ullus, nec usq; in agris asphodelus, malua, squilla, lupinūmūe, aut faba, aut
aliud hoc genus nugarū conspicitur. Sed passim oculis, simulq; naribus adblandiuntur
moly, panace, nepenthes, amaracus, ambrosia, lotus, rosa, uolva, hyacinthus, Adonidis
hortuli. Atq; in his quidē nata delicijs, nequaq; à fletu sum auspicata uitam, sed protinus
blande arrisi matri. Iam uero nō īnūideo τοις τελείωνι caprā altricem, cum me duae
lepidissimæ nymphæ suis aluerint māmis, Metha Baccho progenita, & Apædia Panos fī Comites
lia. Quas hic quoq; in cæterarū comitum ac pedisequarū mearum consortio uidetis. Qua Moria
rum me Hercle nomina, si uoletis cognoscere, ex me quidē non nisi Græce audieris. Hæc
nimirū quam sublati supercilij conspicamini, Φλετικαί est. Huic quam uelut arridentis
bus oculis, ac plaudentē manibus uidetis, φλετικαί nomē. Hæc semisomnis ac dormitan-
ti similis λεθή, uocatur. Hæc cubito utroq; innitens, consertisq; manibus, μέσπεντα dicitur.
Hæc roseo reuincta serto, & undiq; delibuta unguētis, λεθη. Hæc lubricis & hue atq;
illuc errantib; lumenib; , φλετικαί dicitur. Hæc nitida cute, probeq; saginato corpore τρυφή
nomē habet. Videlis & deos duos puellis admixtos, quorū alterū λεθη uocat, akerū φλετικαί
λεθη. Huius inq; famulitū fidelib; auxilijs genus omne rerū meæ subiūcio ditioni,
ipsiis etiā imperās imperatoribus. Genus, educationē, & comites audistis. Nūc ne cui sine Diuinitas
causa uidear mihi deæ nomē usurpare, quantis cōmoditatibus deos simul & homines ad Moria
ficiā, quamq; late meū pateat numē, arrestis auribus accipite. Etenim si nō inscite scripsit
quidā, hoc demū esse deū, iuuare mortales, & si merito in deorū senatū asciti sunt, q; uinū,
aut frumentū, aut unā aliquā huiusmodi cōmoditatē mortalib; ostēderūt, cur nō ego iure,
deorū omniū φλετικαί dicar habearq; que una oibus largior oia. Princípio qd esse potest uita
ipsa uel dulcissimū, uel preciosissimū. At huius exordiū cui tādē acceptū ferri cōuenit, nisi mīhi
Neq;

Nec enim aut *ιερωπίτης* hasta Palladis, aut *νεφέλη γορέτης* Iouis ægis hominū genus uel progignit, uel propagat. Verum ipse dēum pater atq; hominū rex, qui totum nutu cœmetat olympum, fulmen illud trisulcū ponat oportet, & uultum illum Titanicū, quo, cum lubet, deos omneis territat, planeq; histriōnū more, aliena sumenda misero persona, siquādo uelit id facere, quod nunquā nō facit, hoc est *παθητικόν*. Iam uero Stoici se dijs proximos autumant. At date mihi terq; quaterq; aut si libet, sexcenties Stoicum, tamen huic quoq; si non barba insigne sapientiæ, etiam si cum hircis cōmune, certe supercilium erit ponendum, explicanda frons, abiicienda dogmata illa adamantina, ineptiendū ac de lirandum aliquantisper. In summa, me, me, inqua, sapiens ille accersat oportet, si modo pater esse uelit. Et cur non apertius meo more uobis scū fabuler? Quæso num caput, num facies, num pectus, num manus, num auris, quæ partes honestæ putant, progenerant deos aut homines? Non opinor, imò ea pars adeo stulta, adeoq; ridicula, ut nec nominari cira risum possit, humani generis est propagatrix. Is demū est sacer ille fons, unde uitam hauriunt omnia, uerius quād ille Pythagoricus quaternio. Age uero, qui uir obsecro matris monij capistro uelit præbere os, si quemadmodū isti sapientes facete consueuerunt, prius eius uitæ incōmoda secum perpenderit: aut quæ tādem mulier uirum admissura sit, si par-

Matrimonium tus periculosos labores, si educationis molestiam, uel norit, uel cogitarit? Porrò si coniu-

à Stulticia gīs debetis uitam, coniugiū autem debetis *αὐοίς* pedisequæ, mihi nimīrum quid debeat, intelligitis. Tum quæ semel hæc experta, denuo repetere uelit, nisi *λάθης* præsens nū men adfuerit? Nec uero id Venus ipsa uel reclamante Lucretio unquam inficias iuerit, sine nostri numinis accessione, suam uim mancam atq; irritam esse. Itaq; ex nōstro illo te-

Commoda uitæ à Stulticia mulento ridiculeq; lusu, proueniunt, & superciliosi philosophi, in quorum locum nunc successere quos uulgas monachos appellat, & purpurei reges, & pīj sacerdotes, et ter sanctissimi pontifices. Postremo totus etiam ille deorum poeticorū cōcetus, adeo frequens, ut turbam uix iam ipse capiat olympus, tametsi spacioſissimus. At sanè parum sit mihi uitæ

Infantia seminariū ac fontem deberi, nisi quicquid in omni uita cōmodi est, id quoq; totum often-

stulta teo mei muneris esse. Quid autem hæc, num omnino uita uidetur appellāda, si uoluptatem detraxeris? Applausis. Evidē sciebam neminē uestrum ita sapere, uel desipere magis, imò sapere potius, ut in hac esset sententia. Quanquā ne stoici quidem isti uoluptatem aspernantur, tametsi sedulo dissimulant, millesq; conuicti eam apud uulgas dilacerant, ni mirum ut deterritis alijs, ipsi prolixius fruantur. Sed dicant mihi per Iouem, quæ tandem uitæ pars est, non tristis, non infestiu, non inuenusta, non insipida, non molesta, nisi uolup-

Adolescentia ptatem, id est, stulticiæ condimentum adiunxeris? Cuius rei cum satis idoneus testis esse posset ille nunquā satis laudatus Sophocles, cuius extat pulcherrimū illud de nobis Elo-

Repugna- gium *γε φεονεψ ρῆ μυδεψ, ἀδισος διος*, tamen age, rem omnē singillatim aperiamus. Prin-

cipio quis nescit primam hominis ætatem multo latissimā, multoq; omībus gratissimam esse? qd est enim illud in infantibus, quod sic exoscularum, sic amplectimur, sic fouemus,

ut hostis etiam huic ætati ferat opem, nisi stulticiæ lenociniū, quod data opera prudens na-

tura, recens natis adiunxit, ut aliquo uoluptatis uelut autoramento, & educantiū labores delinire queant, & tuentium fauores eblandiantur? Deinde quæ succedit huic adolescen-

tia quād est apud omnes gratioſa, quād illi cādide fauent omnes, q; studioſe prouehunt,

quād officiōe porrigunt auxiliare manus? At unde quælo ista iuuentæ gratias uidentur si ex me? cuius beneficio quād minīmū sapit, atq; ob id quād minītne ringitur. Mentior

nisi mox ubi grādiores facti per rerūnū usūm, ac disciplinas uirile quiddam sapere cōcep-

rint, continuo deflorescit formæ nitor, languescit alacritas, frigescit lepos, labascit uigor. Quoq; longius à me subducitur, hoc minus minusq; uiuit, donec succedat *παχαῖον γα-*

ρας; id est, molesta senectus, nō iam alijs modo, uerum etiam sibimet inuisa. Quæ quidem prorsum nulli mortaliū foret tolerabilis, nisi rursus tantorum misera laborum dextra ad essem, ut quemadmodū dīj poetarum solent pereuntibus aliqua metamorphosi succurre-

scentia re, itidem ego quoq; iam capulo proximos denuo quoad licet, ad pueritiam reuocare. Vt de non abs re uulgas eos *παλιμπαθας* appellare consuevit. Porrò si quis transforman-

di rationem requirat, ne id quidem caelerim. Ad Lethes nostræ fontem, nam in insulis for-

tunatis oritur (siquidē apud inferos tenuis modo riſulus labitur,) eos produco, ut simul

atq; illi longa potarint obliuia, paulatim dilutis animi curis repubescant. At isti iam deli-

rant, invi-

sunt, inquiunt, iam despiciunt. Esto sane. Sed istuc ipsum est repudiascere. An uero aliud
 est puerum esse quam delirare, quam desipere? An non hoc uel maxime in ea delectat æta
 te, quod nihil sapit? Quis enim non ceu portentum oderit, atq; execretur puerum uirili sa
 pientia? Astipulatur & uulgo iactatū proverbiū. Odi puerulum præcoci sapiētia. Quis
 autem sustineret habere cōmercium aut consuetudinem cum eo sene, qui ad tantam re
 rum experientiam, parem animi uigorem, iudicij acrimoniam adiunxit? Itaq; delirat
 senex meo munere. Sed tamen delirus iste meus interim miseris illis curis uacat, quibus sa
 piens ille distorquetur. Interim nō illepidus est compotor. Non sentit uitæ tedium, quod
 robustior ætas uix tolerat. Nonnunquam cum sene Plautino ad tres illas literas reuertis
 tur, infelicissimus si sapiat. At interim meo beneficio felix, interim amicis gratus, ne con
 gerro quidem infestius. Quandoquidem & apud Homerum ē Nestoris ore fluit oratio
 melle dulcior, cum Achillis sic amarulenta, & apud eundem senes in mœnibus cōsideren
 tes, τίλια λεπτάσσειν uocem ædunt. Quo quidem calculo ipsam etiam superant pueriam,
 suauem quidem illam, sed infantem, ac præcipuo uitæ obiectamento, puta garrulitate ca
 rentem. Addite huc quod pueris quoq; gaudeant impensis senes, ac pueri uicissim seni
 bus delectantur, οὐδὲν τὸν ὄμοιον ἔχει θεός οὐδὲν τὸν ὄμοιον. Quid enim inter illos non conuenit,
 nisi quod hic rugosior & plures numerat natales? Alioqui capillorum albor, os edentu
 lum, corporis modus minor, lacrīs appetentia, balbuties, garrulitas, ineptia, obliuio, inco
 gitantia, breuiter cætera omnia congruunt. Quoq; magis accedunt ad senectam, hoc pro
 prius ad puericā similitudinem redeunt, donec puerorū ritu, citra uitæ tedium, citra mor
 tis sensum emigrat è uita. Eat nunc qui uolet, & hoc meum beneficium cum reliquorum
 deorum metamorphosi comparet. Qui quid irati faciant, non libet cōmemorare, sed qui
 bus quammaxime propitiū sunt, eos solent in arborem, in avem, in cicadam, aut etiam in
 serpentem transformare: quasi uero non istud ipsum sit perire, aliud fieri. Ego uero homi
 nem eundem optimæ ac felicissimæ uitæ parti restituo. Quod si mortales prorsus ab omni
 sapientiæ commercio temperarent, ac perpetuo mœcum ætatem agerent, ne esset qui
 dem ullum senium, uerum perpetua iuuentu fruerentur felices. An non uidetis tetricos
 istos & uel philosophiæ studijs, uel serijs & arduis addicjōs negocjōs, plerunque priusq;
 plenè iuvenes sint, iam consenuisse, uidelicet curis, & assidua acrīs cogitationum agita
 tione sensum spiritus & succum illum uitalera exhaustiente? Cum contra Moriones mei
 pinguiculi sint & nitidi, & bene curata cute, planè χρήσοι, quod aiunt, ἀκραγαντοι, nun
 quam profecto senectutis incommodum ullum sensuri, nisi non nihil, ut fit, sapientū con
 tagio inficerentur. Adeo nihil patitur hominum uita, omni ex parte beatum esse. Accedit
 ad hæc uulgati proverbiū non leue testimonium, quo dicitant, Stulticiam unam esse rem,
 quæ & iuuentam alioqui fugacissimam remoretur, & improbam senectam procul ar
 ceat. Ut non temere de Brabantis populari sermone iactatum sit, Cum cæteris homini
 bus ætas prudentiam adferre soleat, hos quo propius ad senectam accedunt, hoc magis
 atque magis stultescere. At qui hac gente non est alia, uel ad communem uitæ consuetudi
 niem festiuor, uel quæ minus sentiat senectutis tristiciam. His quidem ut loco, ita & uitæ
 instituto cōfines sunt Hollandi mei, cur enim nō meos appellem, usquead eo studiosi mei
 cultores, ut inde uulgo cognomen emeruerint: cuius illos adeo nō pudet, ut hinc uel præ
 cipue se se iactent. Eant nunc stultissimi mortales, & Medeas, Circes, Veneres, Auro
 ras, & fontem nescio quem requirant, quo sibi iuuentam restituant, cum id sola præstare
 & possem & soleam. Apud me succus est ille mirificus, quo Memnonis filia Tithoni aui
 sui iuuentā prorogauit. Ego sum Venus illa, cuius fauore Phaon ille repubuit, ita ut à Sa
 phone tātopere deamaretur. Meæ sunt herbae si quæ sunt, mea precamīna, meus ille fons,
 qui non solum reuocat elapsam adolescentiam, sed quod est optabilius, perpetuam ser
 uat. Quod si omnes huic sententiæ subscribitis, adolescentia nihil esse melius, senectu
 te nihil detestabilius, quantum mihi debeat, uidetis opinor, quæ tantum bonum reti
 neam, tanto excluso malo. Sed quid adhuc de mortalibus loquor? Cœlum omne lu
 strate, & mihi meum nomen opprobret, licebit, quicunque uolet, si quem omnino deo
 rum repererit nō insuauem & inasperrabilem, nisi meo numine cōmendetur. Etenim cur
 semper ephēbus & comatus Bacchus? Nempe quia uecors ac temulentus, cōuiujs, salta
 tionibus, choreis, lusib, uitæ omnē transgens, ne tantulū quidē habet cū Pallade cōmercij.
Denīc;

Deniq; tantum abest, ut sapiens haberi postulet, ut ludibriis ac iocis cohgaudet. Neque prouerbio offenditur, quod illi fatui cognomentū attribuit, id est huiusmodi, μωρός χον μωρός ο. Porro Morycho nomen uerterunt, quod illum pro templi foribus sedentē, mus sto fiscisq; recentibus, agricolarū lascivia consueverit oblinere. Tum aut̄ quid non scom-
mattum in hunc uetus facit comœdia? O insulsum, inquietant, deum, & dignū qui ex ingui-
nie nasceretur. At quis non malit hic fatuus & insultus esse, semper festiuus, semper pube-
scens, semper omnibus lusus ac uoluptate adserens, q̄ uel ἐγκλαμίον ille. Jupiter omni-
bus formidabilis, uel Pan suis tumultibus omnia senio uitians, uel fauillis oppletus Vul-
canus; ac semper officinę laboribus squalidus, aut Pallas etiam ipsa, sua Gorgone & hasta
terribilis καὶ τὰ γυρῶν δοιάν. Cur semper puer Cupido? nisi quia nugator est, τὸ μηδέ
ύπτες neq; facit neq; cogitat? Cur aurea Veneri semp uernat sua forma? Nimirū, quia me
cum habet affinitatē, unde & patris mei colore uultu refert, atq; hac de causa est apud Ho-
merum, οὐσιὴ αφροδίτη. Deinde perpetuo ridet, si qd modo poetis credimus, aut honum
æmulis statuariis. Quod numen unq; religiosius coluere Romani, q̄ Flora omnium uo-
luptatum parentis: Quanq; si quis etiam tetricorū deorum uitam diligentius requirat ab
Homero, reliquisq; poetis, reperiēt stulticiæ plena omnia. Quid enim attinet reliquorum
facta cōmemorare, cum Iouis ipsius fulminatoris amores ac lusus probe nos sitis: cum se-
tiera illa Diana oblita sexus, nihil aliud q̄ uenetur, Endymionē interim deperiēs? Verum
illi sua facinora à Momo audiāt malum, à quo sapientius quandam audire solebat. Sed hunc
nuper irati unā cum Ate in terras præcipitē dederunt, quod sapientia sua felicitati deorum
Adulatio gra- importunus obstreperet. Neq; mortalitū ullus exuēt dignatur hospitio, tantum abest ut
ta principum illi in principum aulis sit locus, in quib; tamē mea τύλαια primas tenet, cui cōm Mō-
aulis mo nō magis cōuenit, q̄ cum agno lupis. Itaq; sublato illo, iam multo licentius ac suauius
nugantur dñi, uere πάντας, ut inquit Homerus, nullo uidelicet censore. Quos enim
non præbet iocos ficalitus ille Priapus? Quos non ludos exhibet furtis ac præstigij suis
Mercurius? Quin & Vulcanus ipse in deorū coniuirijs γελοθπνογ agere cōsuevit, ac mo-
do claudicatione, modo cauillis, modo ridiculis dictis exhilarare cōpotationēm. Tum &
Silenus ille senex amator, τὴν κόρην saltare solitus, unā cū Polyphemo τὴν πρεσταλή,
Nymphis τὴν γυμνοποδίαν saltantibus. Satyri semiacapri Atellanas agitant. Pan inuisa
quapiā cantuincula risum omnibus mouet, quem ita maluant, q̄ ipsas audire musas, præci-
puē cum iam necare cōperint madere. Porro quid ego nūc cōmemorem, quæ prōbepo-
ti dñi post coniuiri agitent? adeò me Hercle stulta, ut ipsa non nunq; à risu temperatene-
queam. At satius est in his Harpocratis meminisse, ne forte nos quoq; Corycaeus aliquis
deus auscultet, ea narrātes quæ ne Momus quidem impune prolocutus est. Sed iam tem-
pus est, ut ad Homericū exemplar relictis cœlitibus nūc in terrā demigremus, quāq;
ibi nihil kætū, aut felix, nūsi meo munere, dispiciamus. In primis uidentis, quanta prouiden-
tia natura parens & humani generis opifex, illud cauerit, ne usquā deesset stulticiæ condi-
mentum: Etenim cum Stoicis definitoribus nihil aliud sit sapientia, q̄ duci ratione: cōtra
stulticia affectuū arbitrio moueri, ne planè tristis ac tetrica esset hominū uita, Iupiter quā-
to plus indidit affectuū q̄ rationis: quasi semiuincia cōpares ad assēm. Præterea rationē
in angustum capit is angulum relegauit, reliquū omne corpus perturbationibus reliquit.
Deinde duos quasi tyrannos uiolentiissimos uni opposuit: iram, quæ præcordiorū arcem
obtinet, atq; adeò ipsum uitæ fontem, cor: & concupiscentiā quæ ad imam usq; pubem la-
tissime imperium occupat. Aduersus has geminas copias quantum ualeat ratio, commi-
nis hominum uita satis declarat, cum illa, quod unum licet, uel usq; ad rauim reclamat, &
honesti dicit formulas, uerum hi laqueum regi suo remittunt, multoq; odiosius obſtre-
punt, donec iam ipse quoq; fessus ultro cedit, ac manus dat. Ceterum quoniam uirō admī-
nistrādis rebus nato, plusculum de rationis unciola erat asperendum, ut huic quoq; pro-
uirili consuleret, me hic sicut in ceteris in consilium adhibuit, moxq; consilium dedi me
dignū: nempe ut mulierē adiungeret, animal uidelicet stultū quidem illud atq; ineptum,
uerum ridiculū & suave, quo conuicu domestico, uirilis ingenij tristiciā, sua stulticia con-
diret atq; edulcaret. Nam quod Plato dubitare uideſ, utro in genere ponat mulierem, ra-
tionaliū animantiū, an brutorū, nihil aliud uoluit q̄ insignē eius sexus stulticiam indicare.
Quod si qua forte mulier sapientis haberi uoluerit, ea nihil aliud egerit quam ut bis stulta sit,
perinde

perinde quasi bouem aliquis ducat ad ceroma, inuista reficitateq; ut aiunt, Minerua. Con-
duplicat enim uitium, quisquis contra naturam uirtutis fucum inducit, atq; alio deflectit
ingenium. Quemadmodū, iuxta Græcorum prouerbiū, simia semper est simia, etiāsi pur-
pura uestiatur: Ita mulier semper mulier est, hoc est stulta, quam cunq; personam induerit.
Nec uero mulierum genus usqueadeò stultū arbitror, ut eam ob rem mihi succenseant,
quod illis et ipsa mulier, et stulticia Stulticiam attribuam. Etenim si rem recta reputet uia,
hoc ipsum stulticæ debent acceptum ferre, quod sint uiris multis calculis fortunatores.
Primum formæ gratiam, quam ille merito rebus omnibus anteponunt, cuiuscq; præsidio
in tyrannos etiam ipsos tyrannidem exercent. Alioqui undē nam horror ille formæ, hispi-
da cutis, & barbae sylua, planè senile quiddam in uiro, nisi à prudentiæ uitio, cum foemina-
rum semper leues malæ, uox semper exilis, cutis mollicula, quasi perpetuam quandā ado-
lescentiam imitentur? Deinde quid aliud optant in hac uita, quam ut uiris quam maxime
placeant? Nōne huc spectant tot cultus, tot fuci, tot balnea, tot compturæ, tot unguenta,
tot odores, tot cōponendi, pinguendi, singēdicq; uultus, oculos, & cutem artes? Iam num
alio nomine uiris magis commendatae sunt, quam stulticæ? Quid enim est, quod illi mu-
lieribus non permittunt? At quo tandem autoramento, nisi uoluptatis? Delectant autem
foeminæ non alia re quam stulticia. Id esse uerum non ibit inficias, quisquis secum reputa-
rit, quas uir cum muliere dicat ineptias, quas agat nugas, quoties foeminea uoluptate de-
creuerit uti. Habetis igitur primum & præcipuum uitæ oblectamentum, quo fonte profi-
ciscatur. Sed sunt nonnulli, cum primis autem senes, bibaces quidē illi magis quam mu-
lierosi, qui summam uoluptatem in compotationibus constituunt. Evidem an sit ullum
lautum conuiuū, ubi mulier nō adsit, uiderint alij. Illud certe constat, citra stulticæ con-
dimentum, nullum omnino suave esse. Adeo ut si desit, qui seu uera, seu simulata stulticia
risum moueat, γλωσσοὶ quempiam uel mercede conductum accersant, aut ridiculum
aliquem parasitum adhibeant, qui ridendis, hoc est, stultis dicterijs, silentium ac tristiciam
compotationis discussiat. Quorū enim attinebat tot bellarijs, tot lauticj, tot cupedijs
onerare uentre, nisi & oculi pariter & aures, nisi totus animus, risu, iocis, leporibus pasce-
retur? At istiusmodi tragematum ego sum architectrix unica. Quanquam illa ipsa iam in
cōfusijs solennia, regem sortiū talis, lusitare tesseris, Philotesijs inuitare, certare οὐ μηδε
πορᾶς, ad Myrtum canere, saltare, gesticulari, non à septem Græciæ sophis, uerum à no-
bis ad humani generis salutem reperta sunt. Atqui omnium huiusmodi rerum ea natura
est, ut quo plus habeant stulticæ, hoc plus conferant uitæ mortalium, quæ si tristis sit, ne
uita quidem appellanda uideatur. Tristis autem euadat oportet, nisi cognatum tædium,
hoc genus oblectamentis abstenseris. Sed erunt fortassis qui hoc quoq; uoluptatis genus
negligant, & in amicorum charitate & consuetudine acquiescant, amicitiam dicitantes
unam rebus omnibus anteponēdam, quippe rem usqueadeò necessariam, ut nec aer, nec
ignis, nec aqua magis. Rursum adeò iucundam, ut qui hanc de medio sustulerit, solem su-
stulerit, adeò denique honestam, si quid tamen hoc ad rem pertinet, ut nec ipsi philosophi
uereantur eam inter præcipua bona commemorare. Sed quid, si doceo me huius quoque
tanti boni, & puppim esse & proram? Docebo autem non Crocodilitis, aut Soritis, cera-
tinis, aut alij id genus dialecticorum argutijs, sed pingui, quod aiunt, Minerua, rem digi-
to propemodum ostendam. Age, conniuere, labi, cæcutire, hallucinari in amicorum ui-
tijs, quædam etiam insignia uitia pro uirtutibus amare, mirariq; an non stulticæ uidetur
affine? Quid cum alius exosculatur næuum in amica, alium delectat polypus Agnæ, cum
filium strabonem appellat petum pater, quid inquam hoc est, nisi mera stulticia? Clamēt
terq; quatérque, stulticiam esse: at qui hæc una stulticia & iungit, iunctos & seruat ami-
cos. De mortalibus loquor, quorum nemo sine uitij nascitur, optimus ille est, qui mini-
mis urgetur: quum interim inter sapientes istos deos, aut omnino non coalescit amici-
tia, aut tetrica quædam & insuavis intercedit, nec ea nisi cum paucissimis, nam cum
nullis dicere religio est, propterea quod maxima pars hominum desipit, immo nullus est,
qui non multis modis deliret, & non nisi inter limiles cohæret necessitudo. Quod si
quando inter se ueros istos coierit mutua benevolentia, ea certe haudquaquam stabi-
lis est, nec admodum duratura, nimirum inter morosos & plus satis oculatos, ut qui
in amicorum uitij tam cernunt acutum, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius.

At ipsi

*Quæ commi-
da foeminiæ è
stulticia*

*Nec amicitia
constare sine
stulticia*

*Asperitas in
amicitia*

At ipsi in proprijs uitjjs quām lippint, & quām non uident manticam in tergo pendent. Itaq; quum ea sit hominū natura, ut nullum ingenium reperiatur non magnis obnoxium uitjjs, adde tantam animorum ac studiorum dissimilitudinē, tot lapsus, tot errata, tot casus uitæ mortaljs, quo pacto uel horam cōstatbit inter Argos istos amicitiaj iucunditas, nisi accesserit ea, quam mire Græci θύθεαν appellat, hanc seu stulticiā, seu morum

Amor cœcus index facilitatem uertas licebit. Quid autem: an nō Cupido ille omnis necessitudinis autor & parens, prorsum oculis captus est, cui quemadmodū τὸ μὲν λαλεῖ κελατὴ φέρεται, itidē inter uos quoq; efficit, ut suum cuiq; pulchrū uideatur, ut cascus cascā, perinde ut pupus pupam deameret. Hæc passim & fiunt & ridentur, sed tamen hæc ridicula iucundā uitæ glutinant copulantq; societatem. Porro quod de amicitia dictum est, id multo magis de cōiugio sentiendū, quod quidem nihil est aliud, q̄ indiuīdua uitæ coniunctio. Deum immortalem quæ nō diuortia, aut etiam diuortijs deteriora passim acciderēt, nisi uiri fœminæq; domesticā cōsuetudo, per adulationē, per iocum, per facilitatē, errorem, dissimulationē, meum utiq; satellitiū fulciretur alereturq; Papæ, q̄ pauca coirent matrimonia si sponsus prudenter exquireret, quos lusus delicata illa, sicut uirguncula iam multo ante nuptias luserit. Tum quanto pauciora cohigerent inita, nisi plurima uxorum facta per uiri uel negligentia, uel stuporem laterent. Atq; hec quidem merito stulticiæ tribuuntur, uerum ea interim præstat, ut marito iucunda sit uxor, uxori iucundus maritus, ut tranquilla domus, ut maneat affinitas. Ridentur, cuculus, curruca, & quid non uocatur, cum moechæ lachrymas labellis exorbet. At quanto felicius sic errare, q̄ zelotypiae diligentia cum

Nulla societas absq; stulticia se se cōficeret, tum omnia miscere tragœdijs? In summa usq; adeo nulla societas, nulla uitæ coniunctio sine me uel iucunda, uel stabilis esse potest, ut nec populus principem, nec seruum herus, nec heram pedisequa, nec discipulū præceptor, nec amicus amicum, nec mari

tim uxor, nec locator conductorem, nec contubernalis contubernalē, nec conuictor conuictorem diutius ferat, nisi uicissim inter se nunç errent, nunc adulentur, nunc prudentes cōniveant, nunc aliquo stulticiæ melle se deliniant. Iam hæc scio uideri maxima, sed

Nemo fibijpsi cbarus abq; stulticia audietis maiora. Quæso num quenquā amabit, qui ipse semet oderit? Num cum alio confidet, qui secum ipse dissiderit? Num ulli uoluptatem adferet, qui sibi met ipsi sit grauis ac molestus? Istud opinor nemo dixerit, nisi qui sit ipsa stultior Stulticia. Atqui si me exclusis, adeo nemo poterit alterum ferre, ut ipse etiam sibi quisq; puteat, sua cuiq; sordeant, si bi quisque sit inuisus. Quandoquidem id malū natura, non paucis in rebus nouerit magnis quām parens, mortalium ingenij inservit, præcipue paulo cordatorum, ut sui quenque pœniteat, admiretur aliena. Quo sit ut omnes dotes, omnis elegantia, decorū uitæ uirtutem, pereatq;. Quid enim proderit forma, præcipuum deorum immortalium unus, si putiditatis uitio contaminetur? Quid iuuenta, si senilis tristiciæ fermento corruptatur? Denique quid in omnī uitæ munere uel tecum, uel apud alios aſcurus es cum decoro (est enim non artis modo, uerum etiam omnis actionis caput, decere quod agas) nisi adsit ex

xtra hæc Philautia, quæ mihi merito germanæ est uicerit. Adeo strenue meas ubiq; partes agit. Quid autem æque stultum, atq; tibijpsi placere? te ipsum admirari? At rursum quid uenustū, quid gratiosum, quid non indecorum erit, quod agas, ipse tibi displicens? Tolle hoc uitæ condimentū, & protinus frigebit cum sua actione orator, nulli placebit cum suis numeris musicus, explodetur cum sua gesticulatione histrio, ridebitur unā suis cum suis suis poeta, sordebit cum arte pictor, esuriet cum pharmacis medicus. Postremo pro Nireo Thersites, pro Phaone Nestor, pro Minerua sus, pro facūdo infans, pro urbano rusticus uideberis. In tantum necesse est ut sibi quoq; quisque blandiatur, & assentati uncula quapiam sibi prius cōmendetur, quām alijs possit esse commēdatus. Denique cum præcipua felicitatis pars sit, ut quod sis, esse uelis, nimirum totum hoc præstat compendio mea Philautia, ut neminem suæ formæ, neminem sui ingenij, neminem generis, neminem loci, neminem instituti, neminem patriæ pœnitentiat, adeo ut nec Hirlandus cum Italo, nec Thrax cum Atheniensi, nec Scytha cum insulis fortunatis cupiat permutare. Et o singularem naturæ sollicitudinem, ut in tanta rerum uarietate paria fecit omnia. Vbi dotibus suis non nihil detraxit, ibi plusculum Philautiæ solet addere, quanquam hoc ipsum stulte profecto dixi, quum hæc ipsa dos sit uel maxima. Ut ne dicam interim, nullum egregium facinus adiit, nisi meo impulsu, nullas egregias artes, nisi me autore suis repertas. An nō omnium laudatorum

Sibi quisq; pla cet per stulti ciām felicitatis pars sit, ut quod sis, esse uelis, nimirum totum hoc præstat compendio mea Philautia, ut neminem suæ formæ, neminem sui ingenij, neminem generis, neminem loci, neminem instituti, neminem patriæ pœnitentiat, adeo ut nec Hirlandus cum Italo, nec Thrax cum Atheniensi, nec Scytha cum insulis fortunatis cupiat permutare. Et o singularem naturæ sollicitudinem, ut in tanta rerum uarietate paria fecit omnia. Vbi dotibus suis non nihil detraxit, ibi plusculum Philautiæ solet addere, quanquam hoc ipsum stulte profecto dixi, quum hæc ipsa dos sit uel maxima. Ut ne dicam interim, nullum egregium facinus adiit, nisi meo impulsu, nullas egregias artes, nisi me autore suis repertas. An nō omnium laudatorum

litorum facinorum fēges ac fons est bellum: Porro quid stultius, quam ob causas, nescio quas, certamen eiusmodi suscipere, unde pars utraq; semper plus auferit in cōmodi quam boni: Nam eorum qui cadunt, ueluti Megarensiū *οὐλεῖς λόγοι*. Dein quām iam utrīq; cōstītere ferratē acies, & rauco crepuerunt cornua cantu, quis oro sapientū istorum usus, qui studijs exhausti, uix tenui frigidoq; sanguine spiritum ducunt: crassis ac pinguibus opus est, quib; quām plurimum ad sit audacie, mentis quām minimum. Nisi si quis Demosthenem militem malit, qui Archilochi sequutus consiliū, uix conspectis hostibus, ab iecto clypeo fugit tam ignauus miles, quam orator sapiens. Sed cōsilium, inquiunt, in bello plurimum habet momenti. Evidem fateor in duce, uerum id quidem militare, nō phi losophicum, alioqui parasitic, lenonibus, latronibus, sicarijs, agricolis, stupidiis, obæratis, & huiusmodi mortalium fece res tam præclara geritur, non philosophis lucernarijs. Quād quidem quām sint ad omnem uitæ usum inutiles, uel Socrates ipse unus Apollinis oraculo sapiens, sed minime sapienter iudicatus, documento esse potest, qui nescio quid publice conatus agere, summo cum omnium risu discessit. Quanq; uir is in hoc non usq; quaque despīt, quod sapientis cognomen nō agnoscit, atq; ipsi deo rescribit, quodq; censem sapientia à Repub. tractanda abstinentiū esse, nisi quod potius monere debuerat, à sapientia temperandum ei qui uelit in hominū haberi numero. Deinde quid eundem accusatū ad circu ram bibendam adegit, nisi sapientia: Nam dum nubes & ideas philosophatur, dum puluis pedes metitur, dum culicū uocem miratur, quae ad uitam cōmunem attinent, non dicitur. Sed adest præceptor de capite periclitati discipulus Plato, egregius scilicet patrobus, qui turbæ strepitu offensus, uix dimidiaram illam periodum prōnūciare potuit. Iam quid dicam de Theophrasto: Qui progressus in cōcionem, protinus obmutuit, perinde quasi repente lupo conspectio, qui militem animasset in bello: Isocrates ob ingenij timideitate nec bictere unquam est ausus. M. Tullius eloquentiæ Romanæ parens, semper indecora trepidatione, perinde quasi puer singultiens exordiri cōsuevit. Idq; Fabius interpretatur cordati oratoris & periculū intelligentis argumentū. Verū cum hoc dicit, an nō palam facetur sapientiā obstarre ad rem probe gerendā: Quid isti facient, cum res ferro geritur, qui tum metu examinātur, cum nudis uerbis est decertādū: Et post hæc celebratur, si dñs placet, præclara illa Platonis sententia, beatas fore resp̄blicas, si aut imperant philosophi, aut philosophentur imperatores. Imò si consules historicos, reperies nimirum nullos rei publicæ pestilentiores fuisse principes, quam si quando in philosophastrū aliquem aut literis addictum inciderit imperium. Cuius rei satis, opinor, faciunt fidem Catones: quem alter insanis delationibus Reipub. tranquillitatē uexauit, alter libertatē P.R. dum nimium sapienter uindicat funditus subuertit. Adde his Brutos, Cassios, Gracchos, ac Ciceronem etiam ipsum, qui nō minus pestilens fuit Romanorū Reipub. quam Demosthenes Atheniēs. Porro M. Antoninus, ut doneamus bonū Imperatorē fuisse, nam id ipsum extorquere possim, fuit enim hoc ipso nomine grauis atq; inuisus ciuibus, quod tam philosophus esset, sed tamen ut donemus fuisse bonū, at certe pestilentior fuit Reipub. tali re licto filio, quam fuerat sua administratione salutaris. Quandoquidē solet hoc hominū genus, qui se sapientiæ studio dediderunt, cum cæteris in rebus, tum præcipue in liberis propagandis infelicissimū esse, prouidente opinor natura, ne malum hoc sapientiæ inter mortales latius serpat. Itaq; Ciceroni degenerē fuisse filium constat, & sapiens ille Socrates liberos habuit matris similiores quam patri, ut non omnino pessime scripsit quidam, id est, Stultos. Sed utcunq; ferendum, si tantum ad publica munia forent *οὐλεῖς λόγοι*, nisi ad omnem prorsus uitæ functionem nihilo essent dexteriores. Ad coniuuiū adhibe sapientem, aut tristi silentio, aut molestis quæstiunculis obturbabit. Ad chorū aduoca, cameolum saltare dices. Ad publicos ludos trahe, ipso uultu populi uoluptatibus obstat, & cogetur è theatro migrare sapientis Cato, quandoquidē supercilium nō potest ponere. In colloquium inciderit, repente lupus in fabula. Si quid emendum, si contrahendū, breuiter si quidē eorum agendū, sine quib; hæc quotidiana uita transigi nō potest, stipitem dicas sapientiū istum, non hominem. Vsq; adeò nec sibi, nec patriæ, nec suis usquam usui esse potest, propterea quod cōmunium rerū sit imperitus & à populari opinione, vulgaribusq; institutis longe lateq; discrepet. Qua quidē ex re odium quoq; cōsequatur necessum est, *Sapientia odiū nimirū ob tantam uitæ atq; animorū dissimilitudinem*. Quid enim omnino geritur inter paris

*Per pessimos
et stultissimos
bellum optis
me geri*

*Nec ad dicen/
dum idoneos
esse qui sa/
piunt*

*Sapientū stu/
ti filij*

*Ad omnēs ui/
te consuetud/
nem inepti
sapientes*

H mortales

mortales non stulticiæ plenum, idq; à stultis, & apud stultos: Quod si quis utus uniuersus
tulit obstrepare, huic ego sua serim, ut Timonem imitatus, in solitudinem aliquam demis-

Stulticia resp. gret, atq; ibi solus sua fruatur sapientia. Verum ut ad id quod instituerat, reuertar, quæ
confinit uis saxeos, quernos, & agrestes illos homines in ciuitate coegit, nisi adulatio: Nihil enim
aliud significat illa Amphionis & Orphei cithara. Quæ res plebem Romanā iam extre-
ma molientem, in concordiam ciuitatis reuocauit: Num oratio philosophica: Minime.
Imo ridiculus ac puerilis apologus de uentre, reliquisq; corporis membris confictus. Idem
ualuit Themistoelis apologus consimilis de uulpe & ericio. Quæ sapientis oratio tantum
dem potuisset, quantum cōmenticia illa cerua Sertorij potuit, quantum Laconis illius de
duobus canibus, dec̄ uellendis equinæ caudæ pilis ridendum modo dicit̄ Sertorij com-
mentum: Ut ne quid dicam de Minoe dec̄ Numa, quorū uterq; fabulosis inuentis stu-
tam multitudinem rexit. Huiusmodi nugis cōmouetur ingens ac potens illa belua, popu-
lus. At rursum, quæ ciuitas unquam Platonis, aut Aristotelis leges, aut Socratis dogma-
ta recepit: Tum autem quæ res Dec̄is persuasit, ut ultro se se dñs manib; deuoueren-
t. Quid Q. Curtium in specum traxit, nisi inanis gloria, dulcissima quædam Siren, sed mi-
rum q; à sapientibus istis damnata: Quid enim stultius, inquiunt, q; supplicem candida-
tum blandiri populo, congiarijs fauorem emere, uenari tot stultorū applausū, acclama-
tionib; sibi placere, in triumpho ueluti signum aliquod populo spectandum circuferi;
qneum in foro stare: Adde his nominū & cognominū adoptiones. Adde diuinos hono-
res, homuncioni exhibitos, adde publicis ceremoniis in deos relatos etiā sceleratissimos
tyrānos. Stultissima sunt hæc. & ad quæ rīdenda nō unus sufficiat Democritus. Quis ner-
gat: Atqui hoc fonte nata sunt fortū herorum facinora, quæ tot eloquentiū uirorum lite-
ris in cœlum tolluntur. Hæc stulticia parit ciuitates, hac constant imperia, magistratus, re-
ligio, consilia, iudicia, nec aliud omnino est uita humana q; stulticiæ lusus quidam. Iam ue-
to ut de artibus dicam, quid tandem mortaliū ingenia ad excogitandas prodendasq; po-
steris, tot egregias, ut putant, disciplinas excitauit, nisi gloriæ sitis: Tantis uigilij, tatis fu-
doribus, famam nescio quam, qua nihil esse potest inanius, redimendā putarunt homines
uere stultissimi. Sed interim stulticiæ tot tam egregia uita cōmoda debetis, quodq; est lon-
ge dulcissimum, aliena fruimini insania. Ergo posteaq; mihi fortitudinis & industriæ lau-
dem uindicauī, quid si prudentiæ quoq; uindicē? Sed dixerit alius, eadem opera ignem
aqua misceas licebit. Verum hoc quoq; successurū arbitror, si uos modo quod antehac se-
cistis, auribus atq; animis fauebitis. Princípio si rerum usu constat prudentia, in utrū ma-
gis competet eius cognominis honos, in sapientē, qui partim ob pudorem, partim ob anti-
mi timiditatē nihil aggreditur: an in stultum, quem neq; pudor, quo uacat, neq; periculū,
quod non perpendit, ab ulla re deterret: Sapiens ad libros ueterū consugit, atq; hic me-
ras uocum argutias ediscit. Stultus adeundis cominusq; periclitādis rebus, ueram, ni fal-
lor, prudentiā coligit. Id quod uidisse uideatur Homerus, etiam si cæcus, cum ait, ἐγένετο τύπος τύραννος. Sunt enim duo præcipua ad cognitionē rerum parādam obstacula, pudor
qui fumum offundit animo, & metus, qui ostendo periculo, dehortatur ab adeundis faci-
nibus. At his magnifice liberat Stulticia. Pauci mortales intelligunt ad quā multis alias
quoq; cōmoditates conducat, nunq; pudeſcere, et nihil non audere. Quod si prudentiam
accipere malunt eam quæ rerū iudicio constat, audite obsecro q; procul absint ab hac quæ
hoc nomine se se uendant. Princípio constat res omneis humanas, uelut Alcibiadis Sile-
nos binas habere facies nimis inter se se dissimiles: adeò ut quod prima, ut aiunt, fronte
mors est, si interius inspicias, uita sit: contra, quod uita, mors: quod formosum, deformes
quod opulentū, id pauperrimū: quod infame, glorioſum: quod docium, indoctū: quod ro-
busstū, imbecille: quod generosum, ignobile: quod lātū, triste: quod prosperū, aduersum:
quod amicū, inimicū: quod salutare, noxiū: breuiter omnia repente uersa reperies, si Si-
lenum aperueris. Id si cui forte nimis philosophice dicitū uidetur, age pinguiore, quemad-
modū dīci solet, Minerua planius faciam. Quis regem non & opulentū & dominum fate-
tur: Atqui nullis animi bonis instručiū est, atqui nihil illi satis est, iam uidelicet pauperti-
mus est. Tum animū habet plurimis addictū uitij, iam turpiter seruus est. Adeundē mo-
dum in ceteris quoq; philosophari licet. Sed hoc exempli uice posuisse satis sit. At quor-
um hæc, inquiet aliquis. Audite quò rem deducamus. Si quis histrionibus in scena fabu-
lam agens

**Prudentia pe-
nes stultos
seior**

**Melius iudi-
cant stulti**

Iam agentibus personas detrahere conetur, ac spectatoribus ueras natitasq; facies ostendere, nonne is fabulam omnem peruerterit, dignusq; habeatur, quem omnes e theatro uelut lymphatum saxis ejiciant? Exorietur autem repente noua rerum species, ut qui modo mulier, nunc uir; qui modo iuuenis, mox senex; qui paulo ante rex, subito Dama; qui modo deus, repente homunculus appareat. Verum eum errorem tollere, est fabulam omnem perturbare. Illud ipsum figmentum & fucus est quod spectatorum oculos detinet. Porro mortaliu[m] uita omnis quid aliud est, q[ui] fabula quæpiæ, in qua alij alij obtecti personis procedunt, aguntq; suas quisque partes, donec choragus educat e proscenio? Qui sepe tamen eundem diverso cultu prodire iubet, ut qui modo regem purpurat[u]m egerat, nunc seruulum pannosum gerat. Adumbrata quidem omnia, sed hæc fabula non aliter agitur. Hic si mihi sapiens aliquis cœlo delapsus, subito exoriatur, clamiterq; huc quem omnes ut deum ac dominum suspiciunt, nec hominæ esse, quod pecudum ritu ducatur affectibus, seruum esse infirmæ sortis quod tam multis, tamq; fœdis dominis sponte seruat. Rursum aliu[m] qui parentem extinctum luget, ridere iubeat, quod iam demum ille uiuere cœperit, cum alioqui uitæ hæc nihil aliud sit q[ui] mors quædam. Porro alium stemmatis gloriante, ignobilem ac notum appellat, quod à uirtute longe absit, quæ sola nobilitatis sit fons, adq; eundem modum de cæteris omnibus loquat, quæso quid is aliud egerit, nisi ut demens ac furiosus omnibus esse uideat? Ut nihil est stultius præposta sapientia, ita pueræ prudentia nihil imprudentius. Siquidem pueræ facit, q[ui] se non accômodat rebus præsentib[us]. foroq; nolit uti, nec saltæ legis illius conuivialis meminerit, à wîli n' è p[er]ib[us], postuletq; ut fabula iam non sit fabula. Contra, uere prudentis est, cū sis mortalís, nihil ultra sortem sapere uelle, cumq; uniuersa hominu[m] multitudine uel cōniuere libenter, uel comiter errare. At istud ipsum, inquietum, stulticium est. Haud equidem inficias iuerim, modo fateant illi uicissim, hoc esse uitæ fabulam agere. Ceteru[m] illud o[mn]iis mortales, eloquar ne an sileam? Cur aut sileam, cū sit uero uerius? Sed præstiterit fortassis in re tanta Musas ex Helicone accersere, quas poetæ sapientius ob me ras nugas aduocare solent. Adeste igit[ur] paulisper Iouis filiæ, dum ostendo nec ad egregiam illam sapientiam, ac felicitatis, ut ipsi uocat, arcem, aditum esse cuiq[ue], nisi stulticia duce. Iam pri mun illud in confessio est, affectus o[mn]es ad stulticiam pertinere: quādoquidem hac nota à stulto sapientem discernunt, quod illius affectus, h[oc] ratio reperat, eoq[ue] Stoici perturbationes o[mn]es ceu morbos à sapiente semouerit: Verum affectus isti non solum paedagogorū uice funguntur ad sapientiam portu[m] properatibus, ueruetiam in omni uirtutis functione, ceu calcaria stimulic[um] quidam adesse solent, uelut ad bene agendum exhortatores. Quanq[ue] hic fortiter reclamat bis Stoicus Seneca, q[ui] prorsum omnem affectum adimit sapienti. Verum cum id facit, iam ne hominem quidem relinquit, sed nouu[m] potius deum quendam Αρμαργε, qui nul[us]q[ue] nec extitit unq[ue], nec extabit: imo ut aptius dicam, marmoreu[m] hominis simulacru[m] constituit, stupidu[m] & ab omni prorsus humano sensu alienu[m]. Proinde si libet, ipsi suo sapiente fruant, citraq[ue] riualem ament licet, cumq[ue] eo uel in ciuitate Platonis, uel si malint, in idearum regione, uel in Tanta lijs inhabitent hortis. Quis enim non istiusmodi hominem ceu portentum ac spectrum fugitet horreatq[ue], qui ad o[mn]es naturæ sensus obsurderit, q[ui] nullis sit affectibus, nec amore, nec miseri cordia magis cōmoueatur, q[ui] si dura silex, aut stet Marpelia cautes, quem nihil fugiat, qui nihil erret, sed ceu Lynceus quispiam nihil non percipiat, nihil non ad amissim pendat, nihil ignoroscit, q[ui] solus seipso sit cōtentus, solus diues, solus sanus, solus rex, solus liber, breuiter omnia solus, sed suo solius iudicio, q[ui] nullum moret amicum, ipse amicus nemini, q[ui] diis quoq[ue] ipsis non dubitet inadare laqueum, qui quicq[ue] in omni uita geritur, uelut insanu[m] damnet, rideatq[ue]: Atq[ue] huiusmodi animal est absolutus ille sapiens. Quæso si res agat suffragij, quæ ciuietas istiusmodi magistratus sibi uelit, aut quis exercitus talè optet ducem: imo quem mulier id genus maritum, quis cōiuuator eiusmodi coniuua, quis seruus talibus morib[us] dominu[m] uel optet, uel ferat? Quis autem non malit uel unu[m] quemuis de media stultissimoru[m] hominu[m] plebe, q[ui] stultus stultis uel impare possit, uel parere, q[ui] sui similib[us] placeat, sed quāplurimis, q[ui] comis sit in uxore, iucundus amicis, bellus cōiuua cōuictor facilis, postremo q[ui] nihil humani a se alienu[m] putet? Sed me quidem iam dudu[m] istius sapientis piget. Quare ad reliqua cōmoda se recipiat oratio. Agedu[m], si quis uelut e sublimi specula circūspicit, ita ut Iouē inter dum poetæ facere prædicat, quot calamitatib[us] hominu[m] uita sit obnoxia, q[ui] misera, q[ui] fordi natu[r]a, q[ui] laboriosa educatio, quot iniurijs exposita pueritia, quot sudoribus adacta seriam

Sola Stulticia
consolatur bu
ius uite mis
era seriam

fuentus, q̄ grauis senectus, q̄ dura mortis necessitas, deinde in omni uita, quod morbo-
rum agmina infestent, quotimmineant casus, quot ingruant incōmoda; q̄ nihil usq̄ non
plurimo felle tinctū, ut ne cōmemorem ista quē homini ab homine inferuntur mala, quod
genus sunt, paupertas, carcer, infamia, pudor, tormenta, insidiae, proditio, cōuicia, lites, frau-
des. Sed ego iam plane τέλευταν αὐτούς aggredior. Porro quibus admissis ista cōmerue-
rint homines, aut q̄s deus iratus eos in has miseras nasci coegerit, nō est mihi fas in prae-
sentia proloqui. Verū ista qui secū perpendat, nōne Milesiarum uirginū probabit exem-
plum, etiāsi miserandū? At qui nam potissimum sibi uitæ tædio fatum accersuerer? Nōne sa-
pientiae cōfines? Inter quos, ut interim Diogenes, Xenocrates, Catones, Calsios ac Bru-
tos sileam, Chiron ille cum immortalē esse liceret, ultro mortem præoptauit. Videlis opī-
nor, quid futurum sit, si passim sapient hoies: nempe altero kuto, altero figulo Prometheo
opus fore. Verū ego partim per ignorantia, partim per incogitantiā, nōnunq̄ per obliuio-
nem malorū, aliquādo spem bonorū, aliquoties nōnihil mellis uoluptatib. aspergens, ita
tatis in malis succurro, ut ne tum quidē libeat uitā relinquere, cum exacio Parcarū tam-
ne, ipsa iamdudū eos relinquit uita, quoq̄ minus sit cauſa, cur in uita manere debeāt, hoc
magis iuuet iuuere, tantū abest ut ullo uitæ tædio tangant.

Senes uite

passim Nestorea senecta senes uidentis, q̄bus iam ne species quidē hominis supeſt, balbos,
deliros, edentulos, canos, cakulos, uel ut magis Aristophanicis eos describā uerbis, πυρά-
τας, λευφός, ἀθλίτης, ἐνόγκης, μασλάντας, ρωθός. Καὶ ψαλτής, tamen usq̄ adeo uita delectari, adeo q̄
τανιζει, ut alius tingat canos, alijs apposititia coma cakuitū dissimulet, alijs dētibus utar-
tur mutuo fortassis à sue quopiā sumptis, hic in puellā aliquā misere depereat, & amato-
rijs ineptijs quemuis etiā superet adolescentulū. Nam ut capulares iam meraq̄ silicernia,
tenerā aliquam iuuenculā ducant uxore, eamq̄ & indotatā, & alijs usui futurā, id adeoſre
quēs, ut propemodū & laudi detur. Sed multo etiā suauius, si quis animaduertat anus, lon-
go iam ſenio mortuas, adeoq̄ cadauerosas, ut ab inferis redisse uideri possint, tamen illud
ſemp in ore habere, φῶς ἀγάθον: adhuc catullire, atq̄ ut Græci dicere solent, καρποῦ, &
magna mercede cōducitum aliquē Phaonem inducere, fucis aſt̄ due uuln̄ oblinere, nulq̄
à ſpeculo diſcedere, infimæ pubis ſyphū uellere, uietas ac putres oſtentare māmas, tremu-
lo gannitu languente ſolicitar cupidinē, poticare, miſeri puellarū choris, literulas ama-
torias ſcribere. Ridentur hæc ab omnibus, tanq̄ uti ſunt, ſtultissima: at ipsæ ſibi placent,
& in ſummis interim uerſant delicij, totasq̄ ſeſe melle perungunt, meo uidelicit benefi-
cio felices. Porro q̄bus hæc deridicula uident, illud ſecū expendant uelim, utrū ſatiuſ du-
cant huiuſmodi ſtulticia uitā planè mellitam exigere, an trabē, ut aiunt, ſuſpendio quare-
re. Porro quod hæc uulgo putant infamia obnoxia, iſtud nihil ad ſtultos meos, q̄ malum
hoc aut nō ſentiunt, aut ſi quid ſentiunt, facile negligunt. Si ſaxū in caput incidat, id uere ma-
lum ſit. Carterū pudor, infamia, probrū, maledicta, tantū adferunt noxē, quantū ſentient.

Miferum nō Si ſenſus abſit, ne mala quidem ſunt. Quid laedit, ſi totus populus in te ſibilet, modo tu-
eſt, quicquid te tibi plaudas? Atq̄ ut id liceat, ſola ſtulticia præſtat. Sed mihi uideor audire reclamantes
secundum na philoſophos, Atq̄ hoc ipsum eſt inquiūt miferū, ſtulticia teneri, errare, falli, ignorare. Imo
turam eſt hoc eſt hominē eſſe. Porro miferū cur uocent, nō uideo, quandoquidē ſic natū eſtis, ſic in-
ſtituti, ſic cōditi, ea eſt cōmunis omniū ſors. Nihil aſit miferū, quod in ſuo genere conſtat,
niſi forte quis hominē deplorandū exiſtimet, q̄ neq̄ uolare poſſit cū auibus, neq̄ quater-
niis ingredi pedibus cū reliquo pecudū genere, neq̄ cornibus ſit obarmatus, quemadmo-
dum tauri. Verū iſ eadem opera, equū etiam bellissimū infelicē uocabit, quod neq̄ gram-
maticā diſicerit, neq̄ placentis uelcat: taurum miferū, quod ad palæſtricā ſit inutilis. Igi-
tur ut equus imperitus grāmaticæ, mifer nō eſt, ita nec homo ſtultus, infelix, propterea q̄

Disciplinas in hæc cū illius natura cohærent. Verū rursus urgent logodædali. Eſt, inquiūt, homini pecu-
utiles eſſe & liariter addiſta disciplinarū cognitio, quarū ad miniculis id quod natura diminutū eſt, in-
noxijs genio penſet. Quasi uero ullā ueri faciē habeat, naturā quæ in culicibus, atq̄ adeo in her-
bis ac floſculis tā ſollicite uigilauerit, in uno homine dormitaffe, ut disciplinis opus eſſet,
quas Theutus ille humano generi infenſus genius, in ſummā perniciē excogitauit, adeo
nō utiles ad felicitatē, ut illi quoq̄ ipſi officiāt, ad quod proprie reptæ dicunt, ut elegāter
arguit apud Platōnē rex ille prudentiſſimus de literarū inuenio. Igitur disciplinæ cū relū
quis humanę uitæ peſtibus irreperſerunt, n̄dē autoribus, à q̄bus omnia flagitia proficiſcun-
tur, pu-

tur, puta *demonibus*, quibus hinc nomen etiam inventum, quasi *securus*, hoc est, scientes appelles. Si quidem complex illa aurei seculi gens, nullis armata disciplinis, solo naturae ductu instinctuq; uidebat. Quorum enim opus erat grammatica, cum eadem esset omnibus lingua, nec aliud sermone petebatur, nisi ut alius alii intelligeret. Quis usus dialecticis, ubi nulla erat pugnatum inter se sententiarum divisiones? Quis rhetoricae locus, cum abessent mali mores, ex quibus haud dubie bonae leges prognatae sunt? Porro religiosiores erant quam ut impia curiositate arcana naturae syderum mensuras, motus, affectus, abditas rerum causas scrutarentur, nefas esse rati, si homo mortalis ultra sortem suam sapere conaretur. Iam quid extra eorum esset inquirendi dementia, ne in mentem quidem ueniebat. At labente paulatim aetate aurea puritate, primum animalis, ut dixi, genitae intelligentiae sunt artes, sed paucæ, atq; haec quidem à paucis receptæ. Postea sexcentas addidit Chaldaeorum superstitione, & Græcorum ociosa leuitas, meras ingeniorum crucis, adeo ut uel una græmatica abunde sat sit ad perpetuam uitam carnificinam. Quanquam inter has ipsas disciplinas, haec potissimum in precio sunt, quæ ad sensum cōmunem, hoc est, ad Stulticiam, quam proxime accedunt. Elurunt Theologi, frigent physici, ridentur astrologi, negliguntur dialeicti. Solus *ἰεπός αὐτὸς πολλὰ πάντα τέλεσθαι οὐ δύοντις*. Atq; in hoc ipso genere, quo quisq; indoctior, audacior, in cogitantior, hoc pluris fit etiam apud torquatos istos principes. Atqui medicina, praesertim ut nunc à compluribus exercetur, nihil aliud est quam assentationis particula, non minus profectio quam rhetorica. Secundum hos proximus datur locus leguleij, & haud scio, an primus, quorum professionem, ne quid ipsa pronunciem, uelut aliamnam philosophi magno consensu ridere solent. Sed tamen horum aliorum arbitrio maxima nimisq; negotia transfiguntur. His latifundia crescunt, cum theologus interim excusis totius diuinitatis scrinijs, lupinum arrodit, cum cimicibus ac pediculis assidue bellum gerens. Virginitur feliciores sunt artes, quæ maiorem habent cum stultitia affinitatem, ita longe felicissimi sunt bi, quibus prorsus licuit ab omnium disciplinarum commercio abstinerre, foliisq; naturam ducem sequi, quæ nulla sui parte manca est, nisi forte mortal is sortis pomeria transilire uelimus. Odit natura fūcos, multoq; felicius prouenit, quod nulla sit arte uiobatum. Agedum, an non uidetis ex unoquoq; reliquoq; animantium genere ea felicissime degere, quæ sunt à disciplinis alienissima, nec ullius magisterio nisi naturæ du cuntur? Quid apibus aut felicius, aut mirabilius? At his ne corporis quidem omnes sensus adsunt. Quid simile in extenuendis ædificijs reperit architectura? Quis unquam philosophus similem instituit rem publicam? Rursum equus quoniam humanis sensibus affinis est, & in hominum contubernium demigravit, humahatum item calamitatum est particeps. Quippe qui non raro dum uinci pudet in certaminibus dicit ilia, & in bellis dum ambit triumphum, cofuditur, simulq; cum sessore terram ore momordit. Ut ne cōmemorem interim lupata frena, aculeata calcaria, stabuli carcerem, scuticas, fustes, vincula, sessorem, breuiter omnem illam seruitutis tragœdiam, cui se ultro addixit, dum fortis uiros imitatus, impensis hostem ulciscit studet. Quanto optabilior muscarum & auicularum uita, ex tempore soloq; naturæ sensu degentium, modo per hominum insidias liceat. Quæ si quādo caueis inclusæ, assuecant humanas sonare linguas, mirum quam à nativo illo nōtore degenerent. Adeo modis omnibus lætius est, quod natura condidit, quam quod suauitars. Proinde nunquam satis laudarim gallum illum Pythagoram, qui cum unus omnia fuisse, philosophus, vir, mulier, rex, priuatus, piscis, equus, rana, opinor etiam spogia, tamen nullum animal iudicauit calamitosius homine, propterea quod cetera omnia naturæ finibus essent contenta, solus homo sortis sua limites egredi conaretur. Rursum inter homines, idiotas multis partibus anteponit doctis ac magnis, & Gryllus ille non pauci plus sapuit, quam πνευματικῶν ὀντων, qui maluerit in hara grunnire, quam cum illo tot enseris obijci casibus. Ab his mihi non dissentire uidetur Homerus, nugatum pater, qui cum mortales omnes subinde Λέλλος & μοχλεὺς appellat, cum Ulyssem illum suū sapiens exemplar, sæpen numero Λύστρων vocat, Paridem hūsquā, nec Aiacem, nec Achillem, Quam ob rem id tandem? Nisi quod ille uafer & artifex nihil non Palladis consilio agebat, nūcumq; sapiebat, à naturæ ductu quam longissime recedens. Ut igitur inter mortales, in longissime absunt à felicitate, qui sapientiae student, nūnquam hoc ipso bis stulti, quod

Tom. 4.

H 3 hominē

Feliciora omnia que carēt
arteQuodvis ani
mal felicius
bomine

homines nati cum sint, tamen oblieti conditionis suae, deorum immortalis uitam affectas, & gigantum exemplo, disciplinarum machinis, naturae bellum inferunt, ita quam minime miseri uidentur si qui ad brutorum ingenium stulticiamque quam proxime accedunt, neque quicquam ultra hominem moliuntur. Age experiamur num hoc quoque non Stoicis eniby mematis, sed crasso quopiam exemplo queamus ostendere. Ac per deos immortales, est

Moriones & **fatuī omnīā** ne quicquam felicius isto hominū genere, quos uulgo moriones, stultos, fatuos, ac bliteps felicissimi appellant, pulcherrimis ut equidē opinor, cognominibus: Rem dicam prima frōte stu-

tam fortassis atque absurdam, sed tamen unam multo verissimam. Principio uacant mortis metu, non mediocri per louem malo. Vacant conscientiae carnificina. Non seruitantur manum fabulamentis. Non expauescunt spectris ac lemuribus, non torqueantur metu impendentium malorum, non spe futurorum honorum distenduntur. In summa non dilacerantur misib[us] curarum, quibus haec uita obnoxia est. Non pudescunt, non uerentur, non ambiunt, non inuident, non amant. Denique si proprius etiam ad brutorum animantium insipientiā accesserint, ne peccant quidem autoribus theologis. Hic mihi iam expendas uerum stultissime sapiens, quot undique sollicitudinibus noctes diesque discrucieunt animatus, congeras in unum aceruum uniuersa uita tuae incommoda, atque ita demum intelliges, quantis malis meos fatuos subduxerim. Adde huc, quod non solum ipsi perpetuo gaudent, ludunt, cantillant, rident, uerum etiam ceteris omnibus quocunque se uertent, uoluptatem totum, lusum, risumque adferunt, uelut in hoc ipsum à deorum indulgentia dati, ut humanæ uita tristiciā exhilararent. Vnde sit, ut cum alijs in alios uarius sit affensus, hos omnes ex aequo tanquam suos agnoscant, expetant, pascant, soueant, complectantur, succurant, si quid acciderit: impune permittat, quicquid uel dixerint, uel fecerint.

Adeoque nemo illis nocere cupit, ut feræ quoque beluae ab illorum iniuria temperent, sensu quodam innocentiae naturali. Sunt enim uere facti dijs principiue mihi, adeoque non iniuria hunc honorem omnes illis habent. Quid quod summis etiam regibus adeo sunt in deliciis, ut nonnulli sine his neque prandere, nec ingredi, nec omnino uel horam durare possint. Neque uero paulo interuerso hos bliteos suis illis tetricis sophis anteponunt, quos tamē ipsos aliquot honoris gratia solent alere. Curautem anteponant, nec obscurum arbitror, nec mirum uideri debet, cum sapientes illi nil nisi triste soleant adferre principibus, suaq[ue] doctrina freti, non uereatur aliquoties auriculas teneras mordaci radere uero. Moriones autem id præstent, quod uixit undecunq[ue] principes modis omnibus occupantur, iocos, risus, cathinnos, delicias. Nam accipite & hanc non aspernandum stultorum dotem, quod soli simplices ac ueridici sunt. Quid autem ueritate laudatius: Quanquam enim Alcibiades apud Plaronem prouerbium, ueritatem uino pueritiae tribuit, tamē omnis ealaus mihi peculiariter debetur, uel Euripide teste, cuius extat illud celebre de nobis dictū, μαρτυρεῖς μαρπός λέγει. Fatuus quicquid habet in peclore, id & uultu præse fert, & oratione pronit. At sapientum sunt duæ illæ linguae, ut idem meminit Euripides, quarum altera uerum dicunt, altera qua pro tempore iudicarint oportuna. Horum est nigrum in candida uertere, & eodem ex ore frigidum pariter & calidum efflare, longeque aliud conditum habere in peclore, aliud sermone fingere. Porro in tanta felicitate, tamē hoc nomine principes mihi uidentur infelicissimi, quod deest à quo uerum audiant, & assentatores pro amicis habere coguntur. Sed abhorrent à uero principum aures, dixerit aliquis, & hac ipsa de causa sapientes istos fugitant, quod uereantur ne quis forte liberior existat, qui uera magis q[uod] iucunda loqui audeat. Ita quidem res habet, inuisa regibus ueritas. Sed tamen hoc ipsum mire in fatuis meis usu uenit, ut non uera modo uerum etiam aperta conuicia cum uolus

stultorum pte audiantur, adeo ut idem dictum, quod si à sapientis ore proficiscatur, capitale fuerit futurum: à morione profectum, incredibilem uoluptatem pariat. Habet enim genuinam quandam delectandi uim ueritas, si nihil accedit quod offendat: uerum illi quidem solis fatuis dij dederunt. Isdem fermè de causis hoc hominum genere mulieres gaudere solent

Fatuī gratiā fæminis impensis, utpote ad uoluptatem & nugas natura propensiores. Proinde quicquid cum huiusmodi faciliarint, etiam si nonnunq[ue] serium nimis, illæ tamen iocum ac lusum interpetantur, ut est ingeniosus, præsertim ad prætexenda cōmissa sua, sexus ille. Igitur ut ad fatuorum felicitatem redeam, multa cum iucunditate peracta uita, nullo mortis uel metu, uel sensu, recta in campos Elysios demigrant, & illic pias atque otiosas animas lusibus suis delectaturi. Eamus nunc, & quemvis etiam sapientem cum huius morionis sorte confera

mus. Finge sibi mihi quod huic opponas exemplar sapientiae, hominem qui totam pueritiam atque adolescentiam in perdiscendis disciplinis contriverit, & suauissimam uitae partem perpetuis uigilijs, curis, fudoribus perdiderit, ne in reliqua quidem omni uita uel tamquam uoluptatis degustari, semper patens, pauper, tristis, tetricus, libidinosus iniquus ac durus, alijs grauis & inuisus, pallore, macie, ualeitudine, lippitudine confectus, senio canicie et multo ante diem contraria, ante diem fugiens est uita. Quanquam quid refert quando moriatur istiusmodi, qui nunquam uixerit? Habetis egregiam illam sapientis imaginem. At hic rursum obganniantur mihi *οὐτὸς σύνειθε βαθύτεροι.* nihil, inquiunt, miserius insanias. Sed insignis Stulticia, uel insanias proxima est, uel ipsa potius insania. Quid enim aliud est insanire, quam errare animos? Sed isti tota errant uita. Age hunc quoque syllogismum dissipemus. Musis bene fortunantibus. Argute quidem isti, uerum quemadmodum apud Platonem docet Socrates, ex una Venere secta duas, & ex uno Cupidine dissecio duos faciens, itidem & istos dialecticos decebat insaniam ab insania distinguere, si modo ipsi sanis uideri uellent. Nec enim protinus omnis insanias calamitosa est. Alioquin non dixisset Horatius, An me ludit amabilis insanias: neque Plato poetarum, uatum, & amantium furorem inter praecipua uitae bona collocasset: nec uates illa laborem Aeneas vocasset insanum. Verum est duplex insanias genus: alterum quod ab inferis dirae ultrices submittunt, quoties immisis anguis, uel ardorem bellum, uel inexplebilem auri situm, uel dedecorum ac nefarium amorem, uel parricidium, incestum, sacrilegium, aut aliam id genus pestem aliquam in pectora mortalium insuebunt, siue cum nocentem & conscientem animam, furios ac terriculorum facibus agunt. Est alterum huic longe dissimile, quod uidelicet a me proficiscitur, omnium maxime exceptandum. Id accidit quoties iucundus quidam mentis error, simul & anxius illis curis animum liberat, & multijuga uoluptate delibetur reddit. At qui hunc mentis errorem ceu magnum quoddam deorum munus, ad Atticum scribens, optat Cicero, nimirum quo tantorum malorum sensu carere posset. Neque perperam sensit Argivus ille, qui hacenus insaniebat, ut toto dies solus desideret in theatro, ridens, plaudens, gaudens, quod crederet illic mirasagi tragedias, cum nihil omnino ageretur, cum in ceteris uitae officijs probe se se gereret, iucundus amicis, comis in uxorem, posset qui ignoscere seruis. Et signo laesae non insanire lagena. Hunc ubi cognatorum opera datis pharmacis morbo leuasset, sibi iam totus esset sedditus, hunc in modum cum amicis expositulans, Pol, me occidisti amici,

Nō seruasti ait, cui sic extorta uoluptas, Et demptus prius mentis gratissimus error. Et merito quidem errabant enim ipsi, atque esse libero magis opus habebat, qui tam felicem ac iucundam insaniam ceu malum aliquod, existimat poterit expellendam. Quanque illud equidem nondum statui, num quiuis sensus, aut metus error, insanias nomine sit appellandus. Neque enim si cui libidinosa mulus asinus esse uideatur: aut si quis indectum carmen ueluti doctissimum admiretur, si continuo uidebitur insanire. Verum si quis non sensu tanquam, sed animi iudicio fallatur, idque prater usitatorem ac perpetuo, si demum insanias censembar affinis esse: uelut si quis quoties asinum audierit rudentem, arbitretur se miro symphonicos audire, aut si quis pauperculus, infimo loco natus, Croesum Lydorum regem esse se credat. Sed hoc insanias genus, si quemadmodum feret, uergat ad uoluptatem, non me dicitem delectationem adfert, tum his quod eo tenentur, tum illis quibus est hoc animaduersum, nec tamen eodem insaniantur. Nam haec insanias species multo latius patet, quam uulgus hominum intelligit. Sed uicissim insanus insanum ridet, ac mutuam sibi uoluptatem inuicem ministrat, Neque raro fieri uidetis, ut maior insanus uehementius rideat minorum. Verum hoc quisque felicior, quo pluribus desipit modis, Stulticia iudicet, modo in eo genere insanias maneat, quod nobis est peculiare, quod quidem usq; adeo late patet, ut haud sciatur, an ex uniuersa mortalium summa quempia liceat reperire quod omnibus horis sapiat, quique non aliquo insanias genere teneatur. Quanque hoc tamum interest, qui cucurbitam cum uidet, mulierem esse credit, huic insanio nomen ponit, propterea quod perpaucis id usu ueniat, Verum ubi quis uxorem suam, quam cum multis habet communem, plusquam Penelope esse deierat, sibi maiorem in modum plaudit, feliciter errans, hunc nullus insanum appellat, propterea quod passim maritis hoc accidere uideant. Ad hunc ordinem pertinent & isti, qui praevenatu ferarum omnia contemnunt, atque incredibilem animi uoluptatem percipere se praedicant, quoties foedum illum cornuum cantum audierint, quoties canum eiulatus. Opinor etiam cum extremen-

*Non omnis error
in sanitate est*

*Nullus omnis
no uacat in
sanitas*

ta canum odorantur, illis cinnamomum uideri. Deinde quæ suauitas, quoties ferat lanianda est? T' autos & uerueces humili plebi laniare licet, feram nisi à generoso secat nefas. Is nudo capite, inflexis genibus, gladio ad id destinato, neq; enim quoquis idem facere fas est, certis gestibus, certa membra, certo ordine religiose secat. Miratur interim perinde ut in re noua sacraq; circuſtans tacita turba, quāuis spectaculū hoc plus milles uiderit. Porro cui cōtigerit e belua nōnihil gustare, is uero existimat sibi non parū nobilitatis accedere. Itaq; cum isti assidua ferarū inseclatione atq; esu, nōnihil aliud assequātur, nisi ut ipsi pemedū in feras degenerent, tamen interea regiā uitam agere se putat. Et his simillimum genus eorū, qui insatiabili ædificandi studio flagrant, nunc rotunda quadratis, nunc quadrata rotundis permutates. Nec t' finis ullus, nec modus, donec ad extremā redactis in opia, nec ubi habitent, nec quid edat, supsit. Quid tū postea: Interim annos aliquot summa cū uoluptate pegerit. Ad quos mihi quidē proxime uidetur accedere, q; notis & arcis artibus, rerum species uertere moliunt, ac terra maricq; quintā quādam essentiā uenan-

Aedificandi morbus

tur. Hos adeo laciat mellita spes, ut neq; laborū, neq; impenſatū unq; pīgeat, mīroq; inge-
nū semp aliquid excogitat, quo seſe denuo fallant, sibiq; ipsiſ gratiam faciat impostaſum,
donec abſumptis omnibus, nō sit quo iam fornacula instruant. Non definiū tamē iucun-
da ſomniare ſomnia, cæteros pro uirib; ad eandē felicitatē animantes. Cumq; iam pror-
sus omni ſpe deſtituuntur, ſuperēſt tamē una ſententia, abūde magnū ſolatiū, in magnis
& uoluſſe ſat eſt. Ac tum uitæ breuitatē incuſant, ut quæ magnitudinī negocij noſ ſuſſe-
cerit. Porro aleatores nōnihil addubito num in noſtrū collegiū ſint admitti. Sed tamē ſtultū omnino ridiculumq; ſpectaculū eſt, quoſ uideamus nōnullos uſq; adeo addicſos,
ut ſimul atq; ſtrepitū tefſerarum audierint, protinus illis cor ſaliat, palpiteretq;. Deinde cum
ſemper illiſſente uincendi ſpe, omniū facultatum naufragiū fecerint, in alea ſcopulū illiſſa-
naue, nō paulo formidabiliorē Malea, uixq; nudū emerſerint, quoſ uis potius fraudat q; ul-
tore, ne ſcīlicet uiri parum graues habeātur. Quid cum ſenes iam & cæcutientes, uitreis
etiā oculis luſitantes: Postremo cum iam iusta chiragra cōtudit articulos, uicariū etiā ſuſſe-
cede cōducunt, qui pro ſe talos in pyrgū mittat. Suavis quidē res, nīl quod hīc ludus ple-
tū ſolet in rabiem euadere, ſtamq; ad furias, nō ad me pertinere. Ceterū illud hominum
genus haud dubie totū eſt noſtræ farinæ, q; miraculis ac prodigiosis gaudent mendacij,
uel audiendis uel narrādis. Nec ulla ſatiētas taliū fabularū, cum portentosa quædā, de ſpe
etris, de kēmūrib; de laruīs, de inferis, de id genus milib; miraculorū cōmemorantur:
quæ quo longius absunt à uero, hoc & credunt lubentius, & iucundiore pruriuſ titillant
aures. Atq; hæc quidē nō modo ad leuandū horarum tædiū mire conducent, uerū etiā
ad quæſtū pertinent, præcipue ſacrificis & cōcōnatorib; Hīs rurſum adſines ſuntq; q;
ſibi ſtultam quidē, ſed tamē iucundā perfuſionem induerunt, futuri ut ſi lignēū aut pū-
ctum aliquē Polyphemū Christophorū aspexerint, eo die non ſint perituri, aut qui ſcul-
ptam Barbarā præscriptis uerbis ſalutarit, ſit in columis ē prælio reditutus, aut ſi q̄tois Era-
ſium certis dieb; certis cereolis, certisq; preculis cōuenerit, breui ſit diues euafutus. Iam
t'ero Georgiū etiā Herculem inuenerunt, quemadmodū & Hippolytum alterū. Hīus
equū phaleris ac bullis religiōſime adornatū tantum non adorat, ac ſubinde nouo quo-
piam muuſculo demerētur, per huius æream galeā deierare, planè regiū habet. Nam
quid dīcam de ijs qui ſibi ſictis ſcelerū condonationib; ſuauifſime blandiuntur, ac pur-
gatoriū ſpacia ueluti clepsydris metiuntur, ſecula, annos, menses, dies, tanq; ē tabu-
la mathematica, cītra ullum errorē dimetientes. Aut de ijs qui magicis quibusdā motulis
ac preculis, quas pius aliquis impostaor, uel animi cauſa, uel ad quæſtū ex cogitauit, fre-
niſhil ſibi non pollicentur, opes, honores, uoluptates, ſaturitates, ualeſtudinē perpetuo pro-
ſperam, uitam longauā, ſeneſtam uiridēt, deniq; proximū Christō apud ſuperos cōſer-
sum, quem tamē nolint, nīl admodū ſero cōtingere, hoc eſt, cum huius uitæ uoluptates,
inuitos eos ac mordicus retineentes, tamē deseruerint, tū ſuccedat illa coeliū deliciae. Hīc
mihi puta negoſiator aliquis aut miles, aut iudex, abiecio ex tot rapinis unico num̄inuſo,
uniuersam uitæ Lernam ſemel expurgaram purat, totq; periuria, tot libidines, tot ebrieti-
tes, tot rixas, tot cædes, tot impostaſas, tot perfidias, tot proditiones existimat uelut ex pa-
cio redimi, & ita redimi, ut iam liceat ad nouū ſcelerum orbē de integro reuerti. Quidā ſtūliuſ ijs, ita quid feliciuſ, q; ſeptem illis ſacrorū psalmorū uerſiculis cotidie recitatis,

plusq;

*Confita mi-
racula*

*Preces ſuper/
ſtatioſe*

plusq; summam felicitatē sibi promittit: Atq; hos magicos uerisculos dæmon quispiam facetus quidē ille, sed futilis magis q̄ callidus, Diuo Bernardo credit̄ indicasse, sed arte cīr cūuentus miser: & hæc tam stulta, ut meipsam propemodū pudeat, tamen approbantur, idq; nō à uulgo modo, uerum etiā à religionis professoribus. Quid iam, nōne eodem ferè *superstitiosus cultus diuorum* pertinet, cum singulæ regiones suum aliquē peculiarē uindicant diuū, cumq; in singulos *Vulgaris non optat à superbris sapientis*

singula quædā partiuntur, singulis suos quoqdā culturæ ritus attribuit, ut hīc in dentium cruciatu succurrat, ille parturientibus dexter adsit, alius rem furto sublatā restituat: hic in naufragio prosper affulgeat, ille gregē tueatur: atq; item de cæteris. Nam omnia percense, re longissimū fuerit. Sunt q; singuli pluribus in rebus ualeant, præcipue deipara virgo, cui uulgas hominū plus prope tribuit q̄ filio. Verū ab his diuis quid tandem petunt homines nisi quod ad stulticiā attinet: Agedū inter tot anathemata, qbus templorū quorūdā paries oēs, ac testudinē ipsam refert̄ cōspicītis, uidisti ne unq; qui stulticiā effugerit, qui uel pīlo sit factus sapientior: Alius enatauit incolumis. Alius ab hoste pīfossus uixit. Alius ē prælio, pugnātibus cæteris, nō minus feliciter q̄ fortiter aufugit. Alius in crucē subactus, fauore diui cuiuspiā furib; amici, decidit ut nōnullos etiā male diuitijs onustos pergeret exonerare. Alius pīfracto carcere fugit. Alius irato medico à febre reualuit. Alij potum ue nenum, aluo soluta, remedio nō exitio fuit, idq; non admodū lāta uxore, quæ operam & impensam luserit. Alius euerso plaustro, equos incolumes domū abegit. Alius oppressus ruina uixit. Alius à marito deprehensus elusit. Nullus pro depulsa stulticia gratias agit. Adeo suavis quædam res est nihil sapere, ut omnia potius deprecentur mortales, q̄ Moriam. Sed quid ego hoc superstitionum pelagus ingrediōr?

Non mihi si linguae centum sint, oraq; centum,
Ferrea uox, omnis fatuorum euoluere formas,
Omnia stulticiæ percurrere nomina possim.

usq; adeo omnis omnium Christianorū uita istiusmodi delirationsbus undiq; scatet: quas ipsas tamen sacrifici nō grauatim & admittunt & alunt, nō ignari quantū hinc lucelli so leat accrescere. Inter hæc, si quis odiosus sapiens exoriat, succinatq; id quod res est: nō male perib; si bene uixeris: peccata redimis, si nūmulo addideris odium malefactorū, tum la chrymas, uigilias, precationes, ieiunia, ac torā uitæ rationem cōmutaris. Diuus hīc tibi fa uebit, si uitā illius æmulaberis. Hæc inq; atq; id genus alia; si sapiens ille obgāniat, uide à quātā felicitate repente mortaliū animos in quem tumultū retraxerit: Ad hoc collegium pītinent, q; uiuī qua funeris pompa uelint efferri, tam diligenter statuunt, ut nominatum erit, pīfrib; quot pedas, quot pullatos, quot cātores, quot luctus histriones uelint ad esse, perinde quasi futurū sit, ut aliquis huius spectaculi sensus ad ipsos sit redditurus, aut ut pūdescat defuncti, nisi cadauer magnifice defodiatur, haud alio studio, q̄ si ædiles creati, ludos, aut epulū ædere studeant. Evidē tametsi proprio, tamen haud possum istos silen tio pītercurrere, q; cum nihil ab infimo cerdone differat, tamen inani nobilitatis titulo mirū q̄ sibi blandiunt. Alius ad Aeneā, aliis ad Brutū, aliis ad Arcturū genus suū refert. Ostendunt undiq; sculptas & pictas maiorū imagines. Numerāt proauos atq; atauos, & antiqua cognomina cōmemorant, cum ipsi non multū absint à muta statua, pene ijs ipsis quæ ostentat signis deteriores. Et tamē hac tā suauī Philautia felicē prorsum uitā degunt. Neq; desunt æque stulti, qui hoc beluarū genus, perinde ut deos suspiciunt. Sed quid ego de uno aut altero genere loquor, quasi uero nō passim hæc Philautia plurimos ubiq; mis rīis modis felicissimos efficiat: cum hic quauis simia deformior, sibi plane Nireus uidetur. *Suscripsit placet*
Alius simulatq; treis lineas circino duxerit, prorsum Euclidē se se putat: hic ὁρθοπεδίον, & quo deterius nec ille sonat, quo mordetur gallina marito, tamen alterū Hermogenem esse se credit. Est aut illud longe suauissimū insaniae genus, quo nōnulli, quicquid ul li suorū dotis adest, eo nō aliter atq; suo gloriātur. Qualis erat ille bīs beatus apud Senecā diues, q; narraturus histriolā quampiā seruos ad manū habebat, q; nomina suggererent, nō dubitaturus uel in pugilū certamen descendere, homo alioq; adeo imbecillus, ut uix ueret, hac re fretus, quod multos haberet domi seruos egregie robustos. Porro de artium professoribus, quid attinet cōmemorare: quando peculiaris est horum omniū Philautia, adeo ut reperias citius, q; uelit agello paterno q̄ ingenio cādere: uerū præcipue histriōnū, cantorū, oratorū ac poetarū: quorū quo quīq; est indoctior, hoc sibi placet insolentius, hoc

hoc sese magis iactat ac dilatat. Et inueniunt similes labra laetucas, immo quo quicq; est inceptius, hoc plures admiratores nanciscitur, ut pessima quaeq; semper plurimis arrident, propterea quod maxima pars hominum, ut diximus, Stulticia obnoxia est. Proinde si qui est imperitior, & sibi ipsi multo iucundior est, & pluribus admirationi, quid est quod is ueram eruditionem malit, primum magno constatur, deinde reddituram & putidiorem & timidiorem, postremo multo paucioribus placitaram: Iam uero video naturam, ut singulis mortalibus suam, ita singulis nationibus, ac penè ciuitatibus communem quandam insegnionum pbius Philautiū: Atque hinc fieri, ut Britanni præter alia, formam, musicam, & lautas mensas propriæ sibi vindicent. Scoti, nobilitate & regiae affinitatis titulo, neq; non dialecticis argutis sibi blandiantur: Galli morum ciuitatem sibi sumant: Parisienses, theologicæ scientie laudem, omnibus propè submotis sibi peculiariter arrogant: Itali bonas literas & eloquentiam afferant, atq; hoc nomine sibi suauissime blandiantur omnes, quod soli mortaliū barbari non sint. Quo quidem in genere felicitatis, Romani primas tenent, ac ueterem illam Romam adhuc iucundissime somniant: Veneti nobilitatis opinione sunt feli ces. Græci tanquam disciplinarum autores, ueteribus illis laudatorum heroum titulis se, se uendant: Turcae, totaq; illa uere barbarorum colluuies etiam religionis laudem sibi vindicat, Christianos perinde uti superstitiones irridens. At multo etiam suauius Iudei etiamnum Messiam suum constanter expectant, ac Mosen suum, hodieq; mordicus tenent: Hispani bellicam gloriam nulli concedunt: Germani corporum proceritate, & magis cognitione sibi placent: ac ne singula persequar, uidetis opinor, quantum ubiq; uoluptatis pariat singulis & uniuersis mortalib. Philautia, cui prope par est Assentatio soror. Nihil enim aliud Philautia, quam cum quis ipse sibi palpat. Idem si alteri facias, οὐλαριε fuerit. At hodie res quædam infamis est adulatio, sed apud eos qui rerum uocabulis magis quam rebus ipsis commouentur. Existimant cum adulazione fidem male cohaerere: quod multo secus sese habere, uel brutorum animantium exemplis poterant admoneri. Quid enim cane adulantiū: at rursus quid fidelius: Quid sciuro blandius: at hoc quid est homini magis amicum: Nisi forte uel asperi leones, uel immites tigres, uel irritabiles pardii magis ad uitam hominum conducere uidentur. Quanquam est omnino pernicio sa quædam adulatio, qua nonnulli perfidiosi & irrisores, miseris in perniciem adiungunt. Verum hæc mea ab ingenij benignitate, candoreq; quodam proficisciunt, multoq; uirum ulciniōr est, quam ea quæ huic opponit, asperitas, ac morositas inconcinnia, ut ait Horatius, grauisq;. Hæc deiectiores animos erigit, demulceret tristes, extimulat languentes, ex pergeficit stupidos, ægrotos leuat, feroce molit, amores conciliat, conciliatos retinet. Puericiam ad capessenda studia literarum alicit, senes exhibilat, principes citra offendam sub imagine laudis, & admonet & docet. In summa, facit ut quisque sibi ipse sit iucundior & charior, quæ quidem felicitatis pars est uel præcipua. Quid autem officiosius quam cum mutuum muli scabunt: Ut ne dicam interim hanc esse magnam illius laudatæ eloquentiæ partem, maiorem medicinæ, maximam poeticæ: denique hanc esse totius humanæ consuetudinis mel & condimentum. Sed falli, inquiunt, miserum est, immo non falli miserum. Nimium enim despiciunt, qui in rebus ipsis felicitatem hominis sitam esse existimant. Ex opinionibus ea pendet. Nam rerum humanarum tanta est obscuritas, uarie ex opiniōnib; tasci, ut nihil dilucide sciri possit, quemadmodum recte dictum est ab academicis meis, bus pendas interphilosophos quam minimum insolentibus. Aut si quid sciri potest, id non raro officit etiam uitæ iucunditatí. Postremo sic sculptus est hominis animus, ut longe magis fucis, quam ueris capiatur. Cuius rei si quis experimentum expositum & obuiuin querat, conciones ac tempora petat, in quibus si quid serium narratur, dormitant, oscitant, nauseant omnes. Quod si clamator ille, lapsa sum, declamator dicere uolebam, ita ut sape faciunt, anilem aliquam fabellam exordiatur, expurgescuntur, eriguntur, inhiant omnes. Item si quis sit diuus fabulosior & poeticus, quod si exemplum requiris, finge huius generis Georgium aut Christophorum, aut Barbarum, uidebitis hunc longe religiosius coli, quam Petrum, aut Paulum, aut ipsum etiam Christum. Verum hæc non huius sunt loci. Iam quanto minoris constat hæc felicitatis accessio: Quandoquidem res ipsas aliquoties magno negocio pares oportet, uel leuissimas uti grammaticen. At opinio faciliter sumitur, quæ tamen tantundem, aut amplius etiam ad felicitatem conduceat.

Age

Age si quis putribus uescatur falsamētis, quorum alius nec odorem fertē possit, & tamēt
 huic ambrosiam sapient, quæso quid interest ad felicitatem? Contrā, si ac p̄p̄s̄er alicui
 nauseam sapiat, quid referet ad uitæ beatitudinem? Si cui sit uxor egregie deformis, quæ
 tamen marito uel cum ipsa Venere certare posse uideatur, nōne perinde fuerit, ac si uere
 formosa foret? Si quis tabulam minio lutoq; male oblitam suspectet, ac demiretur, persua
 sum habens, Apellis aut Zeusidis esse picturam, nōne felicior etiam fuerit eo qui eorum
 artificum manum magno emerit, fortassis minus ex eo spectaculo uoluptatis perceptu
 rus? Noui ego quendam mei nominis, qui nouæ nuptæ gemmas aliquot adulterinas do
 no dedit, persuadens, ut erat facundus nugator, eas nō modo ueras ac nativas esse, uerum
 etiam singulari atque inæstimabili precio. Quæso, quid intererat puellæ, cum uitro non
 minus iucunde pasceret & oculos & animum, nugas perinde ut eximium aliquem thesau
 rum conditas apud se seruaret? Maritus interim & sumptum effugiebat, & uxoris erro
 re fruebatur, nec eam tamen sibi minus habebat deuinctâ, quam si magno empta donaſ
 set. Num quid interesse censem̄tis inter eos qui in specu illo Platonico uariarum terum um
 bras & simulacra demirantur, modo nihil desiderent, neq; minus sibi placeant: & sapien
 tissimum qui specum egressus, ueras res aspicit. Quod si Mycillo Lucianico diues illud
 & aureum somnium perpetuo somniare licuisset, nihil erat cur aliam optaret felicitatem.
 Aut nihil igitur interest, aut si quid interest, potior etiam stultorum cōditio. Primū quod
 h̄s sua felicitas minimo constat, id est sola persuasiuncula. Deinde quod ea fruuntur cum
 plurimis communiter. Porro nullius boni iucunda sine socio possesso. Quis enim nescit
 quanta sapientum paucitas, si modo quisquam inueniatur: quanquā ex tot seculis Græ
 ci septem omnino numerant, quos me Hercle, si quis accuratius excutiat, dispeream si uel
 sem sapientem inueniet, imò si uel trientem uiri sapientis. Proinde cum inter multas Bac
 chi laudes illud habeatur, ut est, primarium, quod animi curas eluat, idq; ad exiguum mo
 dō tempus: nam simulatque uillum edormieris, protinus albis, ut aiunt, quadrigis recur
 sunt animi molestiae: quanto meum beneficium cum plenius, tum præsentius, quæ per
 petua quadam ebrietate, mentem, gaudijs, delicij, tripudijs, expleo, idq; nullo negotio?
 Neque quenquam omnino mortalem mei muneris expertem esse sino, cum reliqua nu
 minum dotes, aliæ ad alios prueniant. Non ubiuis nascitur generosum & lene merum,
 Quod curas abigat, quod cum spe diuite mā net. Paucis contigit formæ gratia, Veneris
 munus, paucioribus eloquentia, Mercurij donum. Non ita multis obtigerunt opes, dex
 tro Hercule. Imperium non cuiuis concedit Iupiter Homericus. Sæpenumero Mauors
 neutrīs fuit copijs. Complures ab Apollinis triپode tristes discedunt. Sæpe fulminat Sa
 turnius. Phœbus aliquādo iaculis pestem immittit. Neptunus plures extinguit quam fer
 uat, ne interim Veioves istos, Plutones, Atas, Poenas, Febres, atque id genus, non deos,
 sed carnifex commemorem. Ego sum una illa Stulticia, quæ omnes ex æquo tam para
 ta beneficentia complector. Nec uota moror, nec irascor, exposcens piamina, si quid cere
 moniarum fuerit prætermissum. Nec cœlum terræ misceo, si quis reliquis inuitatis dijs,
 me domi relinquit, nec admittat ad nīdorem illum uictimarum. Nam cæterorū deorum
 sancta est in his morositas, ut propè maius sit operæ precium, atque adeò tutius, illos negli
 gere quam colere. Quemadmodum sunt & homines nonnulli, tam difficiles, & ad læden
 dum iritabiles, ut præstiterit eos prorsum alienissimos habere, quam familiares. At ne
 mo, inquiunt, Stulticiæ sacrificat, neque templum statuit. Equidem demiror, ut dixi, non
 nihil hanc ingratitudinem. Verum hoc quoque pro mea facilitate boni consulo: quan
 quam ne hæc quidem desiderare possum. Quid enim est cur tusculum aut molam, aut hir
 cum, aut suem requiram, cum mihi mortales omnes ubique gentium eum cultum persol
 uaunt, qui uel à theologis maxime probari solet? Nisi forte Diana debeam inuidere, quod
 illi humano sanguine litatur. Ego me tum religiosissime coli puto, cum passim, ut faciunt
 omnes, animo complectuntur, moribus exprimunt, uita repræsentant. Qui quidem dir
 uorum cultus, nec apud Christianos admodum frequens est. Quanta turba eorum qui
 desparæ uirginis cereolum affigunt, idq; in meridie, cum nihil est opus? Rursum quam
 pauci qui eandem uitæ castimonia, modestia, cœlestium rerum amore studeant æmu
 lari? Nam is demum uerus est cultus, longeque cœlitibus gratissimus. Præterea cur tem
 plum desiderem, quum orbis hic uniuersya templum mihi sit, nifallor, pulcherimum?
 Negq;

Felicitas est er
rare quam
sapere

Stulticie com
moditas las
tius patet

Stulticie tem
plum & sacra

Neg uero desunt mystae, nisi ubi desunt homines. Nec iam usq[ue] adeo stulta sum, ut saxeas ac coloribus fucatas imagines requiram, quae cultui nostro nonnunquam officiantur, cum auctis pidis & pinguibus istis signa pro diuis ipsiis adorantur. Nobis interim usu uenit, quod soleat ihs quia uicarijs suis extruduntur. Mihi tot statuas eretas puto quod sunt mortales, uiam mei imaginem praese ferentes, etiam si nolint. Itaque nihil est quod reliquis diis inuideam, si alijs in angulis terrarum alijs colantur, id est statim diebus: quemadmodum Rhodium Phœbus, in Cypro Venus, Argis Iuno, Athenis M[er]inerua, in Olympo Jupiter, Tarenti Neptunus, Lampaci Priapus, modo mihi communiter orbis omnis longe potiores uici mas assidue præbeat: Atqui si cui uideor haec audacius quam uerius dicere, agedū pauci per ipsas hominū uitas inspiciamus, quod palam fiat, & quantum mihi debeat, & quantum faciant maximi pariter ac minimi. At non quorūlibet uitā recensebimus, nam id quidem

Communis uitā mortaliū stulticie plena

perlongum, uerum insignium tantū, unde reliquos facile sit aestimare. Quid enim attinet de uulgo plebeis laicis cōmemorare, quae citra controuersiā tota mea est: tot enim undique stulticiæ formis abundat, tot indies nouas cōminiscitur, ut nec mille Democriti ad tantos risus suffecerint: quanquam illis ipsis Democritis rursum alio Democrito foret opus. Quia etiam incredibile sit dicit, quos risus, quos ludos, quas delitias, hominibus quæstodie praebant superis. Nam h[ic] quidem horas illas sobrias, & antemeridianas iurgiosis contemplationibus, ac uotis audiendis impariunt. Cæterū ubi iam nocte madent, neq[ue] lubet quæ quam seruum agere, tum qua parte cœlum quam maxime prominet, ibi consident ac pronas frontibus, quid agitent homines speculatur. Nec est aliud spectaculū illis suauius. Deum immortalem, quod theatru est illud, quam uarius stultorū tumultus: Nam ipsa nonnunquam in deorū poetarū ordinib[us] considero soleo. Hic deperit in muliercula, & quo minus ad amatur, hoc amat impotenterius. Ille dotē dicit, non uxore. Ille sponsam suā prostituit. Alius zelotypus uelut Argus obseruat. Hic in luciu papaz stulta dicit facitq[ue] cōductis etiā uelut histriónibus, qui lucius fabulā peragant. Ille flet ad nouercæ tumultū. Hic quicq[ue] unde cunque potest corraderet, id totum uentriculo donat, paulo post fortiter esuriturus. Hic somno & ocio nihil putat felicius. Sunt qui alienis obeundis negotijs sedulo tumultuantur, sua negligunt. Est qui uersuris, atq[ue] ære alieno diuitem se esse putat, mox decocturus. Alius nihil arbitratur felicius, quam si ipse pauper heredem locupletet. Hic ob exiguum, id est incertum lucellum, per omnia maria uolitat, undis ac uenit uitam cōmittens, nulla pecunia reparabilem. Ille mauult bello diuinitas querere, quam tutum oicum exigere domini. Sunt qui captandis orbis senibus, putant q[ue] cōmodissime ad opes pertueniri. Negunt qui idem malint deamandis beatis aniculis aucupari. Quorum utrīcūq[ue] tum demum ex gregiam de se uoluptatem diuis spectatoribus præbent, cum ab ipsis quos captant, ante dies luduntur. Est omnium stultissimum ac sordidissimum negotiatorum genus, quippe qui rem omnium sordidissimam tractent, id est sordidissimis rationibus, qui cum paſsim mentiāt, peierent, furentur, fraudent, imponāt, tamen omniū primos se se faciunt, propterea quod digitos habeat auro reuinctos. Nec desunt adulatores fraterculi, qui mirantur istos, ac uenerabiles palam appellant, nimirū ut ad ipsos aliqua male partorum portiuncula redeat.

Adulatio con cionalorum

Alibi uideas Pythagoricos quosdam, quibus usq[ue] adeo omnia uidentur esse cōmunia, ut quicquid usquam incustoditum nauci fuerint, id uelut hæreditate obuenerit, atq[ue] animo tollant. Sunt qui uotis tantum diuites sunt, & iucunda quædam sibi singunt somnia, id est ad felicitatem satis esse putant. Nonnulli foris diuites haberigaudent, domi gnauiter esuriunt. Hic festinat quicquid habet profundere, ille per fas nefasq[ue] congerit. Hic cāandidatus ambit populares honores, ille ad focum semet oblectat. Bona pars lites nunquam finidas agitat, & hinc atq[ue] hinc certatim contendunt, ut prorogatorē iudicem, & collusorem ditent aduocatū. Hic rebus nouandis studet, ille magnum quiddam molitur. Est qui Hierosolymam, Romam, aut diuum Iacobū adeat, ubi nihil est illi negotiū, domi relictis cum uxore liberis. In summa, si mortalium innumerabiles tumultus ē luna, quemadmodū Menippus olim, despicias, putas te muscarum, aut culicum uidere turbam inter se rixātium, bellantium, insidiantium, rapientium, ludentium, lascivientium, nascentium, cadentium, morientium. Neg satis credi potest, quos motus, quas tragedias ciat tantulum animalcula, tamq[ue] mox periturum. Nam aliquoties uel leuis belli, seu pestilentia procella multa similiā rapit ac dissipat. Sed ipsa stultissima sim plane digna, quam multis cachinnis rideat.

Democritus

Democritus, si p̄ergam p̄opularium stulticiarū & insaniarū formas enumerare. Ad eos. *Stulticia dō*
 accingar, qui sapientiæ speciem inter mortales tenet, et aureum illum. ramum, ut aiunt, au *stissimorum*
 cupantur, inter quos grammatici primas tenent, genus hominum profectio, quo nihil ca *bominus*
 lamitosius, nihil afflictius, nihil æque dijs inuisum foret, nisi ego misertimē professionis in
 commoda dulc' quodam insaniæ genere mitigarem. Neque enim *ωντα καταργεις*, id est,
 quinq' tantum diris obnoxij sunt isti, quemadmodū indicat epigramma. Gr̄cum, uerum
 sexcentis, ut qui semper famelici, sordidic' in ludis illis suis, in ludis dixi, imo in *φροντιστηρίῳ*
 eius, uel pistrinis potius, ac carnificinis inter puerorum greges, conseruant laboribus,
 obsurdescant clamoribus, fœtore pedoreg' contabescant, tamen meo beneficio fit, ut sibi
 primi mortalium esse uideantur. Adeo sibi placent, dum pauidam turbam, minaci uultu *Tyrannis lus*
 uoceq' terrant, dum ferulis, uirgis, lorisq' concidunt miseros, dumq' modis omnibus, *dimicistrorū*
 suo arbitratu sœuunt, asinum illum Cithanum imitantes. Interim sordes illæ, mera muti
 diciæ uidetur, pedor amaracinum olet, miserrima illa seruitus regnum esse puratur, adeo
 ut tyrannidem suam nolint cum Phalaridis aut Dionysij imperio commutare. Sed longe
 etiam feliciores sunt, noua quadā doctrinæ persuasione. Si quidē cum pleriq' mera delira-
 menta pueris inculcent, tamen dij boni, quem nō illi Palæmonē, quem non Donatū præ-
 se contemnunt, idq' nescio quibus prestigijs mire efficiunt, ut stultis matreculis & idiotis
 patribus tales uideantur, quales ipsi se faciunt. Iam adde et hoc uoluptatis genus, quoties
 iſtorum aliquis Anchisæ matrem, aut uoculā vulgo incognitam, in putri quapiam charta
 deprehenderit, puta bubequam, bouinatorem, aut manitulatorem, aut si quis uetus fa-
 xi fragmētum, mutilis notatum literis, alicubi effoderit: o. Iupiter, quæ tum exultatio, qui
 triumphi, quæ encomia, perinde quasi uel Africam deuicerint, uel Babylonas ceperint.
 Quid autem cum frigidissimos & insulfissimos uersiculos suos paſſim ostentant, neq' de-
 sunt qui mirentur, iam plane Maronis animam in suum pectus demigrasse credūt. At nī
 hil omnium suauius, quam cum ipsi inter se mutua talione laudant ac mirant, uicissimq'
 scabūt. Quod si quis alius uerbulo lapsus sit, idq' forte fortuna hic oculatior deprehender-
 rit, *μέτεπεις* quæ protinus tragediae, quæ digladiationes, quæ conuicia, quæ inuectiuæ.
 Male propitios habeant omnes grammaticos, si quid mentior. Noui quendam *πολύτελη*
χρήστηρι, Gr̄cum, Latinum, mathematicum, philosophum, medicum, *καὶ τὰ διάταξις βιοτία*,
καὶ, iam sexagenarium, qui cæteris rebus omisis, annis plus uiginti se torquet ac discrus-
 ciat in grammatica, prorsus felicem se fore tatus, si tam diu liceat truiere, donec certo sta-
 tuat, quomodo distinguendæ sint octo partes orationis, quod haecenus nemo Gr̄corum,
 aut Latinorum ad plenum præstare ualuit. Perinde quasi res sit bello quoq' uindicanda, si
 quis coniunctionem faciat dictionem ad aduerbiorum ius pertinētem. Et hac gratia, cum
 totidem sint grammaticæ quot grammatici: imo plures, quandoquidem Aldus meus unus
 plus quinque grammaticam dedit: hic nullam omnino quantumuis barbare aut mole-
 ste scriptam prætermittit, quam non euoluat excutiatq', nemini nō inuidens, si quid quan-
 tumlibet inepte molitur in hoc genere, misere timens, ne quis fortugram hanc præri-
 piat, & pereant tot annorum labores. Vtrum insaniam hanc uocate mauultis, an stultici-
 am? Nam mea quidem haud magni refert, modo fateamini meo beneficio fieri, ut ani-
 mal omnium alioqui longe miserrimum, eo felicitatis euehatur, ut sortem suam, neque
 cum Persarum regibus cupiat permutare. Minus mihi debent poetæ, tametsi uel ex pro- *Poeta*
 fesso meæ sunt factionis, quippe liberum genus, ut habet proverbiū, quorum omne stu-
 dium non aliò pertinet, quam ad demulcendas stultorum aures, idq' meris nugamentis,
 ac ridiculis fabulis. Et tamen his freti dictu mirum, ut cum sibi polliceantur immortalita-
 tem, & dijs parem uitam, tum alijs eandem promittant. Huic ordini præ cæteris familia-
 res, *Θλωτία καὶ ιθλεια*, nec ab ullo mortalium genere color neque simplicius, neq' con-
 stantius. Porro rhetores, quanquā nonnihil illi quidem præuaricantur, colluduntq' cum *Rhetores*
 philosophis, tamen hos quoque nostræ factionis esse, cum alia multa, tum illud in primis
 arguit, quod præter alias nugas, tam accuratæ, tam multa de iocandi ratione conscripse-
 runt. Atque adeo stulticiam ipsam inter facetiarum species numerat, quisquis is fuit, q' ad
 Herennium dicendi artem conscripsit: Quodq' apud Quintilianum, hūlus ordinis lon-
 ge principem, caput est de risu uel lliade prolixius: tantum denique stulticiæ tribuunt, ut
 se penumero quod nullis argumentis dilui possit, risu tamen eludatur. Nisi si quis hoc ar-
 bitretur.

bitretur ad stulticiam nō pertinere, ridiculis dictis excitare cachinnias, idq; arte. Huius sa-
scriptores rinæ sunt & isti, qui libris edendis famam immortalem auctorantur. Hi cum omnes m̄hi
librorum plurimū debent, tum præcipue quī meras nugas chartis illinunt. Nam qui erudite ad pau-
corum doctorum iudicium scribūt, quiq; nec Persium nec Lælium iudicem recusant, mihi
quidem miserandi magis quam beati uidentur, ut qui sese perpetuo torqueant. Addunt,
mutant, admunt, reponunt, repetunt, recudunt, ostendunt, nonum in annū premunt, nec
unq; sibi satisfaciunt, ac futile præmium, nempe laudem, eamq; per paucorū, tanti emunt,
tot uigilijs, somniq; rerum omnium dulcissimū, tanta iactura, tot sudoribus, tot crucibus.
Adde nunc ualeudinis dispendiū, formæ perniciem, lippitudinem, aut etiam cæcitatem,
paupertatem, inuidiam, uoluptatū abstinentiam, senectutem præproperam, mortem pre-
maturam, et si qua sunt alia eiusmodi. Tantis malis sapiens ille redimendū existimat, ut ab
uno aut altero lippo probetur. At meus ille scriptor, quanto delirat felicius, dum nulla lu-
cubratione, uerum utcūq; uisum est animo, quicquid in calamum incidit, uel somnia sua,
statim literis prodit, leui duntaxat chartarum iactura, non ignarus futurum, ut quo nugati-
ciores nugas scriperint, hoc à pluribus, id est, stultis & indoctis omnibus probetur. Quid
enim est negotiū, treis illos doctos, si tamen ea legerint, cōtemneret? Aut quid ualebit, tam
paucorum sapientum calculus in tam immensa reclamantium turba? Sed magis etiam sa-
piunt, qui aliena pro suis ædunt, & alieno magnocq; partam labore gloriā, uerbis in se trā-
mouent, hoc uidelicet freti, quod arbitrentur futurū, ut etiam si maxime coarguantur pla-
gij, tamen aliquanti temporis usuram sint interim lucrificatri. Videre est operæ preцium,
quam hi sibi placeant, cum uulgo laudantur, cum digito ostenduntur in turba *οὐτός δηρός*
λέγεται τεκέντες, cum apud bibliopolas prostāt, cum in omnium paginarum frontibus legun-
tur tria nomina, præsertim peregrina, ac magicis illis similia. Que per deum immortalem
quid aliud sunt quam nomina? Deinde quam à paucis cognoscenda, si mundi uastitatem
respicias: tum à quanto paucioribus laudanda, ut sunt etiam indoctorum diuersa palata.
Quid quod ea ipsa nomina non raro configuntur, aut è prisorum libris adoptantur?
Cum aliis sese Telemachum, aliis Stelenum aut Laertem: hic Polycratem, ille Thrasyl-
machum sese nominari gaudet, ut nihil iam referat, etiam si chamaeleonti, aut cucurbitæ,
sive, quemadmodū solent philosophi loqui, alpha aut beta librum inscribas. Illud autem
lepidissimum, cum mutuis epistolis, carminibus, encomijs sese uicissim laudat, stulti stub-
tos, indoctos indocti. Hic illius suffragio discedit Alceus, ille huius Callimachus. ille huic
est M. Tullio superior, hic illi Platone doctior. Nonnunquam etiam antagonistam qua-
runt, cuius æmulatione famam augent. Hinc scinditur incertum studia in contraria uul-
gus, donec uterque dux re bene gesta uictor discedit, uterque triumphū agit. Rident hac
sapiētes, ut, ueluti sunt, stultissima. Quis enim negat? Sed interim meo beneficio suauem
uitam agunt, ne cum Scipionibus quidem suos triumphos commutaturi. Quanquam do-
cti quoque interim dum hæc magna cum animi uoluptate rident, & aliena fruuntur infas-
nia, non paulum mihi debent & ipsi, quod inficiari non possunt, nisi sint omnium ingra-
tissimi. Inter eruditos iureconsulti sibi uel primum uindicant locum, neque quisquam ar-
lius æque sibi placet, dum Sisyphi saxum assidue uoluunt, ac sexcentas leges eodem spiri-
tu contexunt, nihil refert quam ad rem pertinentes, dumq; glossematis glossemata, opini-
ones opinionibus cumulantes, efficiunt ut studium illud omnium difficillimum esse ut
dēatur. Quicquid enim laboriosum, idem protinus & præclarum existimant. Adiunga-
mus his dialecticos ac sophistas, hominū genus quoquis ære Dodonæo loquacius, ut quo-
rum unusquiscum cum uicenis delectis mulieribus garrulitate decertare possit, feliciores ta-
men futuri, si tatum linguaces essent, non etiam rixosi adeo ut de lana caprina pertinacissi
me digladiantur, & nimium altercando pleruncq; ueritatem amittant. Hos tamen sua Phis-
lauria beatos reddit, dum tribus instruclii syllogismis, incunctanter audent quouis de re
cum quoquis manum conserere. Cæterū pertinacia reddit inuictos, etiam si Stentorem op-
Philosophi ponas. Sub hos prodeunt philosophi, barba palliocq; uerendi, quise solos sapere prædi-
cant, reliquos omnes mortales, umbras uolitare. Quam uero suauiter delirant, cum innu-
merabiles ædificant mundos, dum solem, dum lunam, stellas, orbes, tanquam pollice fui-
loue metiuntur, dum fulminum, uentorum, eclipsium ac cæterarum inexplicabilium re-
rum causas reddunt, nihil usquam hæsitantes, perinde quasi naturæ rerum architectici
fuerint.

fuerint à secretis, quasiū ē deorum consilio nobis aduenerint: quos interīm natura cū suis cōfectoris, magnifice ridet. Nam nihil apud illos esse cōpertū, uel illud satis magnum est argumētū, quod singulis de rebus inexplicabilis inter ipsos est digladiatio. Ii cum nihil omnino sciant, tamen omnia se scire profitentur: cumq; seipsoſ ignorent, neq; fossam aliquoties aut faxum obuīum uideant, uel quia lippunt pleriq; uel quia peregrinātur animi, tamē ideas, uniuersalia, formas separatas, primas materias, quidditatis, ecceitatis, formalitatis, instantia uidere se prædicant, res adeo tenues, ut neque Lynceus, opinor, possit perspicere. Tum uero præcipue prophanum uulguſ aspernantur, quoties triquetris, & te tragonis, circulis, atq; huīusmodi picturis mathematicis, alijs super alias inducitis, & in labyrinthi speciem confusis, præterea literis uelut in acie dispositis, ac subinde alio atq; alio repetitis ordine, tenebras offundunt imperitoribus. Neq; defunt ex hoc genere qui futura quoque prædicant consultis astris, ac miracula plus quam magica polliceantur, & inueniunt hoīes fortunati, qui hæc quoq; credant. Porrò theologos silentio transire fortasse præfiterit, *Ε τάντων μαρτυριῶν λιγάνη*, nec hanc anagyrim tāgere, ut pote genus hominū entre superciliosum atque iritabile, ne forte turmatim sexcentis conclusionibus adoriantur, & ad palinodiam adīgant, quod si recusem, protinus hæreticam clamitent. Nam illico solent hoc terrere fulmine, si cui sunt parum propitiū. Sanē quanq; nō alij sunt, qui minus libenter agnoscant meā in se beneficiā, tamen hi quoq; non mediocribus nominib; obstricū sunt, dum felices sua Philautia perinde quasi ipsi tertium incolant cœlum, ita reli quos mortaleis omneis, ut humi reprantes pecudes, è sublimi despiciunt, ac propè commiserantur, dum tanto magistralium definitionū, conclusionum, corollariorum, propositionum explicitarum & implicitarum agmine septi sunt, tot exuberant *λεπτοφυῖταις*, ut nec Vulcanijs uinculis sic possint irretiri, quin elabantur distinctionibus, quibus nodos omneis adeo facile secant, ut non tenedia bipennis melius: tot nuper excogitatīs uocabulis, ac prodigiosis uocibus scatent. Præterea dum arcana mysteria suo explicant arbitra su, qua ratione conditus ac digestus sit mundus. Per quos canales labes illa peccati in posteritatem deriuata sit: quibus modis, qua mensura, quantulo tempore in uirginis utero sit absolutus Christus, quemadmodum in synaxi accidentia subsistat sine dominicio. Sed hæc protrita. Illa demum magnis, & illuminatis, ut uocant, theologis digna putat, ad hæc si quando incidunt, expurgicuntur. Num quod instans in generatione diuina: Num plures in Christo filiationes, Num possibilis propositio: Pater deus odit filium: Num deus potuerit suppositare mulierem, num diabolum, num asinum, num cucurbitam, num silicem? Tum quemadmodum cucurbita fuerit cōcionatura, æditura miracula, figenda cruce. Et quid consecrasset Petrus, si cōsecrasset eo tempore, quo corpus Christi pendebat in cruce? Et num eodē tempore Christus homo dīci potuerit: & num post resurrectionem edere aut bibere fas sit futurum, iam nunc famem sitimq; præcauentes. Sunt innumerabiles *λεπτοφυῖταις*, his quoque multo subtiliores, de notionib; relationib; instantib; de formalitatib; de quidditatib; ecceitatib; quas nemo possit oculis assequi, nisi tam Lynceus, ut ea quoque per altissimas tenebras uideat, quæ nusquam sunt. Adde nunc his *γνῶσαις* illas, adeo *πρᾶγματα*, ut illa Stoicoruſ oracula, quæ paradoxa uocant, crassissima præ his uideantur, & circumforanea: uelut leuius esse crimen, homines trille iugulare, quām se mel in die dominico calceum pauperi consuere. Et potius esse cōmittendum, ut uniuersus orbis pereat unā cum uictu & ueltitu, quod aīunt, suo, quām unicū quantumlibet leue mendaciolum dicere. Iam has subtilissimas subtilitates subtiliores etiam reddunt tot scho lasticorum uitæ, ut citius ē Labyrinthis temer explices, quām ex inuolucris Realium, Nominalium, Thomistarum, Albertistarum, Occanistarum, Scotistarum, & nondū omneis dixi sectas, sed præcipuas duntaxat. In quibus omnibus tantum est eruditioſis, tantū difficultatis, ut existimem ipsis apostolis alio spiritu opus fore, si cogātur hisce de rebus cum hoc nouo theologorum genere conserere manus. Paulus fidem præstare potuit, at idem cum ait: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentū non apparentium: parum magistraliter definiuit. Idem ut charitatem optime præstitit, ita parum dialeclice uel dīci dit, uel finit, in priore ad Corinthios epistola, capite decimotertio. Ac pie quidem illi consecrabat synaxim, & tamen rogati de termino à quo, & termino ad quem, de transubstantiatione, de modo quo corpus idem sit in diversis locis, de differētia qua corpus Christi est

in celo, qua fuit in cruce, qua in sacramento synaxeos, quo pacto fiat transsubstancialis; cum oratio per quam ea sit, ut quantitas discreta sit in fluxu; non pari, sicut opinor, respon-
dissent acumine, quo Scotidæ differunt hæc, ac definitunt. Nouerant illi Iesu matrem, sed
quis eorum tam philosophice demonstravit, quomodo fuerit ab Adæ macula preservata;
quam nostri theologi Petrus accepit claves, & accepit ab eo qui non committit indigno,
& tamen an intellexerit, nescio, certe nusquam attigit subtilitate in, quomodo scientia clavis
uera habeat is quoque qui scientiam non habeat. Baptizabant illi passim, & tamen non
quam docuerunt, quæ sit causa formalis, materialis, efficiens, & finalis baptismi, nec char-
acteris deebilis & indeebilis apud hos uilla mentio. Adorabant quidem illi, sed in spiritu
uero, nihil aliud sequentes, quam illud euangelicum, spiritus est deus, & eos qui adorat eum
in spiritu & ueritate oportet adorare. Verum haud apparet eis tum fuisse reuelatum, una
eademq; adoratione adorandam imagunculam carbone deliniatam in pariete, & Chri-
stum ipsum, si modo duobus sit porrectis digitis, intonsa coma, & in umbone qui adhæret
occipitio, treis habeat notas. Quis em̄ hæc percipiat, nisi triginta sex annos totos in phy-
sicas, & ultra mundanis Aristotelis & Scotticis contriuuerit? Identidem inculcant aposto-
li gratiam, at ijsdem nusquam distinguunt; quid intersit inter gratiā gratis datam, & gratiam
gratificantem. Hortantur ad bona opera, nec discernunt opus operas & opus operatum.
Passim inculcant charitatem, nec secernunt insusam ab acquisita, nec explicant, acciden-
tia sit, an substantia, creata res an increata. Detestantur peccatum, at emoriar, si portuerint
scientifice definire, quid sit illud, quod peccatum uocamus, nisi forte Scotistarum spiritus
fuerunt educti. Nec enim adduci possum, ut credam Paulum ē cuius unius eruditio lie-
cer omnes astimare, toties damnaturum fuisse quæstiones, disceptrationes, genealogias,
& ut ipse uocat ἀγοραχίας, si eas percalluissest argutias, præsertim cum omnes illius tem-
poris contentiones pugnæq; rusticane fuerint & crassæ, si cum magistrorum nostrorum
plusquam Chrysippis subtilitatibus conferantur. Quanquam homines modestissimi, si
quid forte scriptum sit ab apostolis indolatius, parumq; magistraliter, non damnant qui-
^{Interpretatio} dem, sed commode interpretantur; hoc uide licet honoris, partim antiquitati, partim apo-
^{theologorum} stolico nomini deferentes. Et Hercle parum æquum erat, res tantas ab illis requiriere, de
quibus ex præceptore suo, ne uerbū quidem unquam audissent. Idem si eueniat in Chry-
sostomo, Basilio, Hieronymo, tum sat habent adscribere, non tenetur. Et illi quidem con-
furarunt ethnicos philosophos ac Iudæos, suapte natura pertinacissimos, sed uita magis
ac miraculis quam syllogismis, tum eos quorum nemo fuerit idoneus, uel unicum Scotti.
Quodlibetum ingenio consequi. Nunc quis ethnicus, quis hæreticus non cōtinuo cedat
tot renuissimis subtilitatibus, nisi tam crassus, ut non assequatur, aut tam impudens urexi-
bile, aut ijsdem instrueius laqueis, ut iam par sit pugna, perinde quasi magus cum mago
committas, aut si gladio fortunato pugnet aliquis cum eo, cui gladius sit fortunatus: tum
enim nihil aliud quam tela Penelopes retexeretur. Ac meo quidem iudicio saperet Chri-
stiani, si pro pinguis istis militum cohortibus, per quas iam olim ancipiū Marte bellis
geratur, clamolissimos Scotistas, & pertinacissimos Occanistas, & inuictos Albertistas
unā cum toro sophistarum manu mitterent in Turcas & Saracenos: spectarent, opinor,
& conflictum omnium lepidissimum, & uictoriā non ante uisam. Quis enim usque a
deo frigidus, quem istorum non inflammat acumina? Quis tam stupidus, ut tales nō ex-
eient aculei? Quis tam oculatus, ut hæc illi non maximas offundant tenebras? Verum
hæc omnia uideor uobis propermodum ioco dicere. Nec mirum sanè, quum sint & inter
ipsos theologos melioribus instituti literis, qui ad has friuolas, ut putant, Theologorum
argutias naucent. Sunt qui uelut sacrilegij genus execrentur, summagq; ducant impiet-
atem, de rebus tam arcatis, & adorandis magis quam explicandis, tam illoto ore loqui,
tam prophanicis Ethnicorum argutis disputare, tam arroganter definire, ac diuinæ Theo-
logiae maiestatem tam frigidis, immo sordidis uerbis simul & sententijs conspurcare. At ijs-
dem ipsi felicissime sibi placent, immo plaudunt, adeo ut his suauissimis nænjs, nocte dieq;
occupatis, ne tantulum quidem ocij superfit, ut euangelium, aut Paulinas epistolas uel se-
mel liceat euoluere. Atque interim dum hæc negantur in scholis, existimant se se uniuersi-
sam ecclesiam, alioqui ruituram, non aliter syllogismorum fulcire tibicinibus, quam Atlas
coelum humeris sustinet apud poetas. Iam illud quantæ felicitatis esse putatis, dum arca-
nas li-

nas literas, perinde quasi cereæ sint, pro libidine formant ac reformant, dum conclusiones suas quibus iam aliquot scholastici subscripti serunt, plusquam Solonis leges uideri postulant; & uel pontificis decretis anteponendas, dumq; ueluti censores orbis ad palinodiâ trahunt, si quid usq; cum explicitis & implicitis illorū cōclusionib; non ad amissim quadrauit, ac nō secus atq; ex oraculo pronunciāt, hæc propositio scādalosa est, hæc parū reuerentia hæc hæresim olet, hæc male tinnit, ut iam nec baptismus, nec euāgeliū, nec Paulus aut Petrus, nec sanctus Hieronymus aut Augustin. imo nec ipse Thomas àq; ueritatem; Christianū efficiat, nisi baccalaureorū calculus accesserit, tanta est in iudicando subtilitas. Quis em̄ sensurus erat, eum Christianū nō esse, qui diceret has duas orationes, matula pūtes, & matula putet. Itē olla feruere, & olla feruere, pariter esse cōgruas, nisi sapientes illi docuissent. Quis tantis errorū tenebris liberasset ecclesiam, quos ne lectrurus quidem unquam quisquam fuerat, nisi magnis sigillis isti prodidissent? Verū an non felicissimi dum hæc agunt? Præterea dum inferorum res omneis sic ex amissim depingunt, tanquam in ea republica complures annos sint uersati? Præterea dum pro arbitrio nouos orbes fabri cātur, addito deniq; latissimo illo pulcherrimoq; ne scilicet deesset ubi felices animæ com mode uel spatiari, uel cōuiuum agitare, uel etiam pila ludere possent. His atque id genus bis mille nugis, horum capita adeo distenta differtaq; sunt, ut arbitrer nec Louis cerebrum & que grauidum fuisse, cum ille Palladem parturiens, Vulcani securim imploraret. Quare nolite mirari, si uidetis caput illorum tot fascijs tam diligenter obuinclum in publicis disputatiohibus, alioquin enim plane dissiliret. Illud ipsa quoque nonnunquam ridere soleo, cum ita demum maxime sibi uidentur theologi, si quām maxime barbare spurceq; loquantur, cumq; adeo balbutiunt, ut à nemine nisi balbo possint intelligi, acumen appellant, quod uulgi nō assequatur. Negant enim è dignitate sacrarum literarū esse, si grammaticorum legibus parere cogantur. Mira uero maiestas theologorum, si solis illis fas est mendose loqui, quanquam hoc ipsum habent cum multis ceteronibus commune. Postrem iam dñs proximos sese ducunt, quoties quasi religiose magistri nostri salutant, in quo quidem nomine tale quiddam subesse putant, quale est apud Iudeos. πτεραγαλματην. Ita que nefas aiunt esse MAGISTER NOSTER secus quām maiusculis scribere literis. Quod si quis præpostere, Noster magister dixerit, is semel omnē theologici nominis peruerterit maiestatem. Ad horum felicitatem proxime accedunt ij, qui se uulgo religiosos ac monachos appellant, utroque falsissimo cognomine, cum & bona pars istorum longissime absit à religione, & nulli magis omnibus locis sint obuij. Iis non uideo quid possit esse miserius, nisi ego multis modis succurrerem. Etenim cum hoc hominum genus oīnes sic execrentur, ut fortuitum etiam occursum ominosum esse persuasum sit, tamen ipsi sibi magnifice blandiuntur. Primum summam existimant pietatem, si usque adeo nihil attigerint literarum, ut ne legere quidem possint. Deinde cum psalmos suos, numeros quidem illos, at non intellectos, asinini uocibus in templis derudunt, tum uero se perturbant diuotum aures multa uoluprate demulcent. Et sunt ex his nōnulli, qui fortes ac mendicatatem magno uendunt, proq; foribus magno mugitu panem efflagitant, imo in nullis diuersorū, uehicularis, nauibus non obturbant, non mediocri profecto reliquorū mendicorum iactura. Atque ad eum modum homines suauissimi, sordibus, inscitia, rusticitate, impudenter, apostolos, ut aiunt, nobis referunt. Quid autem iucundius, quām quod omnia faciunt ex præscripto, quasi mathematicis utentes rationibus, quas præterire paculum sit. Quot nodos habeat calceus, quo colore singula, uestis quot discriminib; uarieгanda, qua materia, quotq; culmis latum cingulum, qua specie, & quot modiorū capax cuculla, quot digitis latum capillitum, quot dormiendum horas. Atque hæc quidem æqualitas in tanta corporum & ingeniiorum uarietate, quām sit inæqualis, quis non perspicit? Et tamen his nugis non alios modo præse nauci faciunt, uerum inuicem alij alios contemnunt, atque homines apostolicam charitatem professi, ob aliter cinclam uestem, ob colorē paulo fusciorē, omnia miris tragedijs miscent. Ex his uideas quosdā adeo rigide religiosos, ut summa ueste, non nisi Cilicina urantur, intima Milesia, alios contra, qui superne linei sint, intithe lanei. Rursum alios qui pecunia contactum ceu aconitum horreant, nec à uino interim, nec à mulierum contactu temperantes. Denique mirum omnibus

in omnibus studium, ne quid in ratione uita conueniat. Nec illud studio est, ut Christo similes sint, sed ut inter se dissimiles. Porro magna felicitatis pars est in cognomentis, dum his funigeros appellari se gaudent, & inter hos alij Coletas, alij minores, alij minimos, alij Bullistas. Rursum hi Benedictinos, illi Bernardinos, hi Brigidenses, illi Augustinenses: hi Guillemitas, illi Iacobitas, quasi uero parum sit, dici Christianos. Horum magna pars instantum suis nititur ceremonijs, & hominum traditiunculis, ut putet unum cœlum parum dignum esse tantis meritis præmium, haud cogitantes futurum ut Christus contempsit his omnibus, suum illud sit exacturus præceptum, nempe charitatis. Alius ostentabit aqualiculum, omni piscium genere distentum. Alius psalmorum, centum effundet modios, Alius ieiuniorum myriadas annumerabit, & tortes unico prandio penè disruptam imputabat aluum. Alius tantum ceremoniarum aceruum proferet, quantus uix septem onerarijs nauibus uehi possit. Alius gloriarbitur sexaginta annos nunquam attackam pœcuniam, nisi dīgitis duplīci chirotheca munitis. Alius cucullam ingeret, adeo sordidam & crassam, ut nullus nauta suo dignetur corpore. Commemorabit aliis se plusquam un decim lustris spongiaz uitam egisse, semper eidem affixum loco: Alius raucam asiduo cantu uocem adducet: Alius lethargum solitudine contractum, aliis linguatū iugis silentio torpentem. At Christus interpellatis, nunquā alioqui finiendis glorijs, unde nam hoc inquiet, nouum Iudæorum genus: Vnicam ego legem uere meam agnosco, de qua sola nihil audio. Et olim palam nulloq; parabolarum utens inuolucro, paternam hereditatem pollicitus sum, non cucullis, preculis, aut inedijs, sed fidei & charitatis officijs. Nec eos agnosco, qui sua facta nimis agnoscunt: isti qui me quoq; sanctiores uideri uolunt, Abram xasiorum cœlos, si libet, occupent, aut ab his sibi nouum extrui cœlum iubeant, quorum traditiūculas meis præceptis anteposuerunt. Cum hæc audient, & uidebunt nautas & aurigas sibi præferri, quibus putatis uultibus, sese mutuo contuebūtur: Sed interim spes sua felices sunt, non absque meo beneficio. Atque hos quidem, quanquam à republica semotos, nemo tamē audet contemnere, præcipue mendicantes, propterea quod omnia omnium arcana teneant, ex confessionibus quas uocant. Quæ tamen prodere nefas habent, nisi si quando poti, fabulis amœnioribus delectare se uolunt, sed coniecluris modo rem indicant, tacitis interim nominibus. Quod si quis hos crabrones iritarit, tum in popularibus concionibus probe ulciscuntur sese, & obliquis dictis hostem notant, adeo tecte, ut nemo non intelligat, nisi qui nihil intelligit. Nec prius oblatrandi finem faciunt, quætrin os offam obieceris. Age uero quem tu mihi comœdum, quem circulatorem spectare malis, quæ in concionibus suis rhetorantes omnino ridicule, sed tamen suauissime imitantes ea quæ rhetores de dicendi ratione tradiderunt: Deum immortalem, ut gesti culantur, ut apte commutat uocem, ut cantillant, ut iactant sese, ut subinde alios atq; alios uultus induunt, ut omnia clamoribus miscent. Atque hanc orādi artem ceu rem arcana fraterculus fraterculo per manus tradit. Eam tametsi mihi non est fas scire, tamen utcumque coniecluris sequar. Primo loco inuocant, id quod à poetis mutuo sumpserunt: deinde dicturi de charitate, à Nilo Aegypti fluuiō sumūt exordium, aut crucis mysteriū enarraturi, à Babylonio dracone Bel feliciter auspicantur: aut de feiunio disputaturi, à duodecim zodiaci signis principium faciunt: aut de fide uerba facturi, diu de quadratura circuli præloquuntur. Audiui ipsa quandam eximie stultum, erravi, doctum uolebam dicere, qui in concione celeberrima diuinæ triadis mysterium explicaturus, quo & doctrinam suam non uulgarem ostentaret, & theologis satisfaceret auribus, noua prorsus ingressus est uia, nimirum à literis, syllabis & oratione, tum à concordia nominis & uerbi, adiecit. Eius nominis & substantiæ, mirantibus iam plerisque, ac nonnullis Horatianum illud aprobūt, se musitantibus: Quorsum hæc tam putida tendunt. Tandem huc rem deduxit, ut in grāmaticorum rudimentis sic expressum ostenderet totius triadis simulacrum, etiammo mathematicorum in puluere posset evidentius depingere. Atq; in hac oratione θεον γέτατθ ille totos octo menses ita desudarat, ut hodie quoque magis cæcutiat quātū tabpæ, nimirū totaluminū acie ad ingenij cuspidem auocata. Verū haud poenitet hominem cæcitatim, ac paruo quoq; putat emptam eam gloriā. Auditus est à nobis alius quidam cœlegarius, adeo theologus, ut in hoc Scotū ipsum renatū putas. Is explicaturus mysteria nominis

Ridicula fabula de theologo quodam

nōmīnūs Iesu, mira subtilitate demonstrauit in ipsis literis latere, quicquid de illo dici possit. Etenim quod tribus duntaxat inflectitur casibus, id manifestum esse simulachrum diuinī ternionis. Deinde quod prima uox Iesus, desinat in s, secunda Iesum, in m, tertia Iesu in u, in hoc ἀρχήτορε subesse mysterium: nempe tribus literulis indicantibus eum esse sumnum, medium, & ultimum. Restabat mysterium his quoq; retrusius, mathematica ratione, Iesus sic in duas æquales diffidit portiones, ut scilicet penthemimeres in medio resideret. Deinde docuit eam literā apud Hebraeos esse ϖ, quam illi Syn appellant, porro syn, Scotorum opinor lingua, peccatum sonat: atq; hinc palā declarari, Iesum esse qui peccata tolleret mundi. Hoc tam nouum exordiū sic inhiātes admirati sunt omnes, præcipue theologi, ut parum absuerit, quin illis acciderit, quod olim Niobæ, cum mihi propemodum euenerit, quod ferculū illi Priapo, qui magno suo malo, Canidæ Saganæq; nocturna sacra spectauit. Nec iniuria profectio: nam quando similem τροπον commētus est Demosthenes ille Graius, aut Cicero Latinus. Illis uitiosum habebatur proœmium, quod à re foret alienius: quasi uero non ad istum modum exordiantur & subulci natura uidelicet magistra. At hi docti præambulum suum, sic enim uocant, ita demum eximie rhetoris cum fore ducunt, si nusquam quicquam habeat cum reliquo argumento confine, ut auctor interim admirans, illud secum murmuret, quo nūc se proripit ille? Tertio loco ceu narrationis uice non nihil ex euangelio, sed cursim ac uelut obiter interpretantur, cum id solum fuerit agendum. Quarto loco iam noua sumpta persona, quæstionem mouet theologicalem, aliquoties ὑπερ γῆς ὑπερ ὄυρας & πηγαλίην, Atq; id quoq; ad artem arbitratur pertinere. Hic demum theologicum attollunt supercilium, doctores solennes, doctores subtile, doctores subtilissimos, doctores seraphicos, doctores cherubicos, doctores sanctos, doctores irrefragabiles, magnifica nomina auribus inculcantes. Tum syllogismos, maiores, minores, conclusiones, corollaria, suppositiones, frigidissimas ac plusquā scholasticas nugas apud imperitum uulgas iactitant. Superest iam quintus actus, in quo summum artificem præstare conuenit. Hic mihi stultam aliquam & indoctam fabulā, ex Speculo opinor historiali, aut gestis Romanorum in medium adserunt, & eandem interpretantur allegorice, tropologice, & anagogice. Atq; ad hunc quidem modum Chimæram suam absoluunt, qualem nec Horatius unquam assequi potuit cū scriberet: Humano capiti &c. Sed audierunt à nescio quibus, ingressum orationis sedatū, minimeq; clamorū esse oportere: Itaq; principio sic exordiuntur, ut nec ipsi uocem propriā exaudiant, quasi referat dīci, quod nullus intelligat. Audierunt nonnunquam ad concitandos affectus, ex clamationibus uterūdū esse. Proinde pressè alioqui loquentes, subinde repente uocem tollunt furioso planè clamore, etiam cū nihil opus. Iures elleboro homini opus esse, perinde quasi nihil referat, ubi elames. Præterea quoniam audierunt oportere sermonē in progressu feruescere, in singulis partib. principijs utcūq; sanè recitatis, mox mira uocis contentionē utuntur, etiam si res sit frigidissima, atq; ita deniq; desinūt, ut spiritu defectos credas. Postremo didicerunt, apud rhetores de risu fieri mentionē, eoq; student & ipsi iocos quosdam aspergere, à Κιλη ἀφεοδίτη, q; plenos gratiarum, quamq; in loco, ut plane ὄρον πόρος τῷ λύρᾳ esse dicas. Mordent quoq; nonnunquam, sed ita, ut titillent magis q; uulnerent. Nec unquam uerius adulantur quād cum maxime παρέστησεν uideri student. Deniq; tota actio est eiusmodi, ut iures eos à fori circulatoribus didicisse, à quibus longe uincuntur. Quanquam utriq; alteris usq; adeo sunt similes, ut nemo dubitet quin aut hi ab illis, aut illi ab his rhetorice suam didicerint. Et tamē inueniūt hi quoq; mea nimirū opera, qui cum hos audiunt. Demosthenes meros, ac Cicerones audire se putant. Quod genus sunt præcipue mercatores ac mulierculæ: quorum auribus unice placere student: quod illi nonnullam prædæ portiunculam de rebus male partis soleant impertiri, si comode fuerint palpati: illæ cū alijs multis de causis huic ordinī fauent, tum præcipue, quod in horum sinus soleant effundere, si quid in maritos stomachantur. Videris opinor, quan copere mihi debeat hoc hominū genus, qui cū ceremoniolis, & nugis deridiculis, clamaribusq; tyrānidem quandam inter mortales exerceat, Paulos atq; Antonios sese credit, Verum ego istos histriones tam ingratos beneficiorum meorū dissimulatores, q; improbos simulatores pietatis, libenter relinquo. Iam dudū enim iuuat de regib. ac principibus aulicis, à quibus simplicissime color, & ut dignū est ingenuis, ingeue, nō nihil attingere.

Mulieres
mercatores

De principiū
stulticia

I 4 Qui

Qui quidem si uel seminicias sani cordis haberent, qui d'esset horū uita tristius; aut eque fugiendum? Nec enim existinabit uel periurio parricidioq; parandum imperiū, quis quis secum perpendere, quām ingens onus sustineat humeris, qui uere principem agere uelit. Eam qui rerum gubernacula suscepere, publicum nō priuatum negotium gerere, nihil nisi de commodis publicis oportere cogitare: à legibus, quarum ipse & autor & exactor est, nec latum digitum discedere: officialium omnium & magistratuū integratatem sibi præstādam esse: se esse unum omnium oculis expositum, qui uel ceu sidus salutare, thōrum innocentia, maximam rebus humanis salutem possit adferre, uel ueluti cometa letalis, summatū perniciem inuehere. Aliorū uitia neq; perinde sentiri, neq; tam late manari. Principem eo loco esse, ut si quid uel leuiter ab honesto deflexerit, grauis protinus ad quām plurimos homines uitæ pestis serpat. Tum quod multa secū adferat principum fortuna, quæ soleant à recto deducere, quod genus, deliciae, libertas, adulatio, laxus, hoc acrius enitendum, ac sollicitius aduigilandum, nec ubi uel deceptus cesseret in officio. Postremo, ut infidias, odia, cæteraq; uel pericula, uel metus omittam, capiti imminere uerū illum regem, qui paulo post ab eo sit etiam de minimo quoq; commissio rationem exacturus, idq; tanto leuerius, quanto præstantius gessit imperium. Hæc, inquam, atq; huiusmodi plurima, si princeps secum perpendere, perpendere autem si saperet, is nec somnum, nec cibum opinor iucunde capere posset. At nūc meo munere, has omneis curas dīs permittunt, ipsi se se molliter curant, neq; quenquam ad aurem admittunt, nisi qui iuctūa loqui norit, ne quid animo sollicitudinis oboriatur. Se probe principis partes omneis implesse credunt, si uenentur assidue, si bellos alant caballos, si suo cōmodo uendiderint magistratus ac præfecturas, si quotidie nouæ rationes excogitentur, quibus ciuium opes attenuent & in suum cōuertant fiscum, uerum id apposite repertis titulis, ut etiam si sit ini quissimum, aliquam tamen æquitatis speciem præ se ferat. Addunt data opera nominis adulationis, quo populares animos, utcunq; sibi deuinciāt. Fingite mihi nūc, quales sunt nonnunquam, hominem legum ignarum, publicorum commodorum penè hostem, priuatis intentum commoditatibus, addictum uoluptatibus, osorem eruditioñis, osorem libertatis ac ueri, nihil minus quām de reip. salute cogitantē, sed omnia sua libidine, suisq;

Cultus principi utilitatibus metientem, Deinde addire huic torquem auream, omnium uirtutum cohæsum rentium consensum indicantem, tum coronam gemmis insignitam, quæ quidem admodum eum heroicis omnibus uirtutibus oportere cæteris antecellere, præterea sceptrum, iusticie & undecunq; incorrupti pectoris symbolum, postremo purpuram eximiam cuiusdam in tem publicam charitatis indicium. Hæc gestamina si princeps cū sua uita conserret, equidem futurum arbitror, ut plane pudecat ornatus sui, uereaturq; ne quis nasus

Proceres aulici interpres, totum hunc tragicum cultum, in rīsum, iocumq; uertat. Iam quid de processibus aulicis commemorem, quorum plerisq; cum nihil sit addictius, seruilius, insulfius, abiectius, tamen omnium rerum primos se se uideri uolunt. Hac una in re tamen modestissimi, quod contenti, aurum, gemmas, purpuram, reliquaq; uirtutum ac sapientiae insignia corpore circumferre, rerum ipsarum studium omne concedunt alijs. Hoc abunde felices sibi uidentur, quod regem herum uocare liceat, quod tribus uerbis salutare didicint, quod norint ciuiles titulos subinde inculcare, serenitatem, dominationem, & magnificientiam. Quod egregie perficuerint faciem, quod festiuiter adulentur. Nam hæ sunt artes, quæ uere nobilem & aulicum deceant. Cæterum si uitæ rationem omnem proprius inspicias, nimirum meros Phæacas inuenies, sponsos Penelopes, reliquum carmen agnoscitis, quod Echo uobis melius referet quām ego. Dormitur in medios dies, ibi sacrificulus mercenarius ad lectum paratus, qui propemodum cubantibus adhuc sacrum expedit peragat. Mox ad ientaculum, quo uix peracto, iam interpellat prandium. Sub id alea, late runculi, sortes, scutrae, morioties, scorta, lusus, inficietiae. Interim una aut altera merenda. Rursum coena, post hāc repotia, nō una p. Iouē. Atq; ad hūc modū, citra ullū uitę tædium elabūtur horæ, dies, mēses, anni, secula. Ipsa nō nunq; saginatior abeo, si quādo uiderim illos μηγαλορρήτας, dū inq; et nymphas unaquæq; hoc sibi uidetur dīs propior, quo cæstigiorē trahit, dū procerū alius aliū cubito protrudit, quo Ioui uicinior esse uideatur, dū sibi quisq; hoc magis placet, quo grauiorē catenā collo baiulat, ut robur etiā, non operatū ostētet. Ac principum quidē institutū, summī pōtifices, cardinales, & episcopū, iam pridem

pridem gauisiter æmulantur, ac prop̄e superant. Porro si quis perpendat, quid liber ueritatis admoneat, niueo candore insignis, nempe uitam undiquaq; inculpatam, quid sibi ueritatis mitra bicornis, utrūq; fastigium eodem cohidente nodo, puta noui pariter ac ueteris instrumenti absolutam scientiam, quid manus chirothecis communite, puram & ab omnirerum humanarum contagio immunem sacramentorum administrationem, quid pedum, nimirum crediti gregis uigilantissimam curam, quid prælata crux, uide licet omnium humanorum affectuum uictoriā. Hæc, inquam, atq; id genus alia multa, si quis perpendat, nōne tristem ac sollicitam uitam egerit? At nunc belle faciunt, cum se se pascunt. Ceterum ouium curam aut ipsi Christo mandant, aut in fratres, quos uocant, ac uicarios reficiunt. Neque uel nominis sui recordantur, quid sonet episcopi uocabulum, nempe laborem, curam, sollicitudinem. Verum in irretiendis pecunijs, plane episcopos agunt, *eu'l' & a. co. t. m.* Ad eundem modum cardinales si cogitent se in apostolorum locum successisse, easdem ab ipsis requiri, quæ illi præstiterunt, deinde non dominos esse, sed administratores spiritualium dotium, de quibus omnibus sint paulo post exactissime reddituri rationem. Imo si uel in cultu paulisper philosophentur, atque ita secum cogitent, quid sibi uult hic uestitus candor? Nōne summam & eximiam uitæ innocentiam? Quid interior purpura, & nōne flagrantissimum in deum amorem? Quid rursus exterior siquosa capacitate diffluens, ac totam etiam reuerendissimi complectens mulam, quanquam unauel came, so contegendo sufficerit? Nōne charitatem latissime se pandentem ad subueniendum omnibus, hoc est, ad docendum, exhortandum, consolandum, increpandum, admonendum, componenda bella, resistendū improbis principibus, & uel sanguinem libenter impendendum gregi Christiano, nō solum opes. Quanquam quorsum omnino opes, pauperum apostolorum uicem gerentibus? Hæc si perpendent, inquam, nec eum locū ambirent, & libenter relinquerent, aut certe uitam plane laboriosam atque sollicitam agerent, cuiusmodi ueteres illi uixerunt apostoli. Nam summi pontifices, qui Christi uices gerunt, si conentur eiusdem uitam æmulari, nempe paupertatem, labores, doctrinam, crucem, uitæ contemptum, si uel papæ, id est patris nomen, uel sanctissimi cognomen cogitent, quid erit in terris afflictius: aut quis eum locum omnibus emat facultatibus: emptū, gladio, ueneno, omnīq; uiueatur? Quātum his abstulerit cōmoditatum, si semel incessuerit sapientia? Sapientia dixit: Imo uel mica salis illius, cuius meminit Christus. Tantum opum, tantum honorum, tantum ditionis, tantum uictoriarum, tot officia, tot dispensationes, tot uerigalia, tot indulgentias, tantum equorum, mulorum, satellitum, tantum uoluptatum. Vi detis quantas nundinas, quantam messem, quantum bonorum pelagus paucis sim complexa. In quorum locum inducet uigilias, ieunia, lachrymas, orationes, cōciones, studia, suspiria, milleq; id genus miseris labores. Neque uero negligendum illud, futurum ut tot scriptores, tot copistæ, tot notarij, tot aduoçati, tot promotores, tot secretarij, tot milietri, tot equisones, tot mensarij, tot lenones, pene mollius quiddam addideram, sed uereorne durius sit auribus. In summa, tam ingens hominum turba, quæ Romanam sedem onebat, lapsa sum, honorat sentiebam, ad famem adigatur. Inhumatum quidem hoc, & abominandum facinus, at multo magis detestadum, ipsos etiam summos ecclesiæ principes, ac uera mundi lumina ad peram & baculum reuoçari. At nunc fere, si quid laboris est, id Petro & Paulo relinquunt, quibus abunde satiis est oīj. Porro si quid splendoris, aut uoluptatis, id sibi sumunt. Atque ita sit mea quidem opera, ut nullum penè hominum genus uiuat mollius, minusq; solitum, ut qui abunde Christo satisfactū existiment, si mystico ac penè scenico ornatu, ceremonijs, beatitudinem, reuerentiarum, sanctitatum titulis, & benedictionibus, ac maledictionibus episcopos agant. Priscum & obsoletum, nec horum omnino temporum miracula ædere: docere populum, laboriosum: sacras interpretari literas, scholasticum: torare, sociosum: lachrymas fundere, miserum ac muliebre: egere, sordidum: uincere, turpe, parumq; dignum eo qui uix reges etiam summos, ad pedū beatorū admitti oscula: deniq; morti, inamabile: tolli in crucē, infame. Restant sola liæc, arma ac bedictiones dulces, quarum meminit Paulus, atq; hatum quidē sunt sanē q; benigni, interdictiones, suspicções, aggrauationes, redaggrauationes, anathematizationes, ultrices pīcturæ, ac fulmē illud terrificū, quo solo nutu mortalū animas uel ultra tartara mittitū. Quod ipsum tamen sanctissimi in Christo patres, & Christi uicarij, in nullos torquent acrius, quam

*Cardinari**Summi potiſſificis**Virtutes apóstolice*

quām in eos, qui instigante diabolo, patrīmonia Petri minuere atque arrodere conantur.
 Cuius cum hæc uox sit in euāgelio, Reliquimus omnia, & sequitū sumus te, tamen huius
Hoc de impijs patrīmoniū appellant agros, oppida, uectigalia, portoria, ditiones. Pro quibus dum zelo
 pōtificib⁹ di Christi accensi, ferro ignis dimicant, non absq; plurimo Christiani sanguinis dispendio,
 & sunt, non tum demum ecclesiā Christi sponsam sese credunt apostolice defendere, fortiter profiga
 de pijs tis, ut uocant, hostibus. Quasi uero ulli sint hostes ecclesiæ perniciosiores, q̄ impij pontifi
 ces, qui & silentio Christū sinunt abolescere, & quæstuaris legibus alligant, & coactū in
 terpretationib⁹ adulterant, & pestilente uita iugulat. Porro cum Christiana ecclesia san
 guine sit condita, sanguine cōfirmata, sanguine aucta, nunc perinde quasi Christus peries
 rit, qui thore suo tueatur suos, ita ferro rem gerunt. Cumq; bellum res sit adeo immanis,
 ut feras non homines deceat, adeo insana, ut poetæ quoq; fingant à furis iāmitti, adeo pe
 stilens, ut uniuersam morum luem simul inuehat, adeo iniusta, ut à pessimis latronibus or
 pime soleat administrari, adeo impia, ut nihil cohæreat cum Christo, tamen omnibus or
 missis, hoc tantum agunt. Hic uideas etiam decrepitos senes, iuuenilis animi robur præ
 stare, nec offendit sumptibus, nec fatigari laboribus, nec deterri quicq; si leges, si religio
 nem, si pacem, si res humanas omneis sursum ac deorsum misceant. Necq; desunt adulato
 res eruditī, qui istam manifestariā insaniam, zelum, pietatem fortitudinem, appellant, ex
 cogitata uia, qua fieri possit, ut quis letale ferrū stringat, adigatq; in fratri sui viscera, ma
 nente nihilominus charitate illa summa, quam ex Christi præcepto debet proximo Chri
 stianus. Evidē incerta sum adhuc, utrum his rebus exemplum dederint, an potius hinc
 sumperint episcopi quidam Germanorū, qui simplicius, etiam omisso cultu, omisssis be
 nedictionibus, alijsq; id genus ceremonijs, planè satrapas agunt, adeo ut propemodum
 ignauum parumq; decorū episcopo putent, alibi q̄ in acie fortem animā deo reddere. Iam
 uero uulgas sacerdotū, nephas esse ducens à presulū suorum sanctimonia degenerare, eu
 ge q̄ militariter pro iure decimarū, ensibus, iaculis, saxis, omnīq; armorum ui belligerant,
 q̄ hic oculati, si quid ex ueteris literis possint elicere, quo plebecula territ, et plusquam
 decimas deberi cōuincant. At interim non uenit in mentem, q̄ multa passim legantur de
 officio, quod illi uicissim præstare populo debeat. Nec saltem admonet eos uertex rasus,
 sacerdotē omnibus huius mundi cupiditatibus liberum esse oportere, necq; quicquam ni
 si coelestia meditari. Sed homines suaves, se suo officio probe perfunctos aiunt, si preci
 las illas suas, utcūq; permurmurant, quas me Hercle demiror, si quis deus uel audiat, uel
 intelligat, cum ipsi fierē nec audiant, nec intelligant, tum cum eas ore perstrepon. Verum
 hoc quidē sacerdotibus est cum prophanis cōmune, ut ad emolumenti messem uigilent
 omnes, necq; quisq; ibi leges ignoret. Cæterū si quid sarcinæ, id prudenter in alienos hume
 ros reiçiunt, & alijs alij tanq; pilam permanus tradunt. Siquidem laici quoq; principes,
 quemadmodū partes administrādi regni uicarijs delegant, & uicarius item uicario tradit,
 ita pietatis studium omne plebi modestiæ causa relinquent. Plebs in eos reiçit, quos eccl
 esiasticos uocat, perinde quasi ipsiis cum ecclesia nihil omnino sit cōmercij, quasi baptiſti
 uotis nihil prorsus sit actū. Rursum sacerdotes qui sese uocant seculares, quasi mundo ini
 tiati, nō Christo, in regulares onus hoc deuoluunt, regulares in monachos, monachi laxio
 res in arciores, omnes simul in mendicantes, mendicantes in Carthusienses, apud quos
 solos sepulta latet pietas, & adeo latet ut uix unquam liceat conspicere. Itidem pontifi
 ces in messe pecunaria diligentissimi, labores illos nimium apostolicos, in episcopos re
 legant, episcopi in pastores, pastores in uicarios, uicarij in fratres mendicantes. Hī rur
 sum in eos retrudunt, à quibus ouium lana tondetur. Verum non est huius instituti, pon
 tificum ac sacerdotum uitam excutere, ne cui uidear satyram texere, non encomium re
 citare, néue quis existimet bonos principes à me taxari, dum malos laudo. Sed hæc ideo
 paucis attigi, quo palam fieret, nullū esse mortalē, qui suauiter uiuere possit, nisi meis ini
 tiatus sit sacris, meq; propitiā habeat. Nam id quo paclio fieri queat, cum ipsa etiam Rhas
Rhamnusia, rerum humanarū fortunatrix, mecum adeo cōsentiat, ut sapientibus istis semper
 fuerit inimicissima: contra stultis etiā dormientibus omnia cōmoda adduxerit. Agnosi
 tis Timotheum, cui hinc etiam cognomen, & prouerbium ἀνθρώπος λύγεται. Rursum
 aliud γλαυκὴ πάτησι. Cōtra in sapientes quadrat illa, γε τηναδί γλυπτήσισ, & equū ha
 bet Seianū, & aurū Tolosanū. Sed desino προμηθέως ne uidear Erasmi mei cōmentaria
 suppilasse

suppilasse. Ergo ut ad rem, amat fortuna parum cordatos, amat audaciores, & quibus illud placet *qui p̄dū lūb̄s*. At sapientia timidos reddit, ideoq; uidebis sapientibus istis cum paupertate, cum fame, cum fumo rem esse neglectos, inglorios, intusos uiuerestulos affluere nummis, admoueri Reip. gubernaculis, breuiter florere modis omnibus. Etenim si quis beatum existimet principibus placuisse viris, & inter aureos illos ac gemmeos deos uersari, quid inutilius sapientia, immo quid apud hoc hominum genus damnatus? Si diuitiae parande sunt, quid tandem lucri faciurus est negotiator, si sapientiam securus, periurio offendetur, si in mendacio deprehensus erubescet, si anxios illos de furis, atq; usuris sapientum scrupulos, uel tantuli faciet? Porro si quis honores, atque opes ambiat ecclesiasticas, ad eas uel asinus, uel bubalus citius penetrabit quam sapientia. Si uoluptate ducaris, pueræ maxima huius fabula pars, stultis toto peccore sit addicta, sapientem haud secus ac scorpium horrent fugiuntq;. Deniq; quicunq; paulo festiuus ac latius uiuere parant, sapientem in primis excludunt, ac quoduis animal potius admittunt: Breuiter quoquo te uertas, apud pontifices, principes, iudices, magistratus, amicos, hostes, maximos, minimos, omnia præsentibus nummis parantur: quos uti contemnit sapientia, illum sedulo fugere consueuerunt. Sed cum laudum mearum nullus sit modus, neq; si *Lata stultitia ex autoribus*, tamen oratio aliquando finem habeat necesse est. Itaq; desinam dicere, sed si prius ostendero paucis, non deesse magnos autores, qui me literis suis pariter ac factis illustrarint, ne cui forte stulte mihi soli videar placere, ne uel legulei calumniant, me nihil allegare. Ad ipsorum igitur exemplum allegabimus, hoc est, *z̄t̄y π̄θ̄ς ἐπ̄ος*. Princípio illud omnibus uel notissimo proverbio persuasum est, ubi res abest, ibi simulationē esse optimam. Eoc prece statim traditur hic uerbi pueris:

Stulticiam simulare loco sapientia summa est.

Vos iam ipsi coniūcite, q; ingens sit bonum Stulticia, cuius etiam fallax umbra, & imitatio sola, tantu laudis meretur à doctis. Sed multo candidius pinguis ille, ac nitidus Epicuri de grege porcus, miscere stulticiā consilijs iubet, tamen si breuem nō admodum scite addidit. Item alibi, Dulce est despere in loco, Rursum alio in loco mauult delirus, itersq; uideri, q; sapere, & ringi. Iam apud Homerum Telemachus, quem modis omnibus laudat poeta, subinde *τέλειος* appellatur, atq; eodem prænomine tanq; felicis omnis libeter pueros & adolescentes uocare solent tragici. Quid autem sacrum Iliadis carmen, nisi Stultorum regum & popolorū continet æstus? Porro q; absoluta laus illa Ciceronis: Stultorum ple na sunt omnia. Quis enim ignorat, unsiquidq; bonum, quo latius patet, hoc esse præstantius? Atque fortassis apud Christianos horū leuis est autoritas: proinde sacrarū quoq; literarum testimonij, si uidentur, laudes nostras fulciamus, siue, ut docti solent, fundemus, principio ueniam à theologis præfatae, ut nobis fas esse uelint, deinde quoniā arduam rem aggre dimur, & fortassis improbus fuerit, denuo Musas ex Helicone ad tantu itineris reuocares, præsertim cum res sit alienior, fortasse magis cōueniet optare, ut interim dum theologum ago, perq; has spinas ingredior, Scotti anima paulisper ex sua Sorbona in meū peccus de snigret quouis hysterice atq; erinaceo spinosior, moxq; remigret quo lubebit, uel *πλεαστός*. Vt uiam & uultum aliud liceat sumere, & ornatus adsit theologicus. Verum illud interim uereor, ne quis me furti ream agat, quasi clanculum magistrorum nostrorum scrutinia cōpilauerim, quaē tantu rei theologicæ teneam. Sed nō adeo mirū uideri debet, si tam diuina, quaē mihi arctissima est, cum theologis cōsuetudine nōnihil arripui, cum sicut nūmerum prædicat infinitū, nōne mortales uniuersos cōplecti uidentur, præter pauculos alii quorū, quos haud scio, an cuiq; uidere contigerit. Sed magis ingenue cōsideret hoc Hiero. cap. 10. Stultus, inq; gens, facilius est oīs homo à sapientia sua. Soli deo tribuit sapientia, uniuersis hoībus stulticiā relinques. Ac rursum paulo superius: Ne gloriēt homo in sapientia sua. Cūr nō uis hominē in sua sapientia gloriari optime Hieremia & Nimirū, inquit, ob id, quia nō habet sapientia. Sed ad Ecclesiasten redeo. Hūc cum exclamat, uanitas uanitatis, & oīa uanitas, quid aliud sensisse creditis, nisi, quemadmodum diximus, uitam humanam nihil aliud quam stukisq; ludicrum esse: nimirum Ciceronianæ laudi album addit; calculum,

cūius

cuius optimo lute celebratur illud, quod modo retulimus: Stultorum plena sunt omnia. Rursum sapiens ille Ecclesiasticus, qui dixit, stultus motatur ut luna, sapiens permanet ut sol, quid aliud innat, nisi mortale genus omnis est stultum esse, soli deo sapientis nomen competere. Si quidem lunam humanam naturam interpretatur, solem omnis luminis fontem, deum. Huic astiptulatur quod ipse Christus in euangelio negat, quemquam appellandum bonum, nisi deum unum. Porro si stultus est, quisquis sapiens non est, & quisquis bonus, idem sapiens, auctoribus Stoicis, nimirum mortales omnes stulticia complectantur necesse sum esse. Iterum Salomon capite decimoquinto: Stultitia, inquit, gaudium stulto, aidelice manifeste confitens, sine stulticia nihil in vita suave esse. Eodem pertinet illud quoque: Qui apponit scientiam, apponit dolorem, & in multis sensu multa indignatio. An non idem palam confitetur egregius ille concionator, capite septimo: Cor sapientum, ubi tristitia est, & cor stultorum, ubi leticia. Eoque non satis habuit sapientiam perdiscere, nisi nostri quoque cognitionem addidisset. Quod si mihi parum habetur fidei, ipsius accipite uerba, quae scripsit capite primo: dedicat cor meum ut scirem prudenter atque doctrinam, erroresque & stulticiam. Quo quidem loco illud animaduertendum, ad stulticiam laudem pertinere, quod eam posteriore posuit loco. Ecclesiastes scripsit, & huc scitis esse ordinem Ecclesiasticum, ut qui dignitate primus sit, is locum obtineat extreum, uel hic certe memor euangelici praecepti. Sed stulticiam praestantiorum esse sapientia, & ecclesiasticus ille, quisquis fuit illi quido testatur, capite quadragesimo quarto, cuius me hercle uerba non prius proferam, quam εἰσαγόνη meam, commoda responsione adiuueritis, ut faciunt apud Platonem hi qui cum Socrate disputant. Vtra magis contuenit recondere, que rara sunt & preciosa, an quae uulgaria uiliaque? Quid tacetis? Etiam si uos dissimuletis, prouerbiu[m] illud Gracorum pro uobis respondet, τὸν ὥδι λύετος υἱός μου, quod ne quis impie reiectat, refert Aristoteles, magistrorum nostrorum deus. An quisquam uestrum tam stultus est, ut gemmas & aurum in via relinquat? non hercle opinor. In abditissimis penetralibus, nec id satis, in mustis imorum scriniorum secretissimis angulis ista reponitis, cœnum in propatulo relinquatis. Ergo si quod preciosius est, reconditur, quod uilius exponitur, nonne palam est, sapientiam quam uerata abscondi, uiliorum esse stulticia quam recondi iubet? Iam ipsius testimo[ni]j uerba accipite. Melior est homo qui abscondit stulticiam suam, quam homo qui abscondit sapientiam suam. Quid quod animi quoque candore diuinæ literæ stulto tribuunt, cum sapiens interim neminem sui similem paret. Sic enim intelligo, id quod scribit Ecclesiastes capite decimo: Sed & in via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos existimat. An non istud exitum cuiusdam candoris est, omnes equare tibi ipsi, cumque nemo non magnifice de se sentiat, omnibus tamen tuas comunicare laudes? Proinde nec puduit tantum regem huius cognominis, cum ait capite trigesimo: Stultissimus sum uirorum. Nec Paulus ille magnus gentium doctor, Corinthijs scribens, stulti cognomen illibenter agnoscit: Ut insipiens, inquit, dico, Plus ego, perinde quasi turpe sit uincere stulticia. Sed interim obstreput mihi Graculus quidam, qui huius temporis theologorum, ceu corniculum oculos student configere, dum annotationes suas ueluti fumos quosdam alij offundunt, cuius gregis si non Alpha, certe Beta est meus Erasmus, quem ego saepius honoris causa nominio. O uere stultam, inquit, & ipsa dignam Moria citationem. Longe diuersa mens apostoli quam tu somnis. Nec enim hoc agit his uerbis, ut ceteris stultior haberetur, uerum cum dixisset, ministri Christi sunt, & ego, secundum ueluti iactabundus in hac quoque parte aequasset ceteris, per correctionem adiecit, plus ego, sentiens se non modo parem reliquis apostolis in euangelij ministerio, uerum etiam aliquanto superiore. Idque cum ita uerum tideri uellet, ne tamen ut arrogantius dicendum offendere caures, presumunt, stulticia praetextu. Ut minus sapiens dico, propterea quod sciret esse stultorum priuilegium, ut soliter citra offensam proloquantur. Verum quid Paulus senserit, cum haec scriberet, ipsius disputandum relinquo. Ego magnos, pingues, crassos, & vulgo probatissimos theologos sequor, cum quibus magna pars doctorum errare, πάπα δια malit, quam cum istis trilinguis bene sentire. Nec quisquam illorum Graculos istos pluris facit quam graculos: presertim cum quidam gloriosus theologus, cuius ego nomen prudens supprimio, ne graculi nostri continuo Gratium in illius scisma faciant οὐτε λύπει: magistraliter & theologaliter hunc passum enatrans, ab hoc loco, Ut minus sapiens dico, plus ego, nouū facit caput, & quod absq[ue].

abscē summa dialectica nō poterat, nouam addit sectionē, ad hunc interpretans modum.
 Adducam enim ipsius uerba, non solum in forma, uerum etiam in materia. Ut minus sapiens dico, id est si uideor uobis insapiens, me pseudapostolis adaequādo, adhuc uidebor uobis minus sapiens, me eis præferendo. Quanquam idem paulo post, uelut oblitus sui, aliò delabitur. Sed cur anxie me unius exemplo tueor? cum hoc publicum ius sit theologorum, cœlum, hoc est, diuinam scripturā, ceu pellem extendere: cum apud diuum Paulum pugnent diuinæ scripturæ uerba, quæ suo loco non pugnant, si qua fides illi *τρύπανον τηλεογένη* Hieronymo, cum Athenis forte conspectum aræ titulum torqueret in argumentum fidei Christianæ, ac cæteris omisis, quæ causæ fuerant offectura, duo tantum extrema uerba decerpserit, nempe hec, ignoto deo, atq; hec quoq; nō nihil immutata: siquidem integer titulus sic habebat, Dijs, Asia, Europe & Africę, dijs ignotis & peregrinis. Ad hū ius opinor, exemplum passim iam *οἱ θεολόγων πάντες*, hinc atq; hinc reuulsa, quatuor aut quinq; uerbula, & si quid optis est etiam deprauata, ad suam accōmodant utilitatem, licet ea quæ præcedunt & consequuntur, aut nihil omnino faciant ad rem, aut reclament quoq;. Quod quidem faciunt tam felici impudentia, ut sæpen numero theologis inuidēant iureconsulti. Quid enim illis iam non succedat, posteacq; magnus ille, penè nomen effutueram, sed rursus metuo Græcum prouerbium, ex Lucæ uerbis sententiam expresserit, tam consentaneam animo Christi, quām igni cum aqua conuenit. Etenim cum immineret extremum periculū, quo tempore solent boni clientes maxime suis adesse patronis, & quanta ualent ope *συμμαχέμενοι*, Christus hoc agens, ut omnem huiusmodi præsidiorū fiduciam eximeret ex animis suorum, percōtatus est eos, num quid rei defuisse usquam, cum illos emisisset, adeo non instructos uiatico, ut nec calceis muniret aduersus spinarum & saxorum iniuriam, nec peram adderet, aduersus famem. Vbi negasset defuisse quicquā, adiecit: Sed nunc, inquit, qui habet sacculum tollat, similiter & peram: & qui non habet, ueniat tunicam suam, et emat gladium. Cum tota Christi doctrina, nihil aliud inculcat, quām mansuetudinem, tolerantiam, uitæ contemptum, cui non perspicuū sit, quid hoc loco sentiat? nempe ut magis etiam exarmet suos legatos, ut non tantum calceos negligant & peram, uerum & tunicam insuper abiçiant, nudiq; & prorsus expediti, munus euāgelicum aggrediantur, nihil sibi parent, nisi gladium, non istum quo grassantur latrones & patricidae, sed gladium spiritus, in intimos quoq; pectoris sinus penetrantem, qui se vel affectus omneis sic amputat, ut nihil iam illis cordi sit, præter pietatem. At uidete quæso, quorsum hæc torqueat celebris ille theologus. Gladium interpretatur defensionem aduersus persecutionem, sacculum sufficientem commeatus prouisionem, perinde quasi Christus commutata in diuersum sententia, quod oratores suos parum *βασιλικῶς* instructos emisisse uideretur, superioris institutionis palinodiam canat. Aut uelut oblitus quod dixerat beatos fore, cum probris contumelijs & supplicijs afficerentur, prohibens ne quando resisterent malo, mites enim beatos esse, non feroces, oblitus quod illos ad passerum, & litorū exemplum uocarat, nunc adeo noluerit eos absq; gladio proficisci, ut eum uel tunica diuendita iubeat emi, malitq; nudos ire, quām non accinctos ferro. Ad hæc quemadmodum gladij nomine contineri purat, quicquid ad depellendam uitam pertinet, ita marsupij titulo complectitur, quicquid ad uitæ pertinet necessitatē. Atq; ita diuinæ mentis interpres apostolos lanceis, balistis, fundis & bombardis instructos educit ad prædicationem crucifixi. Loculis item, uidulis, & sarcinis onerat, ne forte non liceat illis ē diuersorio discedere, nisi imprensis. Nec uel illud cōmouit hominem, quod ensem, quem tantopere iusserat emi, mox idem obiurgans iubeat recondi, quodq; nunquam fando sit auditum, apostolos enībus aut clypeis usos aduersus uim ethniconum, utiq; usuros, si Christus hoc sensisset, quod hic interpretatur. Est alius, quem honoris causa non nomino, haudquaq; postremi nominis, qui ē tentorijs, quorum meminit Habacuk, turbabuntur pelles terræ Madian, pellem fererit Bartholomæi excoriati. Ipsa nuper interfui dissertationi theologica, nam id facio frequenter. Ibi cum quispiam exigeret, quæ tandem esset diuinariū literatum autoritas, quæ iuberet hæreticos incendio uinci, magis quām disputatione reuinci, Senex quidam seuerus, & uel supercilioso teste theologus, magno stomacho respondit, hanc legem tulisse Paulum apostolum, qui dixerit: Hæreticum hominem post unam & alteram correptionem deuita. Cumq; ea uerba identidem intonaret, & pleriq; demirarentur quid accidisset ho-

mini, tandem explanauit, de uita tollendum hæreticū. Risere quidam, nec deerant tamēn quibus hoc commentum plane theologicum uideretur. cæterum reclamantibus etiam num nonnullis succelsit τυτέδιος, quod aiunt, σωσηνός & autor irrefragabilis. Accipite rem, inquit, Scriptum est, maleficum ne patiaris uiuere, omnis hæreticus maleficus, ergo &c. Mirari quotquot aderant, hominis ingenium, & in eam sententiam itum est pedibus, & quidem peronatis. Neque cuiquam uenit in mente, legem eam ad sortilegos & cantatores ac magos attinere, quos Hebrei suā lingua uocant θεοφάνειας, alioqui fornicationem & ebrietatem capite punire oportuit. Verum hæc stulte perseguor, tam innumerā, ut nec Chrysippi, nec Didymī uoluminibus omnia comprehendendi possint. Illud duntas, ut admonitos uolebam, cum hæc diuinis illis magistris licuerint, mihi quoque plane σώσηνός, parest dare ueniam, si minus omnia ad amus sim citauero. Nunc tandem ad Paulū redeo: Libenter, inquit, fertis insipientes, de sese loquens. Et rursus, uelut insipientem accipite me, & non loquor secundū deum, sed quasi in insipientia. Rursus alibi: Nos, inquit, stulti propter Christū. Audistis à quanto autore quanta stulticiæ præconia. Quid, quod idem palam stulticiam præcipit, ut rem in primis necessariam, & oppido salutarem. Qui uidetur esse sapiens inter uos, stultus fiat, ut sit sapiens. Et apud Lucam, duos discipulos, quibus se iuxerat in uia Iesu, stultos appellat. Illud haud scio, an mirū uideatur, cum deo quoque nonnihil stulticiæ tribuit diuinus ille Paulus. Quod stultum est, inquit, dei, sapientius est hominibus. Porro Origenes interpres obſtisit, quo minus hæc stulticiam ad hominū opinionem possis referre: quod genus est illud, uerbum crucis pereuntibus quidem stulticiam. Sed quid ego fruſtra anxia, tot testimonij hæc docere pergo, cum in psalmis mysticis palam ipse Christus loquatur patri, Tu scis insipientiam meam? Neque uero temere est, quod deo stulti tam impense placuerunt: opinor propterea, quod quemadmodum summi principes nimirū cordatos suspectos habent & inuisos, ut Iulius Brutum & Cassium, cum ebrium Antonium nihil metueret, utq̄ Nero Senecam, Dionysius Platonem, contra crassioribus ac simplicioribus ingenij delectantur, itidem Christus φρονίστος, suæc nitentes prudentiæ semper detestatur, ac damnata: testatur id Paulus haudquam obſcure cū ait: Quæ stulta sunt mundi elegit deus, cumq; ait deo uisum esse, ut per stulticiam seruaret mundum, quandoquidem per sapientiam restitui non poterat. Quin ipse idem satis indicat, clamans per os prophetæ. Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Rursus cum agit gratias, quod salutis mysterium celasset sapientes, paruulis aut, hoc est, stultis aperuisset. Nam Graece pro paruulis est νηπίους, quos opposuit φοῖς. Huc pertinet quod paſsim in euangelio pharisaos & scribas, ac legum doctores inceſſit, uulgiſ in doctum ſedulo tuetur. Quid enim aliud est, uæ uobis scribae & pharisaei, quam uæ uobis sapientes? At paruulis, mulieribus, ac píſcatoribus potissimum delectatus esse uideatur. Quin & ex animantiū brutorum genere ea potissimum placent Christo, quæ à uulpiна prudentia quam longissime absunt. Eocq; aſino maluit inſidere, cum ille, si libuiffet, uel leonis tergum impune potuiffet premere. Ac ſpiritus ille ſacer in columba specie delapsus est, non aquila aut milui. Præterea ceruorū, hinnulorum, agnorū crebra paſsim in diuinis literis mentio. Adde quod ſuos ad immortalem uitam destinatos oues appellat. Quo quidem animante non est aliud insipientius, uel Aristoteli co prouerbio teste, περιεργάς μόνος, quod quidē admonet, ab eius pecudis ſoliditate ſumptum, in ſtupidos & bardos conuicij loco dici ſolere. Atqui huius gregis Christus ſe paſtorem profitetur, quin etiam ipſe agni nomine delectatus eſt, indicante eum Ioanne, Ecce agnus dei: cuius multa fit & in Apocalypſi mentio. Hæc quid aliud clamitant, niſi mortaleſ omnes ſtultos eſſe, etiam pios: ipſum quoque Christum, quo ſtulticiæ mortalium ſubueniret, cum eſſet ſapientia patris, tamen quodammodo ſtultum eſſe factum, cum hominis aſſumpta natura, habitu inuentus eſt ut homo: quemadmodum & peccatum factus eſt, ut peccatis mederetur. Neque alia ratione mederi uoluſ, quam per ſtulticiam crucis, per apostolos idiotas, ac pingues: quibus ſedulo ſtulticiam præcipit, à ſapientia deterrens, cum eos ad puerorum, liliorum, ſinapis, & paſſerculorum exemplum prouocat, rerum ſtupidarum ac ſenſu parentium, ſoloq; naturæ duci, nulla arte, nulla ſolicitudine, uitam agentium. Præterea cum uetat eſſe ſollicitos, qua eſſent apud præſides oratione uſuri, cumq; interdicit, ne ſcrutentur tempora uel momenta temporum, uidelicet, ne quid fidei-

rent.

rent sive prudentia, sed totis animis ex ipso penderent. Eodem pertinet, quod deus ille orbis architectus interminatur, ne quid de arbore scientiae degustarent, perinde quasi scientia felicitatis sit uenenum. Quanquam Paulus aperte scientiam, uelut inflantem & perniciem improbat. Quem diuus Bernardus, opinor, sequutus, montem eum in quo lucifer sedem statuerat, scientiae montem interpretatur. Fortasse nec illud omittendum videatur argumentum, gratiosam esse apud superos stulticiam, quod huic soli datur errorum uenia, sapienti non ignoscitur: unde qui ueniam orant, etiam si prudentes peccauerint, ramen stulticiae pretextu patrocinioq; utitur. Nam sic Aaron sororis pœnam deprecatur in Numerorum, si satis cōmemini, librīs. Obscero domine mi. ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commisimus. Sic & Saul apud David culpam deprecatur, Apparet enim, inquiens, quod stulte egerim. Rursum ipse David ita blanditur domino, Sed precor domine, ut transferas iniuriam serui tui, quia stulte egimus: perinde quasi non imprætratus ueniam, nisi stulticiā & inscitiam obtenderet. Sed illud acrius urget, quod Christus in cruce, cum oraret pro suis iniunctis, Pater ignosce illis: non aliam prætexuit excusationem, quam imprudentia, quia nesciunt, inquit, quid faciunt. Adeundem modum Paulus scribens ad Timotheum: Sed ideo misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Quid est, ignorans feci, nisi per stulticiam feci, non maliciam? Quid est, ideo misericordiam consecutus sum, nisi non consecuturus, ni stulticiae patrocinio commendatus? Pro nobis facit & mysticus ille psalmographus, qui suo loco nō ueriebat in mentem, Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Audistis quæ duo prætexat, nimisrum ætatem, cui semper comes esse soleo, & ignorantias, idq; numero multitudinis, ut ingentem stulticiae uim intelligeremus. Ac ne quæ sunt infinita persequar, utq; summatim dicam, uidetur omnino Christiana religio quandam habere cum aliqua stulticia cognitionem, minimeq; cum sapientia conuenire, Cuīs rei si desideratis argumenta, primum illud animaduertite, pueros, senes, mulieres, ac fatuos sacris ac religiosis rebus præter cæteros gaudere, eoq; semper altaribus esse proximos. Solo nimisrum naturæ impulsu. Præterea uidetis primos illos religionis autores, mire simplicitatem amplexos, acerrimos literarum hostes fuisse. Postremo nulli moriones magis despere uidentur, quam hi quos Christianæ pietatis ardor semel totos arripuit: adeo sua profundunt, infurias negligunt, falli se patiuntur. inter amicos & initios nullum discrimen, uoluptatem horrent, inedia, uigilia, lachrymis, laboribus, contumelijs saginant, uitram fastidiunt, mortem unice optant, breuiter ad omnem sensum cōmunem prorsus obstupuisse uidentur, perinde quasi alibi uitiat animus, non in suo corpore. Quod quidem quid aliud est, quam insanire? Quo minus mirū uideri debet, si apostoli multo temulentis sunt uisi, si Paulus iudici Festo uisus est insanire. Sed posteaquā semel τὸν λεπτὸν induimus, age doceamus & illud, felicitatem Christianorum, quam tot laboribus expetunt, nihil aliud esse, q; insaniae stulticiae genus quoddam: absit inuidia uerbis, rem ipsam potius expedite. Iam illud propemodum Christianis conuenit cum Platonicis, animum immersum alligatūq; esse corporeis uinculis, huiusq; crassitudine præpediri, quo minus ea quæ uere sunt, contemplari, fruiq; possit. Proinde philosophiam definit esse mortis meditationem, quod ea mentem à rebus uisibilibus ac corporeis abducat, quod idem utiq; mots facit. Itaq; quando uerū animus corporis organis probe utitur, tam diu sanus appellatur. Verū ubi ruptis iam uinculis, conatur in libertate afflere se, quasiq; fugam ex eo carcere meditatur, tum insaniam uocant. Id si forte contingit morbo, uitioq; organorum, prorsus omnium consensu insania est. Et tamen hoc quoque genus hominum uidemus futura prædicere, scire linguis ac literas, quas ante nunquam didicerant, & omnino diuinum quiddam præ se ferre. Neque dubium est id inde accidere, quod mens à contagio corporis paulo liberior, incipit natuam sui uim exerere. Idem arbitror esse in causa, cur laborantibus uicina morte simile quiddam solet accidere, ut tanquam afflati prodigiosa quædam loquātur. Rursum si id euenerat studio pietatis, fortasse non est idem insaniae genus, sed tamen adeo confine, ut magna pars hominum metam insaniam esse iudicet, præsertim cum pauculi hominum ab uniuerso mortalium cœtu, tota uita dissentiant. Itaque solet ihsusu uenire quod huxta Platonicum figmentum opinor, accidere ihs qui in specu uincili rerum umbras manifestantur, & fugiūuo illi, qui reuerlus in antrum, uetas res uidiisse se prædicat, illos longe fal-

Spectus Pla
tohicus

ii. qui præter miseras umbras nihil aliud adesse credant. Etenim sapientis hic communiseratur, ac deplorat illorum insaniam, qui tanto errore teneantur, Illi uicissim illi ueluti delirantes rident, atque ejiciunt. Itidem uulgaris hominum ea quæ maxime corporea sunt maxime miseratur, eaq; propè sola putat esse. Contra pīj, quo quicque proprius accedit ad corpus, hoc magis negligunt, totiq; ad inuisibilium terum contemplationem rapuntur. Nam istiprī mas partes tribuunt diuitijs, proximas corporis commodis, postremas animo relinquunt: quem tamen plerique nec esse credunt, quia non cernatur oculis. Ediuerso illi primum in ipsum deum, rerum omnium simplicissimum, toti nituntur: sed secundum hunc, & tamen in hoc, quod ad illum quām proxime accedit, nempe animum: corporis curam negligunt, pecunias ceu putamina prorsus aspernatur ac fugitant. Aut si quid huiusmodi rerum tractare coguntur, grauatim ac fastidienter id faciunt, habent tanquam non habentes, possident tanquam nō possidentes. Sunt & in singulis rebus gradus multum inter istos diversi. Principio sensus tametsi omnes cum corpore cognitionem habēt, tamen quidam sunt ex his crassiores, ut tactus, auditus, uisus, olfactus, gustus. Quidam magis à corpore sensu, ueluti memoria, intellectus, uoluntas. Igitur ubi se intenderit animus, ibi ualeat. Pīj quoniam omnis animi uis ad ea cōtendit, quæ sunt à crassiorib. sensibus alienissima, in his uelut obtrutescunt atque obstupecscunt. Cōtrà uulgaris in his plurimū ualeat, in illis q; minimum. Inde **Sanctus Ber**, est quod audimus nōnullis diuinis uiris accidisse, ut oleum uini loco biberint. Rursum in **Barodus oleum** affectibus animi quidam plus habent cum pingui corpore commercij, ueluti libido, cibis uini loco somniq; appetentia, iracundia, superbia, inuidia, cum his irreconciliabile bellum pīj, conbibit trā uulgaris sine his uitam esse non putat. Deinde sunt quidam affectus medijs, qualicq; naturales, ut amor patriæ, charitas in liberos, in parentes, in amicos. His uulgaris non nihil trahuit. At illi hos quoque student ex animo reuellere, nisi quatenus ad summam illam animi partem affurgunt, ut iam parentem ament, non tanquam parentem, quid enim ille genuit, nisi corpus: quanquam hoc ipsum deo parenti debetur, sed tamquam uirum bonum, & in quo luceat imago summa illius mentis, quam unam summum bonum uocat, & extra quam nihil nec amandum, nec experendum esse prædicant. Hac eadem regula reliqua item omnia uitæ officia metiuntur, ut ubique id quod uisibile est, si non est omnino contemnendum, tamen longe minoris faciant, quām ea quæ uideri nequeunt. A iunt autem & in sacramentis, atque ipsiis pietatis officijs corpus & spiritum inueniri. Velut in ieunio non magni ducunt, si quis tantū à carnibus coenaq; abstineat, id quod uulgaris absolutum esse ieunium existimat, nisi simul & affectibus aliquid adimat, ut minus permittat ira, quām soleat, minus superbia: utq; ceu minus iam onustus mole corporea spiritus, ad colestium bonorum gustum, fruitionemq; enitatur. Similiter & in Synaxi, tametsi non est aspernandum, inquietum, quod ceremonijs geritur, tamen id per se, aut parum est conduibile, aut etiā perniciosum, nistid quod est spirituale accesserit, nempe hoc quod signis illis uisibilibus representatur. Representatur autem mors Christi, quam dominus, extincitus, qualicq; sepultis corporis affectibus, exprimere mortales oportet, ut in nouitatem uitæ resurgant, utq; unum cum illo, unum item inter se fieri queant. Hæc igitur agit, hæc meditatur ille pius. Cōtrà uulgaris sacrificium nihil aliud esse credit, quām adesse altariis, idq; proxime, audire uocum strepitum, aliasq; id genus ceremonias spectare. Nec in his tantum, quæ duntaxat exempli gratia proposuimus, sed simpliciter in omni uita refugit pius ab his quæ corpori cognata sunt, ad æterna, ad inuisibilia, ad spiritualia rapitur. Proinde cum summa sit inter hos et illos omnibus de rebus dissensio, fit ut utriq; alteris insanire uideant. Quanq; id uocabuli rectius in pīos cōpetit, q; in uulgaris, mea quidē sententia, quod quidē magis perspicuum fiet, si quemadmodū pollicita sum, paucis demōstraro, sumnum illud præmium nihil aliud esse quām insaniam quandam. Primum igitur existimat **Platonicus** tonem tale quiddam iam tum somniasse, cum amantium furorem omnium felicissimum esse scriberet. Etenim qui uehementer amat, iam nō in se uiuit, sed in eo quod amat: quoq; longius à seipso digreditur, & in illud demigrat, hoc magis ac magis gaudet. Atque cum animus à corpore peregrinari meditatur, neque probe suis uititur organis, istud haud dubie furorem rectie dixeris. Alioqui quid sibi uult, quod uulgo etiam dicunt: Non est apud se, & ad te redi, & sibi redditus est; Porro quo amorest absolutor, hoc furor est maior ac felicior. Ergo quæ nam futura est illa cœlitum uita, ad quam pīam mentes tanto studio sua spirans

Spirant? Nempe spiritus absorbebit corpus, utpote uictor ac fortior. Idq; hoc faciet facilius, partim quod iam olim in uita corpus ad huiusmodi transformationem repurgari; atque extenuari. Detnde spiritus a mente illa summa mire absorbebitur, quippe infinitis partibus potentiore. Ita ut iam torus homo extra se futurus sit, nec alia ratione felix futurus, nisi quod extra se positus, patietur quiddam ineffabile a summo illo bono, omnia in serapiente. Iam haec felicitas quamquam tum demum perfecta contingit, cum animi receptis pristinis corporibus immortalitate donabuntur, tamen quoniam piorum uita nihil aliud q; illius uitæ meditatio est, ac uelut umbra quædam, sit ut præmij quoque illius aliquando gustum aut odorem aliquem sentiant. Id tametsi minutissima quædam stillula est ad fontem illum æternæ felicitatis, tamen longe superat uniuersas corporis uoluptates, etiam si omnes omnium mortalium deliciæ in unum conferantur. Usque adeo præstant spiritualia corporalibus, inuisibilia uisibilibus. Hoc nimurum est quod pollicetur propheta: Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit deus diligentibus se. Atque haec est Mariæ pars, quæ non auferitur commutacione uitæ, sed perficitur. Hoc igitur quibus sentire licuit, contigit autem per paucis, i; patientur quiddam dementiae simillimum, loquuntur quædam non satis cohærentia, nec humano more, sed dant sine mente sonum, deinde subinde totam oris specie uertunt. Nunc alacres, nunc dejecti, nunc lachrymant, nunc rident, nunc suspirant, in summa, uere toti extra se sunt. Mox ubi ad se se redierint, negant se scire ubi fuerint, utrum in corpore, an extra corpus, uigilantes, an dormientes, quid audierint, quid uiderint, quid dixerint, quid fecerint, non meminerunt, nisi tanquam per nebulam ac somnium, tantum hoc sciunt se felicissimos fuisse, dum ita desiperent. Itaque plorant se resipuisse, nihilq; omnium maiorum, quām hoc insanias genus perpetuo insanire. Atque haec est futuræ felicitatis tenuis, quædam degustatiuncula. Verum ego iamdudum oblica mei *της τε θυγατρίας την δόνη*. Quanquam si quid petulantius aut loquacius a me dictum uidebitur, cogitate & Stulti ciam, & mulierem dixisse. Sed interim tamen memineritis illius Græcanici proverbijs *το μεταξύ της καὶ της μητέρος αὐτῆς καταπάτει τὸν τρόπον*, nisi forte putatis hoc ad mulieres nihil attinere. Video uos epilogum expectare, sed nimium desipitis, siquidem arbitramini me quid dixerim etiamnū meminisse, cum tantam uerborum farraginem effuderim. Vetus illud, *μητῶν μηδεμονες συμπίσταρε*.

Nouum hoc, *μητῶν μηδεμονες ἀκροστίχῳ* Quare ualete,
plaudite, uiuite, bibite, Moriæce,
leberrimi mystæ.

S A D I L V S T R I S S B V R G V N D I O N V M P R I N C I P E M P H I L I P

P V M, I N V I C T I S S. C A E S. M A X I M I L I A N I F I L I V M, D E T R I V M,
phali illius in Hispaniam profectio[n]e, deg[re] felici reditu, Panegyricus gratulatorius, nomi-
ne totius patriæ, per Des. Erasmum Roterodamum conscriptus, & eidem exhibi-
tus in aula Ducal[is] Bruxellæ, a[ss]istentibus clarissimo Comite Nassouueni,
Episcopo Atrebateni & audientiario. Summus autem Cancellarius,
cognomento de Maigny, Principis uice respondit. Anno
ab orbe redempto, M. D. IIII. fe-
lto Epiphanie.



E L I S nolis, boni cōfusas oportet, sedulitatem atq[ue] adeo licentiam
nostrā, Philippe principū felicissime, quod ultro nobis parteis sum-
plimus tibi, diuino fauore feliciter reduci, uelut publica uoce gratu-
landi, non ut inusitatā omnium lāeticiam nostra oratione cognosce-
res, quam alioqui uel auribus atq[ue] oculis tuis credere, uel certe ex uī
ipsius animi sensu facile poteras aestimare: sed partim ut hunc diem;
quo nullus adhuc illuxit patriæ cādidiōr auspiciatiorē, omniaib[us] gen-
tibus, ac posteritati quoq[ue] si modo quid tale dicī queat à nobis, ut li-
teris in posteros transmitti mereatur) testatissimū celeberrimumq[ue] redderemus, partim

Immodicus af quod uicti incrēdibili gaudio, ac (prope dixerim) ebrīj, quo tuus optatissimus redditus or-
fectus temulē, mniū animos nouo more lymphauit, ne potuimus quidē nobis ipsiſ silentio tēperare, quān uo-
tia quedā est

luptatē hanc incōparabilem apud tuam celitudinē depromeremus, effunderemus, iā-
claremus: insolentiā effervescentis lāeticiā nostrā, sublimitas tua ferat oportet, quippe que-
rantam ipsa causam ministravit. Difficile est silere cū doleas. Vere quidē hoc M. Tullius.
At longe diffīcillimū non loqui, cum lāeticia gestas. Quis enim nō aliquando uel ipso sen-
su didicit, q[uod] sit arduū, ingens animi uulnus silentio premere? At nos profectio hodiernus
docuit dies, impendio diffīcilius esse immodico imperare gaudio, præsertim quod impa-
cientibus uotis hoc dulcius cōtigit, quo serius: ac tum non indulgere animo, cum iam se-
non capiunt intra præcordiorū linus, exundantiū æstus gaudiorū, & in gloriando tenere
modū, cum lāeticiā nullus omnino sit modus, deniq[ue] tum cohibere uocē, cum iam affectui
nulla uox par esse queat. Crœsi filio, quem mater mutū adiderat, uehemens affectius uo-
cem excusit, exprimente uidelicet pietate, quod nō indiderat natura. Echedem item sive

Aeglen (nam de nomine variāt autores) Samiū athletam, antea semp elinguem, indigna-
tio præcepti tituli præmijq[ue] interuersi, repente uocalē reddidit. Nos uero in tam pio tamq[ue]
ineffabili gaudio, quod mutis etiā, quod ipsiſ (penè dixerim) laxis sermonē queat extun-
dere, qui quæſo nō loqui possimus: Nihil tam sui iuris nō est, q[uod] animus inopinata recen-
tiq[ue] lāeticia supfluens. Sed q[uod] apud Principem indulgentissimū, patriæq[ue] nō minus aman-
tem q[uod] charū, iam dudū offendam deprecamur inepti: Quasi uero ullū omnino officiū fu-
turum fuerit illi gratius, q[uod] quod à patria & ultroneū sit, quodq[ue] nō aut metus extor-
rit, aut cuiuspiā iniunxerit autoritas, aut publica flagitarit consuetudo, sed affectius liberti-
mus, ac singularis in eum pietas imperarit. Non carebāt adulandi specie, ueterū encomia
atq[ue] epithalamia. Non poterat funebribus laudationib[us] perinde sua cōstare fides. Cur ita:

Varia genera Nempe solennes erāt. Demiror si magnopere ceperunt reges, panegyrici quondā in-con-
laudationum uiujs dīcti. Quare: Nimirū intelligebant hoc obsequiū, suis cupiditatibus tribui. Parum
solennium (ni fallor) cordatores Principes cōmouebant illæ, uel populi uel senatus acclimationes.

Quamobrē: Quia ibi siluisse, uidelicet erat refragari, & nō acclamassem erat reclamassem. Mi-
nus accepta erat gratiarū actio, quam publico more nouus consul exhibebat imperatoris.
Curt: Nam eam & decreuerat senatus, et mos urbis exigebat. Nunq[ue] aut syncerior atq[ue] ab
assentationū fucis purior potest uideri gratulatio, q[uod] cum nulla gratulandi necessitas: nul-
la credi debet incorruptissimi Principis auribus iucūdior, q[uod] quæ nō more solēni, sed præ-
ter morē amoris tribuit, & quam nō ars finxit, sed exp̄ressit pietas. Quanq[ue] quidē haud re-
cularim int̄ep̄etiūius uideri nostrū officium, modo quod de gratia decesserit, id ad liber-
tatis fidei, q[uod] pondus accedit. Malim em apud te de gratia, q[uod] apud reliquos omneis de syn-
ceritate

teritate in periculū uenire, si quidem alterutruī incommodū sit accipiendo. At qui nūbil ne
cessē est, imo quoniam uti te tuis charitate nō cedere cōstat, ita gaudio nequaç̄ īparē esse
consentaneū est, futurū confidimus, ut cōmūhem tibi nobiscū lāticiam cōmemorationē
nostra quasi refricari renouariç̄, tam tuæ in patriā, cui redditus es, pietati gratum accidat,
quā nostris erga te quem recepimus, affeclib⁹ iucundū. Atq̄ utinam in p̄f̄entiarū adsit
ea dicēdi facultas, qua rei magnificentiā, orationis amplitudine liceat affequi tantū. Necq;
enim mihi laborandū existim⁹, ut ea uel uerborū phaleris ac lenocinj⁹ enīescere, uel rhe
toricarū amplificationū præstigij⁹ crescere atq; attollī uideaf. Spe maius est, si de uero nū
hil detero, supra uotū est, si de splendore nihil obscurō, tantū abest ut fucos illos desiderē.
Vnde enim, non dicam mihi, sed cuiç̄ omnino mortaliū, tam diues artis oratoriae supel
lex, quæ profectionē istam tuā Hispaniensem omnibus triumphis speciosiore, quæ solen
nes cum regibus cōgressus, quæ tot gaudia gentiū, quæ totius biennij tam multa decora,
quæ festuissimū redditum fando æquiparet. Quæ tanta grauitas eloquēdi, quod orationis
lumen usq; adeo torrens, ut digne repræsentet, quāto dolore te patria dimiserit abeunte,
quāta sollicitudine prosecuta fuerit absentē, q̄z anxijs uotis desiderauerit morantē, quanto
nunc animi gaudio cōspiciat reducem, cōspiciat īcolumē: necq; adeo īcolumem modo,
uerū etiam tot egregij⁹ animi fortunæç̄ dotibus cumulatiōrem, ornatiōrem, feliciorē. Qui
bus profectio de rebus planè silere, extreimi stuporis sit, tibi nō gratulari, maleuoli atq; in
uidi, nō gratari superis autoribus, prorsus ingratī atq; īpīj. Hæc igitur dum oratione fi
deli magis q̄z ornata facio, oro & te clarissime princeps, & uos ornatisim⁹ proceres auli
ci, ut me quēadmodū cōpīstis, benignis auribus audiat⁹. Sed unde tandem in tam immen
so rerū agmine potissimū dicendi sumā initī: Nisi quod iuuat in primis (uel quia iam
dēnōg tutū, uel quod ad p̄f̄entis lāticīze cumulū uehementer facit) meminisse doloris
præteriti, quī nobis hoc tam multiplex quasi foēnus gaudiorū peperit. Quādoquidē & se
curitatem dulciorē reddit, periculorū recordatio, & felicitatis sensum acuit, ante actorum
malorū memoria. Premebat quoad poterat ingentē animi molestiā, patria tuæ sublimita
tis amātissima, grauemq; pectoris sollicitudinē, frontis serenitate tegebat, ne uidelicet au
spicatissimū iter tuum, uelut omne tristiole funestaret: & tamē sensisse te puto, ihuitis ge
nis erumpentes lachrymas, ac parū bene dissimulata suspiria, cum sub oculis nostris duæ
illæ ad Hispānicā profectionem pompæ adornarent, omnium quas nostra uīdit ætas pul
cherrimæ, necq; opibus tantū, sed multo magis apparatus arte rationeç̄ uisendæ. In qua
rum altera tu splendidissimo procerū aulicorū comitatu stipatus inter pulchros pulcher
rimus, sic procul eminebas, ut inter reliquos syderū ignes aureus elucet Hesperus. In alte
ra rursus generosissima coniuncta Ioanna, festiuissimo nympharū agmine cincta, Homeri
cæ illius instar Diana inter decētes omneis, ipsa regia specie decētior īcederet, q̄z alijs lā
tum futurū, tam nobis in p̄f̄ens triste speciaculū. Harebit, harebit semp animis nostris
lāetus dicā, an tristis: certe sollicitus ille dies pridie nonas Nouēbres, quo, quod nonnulli
literis prodiderūt inlyte Princeps, hoc tu patrī, tibi uicissim patria, ueris expressit affe
ctibus, uidelicet hoc esse populo suo bonū Principem, quod animus est corpori, quod sol
orbī terrarū. Quām ægre quantoç̄ cū animi uulnere tu diuellebare (necq; enim nō sentiē
bamus) ut illa cōcidit, ut exanimata est, ut ne uīuere quidē sese iudicabat, cum te subi men
tem a clucē unicā subducí uideret. Discedit anima, mox corpus uniuersum collabat opor
tet. Tolle solē ē mūdo, protinus omnis ista tam nitida naturæ facies squalebit, horribitq;
Summoue principē è patria, ilico frigeant emarcescātq; necesse est, quæcumq; ante florue
rant uīguerūtq;. At qui si te tantū ut dominū uereretur, tuā absentiā suām esse libertatem
autuīasset. Nunc autem quoniam ut parentem amat, ut lumen suum suspicit, ut delicias
suas amplectitur, nihil magis in uotis habet, quām ut te p̄f̄ente perpetuo liceat frui. Tu
tam sese non credit, cum abs te non uīdetur, afflictiā putat, simul atq; te non uidet. Pro
inde cum non ignoraret uxori tuæ causam profectionis esse magnopere pīam, nempe ut
amāptissimis parentibus, & si nondū ætate fessis, tamen iam senectā limini (ut uocat Ho
merus) uicinis, desideriū sui copia explereret: tibi uero etiam grauissimā, nimīrū ut opulen
tissimi, florentissimiq; Hispānarum regni habenā, quas iam fatis tibi destinatas appetit,
mature tuis manibus admouerentur, atq; assūserent. Necq; nō uīdit quāntopere & illius
interesset īpīj, ad factiones domesticosq; tumultus p̄cludendos, ut tu illi, uiuo adhuc
sacerō, iniuarere: & sua ipsius referret suas opes tā magnifica accessione augeri fulciriq;

Summa argū
menti exposit
ta propositi
one

Ad hæc cum memoria teneret iam olim, etiam priusquam nasceretur, prædictum ab astrolo
Astrologi pro gis (si qua modo huic hominū generi fides) te & fatalem quendam nostræ fidet mūrum,
gnost& & Turcarū eversorem aliquando fore, seiretq; Hispaniam unicum Christianę religionis
 propugnaculū esse, non potuit sibi non blandiri, cum conspiceret tam tibi decorum, & im-
 mortalis gloria tuae uelut oportuniſsimū quoddam theatrum apparari. Videlicet & alia quæ
 prudens hoc loco prætereo. Quorum si nihil fuisset, certe illud non nesciebat, semper hoc
 egregijs heroib;is, tum ad gloriam magnificū, tum ad bene uiuendum salutare, tum ad ge-
 rendū imperiū conducibile uisum, Iustrandis uarijs regionibus & in multorum regum
 noticiās beneuolehtiāq; uenire, & plurimarū rerum usū. Vlysseam quandam, hoc est ui-
 ualim parare sapientiam. Cum hēc, inquam, tam multa sciret patria, tamen ó deum immor-
 talem, quot illa modis obnoxia est, quam grauatim, quam uix sibi extorsit, ut tuæ subscribe-
 tet uoluntati: Non quo tuæ sublimitati præire cuperet, aut consilium tuum parum pro-
 baret, alioqui non salutare modo, uerum etiam necessarium, sed quod amori in te suo non
 satis imperaret. Atq; hoc solo nomine minus morigera uideri poterat, quod effusissime
 diligeret. Qua quidem eius contatione, tuus iste clementissimus animus, nō solum offen-
 sus non est, quin potius bisfariam illius pietate gaudebas, & quod tam sollicite amaret, &
 quod hunc ipsum amorem charitate tui uineceret. Amoris erat, quod te carere non pote-
 rat, amoris uictoria, quod nolle non poterat, quicquid principem uelle animaduerteret.
 Porro cum fortissimus sit amor, ut qui iuxta ineslytum poetam uincat omnia, fortissimo
 fortius sit oportet, illum ipsum omnia uincenre uicisse. Nam igitur profectionis causa ram
 multæ, tam graues erant, ut ea uel cum magno periculo fuerit suscipienda. At satis si que-
 bat nihil esse extimescendū, nisi si quid fatale incidisset, & tamen quid tandem illa sibi pe-
 ticuli non fingebar: Quid non anxia pertimuit: Profectio nimis quam uere scripsit qui-
 dam, Res est solliciti plena timoris amor, quippe qui tutissimis etiam in rebus, perinde uē
 in magno discrimine trepidare consuevit. Terra iter agebatur, Gallias omnes tutas tibi
 præstabant, uel dati obsides, uel quoquis pignore certior Ludouicū regis in te animus, præ-
 ter cognationis uinculum, patrio pene animo tibi dediti. Hispanias item Ferdinandus &
 rex & sacer & tuisitentissimus obtinebat. Sabaudiam soror Margareta. Germaniam pa-
 ter Maximilianus, & tamen haud aliter tibi pertimuit, quam si uitam tuam hyberniſ flu-
 cibus commisſes, quam si bello uehemēter anticipi caput exposuſſes, nequaquam uel
 tuæ, uel tuorum uirtuti diffidēs, quam alioqui difficultimis quoq; rebus parēt esse cogno-
 uerat, sed charitatē indulgens suæ, nimiq; foras, si modo in principem optimum ulla po-
 test esse nimia patriæ. Quo leuior timendi causa, hoc insignior timetum pietas. Non tam
 anxia sollicitudine quondam Rhoma dimisit, uel Scipionem nondum Aphricanum, uel
 Paulum Aemilium, cum alterius adolescentiæ ab hoste insidiosissimo simul & crudelissi-
 mo, alterius senectæ ab opulentissimo non iniuria metuendum esse duxisset. Alexadrum
 Seuerum, quo uix alius fuit princeps laudator, certatim & senatus & populus deama-
 bat. Eum cum ista fermè ætate, qua tu nunc es, ad Germanicum bellum proficisci eret, &
 & oppido quam inuitus dimisit, & uniuersus per centum & quinquaginta passuum mi-
 lia deduxit, multis quidem cum lachrymis, magnoq; cum animi dolore. Vi patia uota fa-
 cias, certe hoc calculo uincit tua patria, quod hos affectus exhibuerit ad res tranquillas
 eunti. Non tam misere metuit noua nupta dulci marito, nauigationē periculosam pāra-
 ti, non delicatus mater filio in grauem militiam abituro. Atque interim (ne qua fuci pos-
 fer esse suspicio) erat affectus hic priuato simillimus, tum communis omnium sollicitudo,
 idem uultus, eadem uota, eadem uox uniuersorum. Raro idem fingunt multi, nunquam
 uniuersitas, præsertim perpetuo: Graui nimirum argumento tua tibi gens declarauit,
 quos animos tibi gestura, quam operam nauatura sit, si (quod omen auertant superi) res
 incidat cum hostibus, quæ tam officiose timuerit in rebus pacatissimis. Quid enim non
 factura sit pro eo Principe in discrimen adducto, quem simul atque uidere desit, incol-
 mem se se nō putat: Nec uero simplex erat timedi ratio. Siquidē nō nunq; ea ferè metue-
 bat, que liberis solent patentes propitijs, interdū simile quiddam patiens, quale (iuxta Mi-
 tionem Terentianū) uxori rata patitur, atq; zelotypa, diuersa quædā formidabat, utrāq;
 licet post felicem euentū inaniter, neutra tamē neq; stulte planē, neq; maris, ut gracieſ
 quantur, aut abs re. Quanq; & in his q; temere timent, grata cōsueuit esse beneuolētū.
 In altero

Paulus Aemilius

In altero hanc ueniebant in mentem aestuaria illæ uolubilis heræ uitissitudine, dubiaq; Pericula p̄tōs
tempestates, ac ludus ille fortunæ insolens, quem in rebus mortalium assidue gaudet lu-
dere, cuius etiam tranquillitas cordatis uiris consueuit haberi suspicio. Succurrebat illud fessionis
Maronis: Nusquam tuta fides. Tum quām nihil in rebus humanis stabile, quantæ pro rē
nata mutationes animorū. Meminerat non raro accidisse, quæ ne timeri quidem poterat.
Reputabat tum longinqua, tum hybernæ peregrinationis incōmoda. Intelligebat cōmu-
nia illa, morbum, ruinam, prodiciones, uenena, milleq; id genus fatorū insidias, nusquam
non posse obtingere. Recursabant animo nonnulla, tum exterorū, tum nostratum prī-
cipuū exempla: quibus eiusmodi profectio, quæ tibi fauore numinis feliciter cessit, exis-
titum attulisset. Perpendebat quantum honorū in te possideret, & quantū factura iacturæ
fuerit, si quid accidisset. Nō ignorabat omnē suā incolumente, fortunas, opes, pacē, otium,
breuiter uniuersam felicitatis suæ summā de tua unius salute pendere. Deniq; modis oī-
nibus hoc magis tituiit tibi, quo mihius & per ætatem, & inuictū animi robur timebas tis-
bi ipsi. In altera rursum tangebat interdū animū (cur enim iam non audeā fateri) ne forte
sic te regna aliena caperet, ut sui minus meminisses. Verebaſ ne qua pars orbis magis blā/
diretur oculis tuis, ne scilicet hactenus in delicijs domini sui nō prima modo, uerūtiā so-
la, regionem ullam pati cogeretur, uel parem, uel etiam priorē. Et sciebat illud hominum
more euenire, ut nouus amor ueterē, ueluti clavis clavū, pellat. Ad hęc legerat audieratq;
Hispaniam uix ulli terrarū amoenitate cedere, regnum opibus uirisq; florentissimum, re/
gem ac reginam tui cupientissimos, gentem principibus suis obsequentissimā, mireq; de/
ditam. Hęc atq; alia permulta colligens, aliud ex alio cogitabat, idq; fere in peiorem pat-
tem, ut ait **Comicus.** Nihil autem omnino tantū ducebat, ut te diutius carere uelleret, memor
uetus illud agricolarū adagium, Frons occipitio prior est, non tam in uillis, quām in impe-
rijs uerum esse. Ceterū quantū ad desiderij molestiā attinebat, reliquerat nobis tua subli-
mitas liberos treis, bone deus quām mira frontis indole, quām iucunda totius oris simili-
tudine te nobis ueluti referentes. Ac multis quidem ad desiderij lenimentū, uel erea signa
suffecerunt. Alijs sat fuit, esse qui absentem nomine tantū redderet. Suffecitū fuerat eſſli
ctim amanti Didoni, si quis ei paruulus in aula lusisset Aeneas. At ne tam multiplex qui-
dem solatiū mederi poterat impatientiæ desiderij nostri, cum non unus, sed tres quasi Phi-
lippi nobis in aulis lusitarent, totq; uiva tui simulachra, te nobis nō semel præsentem red-
deret. Adeo magis unum illud malū obuersabatur animo, quod discederes, quām reliqua
omnia cōmoda quæ manebant. Deum immortalem, quām insolita illa rerum facies, cum
abeuntem te patria udo (ut ait ille) gaudio deduceret, plausum cum geinitu, cum uero do-
lore non fictam læticiam, ingentes spes cum summo metu pēnē ex æquo miscens. Miro
modo res tam natura pugnantes, intra eadem præcordia simul aestuabant, ijsdem pariter
uultibus eminebat, ut prorsus incertū diceret, lætior ne fuerit, quod te uideret, an tristior,
quod mox non effet uisura. metū ne delectior, ne quod fatum, tuum sibi redditum inuidet
ret, an spe erectior, quod hoc læticiae fœnore sic oneratum hunc diem aliquando conspi-
ceret: Quæ tum regio, quæ ciuitas, quis uicus, quæ domus non gestiebat, uel à suis reuelli
sedibus, ac ducem sibi uita quoque chariorem in omnes casus comitari? Quis tuorum
non præoptabat tecum, atque adeo pro te subire, quicquid tibi timebat, potius quām & à
periculis, & à tuo conspectu abesse? Vt te faustis omnibus, ut religiosis comprecationis
bus, ut sequacibus oculis prosequebamur iam ditionis tuæ pomerijs excedentē, oculis
quidem quoad licuit, uotis autem per omnia comitantes. Quām tristis deinde, mox &
tunc simillimus squalor omnium uultus occupauit. Cui genti, cui ciuitati non inuidit
enuscit quanq; tuus aduentus exhilararat, nulli nō lætissimus, sed iam sine nobis. Quām
auidis auribus omnes de te rumusculos captabamus. Quām sitienter, quicquid illa **Græci**
uatis Ossa, poetarum dearum linguacissima in vulgus sparserat, facta atque infecia
canens arripiebamus, uidelicet ad gaudij, doloris, spei, metusq; nostri alimoniam. Vt
confernarunt omnium animos, cum alia quædam tristiora, tum nuncius ille de affli-
cta Principis ualetudine, & bis, & nimium uerus allatus? Vt nups erexit de recreata,
ut mihi planè uideretur patriæ pietas, & morbo ducis sui ægrotasse, & eiusdem sanitate
reualuisse. Quid ego hic de publicis uotis dicam? Erāt, nec hi pauci, qui priuatim pro tua
salute uota nuncuparent, non aliter q; in morbo parentis aut filij. Necq; deerant, qui non
fuerint

*Litus Hispaniæ**Abitus Philippi*

fuerint dubitaturi semet pro tua incolumentate detinuere, nisi morem hunc Christianam lex improbarer, & tibi displiceret quæcunq; cum pietate coniuncta non sunt. Neque certius timuit (opinor) P.R. Claudio Cæsari per id temporis etiamnum gratiosissimo, cum Hostiam profectum, ex insidijs perijisse falso rumore esset in urbe dissipatum, neque contans incolumentatis illius fidem admissit, quandoquidem hodieq; non desunt, quibus te sospitem esse uix tot oculi testes, uix deniq; ipsorum oculi fidem faciant. Utinam interim tuorum uultus, uoces, animi, auribus atq; oculis tuis paruiscent. Vidisses unumquenq; quasi domesticarum fortunarū oblitum, de tua unius salute discruciar. Nec aliunde interim sermones hominū in conciliabulis, in conuiujs, in cōgressib; nisi de Principis ualeudine. Nullæ alij domesticæ confabulationes, ad suos cuiq; lates, & foculum familiare, ubi nulla neq; gaudenti neq; dolendi necessitas, sed libere suas quisq; curas solet effutire. Nunq; illa tam usitata tamq; solēnia fuerunt in occurrib; ut uales, quid agitur Satin' recte. Saluan' omnia, quam tum erat hæc, Ut ualeat Princeps? Quid agit Princeps? Satin' recte res habent Principis: Satin' saluer! Iam rursum minus trita in discessu illa, uiue, uale, bene sit, q; hæc, Viuat inlytus Princeps, Bene ualeat optimus Princeps, Bene sit illustrissimo Principi. Desierant homines sibi fausta precari, omni cura uidelicet in te unum auersa. Nimirum hoc sentiebant, Viuimus, si uiuit ille: male nobis esse non potest, si bene sit illi. In tutus sumus, si ille est incolmis, de unius illius fato, oës nostræ pendent fortunæ. Vererer non nihil, ne posteritas hæc à me iatndendum per adulatioñ alleuata, sit iudicatura, nisi multorum annalium fide persuasa crediderit, nullum unq; memoria hominū Principem extitisse, addam illud, ac ne in literis quidem extare, quem sua patria dilexerit, aut syncerius, aut ardenterius, quicq; inuicem suos impensis amarit: præsentium quidem neminem arbitror esse, quin intelligat me omnia, etiam si maiora fide, uero tamē minora referre. Porro apud posteros facile me à uanitatis suspitione vindicabunt, cum alij scriptores historiarū, tum Gulielmus Hermannus meus, quem equidem in hoc tam splendido cœtu honoris causa nominio, uir unus inter doctos optimus, inter bonos doctissimus, qui iam pridem res tuas ornatissime Princeps, maiorumq; tuorum, Luiano penè ore petgit immortalitati conferre. Sed hactenus quidem de discessu tuo, nunc de cōmoratione pauca. Auxerat enim & sollicitudinē et desiderium nostrū, mora opinione diuturnior. Nam ut zelotypus amor semper peiora ueretur, ita uotis impatientibus nulla non lenta festinatio. Papæ, quam longus ille annus, quam tardi menses uidebantur nobis, quos sine te egimus. Cui non biennium illud, ac ne illud quidem exactū, lustro uisum est prolixius. Haud aliter cupido sponsi tarda ingrataq; fluunt tempora, sic piger annus. Pupillis, quos dira premit custodia matrum, Sic horæ numerātur anxie parenti, ad diem promissum reducē expectanti filium. Nec non erant qui iam in te Græ cū illud prouerbiū usurparent, ut Callipidem dicerent, non quidem per iocum, ut olim iactatum est in Tiberium Cæsarem lentius absentem, sed plane per impatientiam desiderij serio. Quin etiam interdum quasi desiderio fatiscens patria, nunc temporis tardius eunti, nunc ipsis te remorantibus negocijs indignabatur, nunc in te ipsum p̄ijs conuicjns stomachans, præsentiam tuam hac ferme oratione reflagitabat.

**Mirum absch
tis Philippi
desiderium**

**De mora prin
cipis in His
pania**

Protopopœia

Quis quæso tādem morandi finis inuictissime Princeps, ipsa mihi luce charior? Quo nos patriæ stri tibi cura recessit? Ergo ne ego ex isto pectori potui elabi, quæ te feliciter in lucem eduxi, quæ blande gremio soui, quæ in istum ætatis florem educaui, non sine negotio. Si non prius istinc temet auelles, quam Hispanias tui copia satiaris, quam socero sociuicj suum expleris tui, quam sororis charitati, quam parentis pietati satisfeceris, haud quidem scio an unquam te sim uisura denuo. Quod si quis magnitudine desiderij mei, temporuta spacia metiat, iam plus decennium abfuiisti. Multum quidem Hispaniæ debes nomine affinitatis, at plus mihi titulo pietatis. Liceat enim hoc mihi meo iure dicere. Dederit illa sancte quondam sorori maritum, tibi nuper uxorem, at ego uitam dedi. Illi inaugurus es, mihi natus. Fateor omnia debere me tibi, sed tute uicissim debes mihi. Audacter quidem hoc, sed uere dictum: nam scio Principi, non tyranno loqui. Neque adeo me clam est, quod tibi iam olim de te præsigit orbis, & iamdudum res ipsa declarat, te unum multis acuicj mis imperij cœlitum decretis Principem esse destinatum. Alia te terra regem, alia ascendet Imperatorē, alia alij titulis adoptabit. Que quidem ut tibi in hicq; fausta ac felicitate p̄ecor. Cæterum ego ut opibus uincar, ut splendore cedam, ut omnibus deniq; calculis finis

sum īferior, hanc certe propriā mihi gloriām tuebor mordicus, quod sola Prīcipem genui. Sit aliubi cōlum quantūlibet amoenius, meum tamen primum haūisti. Sit aliubi terra feracior, hæc una primum te exceperit, hæc nutricauit. Si uerum est, quod mira quadam natale solum dulcedine cunctos Ducit, & immemores nō sinit esse sui, ego tua cunabula seruo. Hanc ob causam Iupiter (ut est in fabulis) non minus Creta sua quām coelo ipso delectatur, quæ tamen aluerit modo, nō etiam genuerit. Vlysses cum laute apud Circen & Calypso haberetur, cum peragrato quām late patet orbe, præter illud prodigiosæ feritatis Aegypti Delta, tot opulentas amoenasq; regiones uidisset, ad asperam tamē Ithacam suam per tot discrimina rerū properabat, malens in patria quālibet tenuiter agere, quām apud deas nectare ambrosiacq; pastus ἔγειρος (ut ait Homerus) uiuere. Vespaſia no Cæſari Cosana illa uillula in qua natus erat, adeo in delicijs fuit, ut ne imperator quidem unquam desierit frequentare, quæ hominem tantum produxerat. Necq; in ea quicq; mutari passus est, ne quid oculorum consuetudini deperiret, abunde satis magnam causam esse statuens, cur eum locum anteponeret omnibus, quod illic primum uagijisset. At ego te non hominem tantum, non priuatū modo, sed Prīcipem, & Prīcipem florenſisūm ædidi. Quia genui, repeto ut filium: quia nutricaui, reposco ut alumnū: quia prīcipem genui, repeto ut parentem. Tandem aliquando te mihi redde, tot nominibus debitum, atque ita demum me mihi reddideris. Quorsum enim me hacenus iacta uī felicem, si bono meo fruuntur alij? Tangat, tangat aliquando quæſo, animū istum tuum, nulli non mitem, uel parentis priuata charitas, uel imperij publica solicitude. Postremo uel tantisper te mihi fruendum permitte, dum meis delicijs dīsco carere. Et huiusmodi quidem querimonijs, quas tum impatiēs dictabat amor, patria te sibi à teipso reflagitabat. A superis autem quibus te proficiscentem cōmendarat, quid ego nunc referam, quām ardentibus uotis publice priuatimq; tuam celsitudinem repoposcerit? Quām sedula pietate, quibus sacrīs, quibus precib; numina demererit studuerit, ut illorum munere hunc festiuissimum diem aliquando cōspiceret? Graue pietatis erga Prīcipem exemplum multis uidetur, quod oīm omnes P.R. ordines, in Curtianum lacum quotānis ex uoto stipem iaciebant, pro salute Cæſaris Augusti, quo quidem uno prīcipē nemo fuit unquā patriæ charior. Maius autem, quod calendis Januarīs strenuū in Capitolio mittebant etiam absenti. At hæc non superstitione assentatione, sed religiosissima pietate, non prophaniis uictimis, sed purissimis uotis, nihil aliud optabat à superis, nisi Prīcipis reditum & incolumem & maturū. Hoc unum publicis priuatiscq; precationib; hoc per omnia tempora quotidianiis sacrīs, hoc identidem iteratis oppidatim supplicationibus solennibus, hoc monachorum, hoc deo dicatarum uirginum pietas, hoc clerū om̄is, hoc professe quisq; deum optimum maximumq; exorare satagebat: ut qui Prīcipem sui similem, id est, optimum item maximumq; dedisset, idem redderet, tantumq; munus suum nobis seruaret incolume. Enaudiuit pia uota numen exorable, et benignitate sua uicit etiā spes nostras. Nam quæ omnino uota magis pia uideri debet, quām quæ pro tam salutari Prīcipe salutis cauſa suscipiuntur? Aut quod eximiæ pietati maius præmium, exorati coeliates queant persoluere, quām ut Prīcipem donent Philippe tui similem? Preciosa autem munera, nonnunquā plus habent gratiæ redditū, quām habuerint donata. Restituit enim te uotis patriæ deus, nō tantum integra sorte, uerum etiam cum accessione hauquaq; me diocris usurp. Neg uero suum in te officium nunc iactitat patria, quippe quæ suo animo nullo erga te officio satisfacit. Verum hæc eo libentius commemoro, quod synceram ac prorsus raram quandam tuorum in te pietatem testificantur (qua re, quid esse potest sanso Prīcipi magis optandum?) tum quod hæc tibi planè propria cōtigerunt, necq; enim cum ullo uel ueterum, uel recentiorum Prīcipum cōmunia, quorum permulti complures annos bellī causa, à suorum oculis absuisse leguntur, nemo omnium sic, ut tu desideratus, tanto confensi, tanto ardore, tanta sollicitudine, idq; uotis etiam domesticis, quæ facum & assentationē nesciunt. Ut nobilitate Cecropem, ut felicitate Polycraten, ut opibus Crœsum, ut copijs Xerxes, ut uictorijs C. Cæſarem, ut triumphis Pompeiū prædas, nihil tamen maius dare possint superi, quam hunc tales in te amando tuorū consensum. Etenim ut ne cōmemorem, quā subinde ciuitates priuatīs decretis, legatos ad tuam amplitudinē tre iussent, qui ciuiū uerbis & salutem annūciarent, & operam officiūq; deferrent

Optatus Pble
lippi reditus

Legatiōes cre
bre à ciuitatib;
tibus

deferrent, quorumque oculis te uelut interuiserent, uix etiam suis de tua incolumente credi
Certissimum ar turæ. Illud uero quam insigne uera pietatis documentum tua gens dedit, quod te & pro-
 gumentum ue cul, & diutius absente, penè religiosius se in officio continuerit, quam si praesentem ui-
 ri amoris disset. Non temere priuata domus in officio perseuerat, si paterfamilias diutule foris cessa-
 uerit. At in tam uasto ditionis tuæ corpore, quod ex tam diuersis lingua, moribus, inge-
 nioque membris constat, nulli interim coorti tumultus, nulla nouarum rerum molitus, pro-
 se quoque dante operam, ne quid existeret quod hanc lucem nube aliqua tristitia offu-
 scaret. Itaque quod alijs in populis praesentis domini metus non impetrat, hoc tibi patriæ
 pietas ultro præsttit absenti. Praesens absensque idem erit, à Comico sene dicitur, in filium
 amore non metu fungentem officio. Verum hanc quoque pietatis laudem Philippe, tua
 patria superauit, quam absentia tua nō modo non fecit licentiorem, sed redditum etiā offi-
 ciosorem. Tanti igitur fuerat (etiam si nihil aliud) ista peregrinatio, ut haec tuorū in testu
 dia, hunc ardorem, hos animos, certioribus argumentis haberes exploratos, atq; absens
 deniq; disceres, & quantū ipse nos amares, & quanti uicissim à nobis fieres. Nostra quoq;
 retulerit te abfuisse, uel hoc certe nomine, ut quantopere simus te Principe felices, melius
 sciremus posteaq; caruimus, & audius posthac iucundiusq; frueremur recepto, q; ante
 nato, q; inaugurate: uerum his de rebus mox suo loco plura. Nunc & animus mihi gestit,
 & omniū uultus iam dudu flagitare uidetur, ut totius peregrinationis tuæ decus, splendo-
 rem, festiuitatem, amplitudinem, quasi memoriam oculis nostra repræsentet oratio, simul uti
 praesens læticia, quemadmodum doloris, ita & felicitatis præteritæ recordatione cumule-
 tur: simul ne nesciamus, quātis nominibus deo rerum tuarum fortunatori gratari conue-
 nit, cuius unius benignitati acceptū ferri oportet, quicquid omnino in uita feliciter eue-
 nit. Quid autem aliud fuit fortunatissime Philippe, tota ista tua Galliarū, Hispaniarum,
 Sabaudia, Germaniæq; peragratio, q; perpetuus quidā triumphus, isq; multo omniū læ-
 tissimus, ornatisimus, magnificētissimus: Inter innumerabiles Romanorū triumphos,
 nullus (opinor) laetior extitit, q; Scipionis Africani deuictio Hannibale, nullus magni-
 ficentior, q; Pauli Aemilij, capto Perse rege Macedonū. At posterior hic laudatam illam
 multorū literis pompam triduo circuigit, alter uno die, utriusq; spectaculo non nisi una
 Rhoma lætabatur. Tu uero unus tot gentibus iam plus annum triumphum exhibuisti,
 eumq; perpetuum, nisi quod toties nouus uideri poterat, quoties aliud adires oppidum.
 Adeo quoquo uersum te reciperes, ibi protinus om̄ia gaudijs, gratulationibus, plausibus
 perstrepebant. An uero lætius spectare oculis opima spolia, arma cruenta, hominum ca-
 pita præfixa pilis, catenatum hostem, incondito saltatu lasciuientem militem, multaq;
 id genus alia, quæ uel commiseratione fortunæ communis lachrymas excutiant intuenti-
 bus, uel periculorum recordatione pauorem incutiant: quam uideret tot insignium proce-
 rum lumina, uideret pompas tot conspicuis equis, tot pueris, tot puellis, non minus forma
 quam cultu uisendis, apparatas: uideret principem, pulcherrimum totius spectaculi mira-
 culum: Videret tot ciuitatum occursus, tot ornatisimas legationes, tot heroas, tot hero-
 nas, tot egregios praefules, tot illustres optimates, uideret solennes regum cōgressus, com-
 plexus Principū, tam uarias aulicorum procerū ceremonias: Deniq; tam celebrem ubiq;
 festiuationē mortalium frequentiā: Num cum his ulla veterum supplicatio, ulla ouatio, ullus
 currulis triumphus uidebitur conferendus: Illuc aliena calamitas crudelem oculis uo-
 luptatem adferebat, hic cōmune omnium studium mutuis gaudijs omnia serenabat. Illuc
 alienis malis pauci fruebantur, hic uno te ex æquo fruebantur omnes. Illuc aut irritato ho-
 ste bellū atrocius metuebatur, aut confecto nō nisi unius gentis arma ad tempus repressa
 erant: hic pacem æternā sperabant omnes, te quasi fatale signum ostendentibus superis.
Triplex Au-
gusti triūphus Cæsar Augustus cōtinuo triduo treis triumphos egisse legitur. Magnū quidē & memo-
 rabile, Verum medius, hoc est Actiacus, quoniā uictorum ciuiū monumenta quædā ex-
 hibebat, non potuit non multorū cum dolore lachrymisch spectari. At tua festiuitas, metu
 gaudia, mera tripudia habebat, nullo confiniō lucius inquinata. Quod quo magis perspi-
 cuum fiat ita habere, iam ad profecionis tuæ historiā accingar. Verum ne singulis cōme-
 morandis nullum inueniat exitum oratio, ex immensa turba rerum, pauca quædat, eaq;
 præcipua decerpam. Iam primum, quid unq; aut uisum est, aut etiam auditū, ornatius, læ-
 tius, festiuius eius diei spectaculo, quo tibi primum Francæ ditionis quasi limen ingressos

Ludouicus

Ludouicus Picardus praefectus, vir præter imagines factis quoq; & animo clarissimus; unà cum ornatissimo agmine procerum eius regionis occurrens & regijs uerbis salutem annunciat, & felicem aduentū gratulabatur optatissimo hospiti. Tum utroq; ex agm/ ne sese cōsalutantum lœtissimus fremitus, & undiquaq; aggratulantis populi uoces, iam inde nobis penè uelut de proximo exaudiebantur. An quicquam sol uidit eo conuentu magnificientius, cum te inclyta Parrhisiorum Lutecia, non ut hospitem, uerum haud aliter, atq; numen quoddam demissum cœlitus exceptit? Adeo, ut gens alio qui regum obse/ quijs impensisime dedita, nullum unquā suorū regum regalius acceperit, quam te hospi/ tem. Nam quid ego iam referam ludorum magnificentiā, quibus ingressū detinuit oculos, quid augustissimum purpurati senatus, quid frequentem laudatissimā illius scholæ, quid totius ordinis ecclesiastici solennem occursum? Quid undas illas hominum, ac maris in speciem, ad spectaculum effundentis sese multitudinis, que sic uias omneis, omneis campos, omneis domos late compleuerat, ut ea uel Xerxis uix ulli credita turba minor Lutetiae uideri potuerit. Habet enim urbs hæc una tria pariter ornamenta, quorum unum quodlī laus bet uix in ulla reperias alia. Clerum ornatissimum florentissimumq; scholam, qua nō alia uel numero frequentior, uel eruditissimis in omni doctrinarum genere uiris abundatior: Senatum, neq; minus grauem, quam fuit ille Areopagitarum Athenis, neq; minus celebrem, quam Amphictyonum, neq; minus splendidū, quam olim Romanus, ut mihi singulari quodam fato, maxima bona miscuisse uideatur, summam religionem cum summa eruditione, & iustitiam itē summam cum utroq;. Nam & clerum ornant literæ, & studia commendat religio. In senatu uero neutrum desideres. Quo minus mirum, si tanta tum ciuium, tum hospitum multitudine scater, quanta pro portione non alia sub ditione Christiana, ut regnum potius quam ciuitas, uel regni magis regina debeat appellari. Hæc igitur nihil omnium sibi duxit omittendum esse, quo tuum aduentum redderet ornatiorem. Etenim ut sileam uulgi in te studium tale, quale in alium extitit neminem, quid augustius potuit accidere, quam quod tres illi pariter ordines tam splendidū, tam graues, eodem dīc tibi ea detulerunt, quæ non omnibus regib; deferre cōsueuerant. Neq; minus gratum, quod postridie ornatissimus eius Academiæ Princeps & rector, celsitudinem tuam officiōse reuiseret, eamq; solenni oratione decoraret, quæ nihil dubito quin animum tuum multis modis delectarit, uel quod admirabilem quandam, tum eruditionem tum facundiam, tum etiam sapientiam præ se ferret, uel quod in ea partim qualis essem cognosceres, uirtutumq; tuarum quasi faciem intuereris, partim cōmonefieres, qualis esse deberes, uel quod tales scholæ totius animum in te testificateur. Illud uero quam plenum dignitas, cum postero etiam die, solenniter in uenerandum illum & regalem ordinem ascitus, in purpurato senatu purpuratus & ipse, quasi regis uice præsideres. Quo quidē die multis usum est ambiguum, tibi ne confessus ille, an tu confessui plus attuleris honestamēti, usq; adeo uterq; alterum decebatis. Quid ego nunc commemorem in tuæ clementiæ symbolum impunitatem concessam maleficis, passim in tuam gratiam apertos carceres, tota Gallia ueniam donata sanguibus, ne cui prorsus mortalium liberum non esset in Philippi aduentu gaudere. Quid alia permulta recenseā, quibus ea gens proprijs te regib; honore non solum æquauit, uerum etiam aliquanto anteposuit, idq; regis quidem iussu, sed ita uolentibus animis, adeo propensis studijs, ut cumulatissimam illius in te uoluntatem officio superarit. Etenim cum ille in mandasset, ut te nihilo secius, quam semet acciperent (quo-quidem nihil ab humanissimo rege mandari poterat effusius) plusquam iussi fuerant fecerunt, ceremonijs te illi adæquantes, studio præferentes. O rem nouam atq; inauditam, an uero creditura est ulla posteritas, Galliarum regnum tam singulari fauore, tam incredibili gaudio excepsisse eum Principeim, cuius cum auo proauoq; bellum atrox atq; cruentum toties gessisset, cum socero etiam tum recens gereret, cutis & cum patre armis esset conflatum; Sed obruebat horum omnium, uel sensum, uel memoriam fatalis quædam Philippe totius orbis in te tuamq; sororem benevolentia. Age uero q; triumphale illud ac fauorable spectaculum, cum te Ludouicus Christianissimus Galliarum rex in regia sua Blesensi non secus atq; filium, aut si quid esse potest filio iucundius, ineffabili gaudio consiperet, summa cum ueneratione exciperet, incredibili affectu complicitetur, regali magnificientia traxaret, sanctissima fide dimitteret, Certabat autem

cum marito inclita Gallorū regina, ne minus, uel comis, uel magnifica uideatur in dixi
rem tuam, quām ille in te fuisset. Porro præter immensum ciborum apparatus, quem si
Soloq; ipse uidisset, sordidum (opinor) se se exclamasset, præter ingentia munera ultra
citroq; commutata, quod tandem non ludorum genus in tuum honorem ædítum est his
diebus, quos inibi complusculos te regia comitas remorata est. Sed hæc quantūvis ho-
norifica, at illud erat gratius in uniuersum, quod per eosdem dies inter Rhomanorum, &
Gallorū reges æterna pax est promulgata. Quām autem officiū plenum, quod te regia
maiestas oppido Turonensi discedenter, ad quīgentos ferē passus deduxit, atq; inter
amplexus prosperum redditum precata omnia de se sperare iussit. Quo quidem loco sum-
ptus omneis quos uniuersus comitatus tuus fecerat, dicitur in se recepisse, id quod & Ble-
sis decem illis diebus antea fecerat. Iam uero prætermittam consimile, quacunq; ires ci-

Quō apud uitatum, ac procerum in te tuosq; studium, tum florētissimi Nauarorum regis incredibili-
Nauaros acr lem hospitalitatem, cuius pater paulo ante regali munificentia tuos omneis acceperat, at
ceptus sit. filius propter ætatem ferē æqualem, & par utrisq; regiæ formæ decus, fraternal quadam
charitate tuam celstitudinem complecti uidebatur. Is tibi iterum officiosissime præsto
fuit apud Baionam, Ea ciuitas est in Aquitania, extremus Galliarū limes. Omittā item

Quō accr dicere, quām iucundo miraculo machinis substructi nauigij in hanc urbem inuectus sis,
ptus in Hispa quātis honoribus triduo cobonestatus, quāta cum festiuitate dimissus. Nā eodem, quo ta-
nij; tum properabas, nūc nostra festinat oratio, nempe ad Hispaniam, cuius quanto cumula-
tiora fuerint tripudia, collatis utring; lāticis; caufis, coniicere magis licet, quām explicare. Siquidem uniuersum illud regnum, quo nullum hodie sol aspicit, neq; latius patēs, ne-
que florētius, quicquid opum, quicquid nobilitatis, quicquid ingenij, quicquid splendo-
ris obtinet, id omne certatim ad tuum aduentum condecorandum deprompsit, atq; effu-
dit. Quin insuper illas ipsas fortunas suas, quibus facile uincit omneis, animo quoq; suo
superauit, dum & quisq; pro se principum, & in cōmune omnes enixissime contendunt,
ut officium aliquod dignum tua sublimitate, dignum memoria sororis, dignum charitate
coniugis, dignum regis reginæ aduersus generum & filiam pietate plusquam paterna,
conferrent. Nimis itaq; longum fuerit, non dicam describere, sed uel recensere festiuitissi-
mos triumphos, quos tu Hispanijs, tibi uicissim exhibuerūt Hispaniæ, dum à uarijs opti-
matū pompis, plurimis occurrit locis, & ad singulas regiones, singulas urbes, singulos
uicos publica gaudia instaurantur, que cum singula fuerint summa, tamen omnia pariter
conflata, uel unicae illæ nonæ Maiæ uicerunt, in quibus Ferdinandus, unus sui seculi re-
gum magnificentissimus, nūquam tamen quam in te ornando uisus ambitiosior, præ-
missis agminatim tum aulicæ nobilitatis, tum ecclesiasticæ dignitatis summatibus, inter
Oleas (id enim nomen uiculio) & Toletum urbem, in tuos filiæq; dulcissimæ occurrit at-
plexus, atq; inter confertissimas plaudentium procerum, & aggratulantis uulgi cateruas,

Elizabeth
Hispaniarum
regina

in Toletanam regiam induxit, ubi rursus integrata lāticia, nobilis illa uirago Elizabetha,
digna prorsus quæ inter prīcas illas heroidas referatur, generū optatissimum, gnataq; iucundissimam obuijs ulnis excepit, ac lachrymis utrinq; gaudio manantibus, est exosca-
lata. Cuius diei cum neq; lāticia, neque splendori quicquam omnino putaretur adiungi
posse, tamen hunc quoq; omni decorū genere superauit, is qui ab eo quintus & decimus
est consequutus, quum in Toletana æde, uirginī matri facta, congregato simul uniuerso-
flore procerum Hispanorum, assistente omni fastigio ordinis ecclesiastici, auspice deo,
autore rege, presente regina, circunfusa ingenti multitudine officiorum ac magistratum
ciuium, Castellano regno solennibus ceremonijs insitus inaugurateusq; es, ac miro con-
sensu, & antehac inaudito omnium studio, in tua uerba iuratum. Cuius quidem diei ut-
luit æmulus fuit ille ad sextum Calend. Nouembris, cum simili solennitate, in urbe Cæ-
sar Augusta principatum Aragoniae susciperes. Quanta credimus uoluptate perfunde-
batur ea gens, iam olim egregia spectatrix uirtutum, cum te conspectio, intelligeret fortu-
natissimo imperio suo nunquam optimos reges defuturos, bisq; beatam se se clamitaret,
& quod omni uirtutum genere excellentissimo Principe uteretur, & quod per te similli-
mos illi successores sibi posset polliceri. Omnia porro & confirmatae spes, & gaudia
cumulata, dum inibi uxori munere diuino commodum ac feliciter enixa, parentibus qui-
dem in gremium mellitissimum nepotulum imposuit, tibi uero iam quartū patris nomen:
dedit

Partus duciſ
Se in Hispania

dedit; patriæ deniq; charissimum tui suiq; pignus reliquit. Quid, obsecro, tam lētūth, tam
 tempestiuum poterat uel uotis expeti: Quantam autē inter hæc uoluptatem animo per-
 sensisse credimus plentissimum pariter ac sapientissimum sacerum, dum uiuida adhuc us-
 ridiq; senecta & corām intueretur, in quem tuto tam florentis regni pondus inclinaret, &
 magna posteritatis parte iam tum oculis frueretur, natis natorum, ut ait Poeta, fors uisu-
 rūs (quod faxint superi) & qui nascentur ab illis. Ad utrumlibet multum iam erat causæ
 fortunatissimo seni, uel cur magis magiscq; liberej uiuere, uidelicet quo diutius te tali ge-
 nero, generiq; non dissimilibus nepotulis frueretur: uel cur æquiore animo sibi putaret ē
 uita migrandum, quippe qui uideret se optimi regis extremo uelut a clu perfunctū, po-
 stequam hoc quoq; prospexit, ne sibi deterior possit succedere. Siquidem Adrianus *Adrianidam*
 Imperator crebrius illud de Commodo adoptato legitur grati cum dolore dixisse: In cā
 ducum parietem incumbimus. Videlicet laudatissimi quiq; Principes nihil tam ad se per-
 tinere statuebant, quām ut imperij uices aut simili traderent, aut meliori. Sacerū autem
 fūtū; cum in omni uita nullum decoris genus omiserit, in quo non uel primas tehuerit;
 quo tandem animo fuisse credimus, cum uirtutum suarū circulum hac uelut extrema an-
 sa absoluisset, te parato non caduco pariete, sed planè muro aheneo, qui facile possis non
 solum imperij pondus, sed & illius gloriam sustinere. Sed quām hæc nō ficia gaudia, tam *Morbus Pbi*,
 ueras ille dolor, quo paulo ante propemodum eos exanimarat morbus tuus, qui te patu *Lippi apud*
 eis diebus apud Oleas affixit. Quod simul atq; regi renunciatū est, ut nihil expectatis ce *Hispanos*
 remonījs, quibus illum excipi conueniebat, ipse cum paucis trepidus atq; anxius accut-
 rit: Qui quidē morbus uel ob hoc ipsum diuinitus accidisse uideri potest, ut omneis amo-
 ris sinus atq; intimos pieratis recessus penitus excuteret, erueretq;. Quandoquidē & in-
 ter Principes uerum est, quod uulgo lactari solet, amicos secundis quidem rebus parati,
 cæterum non nisi aduersis probari. Ut tanti plane sit nonnunquam homini quædam pa-
 rum prospera incidere, quo norit exploratius cuiusq; in se se fidem. Nam integræ quidem
 res mortalium animos celant, at non Lydius lapis, melius purum aurum ab adulterino, q
 fortuna saeuiens fucatum amicum à uero discernit. Itaq; etiam si nōnulla in tua prosectio-
 ne inciderunt incomoda, ea tamen hoc tibi commodi præstitere, ut iam q; antea perspe-
 ciens habeas, qui te sua magis quām tua causa dilexerint. Quanquam in sacerō nō erat os-
 ptandum ullum argumentum, quemadmodum amaret, sed ultro tamen occasionem ob-
 fecit fortuna, qua magis eminuit, quām amaret effuse. Multipli itaq; scenore gaudiorū
 Hispanias cumulasti Principū illustrissime: primum quod tātopere optatus aduenieris,
 deinde quod feliciter reualueris, præterea quod nouus Princeps, ueluti iam exoriens rex
 Castellanæ Aragonicæq; ditioni sis inaugurate: tum autem quod gentem iam tuā pul-
 cherrima prole, eaq; inibi nata bearis, postremo quod te torum partim natura, partim tu-
 ipse talē finixeris, ut nulla non re uoluptati sis intuentibus. Adhæc quo propius quis tuas
 uirtutes inspicerit, hoc miretur magis: quo diutius, hoc satietur minus. Itaq; quas nō mo-
 rarum causas hinc sacer hinc socrus innexuit, ut te sero (nihil autē illis serum) à suis com-
 plexibus auelleres: Negi enim ita uehementer admirandum, quod te tam cupienter acce-
 perint, hoc miraculo dignius, quod sesquianno peractio, tamen sicutientiores tui reliqueris
 Hispanias abiens, quām adueniens offenderis. Sed quām illis diutina præsentis tui copia
 cupiditatem non expleuit, sed irritauit: ita nobis longior inopia, absens desiderium tui
 non solum non leniſt, uerum etiam acuit. Illud autem mihi suggestit interim ipsa profectio
 nis tuæ series, quam oratione sequor: in quo tu profectio generosæ mentis & regiæ cuius-
 tam indolis specimen dedisti: cum de uiolatis inducījs, quæ te autore inter Gallos & Hi-
 spanos intercesserant, nequaquam uel per literas, uel per legatos purgare te sat haberes,
 sed repetitis hac gratia Gallijs, coram ipse fidem faceres integratatis tuæ, nō quidem regi,
 qui te iam intus & in cute norat, sed ne uel apud primatem quempiam, uel apud mobile
 uulgu illa perfidiæ suspicio in tuis hæreret moribus. Intelligere mihi uideris etiam nūc,
 egregio principi non hoc modo præstādum esse, ne rei parum honestæ queat coargui, ue-
 rumetiam ne quis turpe quid de se possit suspicari. Id autem usq; adeo tua interesse iudica-
 bas, ut recti conscientia fretus, non dubitaris teipsum innocētia tuæ quasi uadem facere,
 maluerisq; de uita quām de opinione in dubium uenire. Sed recurro ad iter tuum. Ohiris
 igitur hunc ad modum Hispanijs, peragrat isiterū partē cū splendore Gallijs, multo lētissi-

rum diem Allobrogum finibus inuexisti: nusquam interim non excitata alacritate tenebas, dibili cum adires, nusquam non relicto ingenti desiderio cum abithes. Vides enim iamendum, quot oppida, quot pagos, quot arces silentio præteruehor, cum tu nihil horum sine festiuo fremitu præterioris, uidelicet exilientibus undiq; ad tui spectaculum, atq; etiam e longinquo accurentibus plurimis, ut neq; tam multos, neq; tam auide ad Cleopatram Aegypti reginam cucurisse crediderim, cum scenico quidem illo, sed prodigioso tamen apparatu, in Ciliciam ad M. Antonium per amnem Cidnum, aurea puppi, uelis purpuratis, remis argenteis, ipsa Veneris specie ueheretur. Quantus ille hominū cōcursus, quantus applausus & cum tibi florentissimus Sabaudia Princeps, sororis maritus, duci dux, iuuenis iuueni, pulcherrimo pulcherrimus obuiam properaret, cum amantissimo fratri illa, cuius hæc uocabulum appellatione refert, candorem moribus vincit, fuerit gratior q; ipsa est suo. Adeo fataliter omnium affectibus insedit, ut uix illa mulier tam cordi fuenie uni, quam hæc est uniuersis. Proinde uidere erat per ora spectantiū, tam amabilem fratris cum sorore congressum, passim manantes gaudio lachrymas, audire licebat latos undiq; susurros fausta precantium utriscq; plaudentius amborum pietati. Et quidem nihil unquā fuit pietatis spectaculo favorabilius multitudini. Neq; ullam tam efferam, tam barbarem nationem unquam aluit tellus, quæ huic affectui non impense fauerit. Cæterum cum iam uidelicet ordo pietatis adhortari uideretur, ut quod socero, quod sorori præstiteras, idem

Aduis in Germaniam præstares & parenti, in Germaniam properas, ubi quantum excitaris gaudiorum, iam dum (opinor) suus cuiq; suggerit animus. Quantis salijſſe tripudijſ creditus, ingens illud parentis optimi pecus, qui quidem sic te deamat, ut inter priuatos nemo uel indulgentius simus pater filium amet effulsius: sic impense tuis fauet incrementis, ut gestat etiam suam uniuersam & rem & gloriam in te transfundere. Huius igitur in te animum qui uocat, is facile æstimet, imò ne æstimet quidem, quantum ueræ laetitia in intimis illis pietatis adytis persenserit, cum te conspiceret tantis rerum successibus auctum, ut quem semper optarat, iam etiam auderet sperare, diem uidelicet illum, quo tibi comparatus inferior uideretur.

Reditus in patriam Verum à tali quoq; patre diuelli sustinēs, te patriæ uotis reddere festinabas, cui secundum deum primas pietatis parteis deberi, magnus autorū consensus est. Vides excellētissime princeps, quam nihil alleuem, quam nihil affingā, imò quam multa prætereat. Nuda tantum capita rerum attigi, & tamē ipsa per se simplex cōmemoratio iam dudum omnium animos habet attonitos, dum quisq; ex alijs alia coniectans, facile intelligit, q; insugnem triumphū, quanto cū splendore, quāto cum gaudio, quāta deniq; cū felicitate, per bonam orbis Christiani partem circumuixeris, inaudita pietate, te cognato, amico, socio, socrui, sorori, affini, parenti, patriæq; partiens. Etenim cum Gallia tantum in te conuallis officij, ut nihil accedere posse uideretur, tantum tamen adiecit Hispania, ut comitio ne parum præstisſe Galliam appareret, quæ citra collationem plus quam summa contulerat. Neque potuit soror impar esse socero, neq; non potuit omnes uincere pater, neque oportuit patriā ulli in officio cedere. Ita prorsus noua quadā contentionē ad ormandā peregrinationem tuam à multis certatum est, dum alij benevolentia atq; humanitate præcurri non uolunt, alios pietate uinci natura non sinit. Nulla autem gens fuit, quæ te non hominibus plus quam regiſ dignum iudicari, dum omnes quiddā in terregia maiestate præstantius ominus turatq; preſagiunt, nullas alias aues secuti, nisi quod hoc secū expendit, quo tu animo, quibus fatis natus, cui patri, cui succedas socero. Age iam (ſi liber) antiquitatis miracula in contentionē uocemus, dispiciamus num qua ueterū heroum profectione mereatur cū tua uel ornamentis, uel festiuitate, uel rerū deniq; successu componi. At quoq; niam fabularum fermè consimile est argumentum, duos ē plurimis, sed præcipuos præponamus, Herculem atq; Vlyssem: quorū alterius labores, & ad Gades usq; per graues orbis, fecundam ociosis ingenij canendi materiam ministravit: alterum decaduum textraria mariq; uagatum, tam insignem posteris fecit Homerus, quam ipse inter uates eximius.

Herculis & Vlyssis peregrinatio Neg; mea refert, si quis ista fabulosa dixerit, imò tam magis mihi res est cuim tam docet tamq; eloquentibus uiris, qui ea utiq; ad miraculū confinxerunt. Iam primū neto tam superstitiose fauebit antiquitatī, qui Herculanos illos labores, nescio quā speciosas certe calamitosas

sumitosis; et in quo felicissimo itinere conferendos putet. Siquidē tota tua profectio pulcherrimi triumphi simillima uisa est. Herculis peragratio, quæ so quid aliud, q̄ egregij cu*Herculis & philippi collectio*
 itadā latrocinij speciem præ se gerit? Ille gladiatoria audacia cum monstris depugnabat, tuā manifestati ultro monstra celerūt. Ille confectio uno atq; altero prædone, haud scid
 atq; pauculis agris ocī peperit, tu amplissimorū imperiorum conciliator extulisti. Etenim
 cuicunq; regioni tua sublimitas affulserat, eo protinus non pacē modo, uerum etiā lāeti
 tiam incōparabilem suo quodā faro adferebat. Sed uiuat Hercules. Nam cōtumeliaz spe
 cies est, cum hoc te comparare, cum quo Alexander Magnus, ne uerbo quidē sese confer
 ri passus est. Iam uero in Vlysses casibus, q̄ multa sordida, subdola, sycophantica, dum
 utrūcīo in cinere, ita in frondibus conditus dormit, dum Cyclopi dat uerba, dum in cori
 keto contextis ramis, nidum ac lustrum sibi parat, dum mēdici specie reuersus, à solis canis
 bus agnoscitur, cum tua contra peregrinatio semper sui similis fueris, plena dignitatis, ple
 nae celebritatis, plena magnificentiae. Et si libet felicitatis quoq; contentionē facere, ille nu
 trīnib; iratis, mille periculis obīciebatur, tibi coēlites omnes propitijs, fausta, secundaq;
 omnia reddiderunt, ut tu maiore laude pietatis, discrimina uitarīs, quām ille patiētia per
 iaperit. Ille supplex ubiq; atq; ignotus, tu nulli non regum, aut cognatus, aut affinis, om
 nib; autē non notissimus modo, uerum etiā egregie charus. Ille socijs omnib; ad unum
 amissis, uix solus domum rediit, tu tanto ē numero perpaucis desideratis, reliquū comita
 tum incolumem ouātemq; reduxisti. Ille exantlati tot miseriis laboribus, ob quos & diui
 nus poeta identidem *Vlysseus*, id est miserum uocat, familiam deniq; rediens funestam of
 fendit: tu tām lāta domi repperisti omnia, quām iucunda occurrerant reliqua peregrinan
 ti. Possem item Osiridis, Bacchi, Thesei, Aeneæ profectiones in hunc producere campū,
 sed malo te cum Solone uiro laudatissimo committere. Huius decennem peregrinationē *Solonis peregrinatio apud Herodotum*
 Herodotus Græca historiæ princeps tantū extulit, quantum ipse dicendo ualuit. Quem tu mihi tribus potissimum nominib; antecedere uideris. Prīmū enim Soloni haud qua
 quam par fuit suſcipienda peregrinationis causa, quandoquidem ille hoc agebat, ut suo
 rum inuidiam effugeret, tu ut tuas tuorumq; opes augeres. Illius abitus, haud ita multum
 aberat à fuga, absentiā nō admodum exilio uidebatur absimilis, tuo contra itinere quid
 esse potuit ornatus. Deinde éuentu, quāto tu prior, cum illi negatum sit, ciuitatem unam
 pacatam offendere: tu tam uastum imperium, non tranquillissimum modo, uerum etiam
 lātissimum repperisti. Postremo, ne hoc quidē titulo inferiōr tu, qui præcipue peregrin
 nationes istiūmodi commendat, quod per eas contingit multorum hominum mentes &
 urbes cognoscere, quemadmodum de Vlysse scribit Homerus. Neque enim alia uia per
 singi ad ueram germanamq; sapientiæ laudem putauit antiquitas, quām uarijs obeundis
 regionibus, comitus noscendis omnis generis mortalium ingenij, periclitandis, exercen
 distq; negocijs. Nam ex philosophorū literis somniculosum quoddam atq; inane sapien
 tiae genus parari, ceterum ueram sapientiam nihil aliud esse, quām plurimarum rerum
 usum, cuiū eorum quæ euenerunt fidem memoriam, postremo ex ijs consilium capere,
 quæ pericula ipsa rerum docuerunt. Proinde magno pere laudantur à doctis, uersus illi ex *sapiētia, uisus*
 Afranij Togata, cui nomen Sellæ, in quibus ipsa Sophia usu patre, matre memoria sese *memoria filia*
 prognata dicit. In eadem sententia fuisse uidetur Lacedæmonij, qui Apollinem sapientię
 præsidem τετράχαρα τητράστην, id est quaternis manib; totidemq; auribus fingere con
 suerunt, illud nimis innuētes, eum demum prudentē uitum haberi debere, qui plurimas
 res, tum gesserit, tum audiuerit. Ergo (ut cœperā) ne hac quidē in parte tu posteriores tulē
 ris. Etenim si uere scripsit Sophocles, Principes sapientum congressu prudentes euadere,
 potius quam lustrādis regionibus, tibi nimis contigit, cum tot regibus cōgredi, cum tot
 colloquiū legatis, cum tot magnatibus cohuiuere, tot gentiū, ciuitatū, familiarū linguas, cul
 tus, ingenia, mores, instituta spectare, atq; iſi totū tuū plura, tū maiora licuit experiri bien
 nio, q̄ uel Ithacensi illi, uel huic Athenensi deceim annis. Nam tantū temporis peregrina
 tūs Solon, errasse Vlysses legitur. Nec uero statim sapientior, quisquis plus montiū, flu
 minū, oppidorū, spectarit, siquidem haud rato Cœlum, non animum mutat, qui trans
 mare currunt; sed cui plurimum eorum, quæ tibi contigerit experiri. Verum fabulas atq;
 exempla nimis obsoleta iam ualere sinamus. Nec libet Pythagorę, Platonis, Apollonij,
 atque id genus aliorum qui celebrantur peregrinationem in comparationem adducere.

His enim (quae sunt modestia) sufficiet (opinor) suam peregrinationē in studiis orum tñ
minum conuenticulis prædicari, neque postulabunt eam cum rui itineris luce maiesta-
teq; committere. Ad historica pauloq; propiora ueniamus. E quibus mirum est, quanto
Alexandri re consensu, Alexandri Macedonum tyranni expeditionem Græcia, Cæsaris Italia mira-
gis &c. c. tur. At ego neutrā cum tua profectione conferendam esse contenderim, si modo rem
sari peregrī neque antiquitate, neque periculorum magnitudine, sed dignitate honestisq; rationibus
ratio, metiri uelimus. Nam per deum immortalem, quid erat omnino Macedonis filius profe-
ctio, nisi sua quædam tempestas, ac turbo fatalis, quoquo uersum ingrueret, bello, tumultu-
tu, terrore, cæde, sanguine perniscens omnia. A qua quidem specie haud ita procul abe-
rat C. Iulij decennis illa, Galliarum, Germanie, Britannieq; vexatio, cum tu interim,
quoquod te conuerteres, ueluti sol quidam, iucundo affulgens lumine, discussis undique
tristitiae nebulis, festiuis gaudijs omnia serenares. Neque prorsus aliter, quam simul atq;
nouum uer, terris hyberna niue horrentibus, suis illis fauorijs aspirarit, repente oenit
terum facies, mutato squalore enescit. Ita ubiubi locorum tua pompa appareret, aut
nunciaretur aduentus, illuc mox omnia, noua quædam latitia occupavit. Illi pacatas an-

Inducie inter
Gallos & His
Spanos

tea gentes belli furijs turbarunt, tu bello tumultuantia regna, pace tranquillasti. Eenim
cum socero tuo saevum atq; ardens bellum esset cum rege Gallorum, uterq; uolens suum
dolorem, qui nemini non fustissimus uideri solet, cōmuni in te charitati condonauit, sta-
timq; hostes suspensiō inter se Marte, ad te hospitem ornandum demerendumq; parisko
dio incubuerunt, ne scilicet non satis uacaret lœtas agere ferias, ubi cunq; tu adesses, nœc
usquam pax non esset, ubi Philippus esset ille fatalis pacis autor. Illi bellū materiam nō ali-
ter secum circumferebant, quam Cæcias (ut proverbio dicitur) nubes, tu ocium aut
auxisti aduentu tuo, aut fecisti. Illi irrumpebant, dira precantibus omnibus, tu acerbus,
inuitatus, efflagitatus ibas, sibi gaudentibus, tibi gratulantibus, beneq; ominantibus uni
uersis. Illorum aduentus improbis modo iucundus esse poterat, & qui iam fortunæ suæ
pertæsi, res nouas spectarent: tuus usque adeo nulli non lœtissimus fuit, ut sotibus etiam
ac maleficis (qui quidem sanabiles essent) fuerit optabilis, neque optabilis solum, uerum
etiam salutaris. Oportebat enim illos impunitatis donatae beneficio prouocari, ut se ad
frugem meliorem conuerterent. Illi itaque ex felicibus miseros, ex improbis facinorosos
aduentu suo reddebant, tu contra ex improbis probos, ex calamitosis felices faciebas.
Ad hæc illos transuersos agebat, uento, o gloria curru, te honestissimæ rationes ad capes-
sendum iter sunt adhortata. Illi famam undecung, tu non nisi honestam quæsiuisti, qua-
tamen uberioris ulro tuae modestia, quam illorum ambitioni respondit. Illi magna qua-
dam gesserunt, sed quæ optimo cuiq; non probarentur, tua non minus honesta, quam ma-
gna. Illorum remerita inuisa patriæ, damnata senatu, cruenta exercitu, exitialis genti-
bus: tua felicitas nobis salutaris, tibi honorifica, prospera comitatui, tuis iucunda, exte-

Adriani pere
grinatio

ris lœtissima. Age uero fam & Adrianum Imperatorem in primis laudatum, in hanc ha-
renam producamus. Hunc autem Spartanus autor est istiusmodi peregrinationibus invi-
pensissime delectari solitum, adeo ut quicquid in libris legisset, id oculis coram intueri
concupisceret. Eius tametsi fuit ferè pacata magnificaq; profectio, tamen multis modis
tuæ cedat oportet. Siquidem illi peregrinationem sola persuasit curiositas, tibi pietas: ille
le cupiditati indulxit suæ, tu socero morem gessisti. Ille animi causa multa uidere uelut,
te uoluptas ista secuta est, non autem affectata. Maius enim maius quidam tuum illud
peclius agitabat, nempe ut Hispaniam, Galliam, Germaniam, Britanniam, hoc est, orbem
Christianum, qui citra Alpes est, partim gratia atq; autoritate tua, partim foederibus, per
tim affinitatibus, æterna pace conglutinares. Postremo ille & Imperator, & fener, au-
men à nonnullis regibus contemptus est: tu & dux & iuuenis, à nullo regum nominis
habitum. Verum ne singulis conferendis infinitum catalogum contexam, illud in gene-
re asseuerauerim, nullius omnino Principis peregrinationem, neq; extare in monumē-
tis literarum, neq; in hominum hærente memoria, in quam tantum fauoris, tantu magis
tia, tantum festiuitatis, cum incredibili rerum omnium successu conuenerit, cuiq; tam
honoris in omni uita contigerit ambienti, quantum tibi duobus his annis ulro delatissimum
est. Quod si quibus hactenus uideor, non tam te, q; fortunam tuam prædicasse, atq; omnino
tuis laudibus deesse putabunt, quod licet amplissime tua felicitas rebus tñ
bus

bus enim est, uttus tamen nondum dubius in rebus ac bellis difficultibus speciata sic,
 his breviter sic responsum esto. Primū me non omniū laudum tuarum Panegyricum, sed
 propriam præsentis dīei gratulationē instituisse. Deinde nimis improbus uideatur īā nunc
 ab ista ætate, Nestorea facinora, aut Marianos casus omneis requirere, in qua spem & in
 dolem modo quandā gerimantium, ac uelut herbescentiū uirtutum laudare posse, abun-
 de sufficiat. Atq; a deo nequaquam me pœnitentia, tam egregia cōmoda, quae non à rāta for-
 tunā cuilibet homuntioni, sed à deo rebus hominū consiliente, donantur optimo Principi, in eius laude ponere. Neque enim rei cienda sunt, neq; passim omnibus contingit glorio-
 sa deorum munera, ut uere dicit Paris Homericus. Quinimò Aristoteles Peripæticæ fa-
 milia parens adeo nō contemnit etiam in priuatis fortunæ cōmoda, quæ uocantur, ut sīx in felicitate
 quidem ad bonam mentē (ut oportet) referantur, plurimū ad beate uiuendī momenti ad-
 ferre existinet. Porro autem in his, quibus non satis est bonos uiros esse, quicq; rem publis-
 tam gerunt, tantum ista ualere purat Cicero, ut inter Imperatorias dores, felicitatem tan-
 quam primariā extremo loco retulerit. Etenim cum nemo bonus princeps sibi tanū, sed
 multo magis patris felix sit, nullaq; alia sit regum ducumq; felicitas, q; ut suos felices far-
 citant, profectio nihil æque publicis uotis optandum, nihil æque gratulatione dignum, ac
 Principis optimi successus. Maxime quod plerung; rerum prosperitas cum innocentias
 sapientiarq; laude coniuncta sit, id quod & prudenter perspexit, & dixit eleganter antiquis
 eas, nimirum suos euigenores fortunam facere. Neque falso scripsit Homerus Iouem a/
 quam bona bonis dare, neq; raro uerū est Plauiniū illud, digna dignis evenire. Tum haud
 temere sit, ut recte consulta, non recte eadant. Siquidem, ut scripsit Libanius, qui pietate
 atq; honesto sua confusa metiuuntur, q; demū solent res ex sentētia evenire. Proinde si uel
 apud diuinos prophetas, res aduersa ab iratis, secundat à propitijs superis immittuntur,
 haud me pœnituerit, uel in grandiori Principis laudibus, felicitatis præcipuum calculum
 facere. Quam etiam si nemo de se p̄st̄at, eos tamen mores p̄st̄at, quibus ista felicitas
 uel debetur, uel certe datur. Postremo cum nihil aliud sit optimo Principi de sua felicitate
 gratulari, quam coelesti beneficētiae, cui summā honorum acceptam ferimus, gratias age-
 re, nihil præsentis diei festivitati magis congruit, q; ur oratione nostra cognoscāt omnes,
 esse se felicissimos, qui quidem diuino munere, charum cœlo Principem, omniumq; facile
 cum optatum, tum fortunatissimum habeant. Liber igitur etiam atq; etiam contemplari,
 quantum honorum unā cum principe nobis hodiernus restituerit dies. Juuat fortuna in
 se munificentiam, tuis cum meritis expendere, hoc est (dīcam enim crassius) considerare,
 quam tu amplissima ista fortuna sis dignus. Neq; tamen in præsentia consilium est uulga-
 ea illa è demonstratorijs locis repetere, non incomparabile generis tui decus, paternum cipis
 atque austum, imperatorijs imaginibus insigne. Maternum uero Carolo auo, proauo Phi-
 lippo superbū, quos utroq; sic pacis, sic belli decora nobilitarunt, ut cuius ueterum her-
 roum possint, non solum conferri, uerum etiam anteferrī. Non istam plusquam heroicam
 totius corporis speciem, procul etiam principem ostentantem, non eximā, sed decentissi-
 mā proceritatē, non insignem capitis honore, non uiuidum quasiq; aquilinū oculorum
 uitorem, non regiā oris dignitatem, ac toram faciem sic ex amabili quādā uenustate pari-
 ser ac maiestate temperatam, ut neq; gratia minuat reverētiā, neq; dignitas officiat gratiae,
 qualem arbitror fuisse illi, in quo uno quasi geminos uultus Martis atque Apollinis ap-
 paruisse, scripsit Calphurnius, idq; in rusticō quidem carmine, sed quo nihil possit dici mihi
 nū rusticum. Elucet enim omnino in te talis quidam oris habitus, qualem & hostes for-
 midare, & uereri improbi possint, boni uero non possint non amare. Istiusmodi figuram
 Achilli affinxit Homerus, Aeneas Vergilius, talem Africano duci tribuunt historiæ: quā
 sic augustam esse uoluerunt, ut nihil tamen amabilius, sic rursus amabilem, ut nihil augus-
 stius. Ut siue interim istos humeros, ista latera uiresq; quibusuis principalibus obeun-
 dis muneribus pares. Neid quidem referam, tametsi memorabile, quod cum pleriq; ne-
 cessē sit, imperium sibi multa cæde ac sanguine afferere, ferro tueri, periculo ac scelere
 propagare, tu sine ullo negocio, & in amplissima ditione natus es, & dījs (ut aiunt) homi-
 nibusq; plaudentibus ad maiora ultro ascisceris: adeo nihil in tua felicitate cruentū, nihil
 emptum cuiusquam malo. Non commemorabo in tuæ felicitatis exemplis nuptias Ion, Littis genero-
 ge auspiciatissimas, pueræ, quæ præter egregia regum parentū stemmata, eam pietatem, fissime domi-
 L 4 pudicitiam ne Ioanne

pudicitiant, modestiam, prudentiam in tuos thalamos intulit, ut plane digna videantur; quae cuius ueterum heroinarum, non tantum exquetur, uerum etiam anteponatur. Neq; enim ea Penelope castior, uel Claudiia religiosior, uel Cornelia Gracchorum nobilior, uel Lampido Lacena felicior, uel Alcestis uiri amator, uel Turia Aemilia moderatior obsequenter, uel Postia Sulpitia ue fidelior, uel Zenobia generosior, uel Niobe deuteris fecundior, iam enim quartu felicitet puerpera, adhuc t^a puella, te tam iubenem, toties fecit pulcherrima prole parentem, toties Hispaniarum Germaniarum gaudia, dato nepotulo instaurauit, nobis aut edito nouo. Principe lætissimas fetias peperit. Quae porro res altera tam salutifera im-
peri, tam idonea ad conglutinandam regnorū concordiam, ad publicam orbis pacem tenaci-
simis viribus astringendis bonorum Principis fecunditas. Fere enim (ut inquit Flaci-
cuis) fortis creantur fortibus, neq; imbelleti feroces progenerat aquile columba. Omnia
uero & illud, quod uix dum anetum sextum & uigesimum prætergresso uidisse contigit Fedo-
ricum auum imperatore, uirum profecto ipso imperio præstantiore, cum patre Maximi-
biatum inchyru Rhomanoru regem, & iampridē certis omnium suffragiis imperio paterno
destinatum, ad hac sacerdum Hispaniarum regem tot iam terris auctum, tot uictoria nobis-
lem, postremo libertas, quatuor, si nunc inde quadā diuina, omnia suadema de se pollicen-
tes. Haec inquam atque alia permulta sciens prætereo, quorū & si nonnulla tibi fortasse sunt
cum alijs Principibus cōmunita, haud tamē scio, an quisquam extiterit, in quem uisus
pariter tam multa tam eximia competierint. Nam ad eum locutus proprio, qui tibi pene
pecularis propriusque uidentur esse, quoq; tu inter omnes omnium seculorum fortunatos
Principes insignite præcellis. Nā & si nō paucis multis magnifice contigerint inuita, qui
Timotheus busdam etiam adeo indulserit fortuna, ut inde cognomen quāsierint, ueluti *Timotheo* a
fortunatus pud Gracos, Syllae apud Rhomanos, nullius tamē memoria extat, in quē unū totius pa-
Sylla felix tria, optimatum, regum, gentium, atq; orbis proprie totius studia, tanto ardore, tamq; fatali
quadam benevolentia consenserint. Cohenserint dixit: immo concertarint. Quis obsecro
uel eorum qui populares auras, epulis, munib; congarijs, sportula uenabantur, tam
Tuditanus gratus fuit unū multitudini, quam tu tam multis nationibus. Quando Tuditanus ille,
de rostris numos spargens in populū, tantū fucati favoris emeruit, quam tu uerata secu-
li tui beniuolentiā sola commendatione uirtutum parasti. Quis unquam tam charus regi-
bus, quis sic omnium ordinum, ætatum, apud suos, apud exterios, publice, priuatum, peni-
tus insedit affectibus? Quis te uidit unquam, qui nō illico amare cœperit? Imo quem nos
uel auditum modo Philippi nomine in tui cupiditatem accendit? Non efficacius *Magnes*
ctalybem attrahit, quam tu mortalium omnium mentes in tui charitatem rapis. Non tam
celeriter uicina flamma ad naphtham transuolat, quam facile tu in omnium pericula de-
scendis. Fuit omnino fatalis quādam uis diuinatus adiuncta nonnullis ducibus, ueluti *C.*
Cæsari, ut non solum aspergi, sed ipso quoque sumore, & hostibus formidinem incue-
rent, & suis lassescientibus animos redintegrarent. Sed quod illis ad bellū momenta fuit
additum, hoc tibi adest ad excitandam benevolentiam, ad dirimendā bella, ad pacem
Psylli populi conciliandam. Et quemadmodum Psyllis hoc natura, occulta quadam ratione dedit, ut
non solum in ipsos uenenum non habeat, uerum id etiam suci ab alijs eximane ita
usque adeo nullius odio obnoxius es, ut ad quosunque te recipis, ex eorum animis, si
multatum uirus educas. Negat sapientum quispiam illi esse quenquam amicum, cui nullus
sit inimicus. Ceneret (opinor) ille palinodiam sui apophthegmati, si te modo Philip-
pe uidisset, quem sic ætas tua deamat, ut non solum nemo tibi sit inimicus, sed & ex alijs
inuicem inimicis, facias amicos. Id ita fieri necesse est, dum & tu nulli non es gratissimus.
Titus imp. & nulli inter se possunt odire, qui idem uehementer amant. Titus impator, quod pia
amor mundi lo minus quam ceteri esset inuisus, orbis amor est appellatus. Hoc autem eloquunt, quod
nullum uirique potest esse pulchrius, in neminem uerius quadrat, quam in te Princeps
clyte, qui commune es omnium gentium gaudium, unicæ seculi tui delicia, fatalis regnum
amor. Nemo tuam famam auribus hausit, quin te & oculis contueti concupient. Quod
quidem cum fere contemptus autores esse soleant, te nemo uidit, quin pluris quibus
tea fecerit, nemo proprius fixitusque contemplatus est, quin magis suspexerit, nemo testis
consuetudinem egit, quin amantorem tui dimiseris, cum acceperis amansimem.
Tuum conspectum, tuum iniquam unius conspectum colloquium que rex Anglorum
Henricus

Henricus, sicut audeo expetiuit, ut ea gratia fretum illud suū, quo cingitur, transmittere non Henricus VII
 dubitarit, quaslibet in alterū orbem deuenire, id quod post afferū regnū anteā fecerat nūl rex Anglorū
 quam. In quo dubium uideri possit, magis te ornari illius iudicium uiri (ut quidlibet etiam
 sit) certe non stupidi, qui ob paucarum horarum congressum seū continēti credidet, re-
 licta insula, à qua non ignorari esse sibi periculosius excedere, quam ulli fuerit Dionysio
 Syracusis: an tua potius simplicitas, & sincera mētis indiuidua comes fiducia, qui te sub-
 moto satellitio, solum ac nudum Britannicæ fidei cōmisiteris. Tuum aduentum illustrissi-
 mus Galliarū rex Ludouicus usq; adeo exoptauit, ut te iterum atq; iterum per legatos in Rex Gallorū
 uitarit, sic te hospite lætatus est, sic tuo coniuclu delectatus, ut non tam tibi habuisse hono Ludouicus sūly
 rem seū, quam sibi plurimū dignitatis ex ea re accessisse existimaret. Sapiensissimus atq;
 fruicissimus rex Hispaniarum, post tam multas tamq; opulentas adiectiones imperio insu-
 las, post tot subacta oppida, post toties fusos barbaros, post tot uictorijs auctiū regnū,
 post tot immortales triumphos, hoc unum suae felicitatis numeris quasiq; circulo, deesse
 iudicabat, quod te nondum uiderat, quem habitus es et tam opulentę ditionis, & uiuus
 p̄cipem adiutoremq; & mortuus successorem. Itaq; ut id conficeret, legationib. mul-
 to ante p̄missis, nō minore tum ingenio tum studio annis est, q; semper maximis in
 bellis fuerat usus. Vterq; uero sui doloris in alterū obliuisci maluit, q; tuo conspeciu non
 frui, neuterq; alteri imputauit ad odium, quod ambo te certam benevolentia complecie-
 rentur. Iam uero quis est usquam illustrium Principum, qui tuam amicitiā non experat,
 qui non ambiat affinitatē, qui non aliquo necessitudinis genere tibi copulari laborete. Hic
 h̄c est Philippe pulcherrimus felicitatum tuarum calculus, quo fortunatissimos etiā om-
 nēs, albīs (uti dicitur) equis præcurrīs, ne in alijs quidē tamē ullo posterior. In cuius enim
 unquam sensis uita tot egregia decora, tot ornamenta numerari potuerunt, quot tibi cōti-
 gerunt adolescenti: Quid ego h̄c pergam tuam amplitudinē conferre cū ijs, quos in raro Catalogus
 catalogo feliciū posuit antiquitas: Age fiat, sed paucis. Prīmū autem silentio p̄tercurrā felicium
 Gygis fabulosam felicitatē, ne Psophidios quidem cōmemoratur, aut Telos, aut Cleo-
 bes & Bitones, qui si fuere felices, & sibi tantum fuerūt, & nullo fortunā beneficio. Nos
 de felice Principe loquimur. Porro Polycratī regi insidiatam suisse seū, non fauissē, exitu
 miserrimo fortuna comprobauit. Timotheo felicitas à malevolis probri loco obiecta est,
 uidelicet successum concedētibus, sed industriā detrahentibus. Metelli patrīs, orba lutni-
 nibus senecta, filij felicitatē offuseauit. Catinius audax ultor, tum inimicus Aemylianus
 Scipio: L. Syllam prorsus in hoc albo non posuerim, qui felix dictus est potiusquam fuit,
 autē fuit, sibi modo fuit felix, patriæ uero funestus. Augustum Cæsarem in hac censura
 triuera mortalitas nuncupauit, uerum si quis eius fortunas diligentius aestimet, nimis
 dubitare incipiet, utrum illi dies sapientius mater fuerit an nouerca, adeo magnis bonis, ma-
 xima malamiscuit. Sed inter rara fortunā fauētis exempla, illud in primis memorari so-
 let, quod Scipioni: quo duce nullus unquam R̄ homano imperio uel charior, uel felicior,
 nullus hostibus, necq; fatalis magis, necq; gratiolior tamen: isthuc ferē ætatis primum bel-
 lum cum Hannibale, deinde consulatus ingēti comitiorum consensu delegatus est. Equi-
 dem cum imperatore hoc, cui tantum formæ, dignitatis, animi, dexteritatis, consilij, felici-
 tatis diuinitus tributum ad res gerendas uidentur, quantum non alijs omnibus: tuam Phi-
 lippe celitudoinem, & sapientiam, & lubenter, necq; id sine laeto quodam animi præfigio,
 consero. Verum illi necq; perpetua fuit felicitas, & tibi penē in ipso uita limine contige-
 rant, q; multa quamq; insignia illi ne in tota quidem uita. Quę quidē etiam si tibi gratuito
 quodam numinū fauore tribuerentur, si maxime tanta cōmoda οὐδεὶς λύπης (urest Græ-
 cis in proverbio) id est, dormientis rete caperet, tamen principatus esset ista, si non Princi-
 pis felicitas, tamen si non tibi, certe patriæ gratulandum, certe gratandū superis, à quibus
 ista nobis per te proficiserentur. Nunc uero qui mores contempletur tuos, is non mul-
 tam successuum partē imputet cœlo, nisi illi & mores, & quicquid sumus, id omne semel
 deberemus. Si fortuna secunda nihil aliud est, quam propicij numinis fauor, eum nihil aet
 que conciliat, ac pietas. Ne apud homines quidem quicquam est una uirtute fauorabilis
 ius, amabilius, mirabilius. Ergo felicitatem istam non alijs q; tuā uirtuti debebas, nisi deo
 & ipsam uirtutem iuxta Christianam philosophiam deberes. Porro si qua omnino per-
 fecta felicitas in hac uita cōfieri debet, mirum nū ea est, cum ad egregias corporis dotes
 pares

Fortuna quidē

pares animi virtutes respondent, tum has quoque fortunae successus aderunt. In te rara quidem corporis species, sed dignus erat tam bello domicilio animus longe pulcherrimus. Prælustres natalium imagines, sed quas factis reddas etiam illustiores. Prospera fortuna afflatus, sed isti prudentia, consilio, sollicitudini debiti. In alijs mediocris potestas odio obnoxia est, mediocris prosperitas inuidiae patet, in te utraque summa, neque inuidiosa tibi, neque cuiquam hominum inuisa: sed maximis pariter ac minimis favorabilis plausibilisque, propterea quod nemo non intelligat, incorruptissimos tuos mores istis ueluti præmij esse dignissimos. Nam qui quæso fieri poterat, ut propicios non haberet superos, ista tamen pura inde religio, ista singularis in patrem pietas, quantam usque in ullo priuato inuenias. Quam quidem precamur, ut semper secundis in rebus potius quam tristibus, & patri liceat experiri, & filio praestare. Quis media de plebe sic nutibus omnibus parentis obtineperat, uirtu, qui quoties patriæ voluntati mos gerundus est, ibi Principem oblitus, filium te tantum esse meministi. Est autem illud à magnis quoque theologis obseruatum, ex decem illis decalogi, quem uocant, præceptis, huic uni præmium adiectum fuisse, ut si quis erga progenitores pietatem coluisset, eum non modo uita maneret immortalis, uerum & in hac interim uita, tum longeuitas, tum prosperitas. Quod idem & uulgo iam obseruatum in his qui sacra numinibus, debita religione uenerantur. Negat enim multis iam seculis ducent extitisse qui à templis, à monasterijs, à deo dicatis uiris uim continuerit (quemadmodum turfacis & facies) quin idem in rebus gerendis miro successu sit usus. Contra quisquis ausus fuit tuus ecclesiasticum tyrannide uiolare, & in clerum abuti potestate, is & misero & maturo exitu pœnas ultori deo dedit. Iam quod coniugij fidem tanta religione seruas, equidem magnæ laudis loco non referrem, nisi isthuc uulgati Principum aliorum mores, raro ac me morandum efficerent. Quis autem uel diuorum uel hominum non isti faueat tam singulari, in ætate tam feruida continentiae: In tanto fortunæ indulgentia, tantæ animi moderatio, nec in tanto negotiorum omnium successu tam incredibili modestia: In tanto principatus fastigio, tam amabili tamque plebeiae comitati, affabilitati, facilitati. Denique in tam absoluta potestate, tam diligenti sanguinis etiam uilissimi parsimoniae: Quis autem fortuna dignior, quam qui nihil inde in suos transmittit mores, neque quicquam ex ea sibi uendicat, nisi ut quam plurimum pro sit omnibus: Cui magis par est licere omnia, quam qui nulli non leuissimus, ipse nihil indulget sibi: Denique cui potius summa felicitate & gratulentur mortales, & largiantur immortales, quam qui eam non animi fastu, non ullis priuatissimis emolumenatis, sed totam publicis patriæ commodis metiatur: Illud autem plane paternum habes, quod ut in toto tuo imperio nihil est te uno maius, ira nihil te uno moderatus, nihil clementius, nihil exorabilius. Itaque pulcherrimum illud naturæ exemplum, quod in apibus nobis proposuit, exprimens, in tanto examine tuo dulciu viventium, solos aculeum non habes, nec unquam (quantum quidem in te est) fulmen mittis, nisi salutare. Adeoque publici cuiusdam parentis affectu in tuos omneis imbibisti, ut improbis errâ cupias parcere, si uel illi uelint resipiscere, uel tu tibi permittas aliquid aduersum leges, quibus tuo potissimum ex exemplo uis pareri. Porro nulla principum, neque tam propria uirtus, neque tamen multitudini grata, quam beneficentia in promerentes, ignoscētia in eos qui peccatunt. Nam reliquias quidem uirtutes, ut cuiuscumque refert, ita quisque miratur ac laudat, beneficentiae applaudunt & non qui non agent, ignoscētiam amant etiam innocentissimi. Alias ut humanas probane, hanc diuinum quiddam suspiciunt. Etenim cum Princeps inter mortales, quasi numinis uice fungatur, nihil autem deo uel ad beneficentiam propensius, uel à sauitia alienius, neque quicquam aliud omnino sit deus, ut ait Plinius, quam iuuare mortalem: profectio quo quisque matus grata imperii, hoc oportet proprius ad istam imaginem accedere: quo uero proprius accesserit, ab eo tam magis numinis loco mortalitas uenerabitur. Rursus usque adeo res est execrabilis, ut ferre crudelitas, ut nemo temere tam tyrannus fuerit, quin speciem aliquam clemētiae affectuerit. Quæ quidem in perpaucis etiam laudatis Principibus sic existit, quin alicuius consilium finio lædereetur. In Mecenate benignitatē & sanguinis abstinentiā, molliciei labores minauit. In Flavio Vespasiano tantum erat clemētia, ut iustis etiā supplicijs illachrymante atque ingemuisse legatur, sed huius lucem, pecuniae cupiditas offuscauit. In C. Cesare Cesarina fuit clementia, in Tito Vespasiano cum imperio assumpta, in multis dissimilatissimis uirtutibus. Cesaris Augusti miram lenitate in alijs multi, tum L. Cinna testatur, quicquid clementia

Dens est iuuare
mortalem

cionis in eum autem, non solum uenia atque impunitate ab eodem est donatus, uerum etiam
 in amicorum numerum receptus, & ad maximos honores inuitatus. Adrianus Imperator Adrianus
 tam miti ingenio fuisse legitur, ut ne maiestatis quidem crimina unquam admiserit, uerum alter
 exordia, alter imperij fine sanguine cruentauit. In tenuero solida maledicentia laus elicitur,
 in quo nihil unquam auditum, nihil in verbis, nihil in factis, nihil in gestibus animaduer-
 sum, quod facit, quod acerbitate sapet: ut plane liqueat singularem istam animi
 lenitatem non arte fucatam esse, non ad tempus assumptam, sed perpetuam ac uete natuam
 & genuinam. Neque minus quam à crudelitate, a reliquis quoque illis abes uitiss, fastu, infelicitate,
 uiolentia aurium, ueri ac libertatis odio, assentationum & obsequiorum amore, atque alijs
 sed genus, quae partim quasi natura praezellentem fortunam comitantur, partim inde acci-
 dunt, quod fortunatissimi Principes fermè educantur indulgentius, & habentur delicatissimi,
 in hoc uno parum fortunati, quod raro uerum audiunt, dum quisque iucunda mauult loqui, Principes sed
 quam salutaria, suæque rei consueta antequis habet, quam Principis dignitati. Mouet autem te ro uerum an-
 nobilis illa fabula de rege Antiocho, qui cum interuenandum longius quam reliquo comita-
 tu aberrasset, noxque occupasset, in casulam quanquam solitus atque ignotus divertit. Ibi super
 coenam innecta mentione de Antiocho: atque illis libere fabulatis, quædam de suis uitiis
 audiuit. At ubi dislussisset, ad festem regij stipatores qui salutato purpuram ac diademam por-
 rigenter, ille conuersus ad insignia, iam inde inquit, ex quo uos indui, heri primi uerum
 audire coepi. Proinde grauiter profecto regem Ptolemæum admonuisse legitur Demetrius Consilium
 Phalereus, ut de regno administrando libros sibi pararet, cum eis potissimum colloquere, Demetrius
 tur, ab his consilium peteret, propterea quod quæ non audeant amici loqui, ea legantur in
 libriss. Sed tu consultius etiam, qui tales te præbes tuis, ut intelligat nihil auribus tuis esse
 gratum, nisi quod idem uerum, quod syncerum, quod honestum, nihil æque inuisum, ut uel
 clancularios calumniatorum sibilos, uel palponum exitialia delinimeta. Scis enim duas esse Duae pestes
 præcipuas aularum pestes, è quibus perniciosestima quidem sit calumnia, sed multo capi aularum
 talior adulatio. Illa enim paucos ex animo Principis emolitur, hæc ipsi principi prorsus
 excitat animum. Iure igitur & laudatus & laudandus Alexander Seuerus, quod uniuersum Alexander
 sum hoc genus Gnathonum sic impense sit detestatus, ut non solum non admiserit ad auti- Severus
 colam, uerum etiam si quis inter salutadum, aut flexisset caput, aut per adulationem blandius
 quisquam dixisset, illico turpiter abiiceretur, aut si quæ uitæ dignitas à grauiore contumelie
 hauidicaret, as certe claro cachinno palam rideretur, hac nimis in re, Magno etiam Alex-
 andro maior, quem nulla alia res æque subuertit, quam quod se se assertoribus calcadum
 equitandum permiserit. Idem finitimum huic pesti malum, sumi venditores quos uocan-
 tis, in crucem sustulit, ac sumo enecauit. O dignum immortali imperio principem. Ad
 huius æmulationem te prouocarem, hunc iuuenem tibi iuueni proponerem imitandum,
 nisi tuapte sponte iamdudum istam uiam ingrediereris, siue hoc tibi ingenij bonitate qua-
 dam inuiditum est, siue castigatore educatione insitum, quæ uel ipsa natura non nunquam
 potentior esse consuevit. Neque enim tu amicos obsequies, sed integritate metiris, neque fucu-
 dos in tuam familiaritatem asciscis, sed cordatos, graues, eruditione uitaque spectatos viros;
 nusquam alibi diligenter, quam in deliquidis ijs quos diligas. Siquidem haudquaquam
 te fugit, uero uertus esse, id quod ex Mario Maximo refert Lampridius, meliorem esse
 rem pub. ac propè tuiorem, in qua Princeps malus sit, quam ea, in qua sint amici Princi-
 pis, mali: propterea quod unus malus potest à plurib. bonis corrigi, multi autem mali non
 possunt ab uno quamvis bono ulla ratione superari. Non potest autem non optime cum Principis ami-
 ea repub. agi, in qua Princeps optimus, non nisi sui simillimos in interiorem consuetudis cos quales o-
 nem admittit, à quibus neque uendatur, neque circuducatur, sed qui nihil instillent autibus, porteat esse
 nisi quod pium, quod uerum, quod salutare, qui prudentiores sint, quam ut stradeat pœnitenti-
 da, sanctiores, quam ut patræ rem suis cōmodis posthabeant, grauiores quam ut possint adu-
 lari, liberiiores quam ut non audeant obstrepare parum se digna molienti. Tua porrò sublimi-
 tas quales in consilijs habere gaudeat, ut alios sileam, unus abunde documeto potuit esse
 felicis memorie præsul, Franciscus Buslidianus, archiepiscopus Bizontinus, moderator Laus episcopi
 formatorque pueritiae tuæ, & bonis in literis institutor, uir totus ad gloriam, ad res maximas Bizontini
 matus, faciens ad utilitatem patriæ, sculptus ad ornamentum aule principalis, ad tuendam,
 decorandam, ampliandam imperij tui malestatem datus diuinatus. Ille uidelicet hoc erat tibi,
 quod

quod Agamemnoni Nestor, quod Philippo Macedoni Parmenio, quod Alessandro Leo nidas, quod Octauio Cicero, quod Phœnix Achilli, quod Dario Zopyrus. Decē sibi Nē stores apud Homerum optat Agamemnon. Darius Zopyrorum tantum, quantum granorum inesset in malo punico. qui quidem & unum illum tantū fecit, ut eū integrum maluerit, quām cētum Babylonias capere. Sed utinam ne tantū antistitem tibi, nescio quod fatū inuidisset. Sufficerat uir ille unus pro quam liber multis, neq; dubitandū quin unum illum in columem malis, quām totis Hispanijs potiri. Proh quantam iacturam eius unius interitu fecit orbis. Quantum patriæ uulnus, quantum animo tuo, quantum aulicis privatoribus unius mors infixit. Intelligo, quid mihi iam dudum uestræ omnium lachrymæ loquantur. Deum immortalem quis erat hic dies futurus, quam absoluta gaudij, quam similis uitæ cœlitum, si illum quoq; uirum, unum omnium uita longissima dignissimum, uotis nostris restituisset. O fortuna, ut nunquam tui dissimilis es, ut semper tuo meli, felis aliquid admisces, nec omnino quicquam esse sinis in rebus mortalium, tam faustum, tam læsum, quod tu non ægritudine aliqua contamines. Nulli adhuc alum norū tuorum sic indulisti, ut non magno aliquo incommodo tuam inuidiam expiarit, quā nunquam magis formidare solent homines morum tuorum non imperiti, quam tuū, cum es prosperrima. Quando uictoriā insignem alicui cōcessisti, ut ea non fuerit præclarari cuiuspiam ducis capite redimenda. Polycrates Samiorum tyrannus, cuius etiam amulum rejecerat, tuae inuidiae non nisi cruce satisfecit. Paulus Aemylius ubam uictoriā, duorum filiorum morte luit, quorum alterum penè in ipso triumpho, alterum triduo post triumphum extulit. Aphricanus partam bello gloriam, exilio ac morte dependit. Verut̄ si tu naturam mutare non poteras, at poteras mediocri dispēdio esse cōtenta. Tanti nō sunt uel universa tua munera, si tam chari capitū iactura luenda fuerūt. Cui iam non sit religio, de regum successu gloriari. Nisi quod nos hoc metu liberos esse oportet, quibus etiam si magnam inuidiam fortunæ, itineris huius felicitas cōflauit, tamē fatis superq; piacula dederimus, hoc tali præsule multati. Quanquā ille quidem, quādo optimi Principis obsequijs uīlus est uitam impendere, haud potuit mortem oppetere speciosorem, præsentim eo loci iam proue fuis, ut si non ad ætatem, certe ad gloriam, ad uirtutem satis sibi uixisse uideretur. At nobis certe uixit parum, nos non illum lugemus ad meliora traductum, sed nostram ipsorum uicem deploramus, ut qui simus tam singulari patrono orbat, cui ut similem ibi pares generosissime Princeps, parem certe nunquam paraueris. Sed quo nos ab instituto transuersos abripit dolor. Iam igitur ad uirtutum tuarum contemplationem recurrat oratio. Quarum nomine non mediocrem gratiæ partem debemus & illi, cuius opera te talem habemus, tam pium, tam modestum, tam incorruptum, tam clementem, deniq; tam non tyrannum. Neq; enim tibi licere putas, quicquid collubitum est, sed ira instruis animum, ut non lubeat, nisi quod licet. Semper à tergo præsto est illa Pallas Homerica, quæ cohercitis affectibus admonet, ut in te ipsum primū agas principem, in alios parentem potius quām dominum. Quid autē execrabilius illa Neronis uoce, qua gloria conseruit, neminem etiam ante se principem scisse, quam sibi licet. Quid lætalius illō turpissima mulieris dogmate, si libet licet, quo Iulia Antoniū Caracallum priuignatur, tur ad incæstas nuptias impulisse. Quid enim non quasi suo iure facere audebit, cuius animo semel hæc insederit opinio, Principem quiduis decere. Ne hodie quidem desunt tēs principum gibus, qui istiusmodi quedam ad illorum aures occinant. Quid etiā haritas. An de principem esse oblitus est. An non ius est quod tibi placuit? Tu maior legibus: regū est, non ex præscripto, sed ex animi libidine uuere. Quicquid usquam tuorū quisquam possidet id omne tuum est. Tibi liberum donare uitam, liberum eripere. Tibi phas est addere rem cui uisum sit, fas est ubi uelis adimere. Alijs alia uitio ac laudi uertuntur, tibi nihil non honestum, nihil non laudum futurum. Vintu philosophis istis ac scholasticulis auctoribus, sic enim homines stultissimi uocant uitios docios & corruptos, qui ad pia atq; honesta, hortentur. Ad harum Sirenum existiales cātilenas tu clarissime dux, cū Homerico. Vnde aures habes undiq; cera obturatas, uel potius cū Aenea Vergiliiano sic procul ab aliis littore cursum deflectis, ut periculum non sit, ne quid istam animi tui sanitatem pale blanda uocis pharmacon lædat. Siquidē illud tibi penitus persuasiſti, quod egregie rex dicitur Antigonus, bonis Principib. ea demū esse honesta, quæ natura sunt honesta, eam modo

Adulatores **Antigoni**
principum
Antigoni
apo phthe
gma

modo recta, quæ per se recta sunt. Imò uix etiam honestum tibi, quod præclarum in alijs propterea quod nulli mortalium exactius præstāda sit absoluta virtutis disciplina, quām Principi, uel quod unus omnium oculis expositus est, uel quod hanc supplicij etiam ab alijs exigit. Proinde das operam, ne quis in toto populo appareat te uno legum obseruantor, cum ipse leges clamitent: Quid temet angis ô princeps, nos tibi scriptæ non sumus. tu nos dare soles, non accipere: nos tuæ maiestati seruimus, non contra. Minamus alij, te progenitorem ueneramus. Hanc illarum uocem adeo assentationem iudicas, ut ne illa quidem tibi permittas, in quibus indulges multitudini, uidelicet hac una in re legib[us] pa[rum] obsequens, quod earum repellis obsequelam. Maorem in modū te delectat pulcher rimū illud laudissimū regis exemplum, ni fallor, Antiochi qui fuit eius nominis tertius. Is datus ad singulas ciuitates suas literis, interdixit, ut si quid præter leges publicas iussis-
set, ne sibi in eo parerent unquam. Itidem tu ne postulas quidē à tuis ut tibi pareatur, nisi parueris ipse legibus, nec protinus maiestatem lessam existimas, si quis uerbo refragetur, quin gaudes magis admoneri religionis & iuris iurādi, quo temet in suscipiendo principia obstrinxisti. Non ignoras quantum oneris cum purpura suscepitis, eoque non ista ulla in re te facit licentiorem, sed sollicitorem in omnibus. Neque te clam est imperium haud ui-
tæ strepitu, & colligendis uectigalibus contineri: sed munus esse publicū, sic administrandum, ut si non alijs, certe tibjpli repetenti, certe deo repetundari aucturo, queas rationem reddere. In summa hanc esse propriam Principis laudem, ut maximum esse sese quasi nesciat, optimum uero esse oportere semper meminerit. Quæ nomina nos tibi tribuamus,
parui ducis, tu te nihil aliud esse cogitas, quam ut uocat Homerus, ποιησε λαθη, id est, Princeps, pa-
storem populi, siue quemadmodum Plato φύλακα, id est, custodem. Nihil autem mis-
sus conuenire in Principem, quām quod in Agamemnonenſ dicit Achilles, Αγροθορος patens
βεστιλων, qui gregem suum non solum deglubat, uerum & laniet, immo (quod ijs etiam
maijs est) non solum pastorem, non tantum custodem, sed & patrem, eumq[ue] p[re]iſſimum
agis, adeo tuorum opes, excogitatis in hoc titulis, non conuertens in fiscum tuum, ut de
tuis portius in publicam utilitatem transfundas, nam hoc deum parente dignū est. No-
tuam autem rationem repperisti, quemadmodum augeas tua tuorumq[ue] procerum uecti-
galia, nempe minuendis sumptibus, non intendendis in immensum exactioribus. O sin-
gularem animum, tibi deducis, ut tuis superet, tua contrahis, ut vulgo sit prolixius: Tu ui-
gillas, ut nobis tutum sit dormire. Tu perperuis curis disstringeris, ut tuis tranquillum sit or-
cium. Atq[ue] in totum, si quid in principatu laboris est, id solum existimas ad te pertinere, si
quid commoditatis ad tuos: hoc est (ut dicā absolute) patriæ, non tibi geris principatum.
Neque solum in teipso sanctimoniam istam exhibes, uerum eandem in officialibus tuis re-
quiris, haudquam ignarus, Principi alienam quocq[ue] culpam esse præstandam, nō tan-
tum ipsi ab omni contagione uitiorum abstinentum. Nihil interesse putas utrum dicar-
tur, Princeps isthuc fecit, an Principis nomine munus gerens. Etenim iuxta turpe, quid
agatis, cui uicem tuam delegaris, uel nescire, uel negligere. Immane quām lōge lateq[ue] dis-
crepat institutum tuum, ab illa Vespasiani Neronisq[ue] sententia, quorum prior ille locari
consuevit, se se procuratoribus suis pro spongijs uti, quod quasi & siccis madefaceret, &
exprimeret humentes: alter ijs ferè uerbis mandabat officia, scis quid mihi sit opus, & cu-
sa, ne quis quid habeat. Tu contra, uide quid patris cōducat, cura ne quid indignum me
uel dicas, uel facias. Porro rapacitatem tam non dissimulas in tuis ministris, quām in teip-
so non admittis. Atq[ue] ita detum ornari credis imperium tuum, si istos quām optimos ha-
beas, non opulentissimos, quasi que miseri sudoribus, & tenuium sanguine ciuium
saginatos. Neque finis, ut (quod merat sapit tyrannidem) omnium fortunæ ad pau-
cos quosdam conferantur, & (quod in belluis fit) imbecillorum lanistū pascantur po-
sentiores. Quo uero plus est negotijs, alios præstare, quām se, hoc magis prædicandum,
quod cum ipse sis incorruptissimus, omnes tui similes efficis, tum eos qui rem tuo nomi-
ne gerunt, tum hos qui circum te sunt. E quibus ut quisque tibi proximus est, ita uideur
non superbissimus, sed optimus. Quid enim hic commemoret de singulari disciplina,
seueritate, sanctimonia aulae tuæ, à qua non aliter, quām olim à sacris Eleusinij, impij, ne
pharisej uoce præconis submouebantur, iu procul arces imprōbos omneis. Totamq[ue] il-
lam principum aulis familiarium uitiorum cohoret, ambitionē, arrogantiā, uanitatem;

uersitatem, adulationem, licentiam, uolentiam, luxum, sic stirpium tenus excidisti, ut fructus galitatis, modestiae, simplicitatis, integratatis exempla, non aliunde melius quam à tuo paleo priuatas in domos referantur. Qua quidem in re non est obiter fraudanda parte laudis debita generosissima coniunx tua, quae morum tuorum (ut par est) emula parti tecum cura constituit, ne quid labis hæreat intra limen principale, rata nimisrum; id quod res est, inde potissimum in uulgo oportere manare, recte uiuendi, uel formas, uel incitamenta.

Verissima sententia **Quis autem** non uideat quanto utilior patriæ Princeps, qui seculi sui mores instaurat, qui regni terminos profert, qui labentem uitæ disciplinam fulcit, quam qui collapsa restituit mœnia. Idq; facit non tam imperio, quam exemplo. Neq; enim prorsus alia censura tam efficax ad publicos mores emendandos, quam Principis undiqueq; inculpata uita. Ad hanc protinus omnium cōuertuntur oculi, ad hanc ueluti signum diriguntur animi, ad hanc tanquam scopum, uitæ rationes referuntur. Habet hoc ingens fortuna, quod nihil teclum esse sinit. Princeps uero non aulas modo, sed ipsa etiam cubicula, intimosq; recessus recludit, neq; quicquam tam abditum, quod non famæ noscendum proponat, ex plicetq;. Ad hoc nihil omnino mortales, uel mirantur candidius, uel imitantur libentius, uel retinent tenacius, quam quod uiderint à Princeps factitari, dum quisq; & pulchrum sibi dicit, eius æmulum uideri, quem nemo non suspicit, & frugiferum, illi uitæ similius dñe commendari, à quo summa sperantur præmia. Adeoq; mira quedam æmulandi libido, multitudinis animos occupauit, quicquid illud sit, quod in Princeps conspicerint, ut non solum manifesta quedam uitia pro uirtutibus in suos mores trahi, uerum etiam Othonis Imperatoris mors præterquam quod acerba, etiam foeda, nō paucos tamen invenerit, qui eam autoris admiratione ducti imitantur. Proinde priuatorum atq; humilium mores, non nisi ad paucos pertinent, at Principis uita, quoniam & in conspicuo est, & celerrime arripitur, & latissime diffunditur, profectio aut ingenti morum publicorum pernicie, mala est, aut amplissimo fructu bona. Affirmant astrologi certis annis apparere stellas crinitas, quæ ingens adferant momentum ad publicam rerum mundanarum comutationem, si quadam fatali afficientes hominum & mentes, & corpora, tum fluminis, mari, terræ, aera, & quicquid in his miris penetrantes, At nullus Cometes exoriri queat orbi tam exitialis, quam Princeps flagitosus: contrà nullū tam salutare sydus, quam dux Princeps inculpatus. Quod si cui parum adhuc liquet, is regum atq; Imperatorū annales euoluat inueniet profectio, ut quisq; Princeps aut uitij & stuarit, aut uirtutibus enituerit, ita protinus seculi mores in eundem habitum fuisse secutos. Sub Caligula, sub Nerone, sub Domitiano, sub Heliogabalo, quantum crudelitatis, quantum ambitionis, quantum libidinis in orbe, quam densa uitiorum omnium seges ubiq; suppularat. At sub Traiano, sub Seuero (pauciores enim boni) ut se quasi fatali sydere afflata mortalitas ad meliorem fru gem conuertit. Quæ quidem cum ita sint, demiror si Princepem mentis non omnino deploratae, non uel illud deterreat à uitij, ne tam multos efficiat improbos, aut non saltet hoc adhortetur ad uirtutem, ut tam multos efficiat bonos. Hæc quoniam tua sublimitas penitus perspexit, perpenditq; grauiter, summa religione tibi cauendum esse statuisti, ne quid appareat in te, quod quisquam perniciose sequatur exemplo. Est interim & illud insigne documentum integratatis tuæ, quod audet hæc aliquis apud te loqui, nihil ueritus, ne (quod solet apud tuu dissimiles evenire) si quid in aliena uitia dicatur, id existimes ad te pertinere: nœue si qua uirtus in te laudetur, diuersum illi uitium tibi putas exprobrari. Tanta conscientia tuæ puritas, tanta concordia, tantus concentus omnium laudum, ut nihil referat, quid uituperetur apud te, aut quid prædicetur in te. In alijs ferè quoq; laudes eligendum est, quedam arte declinanda ne incurras, idq; etiam in ijs, qui inter optimos numerantur. Nam nemo temere est omnium, qui sic numeros omnes innocentiae implerit, ut non uitium aliquod ceu nebula reliquum uitæ splendorem obscurauerit. Catone Censorio quid laudatius. At in hoc missandum, quod uinosus, quod prefractus, quod aliena etiam ætate mulierosus. Octauij Caesaris tam multas, tamq; præclaras laudes, aleæ studium & adulteria cōraminarunt. Titum Vespasianum, alioquin optimum, sauitæ suppetio iesit Flauio Vespasiano nulla alioqui uitute non absoluto, scđissima principi, peccati cupiditas maculam attulit. Quidam ita demum boni uidentur, si cum pessimis confundantur. Tu uero totus tui similis, optimus prognatus ex optimis, optimus succedens optimis

Cur principis nitiditius imitemur plicetq;. Ad hoc nihil omnino mortales, uel mirantur candidius, uel imitantur libentius, uel retinent tenacius, quam quod uiderint à Princeps factitari, dum quisq; & pulchrum

Qiboni; mors sibi dicit, eius æmulum uideri, quem nemo non suspicit, & frugiferum, illi uitæ similius dñe commendari, à quo summa sperantur præmia. Adeoq; mira quedam æmulandi libido, multitudinis animos occupauit, quicquid illud sit, quod in Princeps conspicerint, ut non solum manifesta quedam uitia pro uirtutibus in suos mores trahi, uerum etiam

Fatalis Comes, malus Princeps inculpatus. Quod si cui parum adhuc liquet, is regum atq; Imperatorū annales euoluat inueniet profectio, ut quisq; Princeps aut uitij & stuarit, aut uirtutibus enituerit, ita protinus seculi mores in eundem habitum fuisse secutos. Sub Caligula, sub Nerone, sub Domitiano, sub Heliogabalo, quantum crudelitatis, quantum ambitionis, quantum libidinis in orbe, quam densa uitiorum omnium seges ubiq; suppularat. At sub Traiano, sub Seuero (pauciores enim boni) ut se quasi fatali sydere afflata mortalitas ad meliorem fru

Boni principes gem conuertit. Quæ quidem cum ita sint, demiror si Princepem mentis non omnino deploratae, non uel illud deterreat à uitij, ne tam multos efficiat improbos, aut non saltet hoc adhortetur ad uirtutem, ut tam multos efficiat bonos. Hæc quoniam tua sublimitas penitus perspexit, perpenditq; grauiter, summa religione tibi cauendum esse statuisti, ne quid appareat in te, quod quisquam perniciose sequatur exemplo. Est interim & illud insigne documentum integratatis tuæ, quod audet hæc aliquis apud te loqui, nihil ueritus, ne (quod solet apud tuu dissimiles evenire) si quid in aliena uitia dicatur, id existimes ad te pertinere: nœue si qua uirtus in te laudetur, diuersum illi uitium tibi putas exprobrari. Tanta conscientia tuæ puritas, tanta concordia, tantus concentus omnium laudum, ut nihil referat, quid uituperetur apud te, aut quid prædicetur in te. In alijs ferè quoq; laudes eligendum est, quedam arte declinanda ne incurras, idq; etiam in ijs, qui inter optimos numerantur. Nam nemo temere est omnium, qui sic numeros omnes innocentiae implerit, ut non uitium aliquod ceu nebula reliquum uitæ splendorem obscurauerit. Catone Censorio quid laudatius. At in hoc missandum, quod uinosus, quod prefractus, quod aliena etiam ætate mulierosus. Octauij Caesaris tam multas, tamq; præclaras laudes, aleæ studium & adulteria cōraminarunt. Titum Vespasianum, alioquin optimum, sauitæ suppetio iesit Flauio Vespasiano nulla alioqui uitute non absoluto, scđissima principi, peccati cupiditas maculam attulit. Quidam ita demum boni uidentur, si cum pessimis confundantur. Tu uero totus tui similis, optimus prognatus ex optimis, optimus succedens optimis

mis, cum quibus si conferare, non solum deterior non uideris, uerum etiam uti gemina, au-
ro admota mutuum decus & das & accipis. De his igitur omnibus securum, tamen haec
una me sollicitudo circusistit, ne hoc ipsum quod de tuis laudibus attigi, cum pro meritis
nimis quam parum sit, tamen tuæ uerecundiaæ impendio nimis esse uideatur. Sed isthuc
ipsum ego arbitror omnium uirtutum tuarum quasi fastigium, quo tantum uincis te ipsum,
quantum alijs reliquos omnes, nempe singularem istam animi tui modestiam, qua sit, ut
cum nihil in te sit, quod uel Momus ipse possit carpere, nihil etiam non summa laude di-
gnum, tamen reprehendi quam æquo pateris animo, tum quam gratum etiam admoneri
a quo quis. Nihil autem fers impatientius, quam qualia facis, talia de te prædicari. *Hector Neuid*
ille Naevianus, cuius magnanimitati conscientia recte factorum abu de sufficiebat, tamen *nus apud M.*
à patre laudari lætatur, viro utiq; laudato. *Agesilaus Xenophonticus*, dux tum sapiens,
cum insigni uerecudia, non à quibuslibet laudari se se gaudebat, sed ab ijs modo, quos sci-
ret & turpia uituperaturos fuisse. At tuus pudor, ne istuc ipsum quidē ferte potest, uiuus
placere modo uis, non nisi mortuus laudari. Iamdudum enim animaduerto tuam celsitudinem,
& oculis abnuntare, & identidem rubore suffundi, dum hec à me commemoratur,
& parcissime, & nulli non confessa. Atq; adeo, quod omnino pateris haec de te prædicari,
non tuis auribus, sed nostro indulges studio, offendēdus alioqui tuis laudibus, nisi nostra
tui charitate tam impense gauderes. Ut enim te ipsum quantumvis negligas, nō potes tam
men tuorum iudicio, tuorum benevolentia non delectari. O fortunatum ó uere aureum
hoc nostrum seculum, quo te auspice, te autore, te moderatore, pietas, fides, simplici-
tas, pudor, breuiter omnis illa incorruptæ quondam ætatis uirtutum seges repullulascit,
reuiuiscit, efflorescit. O nos terq; quaterq; felices, quibus diuino munere talis datus est
Princeps, qualem ex omni mortalium numero, neque suffragijs deligere, neque uotis
optare potuissimus, tam fortunatus, ut superis non esse charissimus non possit, tam po-
cessis, ut nulli mortalium non sit formidandus, tam misericordia, ut nulli non sit amabilis, tam co-
miseris, ut cuius pateat aditus, tam benignus, ut nemine à suo sermone tristem discedere pa-
tiatur, tam munificus, ut omnes ab uno recte factorū præmium, & sperent, & ferant, tam
incorruptus, ut hec sibi amicum mali sperare nō queant, tam beneficus, ut optimus quis-
que probatus illi, charusq; esse studeat, tam legum obseruans, ut ad politicā disciplinam,
& sine legibus ullis eius unius uita sufficiat: sic uim quandam innocentiaæ quasi spiras, ut
qui secum uiuunt, eos omnes in eundem habitum rapiat, & ut in summa complectar, os
mnibus fortunæ, corporis, animi bonis, sic undiquaq; cumulatus, ut numini quam homi-
ni propior esse uideatur, ac rursus horum omnium ita despiciens negligensq;, ut ne inter
miseros quidē aut mediocres sit alius modestior. Haec uidelicet, haec sunt dotes illæ tuæ *Phi-*
lippe ducū optime maximeq; quibusuis (ut aiunt) incantamentis efficaciores, quæ te coe-
licolis mentibus charum reddunt, quæ tibi tam inauditum fortunæ fauorem, quæ tibi re-
ges, quæ nationes, quæ mortales uniuersos conciliant. Adeo ut cum paucissimis Princi-
pibus contigerit odium, atq; inuidiam suorum effugere, tu apud exterios, apud ipsos penè
hostes, gravior sis, quam quisquam fuerit apud suos. Nam quid ego nunc de inæstimabili
patræ in te charitate dicar? Quæ ne postulat quidē sibi magna laudis loco ponî, quod te
talem sic amat, imp̄issima futura n̄ faceret. Vetus quoniam intelligit suam salutem tibi
non aliter quam parenti, sic esse cordi, ut non aliud sit antiquius, plane pelargicon quid-
dam, ut Græci dicunt, referre conatur, tecq; uicissim materno quodam amore, materna so-
licitudine prosequitur. Qua rametsi tu pro tua felicitate non egis, fieri tamen nō potest,
quín admodum gaudeas officio tuorum. Porro sanctissimum illud nomen patris patræ,
quod non omnibus imperatoribus, nec his ipsis fere nisi per assentationem olim defere-
batur, hoc tibi non in arcubus, aut colossis, sed in animis penitus inscalpsit, nec saxis ex-
pressit, sed affectibus, quo non aliud monumentum poterat erigi, uel pulchrius, uel dura-
bilius. Video autem me post longas ambages penè casu reuectum ad eum locum, quæ in
ratione felicitatis tuæ præcipuum uideri uolebam. Ergo ut non alio modo felicissimus es,
quam quia optimus, ita non alia re felicior, quam hac inaudita tuorum in te charitate. Au-
gustus Cæsar quo nemo moderatius populariusq; gessit imperium, propter summā mo-
rum comitatē lucunditatemq; eximie gratius populo Romano fuit: huius tamen uita
toties est insidijs appetita, alijs post alias familijs in eum coniuratis: neq; finis fuerat fu-

turus, nisi multebris consilio adiutus, in Cinnam clemētia remedio pro seueritate coepit.
Alexander sed uti. Alexander magnus, cui sic inadulxit fortuna, ut nulli mortalium prolixius, tamen in
 hoc parum fortunatus fuisse legitur, quod ei neq; cum amicis, neq; cum ciuiis, ne cum
 patre quidem aut matre facis conueniret. Imperium autem atroci suorum inuidia atq; odio
 suscepit, maiore gessit. Neq; Phocionis sanctimonia, neq; Scipionis moderatio, neq; Ca-
 tonis integritas hoc malum potuit effugere. Ut interim de reliquis sileam ducibus, quorum
 hoc prope peculiare malum est, quod illis nulla uitæ pars, à līca, à uenētis, à maleficijs tu-
 ta sit. Adeo per se odij hominum exposita est ingens potestas, adeo liuori patet inuisita
 felicitas. Tua uero, magnanime princeps, moderatio, clementia, comitas, benignitas, pie-
 tas, adeo omnem dominatus inuidia excludit, ut nullus unquam in priuata uita, tantam
 apud omnes gratiam fauoremq; obtinuerit, quantam tu in imperio etiam amplissimo ob-
 tines, obtines autem meritissimo. Quis enim usq; adeo Brutus sit, aut Cato, aut Cassius,
 ut tali Principi non omnia licere uelit? Imò quis (modo non egregie ingratus) non malit
 sui capitū periculo luere, si quid tristius, id quod abominor, fata minarentur ei, cu singu-
 lotum salus. sua ipsius incolmitate sit antiquior? Optent igitur, quibus ita uisum est, du-
 cem periculis iactatum, bellicis exercitum rebus. Nos deum optimum maximumq; con-
 precamur, ut istam felicitatem tibi patriæq; proptiam ac perpetuam esse uelit, ut hunc ad
 modum, & tu pacato florentiq; imperio, & te pacis moderatore q; diutissime fruatur im-
 perium. Pacificum adhuc & felicem modo descripsimus Philippum, atq; utinā ita licet
 perpetuo, semperq; desit nobis, quod de tuis stratagematis prædicemus. Hoc cum opta-
 mus omnes, tum præcipue doctiorum & eloquentium hominum chorus, qui iam nūc cer-
 tam in hoc accingitur, ut gloriam tuā ab inuidis obliuisionibus asserat. Hic ut semper fuit
 pacis alumnus, & non nisi laetis rebus efflorescit, mauult solennes ferias, q; triūphos san-
 guinolentos, Mauult tua præconia festiuis odis & panegyricis, q; tristibus tragœdias ce-
 lebrare. Mauult principis optimi nomē, amabili lyra, q; horribili tuba ad posteros trans-
 lice laudis & mittere, nihil etiam diffidens, ne ea q; hec uel non æque procul exaudiatur, uel minus diu
Pacis tinniat. Neq; enim uerendum, ne tua in pace moderatio, minus sit olim lucis habitura, q;
 aliorum bellicis in rebus fortitudo. Nam belli decora tantum mirantur homines, nec nūc
 tamen aut omnes, aut cordatissimi, at mansuete, prudenter, moderate, iuste facta, tum opti-
 mus quisq; tum omnes mirantur, neq; mirantur solum, uerum etiam amant. Tum de uicio/
 riae laude quantulum obsecro redit ad ducem, unde sibi magnam partem miles, maiorem
 fortuna uendicat: Ista in solidum tua est, nec inde quicquam decerpit aliquis. Proinde ut
Fortitudinis ex bello studijs maior sit fama, certe ex pacis artibus melior existit. Age uero, quid si uere
laus in pace etiam fortitudinis laus, quam isti militia propriam esse uolunt, clarius in pacerebusq; flo-
maior rentibus, quam in bellicis tumultibus eluet? Ea si à paucioribus animaduertitur, nihil re-
 fert, dum à melioribus. Iam primū enim, si fortitudinis partes sunt, res difficiles infrac-
 animo uiuere, quæ rogo uitæ nostræ pars, nō maximis difficultatibus laborat: Quin ex
 ipsis interim secundis rebus, certius quam ex aduersis fortet ac tolerantem animum spe-
 ciare licebit. Forte quidem duris in rebus animū nō submittere, at longe fortius, uel hoc
 argumento, quia rarius, ad summa prouehēte fortuna nihil insolescere, & cum illa sit in-
 dulgentissima, tum ne tantillum quidem indulgere sibi. Maioris tum artis, tum uitii est,
 tempestate nimium secunda uela contrahere, quam aduersis uentis uitare naufragium. Se-
 uientem fortunam permulti fortiter tulerunt, blandientem perpauci moderate. Etenim il-
 lic ipsa rei difficultas ad uitutem quasi cōpellit, hic contra prosperitas ad incōtinentiam
 sollicitat. Tum contēnere pericula laus est, cum multis etiā gladiatoriis cōmuniis, com-
 munis cum sceleratissimis piratis. At temperare animo, moderari libidini, frenum inīce-
 re cupiditati, imperare bili, ea demum laus est boni sapientisq; uiri propria. Itaq; plurima
 in omnium gentium annalibus extant exempla eorum, qui rem bellicam cū uitæ quoq;
 contemptu fortissime gesserunt, at uix unum aut alterū inuenias, qui in ocio felicissimog
 reipub statu, tanta moderatione prudentiaq; recip. gubernacula tractarit, ut neq; ipse suc-
 cessu rerū fieret licentior, neq; cuiusquā aut odio aut inuidia obnoxius. Ad hanc autē, ma-
 lum uirum esse posse concedunt autores, qui bonus sit dux, belliscq; gerendis idoneus: ue-
 luti Seuerus imperator, de quo sic iudicauit senatus, eum aut nasci non debuisse, aut non
 debuisse mori, propterea quod rei quidem militaris industria sane q; utilis esset imperio,
 at cru

at crudelitate multisq; alijs uitjs grauis ciuitati. Velut itē Cornelius Russinus in quem extat elegans dictum C. Fabritij, malo compilari q̄ uenire. At qui hjs uirtutibus sit prædictus, quibus pacis tempora transfiguntur, is ne imperator quidem malus esse queat. Consilij enim potissimum bella conficiuntur. nam pacis artes in omni uita sunt uisi, belli non item. Bonus igitur uir, quisquis bonus princeps, at ferè quo uir peior, hoc bellis accōmodo datior, ut underibet potius q̄ hinc sint auspicandæ Principis laudes. An non uidemus ut lo maxime inter seras, ita & inter nationes hominū, ferocissimas quasq; maximeq; barbaras, pugna cūlissimas esse: sicuti Cares, Scythes, & Britannos? Quid Hannibal, nonne quēadmodum imperator optimus, ita uir pessimus scelestissimusq;? At is Princeps, quem nos optamus, īmō habemus, non potest non omni genere uirtutū absoluus esse. Adiūciam & illud collationū aceruo: Non paulo plus negocij est, tranquillis in rebus arcere periculum, q̄ in perturbatis propulsare periculum. Attamen inquiet quispiam, ubi temporis ratio postularat, præclarum est hostem uirtute subigere. Quis enim negat: At quāto præclarus sic agere, ut nemo tibi sit hostis? Quantūuis egregium sit initium retundere, certe uictoriosius est eminus absterre. Generose nimium Antalcidas Atheniensi cuidam respondisse legitur, qui cum ciuitatis suæ strenuitatem iactans, ac Lacedæmonijs ignauiam exprobras dixisset: At Hercule nos à Cephiso uos sapienter repulimus: alter admodum Laonici Sanè uero, inquit, uerū nos nunquā uos reiecmus ab Eurota. Iuge quidē optimo gloriatuſ est Antalcidas, uerum gloriolus etiā erat futurum, si Lacones hostē benevolentia potius, q̄ metu summoūissent. Quid enim? An nō pulchrius Príncipi propter summam humanitatē sic diligi, ut ne illi quidē nocitum cupiant, qui possint: q̄ propter bellicas opessic timeri, ut etiā qui laedere nō queant, cupiant tamen? Quid quod interim non paucū tutius quoq; sic amari, ut nemo nō malit pro te q̄ cōtra te arma sumere, q̄ habere multos quos uincas. Numeraat suos triumphos Rhomani, recensent prouincias armis dominas; sed eadem opera recensent, quot gentibus, quot regibus illud imperiuū, & contemptui fuerit, & odio. Nam cōtemnit, quisquis audet armis laceſſere: odit, qui cogit uictori seruire. Longe speciosius fuerat, si hostes ab armis metus cohibuissent, speciosissimum uero, si eos continuisset benevolentia. Vt truncq; tibi contigit, id quod ego uictorijs omnibus manus esse duco, qui cum alijs tuis uirtutibus, tum placabilitate, mansuetudine, comitate, sic exteris omnibus gratus es, ut nemo uelit: tuis omnib. sic charus, ut nemo audeat hostem se profiteri. Nullum enim Príncipem magis timent hostes, q̄ eum quē sui nequaquam timent ciues. Vt te mōnibus adamantini cingas, ut centupli fossa uallocq; circundes, ut millenis Milonibus stipatus incedas, nullum tamen tutius patriæ præsidium, nullum certius satellitiū capit is, q̄ si honestis meritis charitatem tuorū colligas, quemadmodum facis. Vbi nunc igitur Alexander magnus, qui iniūctum se dici gloriabatur? Vbi C. Cæsar, qui se uno tantum die uinci potuisse prædicauit? Næ tu cognomen iniūcti in pace longe melius promereris, q̄ horum alterutet in tam multis uictorijs. Nimirum quo propius abest, ut uincatur is, qui cum ausus est aliquis matutus conserere, q̄ is, qui in tantū opibus pollet, ut nullus ausit, etiam si uelit: tantum gratia ualeat, ut nemo uelit, etiā si ausit. Et si misericordia cruenta, at speciosior uictoria est eius, cui ultra cedunt hostes, q̄ qui Martis alea expertus, eam non sine negocio extorsit. Deniq; super hæc omnia ut donemus bellicam gloriam illustriorem esse, certe pacis optabilior est. Fingamus esse, ut gubernatoris artem magis commendet ſaua tempeſtas, ſed quis adeo demēs, qui non præoptet prosperam navigationem: Esto, medici industriā illustrat morbi magnitudo, at non tanti est ægrotare. Sit ira sanè, ut difficultibus in rebus ductoris uirtus, quātumlibet clarius elucescat: at faxint super, ut tuam moderationē, iustitiā, benignitatem prosperis in rebus continēter amemus, fortitudinem in dubijs nunquam miremur. An non crudelis medicus, qui uulgo pestilentiam imprecetur, quo fiat ipse nobilior? An non insanissimum uulgaris, si quidem eadem optet ſibi, quo posset ſeſe magis de perito iactare medico? Quis non eum hautam deturbandū pueret, qui prudēs in Symplegadas, in Syrtes, in Charybdes nauim impellat, quo maior artifex ſuis uectorib. appareat? Quid autē his dementius, si idem ſuo periculo ſperare cupiant? At multi duces hoc animo fuſſe legūtur, ut nihil mallent, q̄ bellū aliquid exoriri, non ob aliud, q̄ ut ſibi famam propagatēt. Quare quid esse potest crudelius, quid ſceleratissimi latronis animo propius? Tum autē quid uerdiuſ, q̄ populū tantū manus

lorum optare sibi, ut duce bellico glorietur. Hanc mentem in hostes auertat superi, nos te Philippe felici frui malumus, q̄ uti strenuo. Sufficit tibi, sufficit nobis ista tua gloria. Vo luptatem illam alteram quoad licet deprecamur. Pacificum, inquam, te malumus, quam uictorem: ac tanto prorsus malumus, quanto modis omnibus pax bello præstantior. In

Collatio pacis pace calent artes, florent honesta studia, uiget legum reuerentia, augescit religio, crescunt opes, pollet morum disciplina. In bello collabuntur, defluunt, commiscentur hæc omnia,

& simul cum omni genere calamitatum, nulla non lues morum ingruit: sacra prophana tur, cultus diuinus neglegi uiri habetur, in iuris locum uis succedit. Silent enim (ut ait Cicero) leges inter arma, aut si quid loquuntur salutare, non queunt (ut eleganter dixit Marius) ob armorum strepitum exaudiri. Quis autem interim locus literis ac musis in tanto fremitu militum, tanto clangore tubarum, tanto crepitu cornuum, tam surdo, tamq; insano strepitu tympanorum, tanto fragore telorum, tam horrendo tonitu saxonum uolantium, quo feræ quoq; & pisces & aues offensæ, relicts natuuis sedibus, alio procul uelut exular

Avergns, à molesto frē, pītu ac tumul tu tum demigrare solent: Quas ob res & Homerus apte πέλεμον συντριβα subinde nominat.

Nec segnius interea miseri senes in luctum indignum coniunctiuntur, orbatur infantia par tribus, uxores maritis spoliantur, uastantur agri, deseruntur uici, exuruntur delubra, sub-

vertuntur oppida, diripiuntur domus, & optimi cuiusq; fortuna, ad sceleratissimos latro nes traducuntur. Quibus ipsis ex malis maxima pars semper ad innocentissimum quemq; redit. Sed hæc misera tantum, illa capitaliora, & quæ uix etiam deus ipse sarciat, quod in-

ter ista gliscunt adulteria, dediscunt pudorem mulieres, uirgines passionem stupratur, iuu en

tus per se proclivis in uitia, sublato rerum ordine, obiecia impunitate consuescit nihil ha

bere pensi, ac præcepis in omne genus facinorum fertur. Atq; omnino si quod pium nu

mē inter mortaleis uersabatur, id protinus nos relinquit. Proruimus ab inferis Erynnes,

ira, rabie, cæde, sanguine, scelere perturbantes, inuoluentes, permiscentes uniuersa. Sunt

quidem & pacis temporibus sua quædam uitia, sed comica: at in bello omnium tragicorum

malorum agmen, quasi mare quoddam exundat. Semelq; cuncta quacunq; peruerser

it, calamitatum ac scelerum fluctibus operit. Carterum quicquid insignium flagitorum,

in pace quoq; leges ferro igniq; puniunt, id totum è bellis natum, è bellis nobis reliquum

est. Vix unquam exuit saltitudinem ager, quem pelagus inundauit aliquando. Hoc, in

quam, hoc fonte nobis scaret, detestanda illa colluuios facinorosorū hominū, raptorū, stu

pratorum, lenonum, prædonum, piratarum, latronū, sicariorū, ueneficiorū, furum, pecu

latorum, abigeorum, seditiosorū, proditorum, sacrilegorū, periurorum, blasphemorum,

tum scortorum, luparum, lenarum, maleficarum. Vox me citius defecerit, q̄ nomina tan

tum recēsuero portentorū, quæ nobis bellum parit, dum in pace nō possunt homines de

discere, quæ in bellis tumultibus dídicerunt. Atq; utinam etiam hic tantorū malorum pro

uentus, suis se temporis ac loci limitibus contineret, cumq; parēte suo pariter exoritēt

ac desineret. Nunc horū contagio, ueluti pestis quædā, & ad finitimos se propagat, om

Incommoda ræ nimiū uicina Cremonæ. Tum belli uitia, & multo ante bellū ipsum præuertunt, & in

super porrò in multū usq; tēpus se se proferūt, ut bellī reliquiæ penè sint ipso bello tetrio

res, necq; raro eius pœnitentia & eos qui uicerūt. Nā statim ad primā mētētionē ac uelut odo

rem expeditionis erigitur, exilit è latebris suis, & ex toto undiq; orbe uelut in sentinā con

fluit illa fex hominū, quo scungu uel infamia uel æs alienū premit, uel ob maleficia legum

minæ territant, uel qui ob scelerū conscientiā in pace turos se se non purant, uel quos sua

re nequiter profusa, turpis egestas transuersos incitat ad sceleratius rapienda aliena. De

nīq; quos mala mens, malus animus tanquā ad facinus genitos, sic extimulat, ut capitū

etiam periculo ista fuerint ausuri, non modo impunitate proposita, nō solū obiecia etiam

mercede. Hac hominum colluuios bella gerenda, hæc sentina in urbes atq; in domos recipienda, cuius foetore ne solida quidem ætas queat è ciuium tuorum moribus expurgare.

Siquidem nihil tam facile discimus quam turpitudinē, at nihil æque difficile dediscimus. Adde ijs, quod plerūq; ex minimis bellis naſcuntur maxima, ex uno plurima. Necq; em

unquā licuit unico bello defungi. Aliud ex alio scriitur, atq; in immēsum trahitur inexplicabilis catena malorū. Quæ quidē mala, tā multa, ut numero cōprehēdi nequeāt, tā atroc

deamus

Deamus ad hæc titulos quibus id suscipitur, interdum esse falsos, nonnunq; affectatos, plerique dubios, tum semper ancipites esse præliorum exitus: postremo nullam uictoriæ in cruentam, nec cuiusquam maiore dispendio pugnari, q; cuius minime retulerat uicisse: audacter affirmauerim pio principi nimio consultius esse, pacem quantumvis iniquam amplecti, quam bellum etiam æquissimum suscipere, ut quod tam ingens malorum pelagus, tanta Lerna uictoriæ, tam atra morum pestis, & præeat, & comitetur, & cōsequatur. Num Christias dux, quem oportet esse clementissimum, qui nō modo numen aliquod esse iustumq; memorq; credit, uerumetiā mox illi de minutissima quoq; guttula sanguinis humani exactissimā rationem esse reddendam intelligit, cui non totum imperium, nō etiam uita sua tanti debet esse, ut quenquam innocentem sua causa uelit perire, postulabit ut ius illud nescio quod, suum (neq; enim hic labore, quanti referat, hic an ille potiatur) tot lae chrymis, tot orbitatibus, tanto luciu, tam multo cruore miserorum, tot mortalium capitibus, tot periculis, tot uulneribus, & (quod his omnibus damnosius) tanta morum perniciē sibi cōfert: An diligenter potius pensculas, atq; æquis lancibus expendens hinc comodum illud quod perit, illinc diluuium malorum omnium quod excitatur, in hanc ibit sententiā, ut statuat nullū omnino bellum sibi suscipiendum esse, quod quavis ratione possit euitari. C. Cæsar, qui gloriae cupiditate tantum bellorum exhauserat, extremis aliquoq; annis de relinquenda uita cogitasse legitur, tum & mente cœpisse destitui, nimirū agitat, te iam eum scelerum conscientia, ac manibus eorum quos interemerat, semper ob oculos obuersantibus. Augustus item de abrogando imperio nō semel deliberauit: oderat enim illud, opinor, quod uideret sibi tanta sanguinis humani iactura constare. In extrema uero coniuratione, cuius autor L. Cinna, ne uiuere quidem tanti clamabat esse, ut incolumitas suam tot ciuium interitu redimeret. Idem negabat omnino bellum capessi oportere, nisi cum maior emolumenti spes, q; damni metus ostenderetur. Alioqui perinde fieri, ac si quis aureo piscetur hamo, cuius abrupti iactura, nullo captu pēsari queat. Ad hanc profectio rationem nullum prorsus ineundum bellum, nisi quod indixit necessitas. Extat in Cæsarum actis, Othonem ethnicum Imperatorem, usq; adeo ciuile bellum detestari solitum, ut ad eius mentionem quoq; semper exhortuerit, ac demum è uita maluerit excedere, q; sua causa tantum hominum uitæ subire discrimen. O generosum animum, quem utinam nunc paſsim præstarent nostræ religionis Principes. Etenim si uere secū reputent, id quod res est: Christianū orbem unam esse patriam: Christianā ecclesiam, unam esse familiam: eandem gentem, eandem ciuitatem, omnes nos eiusdem corporis membra, eodem contuberni capite Christo Iesu, eodem uegetari spiritu, pari precio redemptos, ad eandem hæreditatem ex æquo uocatos, cōmunitibus uti sacramentis, nimirum nullum bellum, non ciuite, non uel domesticū, & plusquam intestinum iudicabunt, quod à Christians cōstituitur aduersum Christians. Fuerit sanè quōdam ista gloria Lacedæmoniorū, fuerit Atheniensium, fuerit Romanorum, quam plurimas nationes armis domuisse, sed certe gētilium, nec (mishi crede) nisi gentili animo digna, imò uix etiam digna. Siquidem Plato atq; Ariosto, uterq; in sua politia, Lacedæmoniorum institutū reprehendunt, quod in condensatis legibus, ad bellum modo, tanquam ad sumnum reipub. finem spectarint, cum maxima ciuitatis bonum, pax sit non uictoria. Pax enim per se bonum quiddam est, uincere autem ex eo honorū genere est, in quibus conquiescit, sed conducibile tamen quiddam est, at ita demum, si non alia patet ad pacem uia. Optimus est eius reipub. status, non quæ mauortijs studijs fines imperij profert, sed quæ ad cœlestis ciuitatis imaginem quam proxime accedit. Ea uero non alia magis re quam ocio, pace, concordiaq; felix est, Ergo Christians Principis quem oportet ab hoc exemplari nusquam oculos dimouere, præcipua gloria sit, id summa uia, summaq; ope tueri, ornare, amplificare, quod Christus etiam Princeps nobis optimum ac dulcissemū reliquit, nempe pacem. Cæterū maximū animi maximū esse documentum arbitror, bella nec formidare, cum declinari nequeant, nec prouocare, cum queant: & ad depellenda semper esse paratum atq; instruclum, ad inferenda nunq; animatū. Ferarū magnanimitas est quælibet impetere. Hominis magnanimitas cum innocentia, cū prudētia laude cohæreat oportet, cum qua nō solū coniunctiū non est, uerumetiā summo cum scelere copulatū, in aliud arma sumere, q; quia pax aliter cōsta re nequeat. Quod si oīs ratio fortitudinis huc spectat, ut hostiū uis à ciuium fortunis atq;

capitibus arceatur, cur in te belli munia requiramus, cum haecenus tua moderatione, propria dentia, iusticia, hostiles iniurias longe cōmodius à tuis depuleris, quām alius quisquam armis: Ut autem gubernator magis optandus, qui Cyaneas cautes arte uitat, q̄d qui enauigat: ut praestantior medicus qui mortuum præcludit, quām qui receptū arte leuat: ita præstabilior princeps, qui sapientiae consilijs efficit, ne qua bella moueantur, quām qui eare militaris peritia scite & gnauiter administrat. Alterum enim necessitatis, alterum felicitatis, alterum remedij est, alterum uoti. Proinde iure optimo laudatur illud.

Agesilai regis dictum

agesilai regis dictum apophthegma, qui respōdit, ne opus quidem esse fortitudine, si iusticiam teneamus, cum rogaretur à quopiam, utram uirtutem alteri iudicaret anteponendā. Nam quid amplius optemus à superis ex ullo uel felicissimo bello, quām quod nobis tua iusticia cōtra oēm a cōtraria p̄ficit: iam enim ut rationem malorū omittamus, quām bellū naturam secum adducere demonstrauimus, ac tantum etiōlumenta quām maxima percipi solent, expendamus, tamen haud existimo cuiquam fortissimorū ducum, bellum ullum tam feliciter cessisse, quin sanī ciues istum seculū statū cum suis cōmoditatibus fuerint præoptaturi.

Duo belli premia

Duo belli premia cum duo præcipua belli præmia sint, gloria & imperij propagatio, (nam opes quidem nunc non exauriuntur) tu tranquillissimis in rebus & opes auxisti tuas, & imperij fines protulisti, idq̄ multo præclarius, quām aliis quisquam maximis bellorū diffūcilitatibus. Imò quod nullis armis confisi potuisset, id applaudente muhido, tua comitate tuaq̄ felicitate confectū est. Adeo ut ne Rhoma quidem illa perpetua bellatrix, tantū sub sepiem primis regibus creuerit, multorū seculorum bellis, quantū sub uno te, idq̄ iuene, cōtra sanguinē, cōtra cædem imperium tuum auctūm est. Potrō quanta insuper impendeant incrementa, non obscurum est augurium. Iam uero gloria, non solū totū genere uincis, uerum etiam tum magnitudine, tum aeternitate præcellis. Nam si ea demūnū uera est gloria, quām rebus honestis paratur, cum uix ullum sit bellum, quod nō maximis uitijis inquietur, hæc sola uidetur sapientibus expetenda, quām iusticiam, quām temperantiam, quām mansuetudinem, quām tolerantiā, atq̄ id genus alias uirtutes consequitur. At famam quidem fortasse recte quis dixerit, gloriam uero uocare uehementer absurdum sit, quę in malum competit uirum. Bonū autem bellatorem nihil prohibet appellari, qui uir sit nos bonus. Imò haud scio, an omnino eundem in hominem conueniant hęc duo cognomina. Non igitur gloriōsus, quisquis bellicosus, sed qui bellum non nisi coacius suscipit, tum id reipub. nō sibi gerit: postremo quām potest minima facula suorum cōficit, hūnic detinutū bellica gloria consequitur. Quanq̄ istis ex rebus quibus tua præcellentia floret, ornatis me Princeps, multo uberrima gloria meti cōsuevit. Quām si nihil aliud est, quām approbatio recte factorū cum admiratione, dispereā, si non Alexandri Magni in Darij regis uxore rem & filias, integritas comitasq̄, uel omnib: illius uictorijs plausibilior est. Si non C. Cæsari longe plus attulit fama, paucis donata uita, q̄d tot millibus hominū erepta uita. Num capta Carthago, num oppressus Hannibal tantundē uerē laudis Scipiohi conciliat, quantum unicum illud continentis animi documentū, cum Luceio Celtiberorum duci sponsam puellam, iuueni iuueni restitueret, tum intactam, tum gratuito?

Alexandri continentia

An Cōmodi Antōnini, uel uniuersa imperij decora, tantū habent lucis, quantum unum illud, quod uxore litteris ad ultionem instigante, Auidij Cassij cōscijs maluit ignoscere? Quis ullius ducis militaria facinora, cum imbelli sapientia Numæ putet esse cōferenda? Quis nō huius unius seculi, quo Iani templum perpetuo clausum fuit, quo nullus actus triumphus, nulla fixa trophya, uel omnī reliquorum regum prælijs iudicet nobislius? An ullus consulatus illius st̄rior q̄d M. Attilijs ac T. Manilijs fuit, quibus consulibus templū idem claudi contigit? An nō Augusto plus attulit splendoris, quod hoc Imperatore belli portas Rhomani bis clausas uiderint, q̄d tot acti, de tam multis hostibus triumphit? Nullis rebus sic applaudit mortalitas, nihil tanto fauore celebrat, nihil sic posterorū animis insidit, ut si quid à Principe moderate, si quid clemēter, si qd cōtinenter agatur. Atq̄ his uirtutib: in bello locus nō est, florent in pace, in ocio uigent, trāquillis temporibus gliscunt alunq̄. Iactet igit̄ quantūlibet Hercules ac Theseos, Achilles atq̄ Hectores suos antiquitas: ostentent suos Epaminondas Thebani, Xerxes ac Cyrus Persę, Lysandros Lacedemonij, Themistocles Athēniēs, Alexādros Macedones, Hānibales Poeni, Scipioes ac Césares Rhomani, Brēnos Galli, nos nostrū Philippū non dubitamus horum cuius anteponere. Numerent illi te-

Commodi clementia

ges

famam puellam, iuueni iuueni restitueret, tum intactam, tum gratuito? An Cōmodi Antōnini, uel uniuersa imperij decora, tantū habent lucis, quantum unum illud, quod uxore litteris ad ultionem instigante, Auidij Cassij cōscijs maluit ignoscere? Quis ullius ducis militaria facinora, cum imbelli sapientia Numæ putet esse cōferenda? Quis nō huius unius seculi, quo Iani templum perpetuo clausum fuit, quo nullus actus triumphus, nulla fixa trophya, uel omnī reliquorum regum prælijs iudicet nobislius? An ullus consulatus illius st̄rior q̄d M. Attilijs ac T. Manilijs fuit, quibus consulibus templū idem claudi contigit? An nō Augusto plus attulit splendoris, quod hoc Imperatore belli portas Rhomani bis clausas uiderint, q̄d tot acti, de tam multis hostibus triumphit? Nullis rebus sic applaudit mortalitas, nihil tanto fauore celebrat, nihil sic posterorū animis insidit, ut si quid à Principe moderate, si quid clemēter, si qd cōtinenter agatur. Atq̄ his uirtutib: in bello locus nō est, florent in pace, in ocio uigent, trāquillis temporibus gliscunt alunq̄. Iactet igit̄ quantūlibet Hercules ac Theseos, Achilles atq̄ Hectores suos antiquitas: ostentent suos Epaminondas Thebani, Xerxes ac Cyrus Persę, Lysandros Lacedemonij, Themistocles Athēniēs, Alexādros Macedones, Hānibales Poeni, Scipioes ac Césares Rhomani, Brēnos Galli, nos nostrū Philippū non dubitamus horum cuius anteponere. Numerent illi te-

gis subactos, fusos exercitus, prouincias imperio additas, nos contra tot talesq; reges be-
 nevolentia devinctos, Principes affinitate adiunctionis, gentes foederibus concordiaq; astri-
 cias recensēbimus. In saxa, in æs incident illi, terras ferro igniq; vastatas, nos multo quām
 sunt ista, certioribus monumentis literarum prodemus, tot regiones, tot regna, summo
 cum orbis applausu, à te iuuene etiamnum peragrata. Iacissent illi opima spolia, à cæsis
 regibus detracta, nos munera opponemus ulro ab amantissimis regibus, honoris eau-
 sa donata. Gloriēntur illi, quod intra annum bella profligarint, modo nobis (utī spero)
 gloriari liceat, te duce, nullum extitisse bellum. In fastos illi referant quām multos ho-
 stes armis vicerint, tibi proprium ac perpetuum sit istud elogium, neminē tuo seculo exor-
 tum, qui fuerit uincendus. Ambitionis atq; contumeliosis cognominibus, alij se se uendis-
 ent, hic sibi magni cognomen asciscat, ille felicis. Hunc Aphricanum subacta Carthago,
 illum Asiaticum domita Asia: alios uexatē bello gentes, Dacicōs, Germanicos, Geticos,
 Britanicos, Dalmaticos efficiant. Et si cui libebit, uel centenis adnominibus calamitosis,
 ambitionis tituli coronidē proferat. At cum nobis optabilius, tum cibi glorioius est, quod
 ex re pacificus appellari. Quanquam si quid habent ista cognomina præclarū, tibi plura
 tua felicitas dedit, quām ullus aliis sibi potuerit ex alienis calamitatib; asciscere. Placeat,
 arrideat, blādiatur, alij quantum libet, terreum illud suum ac Mauortū seculum, nos pa-
 cati atq; aurei seculi nostrī nondū poenitet, neq; poenituerit unq; donec superiorum bel-
 lorū (in quibus papæ quantum malorum uidimus) ulla memória nostris hæreditatē an-
 mis. Tancum autem sibi uulnerū acceptum est, ut eorum cicatrices nulla hominīs ætas sit
 obducta. Fortassis bella flagitabunt, uel pauci quorum magno cōpendio res multitu-
 dinis affligitur, uel iuvenes, qui belli miseriam nunq; uiderunt. Romulos ac Tullios opta-
 bant, Martis imperiti: nos Numam malumus, malumus Solomonē, felicem & pacis au-
 tem: quam David uictorem & sanguinariss. Non tamen hæc dixerim illustrissime prin-
 ceps, quasi bello gerendo minus idoneus, quām paci moderandæ futurus uidearis. Nec
 ideo te felicem prædicare maluitus, quasi aduersæ fortunæ non satis animo parem fore
 iudicemus. Verum hoc à superis etiam atq; etiam optamus, ne quādo fortem spēctare sit
 necesse, magis autem perpetuo felicibus in rebus, & tibi tuorum animos, & nobis tuam
 uiruitem liceat experiri. Alioqui quantum tibi adsit animi robur, ad quemuis etiam for-
 tunæ tumultum in uicio pectore preferendum, cum alij multis documentis, tum ista His-
 spaniensi profectio ne magnifice declarasti, quæ rameti multis magnisq; cōmoditatibus
 fuerit onerata, tamen fieri non potuit, quin in tam longinqua tamq; diurna peregrina-
 tione tristia quædam inciderint, & si nihil aliud, certe multorum malorum pondus habe-
 bat archiepiscopi Bizontini, tanti uidelicet amici, tam intempestiuia mors, tum iteratus *Mors archie-
 scopi*, morbus, ad hæc alia quædam sciens musito, quæ non mitius, quām hæc uulhus infli *piscopi Bis-*
zontini aterunt animo tuo. Postremo non deerat genius aliquis infestus, qui quā potuit incommo-
 da, atq; pericula intentaret, quæ quidem omnia tu, aut singulari prudentia profligasti, aut
 infraçio animo pertulisti, ut isto, uel solo nomine potueris abunde laudari, quod ex omni
 comitum numero, quos aiunt haud multo pauciores fuisse bis mille, nō alias apparuit te
 uno laborum, uel appetenter, uel patientior. Nemio solis, algoris, pulueris, hymbris, sitis,
 sordida, uectationis tolerantior. Nullus in cōmodatum reliquarū negligentior, quas in-
 verendum in diuersorū necessum erat accidere. Proinde alius fortasse, recen sendis iuine-
 ria, tui difficultatibus, fortitudinis tuae simulachrum quoddam repræsentare maluisset,
 an uero felicitatis tuae contemplatio magis delectat, uel quia præsentibus omnium gau-
 clis magis conuenit, uel quia cum multorum laude, cum nullius criminis coniuncta est,
 uel quod periculorum magnitudine multis impar esse uideris (cūlus quidē rei neminem
 adhuc pœnitit) splendore uero & omnibus festiuitatis ornamētis ita primus, ut nemo te
 cum cōponendus. Porrò bellicæ laudis specimen iampridē tam multiplex elucet in te, ut
 quod inciderit bellū (quod quidē & abominamur, & speramus nō futurū, tua uidelices
 felicissima pietate freti) sed tamē si quod inciderit, metuendū nō sit, nequādo (te sospite)
 dux egregius nobis defuerit. Quis em te uno, inter militares proceres, uel ad cursum per-
 micior, uel ad saltū agilior, uel ad luctā netuoslōr, uel arcū torquere melior, uel feram cer-
 sis, allequi iaculis, callentior, uel hastam uibrare scientior, uel ense ferire peritior, uel eque-
 stri certamine cōcurrere doctior. Deniq; quis in omni genere progymnasmatiū militariū
 exer-

exercitatiōr? Quem alium crista minaci galea, quem greus thorax, quem balthetus; quem ensis, quem clypeus, in summa, quem uniuersus ille Mauortius ornatus sic mire decet ut te? At qui dederat ista Sardanapalos, non decent eximie, nisi viros ad uirtutem, & natos & institutos. Quid, quod equitadi quoq; rationem omnem sic insignite calles, ut non Bucephalo illi suo Alexāder uel insederit decentius, uel agitarit animosius, scientiusq; q; tu fetocissimum quenq; equum moderaris? Ad hæc suppetunt affatim ad ista omnia ob- eunda lacerti ualidi, totiusq; corporis nerui, tum autem animi ardor, ac promptitudo tan- tum abest ab ignavia socordiaq; ut temeritati propior nonnullis videatur, magisq; freni q; calcaris indigens. Et quanq; in magno principe non tantundem adferunt momenti cor- poris vires, quantum mentis uigor, tamen absolutum quiddam est, cum ingenti animo, e- gregium membrorum robur amplitudoq; respondeat. Ad istam institutionem, ad ista ui- rium adminicula, ad istum tam uiuendum pectoris impetum, qui te iam dudū ulro ad bellū

Duo preci/ pue inflam/ mantia ad virtutem decora satis extimulat, duo quædam insuper accedunt incitabula tam efficacia, ut uel pa- rum generosos animos & possint & soleant ad capessendam uirtutem inflammare, am- latio maiorum, & cura liberorum. Vt rōcunq; enim conuerteris oculos tuos, protinus oc- currat, quod animo tuo uehemens ad hanc gloriam calcar addere possit. Nam siue à fron- te prospicias, illico obuerfantur obtutibus tuis, maiorū tuorum pulcherrima strætegea- ta, tum uelut è proximo se se ingerunt domestica exempla progenitorū, à quibus degene- rare turpissimum sit, quos equare necessariū, uincere speciosissimum, atq; illis ipsiis etiam quos uiceris gloriosum. Sin à tergo respicias, occurruunt liberi, quos meliores etiam teipso patriæ cupis relinquere. Ingens utrinq; circumstat sollicitudo, illinc quantos quamq; diui- nos heroas oporteat emulari, hinc qualem temet atmulandū proponere. Illinc apparent quos necesse est optimos referre, hinc quos oportet tales efficere. Nam utrumq; iuxta bo- ni Principis munus intelligis esse, & relictam à maioribus gloriae hereditatem, non tue- ri modo gnauiter, uerumetiā auctiorem reddere, & posteris suis pulcherimē huius pos- sessionis successionem tradere, neq; omnino sat esse ipsum Principem haudquaquam ma- lum agent, nisi idem cauerit, ne possit esse malus Princeps. Non mediocris quidem nego- cij, tam illustriū virorum laudem non sustinere modo, sed & præcurrete: at hoc posterius tamen te multo magis sollicitum habet, nimirum quo difficilius esse uides, alienos mores præstare q; tuos. Atq; isto nomine (neq; enim prætereundū, tametsi loco alieniore, quan- do forte res ipsa admonuit) non clām nobis est, quantum tuꝝ pietati debeamus, cui nihil omnium æque curꝝ est, quam ut cum te maiorum, tum cui similimos liberos reddas. Itaq; sic instituendos curas, quasi patriæ illos genueris, non tibi. Quos equidem non alia re ma- gis felices existimo, quam quod tales parentes sortiti sunt, non dico tam illustreis, aut opu- lentois, sed quibus ex æquo mens ista sit, ut eos iam inde à teneris unguiculis, non ad am- bitionem strepitumq; fortunæ, sed ad ueram uirtutem singi formariq; studeant. Nec enim usquā infortunatores esse solent i; qui in alijs sunt omniū fortunatissimi, quam quod ple- runq; optime nati, non optime (ne pessime dicam) instituantur. Nam ferè isti delicatius educantur, idq; inter greges adulatorū qui totam uirtutis uiam ignorent, quorumq; mo- res & oratio nihil nisi fortunam sapiat, à quibus nihil audiāt serium ac salutare, neq; quis- quam omnino discant, nisi unum hoc, fastu uiolentiaq; principem agere. At qui cum nos- strum cuiuslibet tanti referat, quibus primis illis annis imbuamur, deum immortalē, quæ tandem cura sufficerit educandis ijs, quos paulo grandiores factos, ne monere quidem quisquam ausit, & de quorum moribus totius populi mores fortunæq; pendeant. Proin- de tu tua pignora nō nisi pījs & integris nutribus, uirisq; sapiētibus & incorruptis man- das, à quibus nihil oculis, nihil auribus hauriant patre indignum, qui rudem adhuc pueri- lis animi testulam, salutaribus opinionibus imbuere, & norint, quia prudentissimi: & au- deant, quia tibi placere sciunt: & uelint, quia optimi: & efficiant, quia diligentissimi. Jam- dudum autem (ut audio) circumspicis aliquem literis ac moribus spectatum virum, dele- turus ex uniuersa patria, cui teneros adhuc alumnos in gremiū tradas, ijs disciplinis quæ Principe dignæ sint, erudiendos. Sed ut iam in uia redeamus, unde paulisper digressi vide- mur, ut liberis tuis utriusq; uirtutis bellicæ & ciuilis absolutū exemplar exhibeas, nec aliud exemplar q; teipsum, incredibili studio eniteris, ne qua laus maiorū tuorū fuerit q; tu tuis uirtutibus nō uel illustrasse uideare. Et in paterno quidē auo tuo Fœderico, moderationis ac fa-

ac sapientiae laus magis enituit. In proavo materno, quem tu non tantum nominis refers; Fœdericus et sic eadē eminuit, ut altera illa neutiquam deesset. At in avo materno Carolo, belli decus ^{unus paternus;} potissimum effulgit. In patre vero Maximiliano sic utrumque uideamus excellere, ut difficilis. Philippus pro le iudicatu sit utrum in bello ferocior, an in pace moderatior, formidabilior hostibus, an amabilior suis, audacior in repugnantes, an ignoscens in uictos. Hanc tu diuinam partem, ^{annus, Carols annus mater;} animi robores mire temperata, sic expresse, sic absolute refers, ut iuxta uel paci, uel bello licet patet natus uideri possis, simulque & ad clementiam factus, & ad fortitudinem institutus. Ac tanta suetudinem quidem tuam, iustitiam, benignitatem, magna cum uoluptate iam pridē excepimus omnes. Porro autem qua dextra fulmen torqueas, quantus ense, quantus clypeo insurgas in hostem, id nimur experientur hūc, quicunque illi erunt, qui singularē istam ingenij tui lenitatem suis malefactis uicerint. Nulli enim bellum acris gerunt, quam qui tardissime suscipiunt. Quid, quod istud ipsum Philippi uocabulum, omnīs instar nobis est, qualis sis in bello futurus. Etenim Philippus ab equorū studio Græcis dicta vox, perinde sonat Latinis, quasi bellacem dicas, ac militaris rei diligentem. Quod si nomina non temere creduntur īndi, sed uel ex præteriorum, aut præsentium animaduersione, quem admodum in Cratylō dissenserit Plato, uel futurorum præfigio quodam, uelut in literis sarcis, profecto non absurde quis arbitretur, si minus in priuatissimis, certe in principiis appellations istiusmodi nequaquam fortuitas esse, uerum aliquid minime negligendum portendere. Nam ut de alijs interim omittam dicere, tuum nomine in nullo serè exticit, quod non præter alias laudes bellī quoque gloria præstiterit. In Philippo Macedonum rege, moderationis ac sapientiae splendor, & militiae decus, inter sepe pene ex aequo certant. In triuauo tuo Philippo, supra titulum pieratis, tantum bellicae uirtutis excelluit, ut inde vulgo cognomē etiā inuenierit audacis. Iam proauus Philippus, quātus in hoc laudis genere fuerit, tamē plerique ineminerunt, tamen horum utrum liber esse potest īndicio, uel quod ex hac re Magni cognomen accessit, uel quod Carolum cātum uidelicet bellatorem genuit. Horum si nomen tantum in te deriuatum audiretur, tamen eo ipso poteramus admoneri, quid esset abs te exspectandum: nūc cum eorundem īdolem sic te præsententes, cum īisdem uestigij singularē ingrediari, certissimo nimur augurio ducimur, nos te bellicis in negotijs ducem habitueros, non solum egregie strenuum, uerum etiam felicem. Neque enim in bellis iustis deerit uirtuti tuae fauor diuinus, qui in pace sic moderationi tuae semper adfuit. Præstis alteram gloriae partem, eamque maiorem: non est periculum, ne in altera præstantia tui dissimilis, qualisque mancus sis futurus. Hactenus nūeo uitæ candore, florentissimoque secundū statu lilio rum omen īpletesti (nam mihi etiam illa ipsa, quæ Principiis insignibus adiuntur, omnīs uim quandam obtinere uidentur) īpletesti & aquila augurium, Cæsarea quadam animi sublimitate: porro leonis generositatem iam nunc spiras: iram uero atque assultum faxit deus ut nulli mereantur experiri. Optamus ut istam gloriae partem auguriantur tantum in te liceat, nō etiam spectare, ut pereat positum rubigine ferrum: aut si quando ita feret fatalis necessitas, cui ne dīj quidem, ut ait Homerus, repugnant, precamur, ut tua uexilla non nisi Christianæ pacis hostes terreat, tuus ensis non nisi in Turcarum & Sarracenorū iugulos stringatur. Hoc in loco meminiisse magis nobiscū, ac tacitis uotis libet premere, ne iuxta Græca paroemīā πρὸ τῆς νίκης ἡγάμιον, id est, ante uictoriā encorniū uideamur canere: sed tamē ī animis presentire iuuat, quātarū te rerū gloria maneat, quibus sis imperijs præficiēdus, quātis augēdus titulis, quos olim ex īmpijs Christo relaturus tristiphos, quæ fixurus ex īmani illa barbarie spolia: q̄ late Rhomanæ pacis fines prolaturus, quas gentes Christianæ ditionis prouincijs additurus, q̄ felicib. momētis publicū seculi tui statū in melius cōmutaturus, quanto cœlitū ac terrigenū applausu, prouehente uirtutē tuā immortali Principe, abolitis ferrei seculi reliquijs, aureā æratē mūdo resouaturus. Neque uero leuisbus ostētis, in tantarū rerū spē uocamus. Etenim ut cōtemnenda videatur, quæ quondam in tuo natūlī homines genethiaci prædixerūt, & hodie syderū perit magnō cōsensu de tuis īgētibus factis uaticinātur (nam semper horū artē pestiferā bonis Principiis iudicauit) at certe contemni non queunt, ista tam egregia præludia futurorū: quæ īā nūc non in somnis apparent, sed corā oculis exhibentur. Perspicitur multis argumentis cœlestis quēdā īdoles animi cui, quæ nihil humile, nihil nō excelsum atq; exilmium

*Quibus nomine
fuerit Philip-
pus*

*Interpretatio
in signiū Phili-
ppi*

*Astrologia
prædicta*

inium speciat. Apparet ad res maximas gerendas perpetua quædam adiuncta felicitas. Videmus orbē propè uniuersum studijs fataliter in te conuersis, applaudere successibus Philippi. Videmus hinc patrem regem inuictum, Rhomanum tenere imperium: hinc socerum regem item uictoris inclytum, Hispanias obtinere, alterū Christianæ diononis defensaculum: te iuuenem florentissimū, tali corpore, tali animo, talibus factis, utriq; exortiri, utrunq; æmulari, utriq; succedere. Cernimus augustissimæ cōiugis tuæ felicissimam fecunditatem, quæ uel ad omnium regum necessitudinem, adamantiis (ut aiunt) uinculis alligandam suppeditet. Conspicimus neq; tuam uigilantiam usquam deesse fortunæ, neq; fortunam illi: quippe quæ prima statim inclinatione tantum ornamentoꝝ tuꝫ præcellentia, uernantibus adhuc annis obiecit, quantum aliꝫ nulli neq; ueterum, neq; recentium. Quod priscorū extispicium, quæ præpes ales, quæ solistima tripludia, deniq; quod horoscopon, certius fatorum tuorum augurium ædere poterat, quām nobis tot coniectu rarum, tot argumentorum consensuſ facit: uelut una voce (si modo mente non omnino stupida simus) immortalem tuam gloriam prænunciantium: Sed (ut Homericis verbis utar) τῶτα διῆγεν τάσσεται, id est, ista in deorum genibus sita sunt. Nos deum felicitatis omnis autorem comprecamur, ne quid hęc commemoratio nostra uel tuo capiti, uel patriæ conciliet inuidia: led quæcunq; sunt euentura, ea nō nobis solum, sed & hostibus, quoad fieri potest, fausta feliciaq; faciat, hoc est, ut uictorias tuas quām minime cruentas uelit esse, semperq; donet amplitudinem tuam (ita ut nunc euenit) omnium bono, nullius dispendio crescere, atq; ut hodierna festiuitatis quām plurimos similes dies liceat exhibere: a cuius descriptione nos interim uirtutum tuarum admiratio retardauit: uerū digressione nec ociosa nec inanocena, immo nihil digressi, recta uia huc sumus delati. Quid em̄ ita proptie conueniebat ad aperiendam explicandamq; huius lucis lēticiam, ut ista ponere ante oculos, quām felicem principem, quantis uirtutibus exornatum, quibus auctum ac cessionibus, quantis etiam rebus destinatum recepissemus: Nūc uero quoniam hac nos quasi fortuitus quidam, sed tamen commodus orationis cursus deduxit, age deinceps ex

Descriptio re- periamur optatissimi desideratissimiq; redditus tui festiuitatem exponere: ut quantum gau-
ditus in patriā diorum sentimus, tantum etiam intelligamus. Id ita fieri, si praesentis diei spectaculum ac
ueluti faciem quādam, uerborum quasi coloribus sucatam, animis uestris exhibuero: ac
plurimos quidē huiusmodi dīes nobis tua felicitas p̄pperit, augustissime Princeps, festos

Philipus natus candidos, planeq; niueo (quod aiunt) unione lignandos patriæ. Primum enim, quam lar-
tus ille sol illuxit tuis, cum tu faustis omnibus æditiis in lucem nunciarerer. Quærum lux
tuæ genti uisa est exoriri? Vt ex magnis diuturnisq; calamitatibus tum deniq; respirauit,
ausaq; sibi est meliora iam polliceris. Deinde quantas uoluptates de te præbuisti, singula-
ri patris inuicissimi pietate, ex periculis illis seditionum fluctibus restitutus, qualisq; de-

Philippus ini nō patriæ genitus: tūm autem in administrationē imperij iam adoleſcens, ſolēndi ritu
tatiſ initiatuſ inauguratuſ q̄b, atq̄ tuorum oculiſ mira omniuſ ſpe exhibituſ: Ad hāc ſpōſuſ
Philippus illuſtrissimuſ cum illuſtrissima, ephēbuſ cum puella, formoſiſſimuſ cū formoſiſſima, fauſ
Sponſuſ ſtillimiſ omnibuſ copulatuſ, quo quidē e fonte, hodiernē quoq̄ luciſ gaudiuſ nobiſ po-
tissimum promanant. Poſtremo festiuſitatū numeruſ pene confudiſti, felici uxoriſ par-
tu toties faciuſ pater, pariter optatiſſima ſobole & imperiuſ ſtabiliens fulciens q̄b, & no-
biſ auſpicatiſſimum naſale tuum, quaſi ſubinde renouans. Ex iſtiſ tam multis festiuſita-
ribuſ, ſi per ſe quanq; contempleriſ, affirmeſ nihil potuiſſe accedere: ſi confeſſaſ aliaſ cum
aliiſ, haſliſteſ, quam cui præferaſ. At uincit niſi rūm unus hic diſ omniuſ illoruſ laeti-
ciam: quippe qui nobiſ quicquid unquam egregie de te ſumus gauiſi, id quoq; omnię, te
reddito, ſemel renouauit. Necq; adeo ſolum ueterem illam gaudiouſorū ſortem annumerat-
uit, uerum inſuper inæſtimabilem nouæ leſticiæ appoſuit uſuram. Quicquid unquam ex
te nobiſ accidit laetum festiuum q̄b, quicquid magnificum, quicquid glorioſum, quicquid
uſquam tibi in iſta profectione cōtingit ſplendidiuſ ac triumphale: id uniuersum nunc o-
mniuſ recursat animiſ, omniuſ cogitationiſ obuerſatur. Eſt gaudiuſ quo teipſum
perpeti queas, uidelicet cum eueniunt ſperata, cū dantur optata: at poſt quām omnia ſpe
uotisq; maiora contingunt, non capiunt ſeſe peclora, boniſ ſui anguſtus eſt animuſ. Vo-
tiſ enim patriæ illis inquam tam anxijs, tam ſolicitiſ patriæ uotiſ, abunde ſatiſ fuiuſrum
huerat, ſi cariſſimum ſubi Principem ex tam lōginq̄a peregrinatione incoſtum modo
recepifſet

recepisset. Quem uero gaudendi modum nunc esse credis, poste aquā intuetur oculis animi, quem sperarit intuetur autem uix etiam nunc sibi fidens. & tamen intuetur, audit, contingit Principe sibi redditum non incolutum modo, sed sic regum omnium officijs coheretatum, sic imperij titulis auctum, sic omni decorum genere nobilitatum, sic deniq; pluriarum rerum usu confirmatum, ut nunc demum sibi non redditum, sed datum Principem existimat. Et cum antea talem habuerit, ut florentiorem ne optare quidem auderet, nunc tanto auctiorem sibi redditum conspicit, ut intelligat diuinam beneficētiā multo plus largiri posse mortalibus (si modo promereantur) q̄ ip̄i uotis uel queant uel audeat concipere. Sed unde mihi iam decem illæ linguae, totidemq; ora: unde vox infatigabilis, quæ sine misis negat sibi sufficere, fons ingeniorum Homerus: At ego mihi ne cum illis quidem ista sufficiūa crediderim, ut quātum oculis cernimus, quahtū animo sentimus, tantum & uerbis assequar. Nunc nunc profectio tempus esset, uniuersas rhetorices opes semel explicare, omnes Ciceronis lecythos, omnia myrothecia excutere, si qua dicēdi uis si qua Venus, si qui colores, si qua emblemata, si qua dinosis, si qua enargia, si qua lux, de cuiq; si quod fulgur ac tonitru reginæ rerum eloquentiæ, id totum oportebat in huius diei descriptione depromere, cōsumerec̄. Sed ó deū immortalem, ut non in loco me destituit Mercurius. Alios ex parum disertis res uberior, pectus ipsum ac pathe, quæ uocant, factuos solent reddere. Mihi nunc noua quædat res accidit, simul atq; ad id loci tuentum est, cui nullus sermo, ne exquisitissimus quidem fuerat satisfacturus, ibi me repente communiis etiam sermo deficit. Et (quod penè monstri simile) obtuit ingenium materiæ fecunditas, ipsoq; rex uelut agmine fluxus orationis artatur ac stringitur, atq; in solita quædam læticia uis, quæ silere nō sinit, eadē rursus dicendi facultate intencipit. Aut plane nescio quid hoc rei sit, aut illud nimirū est, quod eleganter Tragicus poeta scripsit, Curas le Seneca uocem adimbat, cū multis mortalib. mediocris etiā læticia, quod præter expectationē obij quātur, ingen ceretur, uitā ademerit. Sunt omnino quædā maiora, q̄ ut eis ulla quadret oratio. Deerat tē stupente colores, nō suppetebat ars, summo alioquin artifici Timāthi, qua uultū Agamemnonis in mactatione filiæ repræsentaret. Huius itaq; uelo texit, cū aliorū omniū mirabiliter ad umbrasset. Quædā melius silentio significantur, q̄ exprimuntur eloquio: cōmodius cogitationib. hominū æstimanda relinquuntur, q̄ ingetuūt auribus. Nam quæ profectio tam illustris oratio, quæ huius spectaculi splendorē possit æquare? Quæ tam ampla, quæ huius celebratatis ornamenti non sit minor? Quæ tam feruens, ut ad nostros affectius non frigidissima uideatur? Quo minus mirādum, si unus publicā omniū læticia æquare dicitur non possem: cū suā quisq; singulatim sentire magis possit q̄ explicare: & gestibus indicare potius q̄ uerbis eloqui. Vides enim iam dudum, & uides non sine summa pectoris uoluptate Philippe princeps, ut insolita quadā alacritate uultus omniū adgestiāt, sine uerbis magnū, nescio quid, & ineffabile loquentes, cui prorsus humanæ desint uoces. Sic est profectio, quēadmodum modo dicebā, ut immensum animi dolore, ita & gaudiū immo- dītū nō alia res efficacius eloquitur, q̄ stupor & gestiens silentium. Sed tamen elaborandum mihi est, ut his de rebus pergā dicere: nō quod ars suggestit, sed quod impotens superpeditat affectus. Vt exiliūt quasic̄ reuixit omnib. animus, ubi primū optatissima vox illa insonuit, Aduentat Princeps, patrē reliquit, reciā iam in patriā properat: Quę quidē vox quo, proprius propiusq; exaudiebat, hoc magis magisq; gliscetabat desideria nostra, exarde scēbant acrius uota, nō ante tamen nos reliquit sollicitudo, q̄ te oculis manibusq; tenemus. Iam Coloniā peruenierat tua celsitudo: id quanquā nondū etiā credebamus (sero ei Q̄o occurrit, bim credunt homines, quæ misere cupiunt) tamē gestiebat omnes temere desertis se sum procul, dibus illuc usq; occurrere. Itum est obuiā à patriæ primorib. quos pompa pulcherrimæ aduentant, comitabantur. Miserunt & ciuitates singulæ è ciuib; ornatiissimū quenq; cū hominum Principi numero, nō quantū pro suo gaudio uolebant, sed quantū tua modestia permittebat. Nobis interea permolestū, quod imaginari tantū, nō etiā speciāre licuit, quæ fuerit illa terum facies, quib; uulibus se primū mutuo cōspexerint, n̄ quos Hispania remiserat incolumes, & n̄ quos in tuū aduentū patriā seruarat incolumes. Tahtis cōplexibus partim eorū qui te patris nomine prosecuti, ualedicebant, partim eius loci Principū, qui tibi aduētū gratulabantur, partim reducis & occurrentis agminis, inuitē se se cōsalutatū, sibiq; uiri

cissim aggaudeatissim, quoniā non unus sufficiebat dies, pauculos ibidē dies cōmodatus es. At pape, q̄ multi nobis illi uidebantur. Interea crebrius ab ijs, quos emandarant ciuitates, ultro cītroq̄ itum ac redditū est. H̄i quæ uidissent, certa fide renunciant: quibus nos tamē inuidere magis potuimus, q̄ credere, donec ipse præsens desideratā istam faciem nobis exhiberes. Ibi protinus uelut emissa cœlitus luce, omnia miris modis enituerit. Mox omnis ætas, sexus, ordo ad tuū conspectū effusissimo gaudio correptus, imò magis extra serapius est. Neq; aliter gaudet sibi quisq; q̄ si tu illi redisses. Sic rursum lactantur uniuersi, quasi unus animus pectus omnīū agitaret. Nemine omnino neq; ætatis imbecillitas, neq; cura rei familiaris, neq; pudor, neq; ualetudo domi potuit alligare: quo minus oculos suos tam expectati principis expleret spectaculo. Procurrunt pueri, prosilium adolescentes, effundunt sese iuuenes, promoliuntur senes, prorepunt iā morbus oblii agroti, prodeunt innuptæ uirgines, cōflyunt nuptæ, accelerant anus, pendent alij de tegulis, hærent alij muris, alij summis maceris insident, nullæ fenestræ nō uiris ac mulierib. differtæ, ipsa cœnacula teclaq; pōdere hominū laborare uidetur, nullus locus nō occupatus, ac ne is quidē uacat, qui uix etiā suspensum & instabile capit uestigii. Neq; secius interea densissimis turbarū undis opplentur, quacunq; ingrederis, uiæ: ac tibi, circūfundentibus undiq; sese promiscuæ multitudinis fluctibus, uix trames angustus relinquitur. Feruntur omnes gaudio, uelut oblii sui, nemo ordinis, nemo decori meminit. Tantū oculis, ore, toto deniq; corpore in tui spectaculū inhiāt auīdi, in te unū hærent defixi. Hi gaudet noscitate, alij concupiscunt Principis sui figurā discere: subdubitant etiamnum nōnulli, uixq; suis gaudis audent fidere. Gratulanter, applaudunt, felicē te, felices se clamitat omnes. Omnes supinis manibus gratias agunt immortali deo. Grandior ætas satis magnū uitæ fructū hodie se credit percepisse, quod te reducē uiderit. Iuuentus ad honesta uitæ studia nūc porissimū animatur, te lospite, penes quē unū recte factorum præmia posita uidet. Nulli non sua fortuna melior uidetur, postea q̄ res Principis integras esse cognouit. Tam ex æquo gaudet ab omnib. q̄ tu æqualiter omnibus redisti. Nam quēadmodum Ioue, ita bono Principe nihil cōmuniū. O rē memorandam, ex tot hominū milibus nemine esse cui Principe cōspecto succurrat, quod animū mordeat, nullum esse cui nō occurrat, quod gaudeat. Nulla interim spectandi satietas, nullus fruendi modus. Pleriq; per uiatū ambages, ad alia atq; alia cōpita transcurrunt, ut te səpius uidere liceat, adeo nequeunt expleri corda tuendo. Quibus tamē ista sedulitas nihil aliud præstitit, nisi ut magis atq; magis sit rēt. Quām uero tu inter ista tui similiis apparuisti, qui quidē ut alij in rebus omnib. libenter soles te ipsum tuis fruēdum exhibere, ita nunc quoq; perbenigne temet ciuium oculis circumspiciendū præbuisti, amoto galero, detracloq; cucullo, nudā huc atq; huc facie circumagens, quasiq; desiderijs nostris offerēs, cū hybernū cœlum & frigore & hambre sanguinet, subinde de industria restitans semper sensim & conseruante incedens, quo diutius & tuo ciues, & tu ciuiū cōspectu fruereris. Siquidē ut mutua pietas, ut mutuū fuerat desideriū, ita nunc nō potest nō esse mutua læticia. Nam pectoris tui habitus quasiq; facies toto ore renidebat. Vultus erat alacritatis plenus, amicus, ac ueluti plerosq; agnoscētis in turbā, ueluti resalutantis singulos, singulis aggaudentis & gratulationē referentis. Ut facile hic euanuit superstiosus ille meticulus, qui nōnullos ceperat, ne te remitteret Hispania ferociorē. Procul ac penitus excusisti scrupulum hunc, parē comitatem, parē modestiam, parem in tuos charitatē referens, atq; adeo maiore, q̄ tecū extuleras. Audent iam certissimā in spem ingredi, te perpetuo popularē Principē, & ab omni specie tyrannidis alienissimū futurum, quē nō exempla regnorū ostensa corrumpere potuerint, in quibus dominatus ac seruitutis plurimū est, libertatis atq; æqualitatis minimū. Quid si tibi nunc ī dentur oculi, Princeps inclyte, quibus penitus pectorū recessus & specus ac penetralia cordis intraspicere posses? Quæ tu ibi gaudia, quantū alacritatis, quæ tripudia cōspiceres? Etenim si hæc tam inaudita, tam insolita sunt, quæ patent oculis corporeis, tum si adeo nō fucata, ut molietia gestientiaq; potiusq; imitaticia, profectio liquet immēsum esse illud unde ista proficiscuntur. Requiere ab ijs qui sunt in tuo stipatu, natu maximū, num uel ipsi uiderint aliquādo, uel à maioribus audierint, ad cuiusquā Principis nunciātū aduentū, sic uniuersam hanc patriā uero gaudio suisce perfusam: iam officiose ab optimatisbus aulicis occursum fuisse: sic alacriter ex omnib. oppidis, longius ultra ditionis terminos obuiam itum.

Regna ad ty
rannidem uer
gentia

Quæ

Quæ si maxime sunt exhibita & alijs eadē, certe non éodē animo, non par studio. Alter Quomodo ex
ceptus Philip ista mōri p̄fstantur, aliter charitati: aliter exhibentur flagitanti, aliter etiā uerant. Nam quid ego nūc referā, ad singularū urbium ingressum incredibili apparatu instauratos tri
umphos, tot festivas faces, tot cera collitas tēdas, tot impositos stipitib. ignes, tot ad om̄nes angulos, ad omnia cōpita, parata spectaculorū miracula, tot ornatisimās pompas oculi
cursantiū ciuitatis ordinū, milleq; id genus quæ tibi urbes, officiosa quadā ambitione in
ter se cōcertantes, & ultro, & sumptib priuatis cōulerunt? Quorū pleraq; cū tuꝝ mode
stia nūmia uiderentur, parumq; frugalia, patriæ studio, parca malignaq; uidebantur. Et in
terdixerat tua pietas, & ob id dedita opera subitus atq; inexpectatus aduenire uolebas, ne
se se ciuitates officio grauarent: at e regione uigilabat tuorū pietas, & quantūis occulta
cum aduentū p̄zol faciebat. Gratissima uero mora detinebant oculos tuos, priuatim pro
suis quisq; ædibus ædiderant ostēacula, partim ingenio repertorū, partim ipsa nouitate, Cuiusmodio
portat esse
pompas partim magnificentia splendoreq; uisenda: in summa, talis erat ritus atq; apparatus exti
piendi tui, ut si numen aliquod cœlitus demissum aduenisset, nō multum potuerit adiici.

De studijs ac ceremonijs loquor, nō de sumptibus. Netq; enim tu unquā ciuiti tuorū cha
ritatē largitionibus, aut ulla re alia q̄ uirtute tibi redimendā putasti, neq; nobis unquam
euræ fuit ostentādis opibus, potius q̄ modeltis officijs nostri in te animi fidē facere. Nam
fortunarū ostentatio ut periculosa est sub malo Principe, ita bono Princiū suspecta est, at
que inuisa. Tu quantū quisq; possideat, nō uis procerū tuorū oculis ostendi, ne forte cu
m spīā aiū ad rapacitatē irriteret. Gaudes studio, gaudes animo, gaudes affectu tuorū, quē
si tibi maluissent strepitū luxuq; declarare, nihil mihi crede gēmarū, nihil auri, nihil uaso
rū, nihil uestiū usquā in scrinij abditū est, quod nō in tuā gratiā depromptū expositūq;
fuisset. Sin eum tibi priscorū more plausibus & acclamationib. uoluissent testificari, pa
remq; gaudio fremitū studiūt adere, uocis profecto magnitudinem, ne saxa quidem
ipsa fuerant latura, nedum aures mortalium. Verum quod in primis expectabas à nobis,
id uisum est ijs modis exhibere, qui pariter & nostra synceritate, & tua modestia dignissi
mi uiderentur, ueluti decētibus officijs, plenoq; alacritatis stupore, pleno gaudij silentio.
Deniq; quantopere nos de te, tu de nobis uicissim lētarere, quæ tandem alia res efficacius
arguere poterat, q̄ lachrymæ, quibus & ipse passim spectantium genia irrigari uidebas,
quas & nos identidem tuis ex oculis profluentes animaduertimus: An sūnt obsecro, ulla
maiora, quā muta ac gestibunda gaudia? An ulla lēticia certior, quam quæ semet ab artis
suspicio, lachrymis asserit? Nam quemadmodum permutatis rerum uicibus risum
quendam suum habet dolor, quem Graci οὐρανοῖς uocant: & notum est illud de Andro
macha Homericum, Ιλειχρύματα τελέσθαι, id est, lachrymabile ridēs: ita lachrymas suas ha
bet & gaudium, ut est apud eundem poetā, de Ulyss patre, ac Telemacho filio inuicem
agnoscētibus, εμφοτέροιστοι τῶν οὐρανοῖς θάρρος. Et in fabulis inducitur senex p̄gall
dio lachrymans, habet inquam lachrymas suas & gaudium, at non nisi uerum, non nisi in
gens, non nisi maius, quā ut animi conceptaculis queat cōtineri. Atq; in dolore fletum
fortassis adumbrauit aliquis, in gaudio certe netno lachrymas singit. Nisi si quis forte im
brem hunc quasi gemino manare fonte interpretetur, desiderij, propter eos, quos in tuo
comitatu frustra nostri requiruati oculi, & gaudij, quod tibi cum reliquis, horum fata li
cuit effugere. Quandoquidem & hoc lachrymarum genus utring; mixtum describit Ho
merus in Euryclia, τὸν δὲ ἀρετάρικόν καὶ ἀλυθόν τελευτα, τὸν δὲ οὐρανοῦ πλάνην.
Verum hic dolor lēticiam adeo non obscurat, ut etiā uelut aquila igni inspersa, uehe
mentius excitat incendium. sic mors paucorum faciat, ut uberiorem de tua incolumentate
uoluptatem capiamus. Hoc enim quicq; dulcius esse solet, quo fuerit ex maioribus rece
ptū periculis. Ergo cum multis alijs indicijs, tuum certissimo lachrymarum argumēto pa
tria demonstrauit, neminem unquam Principem se tāto cū gaudio uidiſſe primū, quan
to te quasi postūminio redditū, intuetur. Neq; mihi uidetur ista uoluptas sic totos animos
hominum duntaxat occupasse, ut omneis tuæ ditionis urbes, domus, uiae, passim incredib
ili lēticia perstrepant, quin & ipsi parietes, ipsa tecta, ipsa flumina, ipsi campi, ipsa nemo
ra, nescio quid nouæ alacritatis p̄ se ferre uidentur. Nihil usquā tam brutū mihi conspi
cere uideo, ad quod nō appareat sensum aliquē tui redditus pertuenire. Hanc imaginatio
nem nobis lēticiae quasi quādam ebrietas parit. Omnia hōbiscū exultare gestireq; uiden

tur. Putes optare sibi uocem, qua Principi optatissimo redditū gratulentur, optare manus quibus feliciter reducident plausum. Quicquid enim ubilibet tua terra cōpletebitur, hoc sese sibi redditū existimat, posteaq; tu patrīe redditus es cuius auspicijs constant florētq; omnia. Imò ipsam patriā, siue hanc parentē tuā celitudinē, seu filiā magis conuenit ap- pellari, nam ancillā quidē tu uetas, illam, inquā, patriā quā absentē te pridem tam anxie, tam misere desiderabat, uidere mibi nunc uideor longe alio uultu, audire uideor uoce læ- tissima tibi præsentī gratulari, & ingentes illos suos affectus, huiusmodi quadā oratione

Protopoecia utcunq; ebalbutire. Ergo ne tandem meis uotis redditus es optime maximeq; Princeps?
partie gratu- Iam ne tutū deniq; curas illas pro te meas abiūceret, Iam ne certū fas est gaudere gaudium
lantis An hallucinor, & oculi me fallunt, tantumq; gaudiorū somnio tantū? Adeo uix possum credere, quod tā sollicitē desiderauit. Et tamē nō mihi imponit aspectus, res est, nō phantasma. Iam plusquā uotorū compos, uideo te, audio te, contingo te, complector te, teneo te, meū lumen, meū decus, meū presidiū. Ut bis gaudeo, & metus pro te meos irritos fuisse, & spes successibus rerū tuarū superatas. Ut etiā triumpho, meā pietatē apud superos pro tua incolumitate ualuisse. Quā mihi tandem uictimæ, quā nam hecatombæ in hoc sufficerint, ut grater numinibus, ut diuinæ benignitati, quas tot nominib. debeo, gratias agā. Quā te ē tam longinqua peregrinatione, eaq; ferè bienni, prospere reducē fecit, quā iterum atq; iterū à morbo sospitē restituit, quā à periculis, insidijs, uenenis, breuiter omnib., quā solent alijs, in longinquis ac diuturnis itineribus obtingere, integrū incolumēq; redidit. Deniq; quā me mibi, tecūq; restituit uniuersa! Omnia em mihi reddita existimo, tē recepto. Me seruatā arbitror, posteaq; tu saluus es. Atqui recepi te nō solū incolumem, uerum etiā nulla nō bona re cumulatiōrē. Plusq; beata mihi uidebar futura si nihil horū uenisset, quē tū misera metuebā. At nō ea modo depulit abs te tutela dei, quē deprecabat, se rū adiecit eiusdē benignitas, quā ne precari quidē audebā. Posthac demū intelligā felicitatē meā (felicitas autē mea tu es unus) multoq; tū audiūs, tum suauius fruar bono meo, posteaq; id intermissa copia, cū maius effecit, tū iucundius. Quām præclara res sit ualere, in moribus docet: quanta cōmoditas sit habere, declarat egertas. Quantū mea referat, Princi-

Incōmoda ex pem corā intueri, ista me docuit peregrinatio. Ut omnia te submoto defloruerant, emat-
absentia Prin cuerant, cōciderant. Sordebat nobilitas, mōrebat aula, frigebat omniū artiū quæstus, qui
cipis que nō alibi cōsuevit uigere magis, pacabant officinæ, deserebat tabernæ, langebant mē-
cimonia, defluebant nundinæ, iacebant studia literarū, quā nunq; magis q; sub optimo
Principe florere solent. Obmutuerat & musæ meæ, quā solæ pijs Principib; immorta-
litatē, ac planè diuinitatē quandā possunt largiri. Cōsenerant uirtutes. Omnia ad famēs
timq; spectare uidebātur, quā tu repente omnia nō solū restituisti, restitutus, uerū floren-
tiōrā multo fecisti, q; ante fuerant. Respirarunt artes, reuiguit quæstus opificū, repēte enī
tuuit nobilitas, refloruit aula, feruent officinæ, frequētantur emporia, repullularū honesta
studia, reuixerūt ingenia, certatimq; iā moliūtur aliquid te dignū excudere, quo cū tuam
celitudinē sibi demereanit, tum egregia tua decora, memoriae dedicēt sempiternæ, idq;
nō caducis titulis, aut operolis pyramidibus, quas demolitur ætas, obliterat obliuio, con-
tenit, aut etiā carpit posteritas, sed ijs monumētis, in quā sola nihil liceat, nec uentis, nec
hymbris. Imò quā ipso æuo, quo reliqua omnia senescunt ac deficiunt, magis ac magis illu-
strātur, quasiq; iuuenescent. Atq; istuc quidē hoc prop̄p̄iore moliūtur animo, quod intelli-
git apud tuā amplitudinē, nulli rei que præmiū esse, q; uel morib. incōruptis, uel egre-
gijis ingenijis. Adeo iudicas ad ornamentū ornatissimē ditionis tuā pertinere, ut uiris eru-
ditis abundet, ut quo rem literariā faceres nobis locupletiore, curaris (ut audio) mortaleis
aliquot utriusq; literaturæ scientissimos, & in omni doctrinæ genere præcellentes adduce-
re, quibus ueluti seminariū ministrantibus, crassiore hanc & nostratē eruditōnē incipia-
mus dediscere, & meliorib. tandem assuecamus disciplinis, quā quoniā iam olim in Gra-
cia, iam pridē in Italia, nuper etiā in Gallia, peruetusta & ipsa studiorū sede, incōmode cō-
perūt haberi, nimirū proper tumulū bellorū, & clangorē tubarū, à quibus uehementer
abhorrent, quippe pacis filiæ, tranquillitatēs alumnæ, fortassis in hanc tuā ditionē nō in-
uite demigrabunt. O quā gaudia nūnc animo percipio, q; gloriæ uoluptatē mente præ-
sentio, dum auguror me tuis auspicijs futuram aliquādo, quam nulla terrarum ullo in ge-
nere laudis queat coñtemnere! Sed futura bene secudent superi & omnem inuidiam
fortunæ

fortunæ procul arceant. Interim tutum est hoc præsentis gaudio frui. Interim has plures est; deo sospitatori diuisq; fauentibus gratias agere, quod & mea pro Principe, & Principiis pro mea pia uota ualuerūt, quod utriq; alteris frustra timuimus. Nam & ego pro mea in te charitate, non potui tibi non omnia illa timere, quæ fortuna uersatilis solet in rebus humana excitat: & tu cōtra mihi pro tua pietate, quicquid malorum absentem Principe solet exquiri. Quo maior utriusq; metus, hoc gaudium item utriusq; effusius, quod primum diuinum fauore, deinde tua tum prudentia, tum fatali quadam felicitate, postremo regum humanitate fideq; gētium effectum est, ut reversus incolumis, reversus pluribus principatus titulus auctus, omnia mihi læta retuleris: quodq; meo uicissim officio curaç; cautū est, ne quid tua pietas parum lætum rediens offenderet. Quod reliquum est, deum optimum precor, ut istam mentem tuam servet, semperq; in maius prouehat. Hunc item mihi animum uel esse perpetuum, ut quam diutissime, & tu mibi felix ac salutaris esse possis, & ego tibi pia atq; officiosa. Quicquid ab optimo parente poterat expectari, id hactenus cumulatissime mihi præstisti. Ego quam responderim nescio, certe conata sum sedulo pari pari referre. Verum in posterum quicquid obsequij, quicquid amoris, quicquid officij oportet parentem ab amantisima filia expectare, id omne uelim tibi pli de me pollicare. Tu perge magis ac magis istum animū exhibere, ego uicissim meo in te studio semper aliquid adiūciam: Haec pura genetrix omnem tuam, haec singulorū, haec uniuersorū, & dicere & sentire florentissime Princeps.

DESPHERAS MVS ROTERODAMVS

IOANNI PALV DANO DOCTISSIMO ATQ; VE
humanissimo inclytæ Louaniensem academ
miae rhetori S. D.



N T B L L I G O tuis ex literis, musarū meumq; deliciū Ioannes Paludane, id quod & sine literis facile coniectabam, ut es mei nominis uel meipso studiosior, te iamdudum si tenter expectare, Panegyrici nostri iam emergentis in lucem, quasiq; nascentis, quod tandem factum, quis genius fore videat. Vix dum prima pagella recens, & adhuc ab officina madens cœperat ostētari, atq; (ut fit in re noua) alijs ab alijs per manus tradi. Erasmus interim, quæscias quantopere semper delectarit Apelles ille post tabulas latitans, nusquam non aures arcetas habebat, undeq; captans, nō quam multis placaret (cum mihi quidem ad conscientiae fiduciā, & unius hominis iudicium abunde sufficiat, modō is, uel Valasci nostri, uel cui similis sit) sed qua parte displexeret. Nam laudator nisi eximie doctus, officit quoq; at reprehensor etiam parum eruditus, aut admonet, quod te fugerit, aut ad defensionem recte dictorum expergefacit, & aut doctiorem facit, aut certe reddit attentiorē. Proinde dispercam, nūl mihi Mōnūtū unum malū sanū, quam decem Polyhymnias. Sed quid uerbis opus? Illud in totum affirmarem, si quam uere, tam non arroganter dictum uideretur, non paulo plureis fore qui carpāt, quam qui intelligant. Ex tribus autem reprehensorum generibus, primum haud satis etiam scio, tuisq; mihi magis fuerit, an miserationi, uidelicet eorum qui sibi preclare literati uidentur, cum nihil sine minūs. Ille statim in ipso Panegyrici limine offendisse, quasiq; in portu (quod aiunt) impegiisse prædicabant, ibi erratū esse putantes, quoties nō satis intelligebant. Quid autem bohe deus intelligunt isti? Itaq; quasi sorices suomet iudicio peribant, propriam prodentes inscitias, dum infectantur alienam. Sed totam hanc fabulam malo corāt, quam quidem scio tibi magnæ uoluptati futuram. Cæterum haudquaq; mihi contemnienda ducebam reliqua duo calumniatorū genera, alterum Imperitorum, neq; satis prudenter, qui totum hoc meum ornandi Principiis studium, adulatioñē uocabant: alterum mediocri literatura hominū, qui in opere quasi non dum dedolato, nonnullis rebus offendit, uel desiderare quædam potius uidebantur. Et alius quidem me pupugit prior illa reprehēsiō, quippe quæ moribus labelli conatē aspergere. Altera leuius cōmouebar, quod ingenium modo taxaret, non euā uitam cōstatim

naret. His igitur pro viribus est satisfaciendū, illi sunt acrius refellendi. Princípio qui Panegyricos nū aliud quām assentationes esse putant, prorsum ignorare videntur, quo consilio, cui rei, gēnus hoc scripti sit à prudentissimis viris repertū, nempe, ut obiecta virtutis imagine improbi Principes emendantur, probi proficerent, rudes instituerentur, admonerentur errantes, extimularentur oscitantes, deniq; ipsi apud se pudecerent deplorati. An vero credendum est Calisthenem tantum philosophum, cum Alexandri laudes dicteret, an Lysiam atq; Isocratem, an Plinium, & cum his innumerabiles, cum hoc in generali reuersarentur, alio spectasse, quām ut sub laudandi praetextu eohortarentur ad honestas? An tu censes regibus sic natus, sic educatis, tetrica illa Stoicorum dogmata, & Cynice tractatus esse proponendos? Scilicet ut aut cachinnum moueas, aut acrius etiam irritas? Genetosus animus quanto cōmodius ducitur quām trahitur, quātq; melius blandimenti sanatur, quām conuicj. Quod autem efficacius, imo quod aliud prudentibus est usurpatum cohortandi genus, quām ut magna iam ex parte tribuant ea decora, ad quae prouocant? An non laudata virtus Crescit, & immensum gloria calcar habet? Quid, quod ipse Paulus apostolus non raro hoc artificio quasi pia quadam uititur adulazione, laudans, ut emenderet? Nam uero qui possis scelestō Principi tum impunitius, tum acerbius exprobare crudelitatem, quām si in eo clementiam praedices: qui rapacitatem, uiolentiam, libidinem, quām si benignitatem, moderationem, castimoniam efferas. Virtutem ut videat, in labescatq; relicta? Sed Augustinus (inquit) multa se fateatur emeritū fuisse in referenda taudib; imperatoris. Quorsum iſtū pertineat, quod ille scripsit vir obstinatus etiā infensus mendacio, non est huius loci disputare. Certe Plato, certe Stoici mendacium officiosum permittunt sapienti. An non recte puerilem indolem falsis laudib; nō nunquam ad uirtutis studium inflammas? Nōne & optimus quisq; medicus in ægrotis affirmat sibi placere colorem, atque oris habitum, non quod tales sint, sed ut tales efficiant? Adde his quod candidi pectoris est, in sui Principis admiratione uel hallucinari, & in eo laudando modum obliuisci, in quo amando nullus debet esse modus. Tum autem publicitus intereat, ut de Principe etiam non optimo, tamen plusquam optime sentiant ī quibus imperat. His nimirum Panegyricus scribitur, non Principi, si sit illaudatus. Nec enim uni praestatur, de quo dicitur, sed plurimis apud quos dicitur, quorum auribus permulta tribuas necessitate est, quemadmodū sit in concordibus, cui Panegyricorum genus esse simillimum uel ipsa vox admonet, quæ Græcis à conuentu promiscuæ multitudinis dicitur. Vnde & Fabius nullo in genere tantū esse licentia credit, quātum in ihs in quibus fas est ad demulcendas auditorum aures, omneis rhetorices fūcos, omneis delicias palam ostentare. Deniq; posteris quoq; scribuntur ista, scribuntur orbi, nec ita magni refert huc spectati, cuius nomine boni Principis exemplar proponatur in publicum, modo id scite facias, ut cordatis non inescasse, sed monuisse uideare. Verum qui crimen adulacionis impingunt, primū partum animaduertere videntur, se se non tam mihi, quam ipsi Principi conuicū facere, deinde non intelligunt in se recidere contumeliam, cum ipsi adulatores sint maximi. An uero iuxta Hesiodū, hic quoq; λαρναὶ λαρναὶ φθονέ, καὶ τέλον τέλον. Verum nimium est interualli inter istorum teterim assentandi genus, & hoc non meum, sed eruditorum omnium. Illi laudant & turpia, & sui compendiū causa seruiliter blandiuntur auribus stultorum: nos amabilem illū uirtutis quasi faciem in cōmune proponimus, idq; eius nomine, quem ea maxime deceat, cuiuscq; titulo facilime cōmendari queat multitudini. Quod si qui clament, totum hoc ineptū esse, laudare quempiam: possem istis Pliniānis respōdere uerbis, sic illis uideri, quia desierint facere laudāda. Verum sint isti quantūlibet seueri, nobis liceat ineptire cum Ambrosio, cum Hieronymo, qui multos scriptis ad ipsos laudib; ornarūt. Quod uiris tam diuinis in priuatis licuit epistolis, mihi in tam populari tamq; per nū theatralico scripti genere non licebit? Hæc purgatio apud prudentes iudices non in honesta uideretur opinor, etiam si mihi Phalaris aliquis, aut Sardanapalus, aut Heliogabalus hoc Panegyrico laudatus esset. Nunc ne quis forte suspicetur me postulare, ut mihi quicq; eorum quæ dixi aduersus adulacionis calumniam patrocinetur, Principem utcunq; depinximus, iuuē quidem illū, sed in quo præter fortunę cōmoda, quibus nulli certe cundus est, magna iam uirtutes eluceant, tum in posterū nulla non uirtus expectetur. A quo quidē non tam mihi sperāda sit studij mei gratia, quod laudarim, q; metuenda (quod abominor)

abominor) indignatio: idq; propter singularē ipsius modestiam, cū nulla nō defelias nimia uidetur esse. Rursus autem in ius uocabunt alij, quibus illius decora notiora sunt q; mihi, quod omnia tum minora, tum pauciora ueris scripserim. An effecerim nescio, tente sedulo conatus sum, sic totius orationis consilium dictumq; temperare, ut doctis atque attentis quoquis potius spectasse uiderer, quam ad assentationem. A quo profecto usq; (te in primis teste) sic abhorri semper, ut ne possem quidem adulari cūquā si uelim, nego uelim si possim. Pēinde nihil uereor, ne crimen istud in meos hæreat mores, apud eos qui tecum Erasmus intus & in cute norunt. Ut igitur apud istos tu meq; simplicitatis uel testis uel patronus esse optimus potes: ita quantum ad ingenij calumniam attinet, nemo temelius nouit, quippe sub cuius oculis res omnis & coepita est & absolta, tria quædam præcipua defuisse προληπτική χρόνος. Quorum primū tantum habet momen-
ti, ut sine eo, ne quod incipiās quidem dicere habeas. Quid enim dicit uel Tullius ipse, nō si de causa edocet: Alterū tantum adfert momenti, ut teste Fabio, uel citra doctrinam di-
fertilissimos soleat reddere. Scis autem quam uix extuderis, quam uix mihi imperarim, ut
hanc curam suscipere, quam refraganti reclamantiq; animo, deniq; quam nō meo stoma-
cho scripserim. Porro tertium eiusmodi est, ut ne doctissimus quidem quicquā elimatum
queat adferre, nīsi multa dies & multa lūta coercuit. Iā regni līmites attigerat princeps,
priusq; tibi ueniret in mentem. Et frigidum fuerat, tum de reditu gratulari, cum is iam
inueterauisset, ταῦ γέρεας ἵστη αὐγῆλο. Itaq; tumultuanter moles quedam uerborum
cōgesta est, quid enim aliud poteram totius ignarus argumenti? Quod autem est sine ossi-
bus corpus, id est sine rebus oratio. quasdam uero res accipit orator, non excogitat. Neq;
mihi pro temporis angustia defuit percontandi studium, sed alij conuiuiorum apparatus
atq; id genus nugas respondebant, partim incompertiōra quam ut auderem literis cōmī-
tere. Quod si in hac parte tam non defuissent gloriæ principis quam suis cōmodis non de-
sunt quidam, equidem peruidēbā rem probe posse splendescere, uerum esse totam oratio-
nis telam de integro retexendam. Et iam minus etiam adiuuabar animo, quod spe quoq;
parandæ instructionis essem destitutus. Quod igitur solum & licuit & libuit, relatio teno-
re pristino, multis locis multa uelut intertexui, idq; ex tempore, ne à reliquo corpore uel-
lū perperam assuta discreparent. Hoc paēto certe longiore fēci Panegyricū, an meliorem
fecerim nescio. Porro necessum erat aliquoties ad locos cōmunes diuertere, & duriores
interdum πρεξελός adhibere, quæ tamen ipsæ quoconq; modo erant ad profecitionis
argumentū detorquendæ. Quanto uidelicet me felicior Plinius Cæcilius, non solum dis-
sertior, non modo quod ei talis contigerit imperator, isq; iam canus, iam omnibus ciuiliis
ac bellicæ rei muneribus perfunctus, sed multo maxime, quod quæ laudabat pleracq; uide-
rat. Optime narramus quæ nobis notissima sunt. Nihil autem notius, quam quod oculi
tradiderūt animo. Quas quidem ob res ausus est lectorem ille in epistola quadam oscitan-
tem ad pressius annotandas figuras, transfiguratus & ordinem expergefacere. Mihi magis ro-
gandi sunt ij quibus lyncei sunt oculi, ut ad multa conniveant. Video & ipse quædam ad-
huc hiantia, quædam ascira, quædam perturbatoria, nōnulla uerbis luxuriantia, nīhil au-
tem satis excussum atq; expolitū. Et tamen qui sunt equiores, non tam mihi imputabunt,
quam ijs incommodis quæ modo retuli. Atq; hæc quidem uerbosius ad te doctissime Pa-
ludane. Cui enim potius quam tibi, cum nullius magis partes esse uideātur quam tu, ad
uersus omnes calumnias nostri patrociniū suscipere, nō solum quod abundantia quadam
amoris erga me tui, meis rebus perinde ut tuus soleas commoueri: uerum etiam quod bo-
na pars ad te pertinere uideatur, uel criminis si merear reprehendi, uel etiam laudis, si qua-
laus hinc mihi debeatur. Tu siquidē mortaliū unus ut hoc laboris capesserē reluctantē de-
rectūtatemq; ppulisti, idem ut pergeret assiduos stimulos subdidisti: tu ut illustrissimo prin-
cipi exhiberem, & autor & adiutor fuisti. Idem ut æderem deniq; non conquieuisti, do-
nec persuaseris. Quin in ipso operis progressu cum alia quædam, tum illud in primis sug-
gesisti, id quod ego libenter arripui, ut honorifica mentione ornatiissimi patris Francisci
Buslidiani archiepiscopi Bizontini, uiri nunq; satis laudati memoriam, qua possem ab obli-
uione situq; assererem. Adieci carmen eiusdem texture, id est, extempore, id quod uel ta-
cente me, ipse facile perspicies. Vale, literarū decus, nosq; (quod & pores & debes, unus
omnium maxime) fortiter defende. Antwerpiae ex officina chalkographica.

SOILLVSTRISS PRINCIPI PHILIP^s

PO FELICITER IN PATRIAM REDEVNTI GRA
tulatorium Carmen Des. Erasmi, sub per-
sona patriz.



Semper memoranda dies plaudendaq; semper,
Quam nüeo faciles ducunt mibi uellere Parca,
Ecquis Erythræis tam cænus unio conchis
Innitet, ut merita queat huius munera lucis
Insignire notar; quæ te optatissime princeps,
Iam laßis desiderijs uotisq; tuorum,
Restituit: nunc nunc uideo mihi redditæ demum,
Te, mea spes, decus, ac uotorum summa, recepto.
Scilicet una parum est, tam festæ gemmæ diei,
Quæ semel anteactæ nouat omnia commoda uitæ,
Quæ tot læta simul cumulo mihi congerit uno.
Lingua deest animo, neq; enim in sua gaudia pectus
Sufficit, ad iustos desunt sua brachia plausus.
Sospes ab Hispano rediit meus orbe Philippus,
Sospes, cumq; meo redierunt cuncta Philippo.
Ecce canunt reducem populusq; patresq; Philippum,
Clamat lo reducem læta undiq; turba Philippum.
Responsant reducem uocalia tecla Philippum,
Nec fallax ista est iteratae uocis imago.
Saxa etiam reducem sentiscunt muta Philippum,
Et recinunt reducem minime iam muta Philippum.
Cum procul hinc aberas, squalebant omnia luciu.
Mox ut saluus ades, renitescunt omnia cultu.
Sic ubi tristis hyems aquilonibus asperat auras,
Nuda senescit humus, incerent sine floribus horti,
Torpescunt amnes, languet sine frondibus arboz,
Stat sine fruge seges, marcent sine gramine campi.
Rursus ubi zephyris tepidum spirantibus, anni
Læta iuuenta redit, gemmantur floribus horti,
Effugiunt amnes, reuirescit frondibus arboz,
Fruge nitent segetes, hilarescunt gramine campi.
Sic simul auricomus se condidit aquore Titan,
Mox perit hæc nitidæ facies pulcherrima mundi,
Pigra quies subit, & nigrantibus horrida pennis
Nox operit, morticiq; simillimus omnia torpor.
Rursum ubi purpureis aurora reuecta quadrigis,
Rorantes tenero detexit lumine terras,
Cuiq; repente sua species redit, atq; renasci
Cuncta putes, blandocq; magis iuuenescere uultu.
Tu uer dulce meum, tu lumen amabile, solus
Cuncta rapis fugiens, ac redditus omnia reddis.
Quam misere absentem lugebant cuncta Philippum,
Quam mihi sollicitis trepidabant uiscera curis,
Dum tibi nunc iterum peragratur Gallia triplex,
Nunc magni lustras saceri latissima regna,
Nunc tumidum uisis Rhodanum, gelidisq; propinquæ
Arua iugis, dulci placide regnata sorori.
Nunc rapidum superans Rhenum, petis ampla parentis
Imperia, & uarias gentesq; urbesq; per terras.

Plarum studio, ac pro rerum pondere uelox,
 Ad mea uota tamen lentiſſimus. Ut mihi ſegnes
 Torpidius ſolito uifi prorepere menses.
 Ut geminæ noctes, ut tardius ire uideri
 Inuitis ſol feflūſus equis. Quin ſæpe fatiſcens,
 Impatiensq; moræ pietas, hæc eminus in te
 Latrabat, calidis conuicta mixta querelis.
 O nimium ſecure mel, iam tertia bruma
 Apperit, & ceflas etiam lentusq; lubensq;
 Atq; oculos ſine fine tuos peregrina morantur,
 Nec ſentis, quod ſola malisq; metuq; fatigor.
 Num tibi nuper in eſt adamas in peclote natuſ?
 Nunc cubiſ ſomniferæ guſtaſti flumina Lethes?
 Qui dulcis patriæ, terraq; altricis alumnus
 Non meminiſſe potes: tam longo ferreus æuo
 Non meminiſſe potes: Sic te regna extera tangunt
 Eſto biſ affinis ſe tollat in æthera Betis,
 Et geminiſ tumeat titulis. Germania iure,
 Haud ego diſſiteor, magno genitore ſuperbit.
 Nec domiha temere Sabaudia lœta forore eſt,
 Francia iam trauos, cognoataq; ſtemmata centum
 Oſtentare poſteſt. Vno hoc ego nomine priuas
 Affero, nec cedo ſocero, nec cedo ſorori,
 Nec centum cedo uincis, neq; cedo parentiſ,
 Numinibus tantum, ſuperiſq; ſecunda beatis,
 Hoc, inquam, titulo, quod te mihi protinus uni
 Elapſum arcanis uteri Lucina latebris
 Tradidit in gremium, quod dulcia murmurā priuas
 Auribus una meiſ hauiſ lœtiſſima uocis,
 Reptaliſq; ſinu generoſus puſio noſtro.
 Qualibus o mihi tum ſaliebant peclora uotis.
 Qualibus o mihi nunc ſaliunt præcordia uotis.
 Tunc ego plaudebam natum festiuſ Philippum,
 Nunc ego plaudo magis reducem festiuſ Philippum.
 Illo quanta die præſenſi gaudia mente,
 Hoc maiora die perſentio gaudia mente.
 Vicisti mea uota, bonis gratiſſime diuīſ,
 Optatis mihi maior ades, nunc thure Sabæo
 Templa uaporentur, nunc omnis luceat ara.
 Vict' ma nunc dextro properet uotua tonanti.
 Is mihi te quondam dederat, mihi reddidit idem,
 Et dederat magnum, at maiorem reddidit idem.
 Perge precor Lacheliſ ſimili de uellere totam
 Principiſ, in longumq; uelis deducere uitam,
 Nec pullis unquam uities bona ſtamina filiis.
 Tuq; pater qui digna ſoles immittere dignis,
 Eoq; pithiſ miſces mortalia fata duobus,
 Huic nihil, aut certe minimum de tristibus addas,
 Sed mihi perpetuo ſit, ut eſt, lœtiſſimus ille:
 Contra ego perpetuo ſim, ut ſum, lœtabilis illi,
 Mutuaq; hæc nobis ac tam pia gaudia, nunq;
 Humanis infeſta bonis turbauerit Ate.

AMPLISSIMO PATRI AC DOMINO D.

NICOLAO RUTERIO, EPISCOPO ATREBATENSI

Des. Erasmus Roterodamus S. D.



V L T I S adeo nominibus mihi uisum est conuenire ornatisime Praeful, ut Panegyricus quem principi Philippo ex Hispanijs reduci nuper exhibui, tuī potissimum nominis auspicijs in manus hominū exiret: primum quod unus omnium apud nos rei literariæ candidissime fauas, prorsusq; erga doctos omneis Meccenatem quendam, uel parentem potius agere soleas: deinde siue quid ad illustrandam principis gloriam labor hic meus afferet momenti, netmo te dignitatis illius studiosior: siue magis ad cohortandum ualebit, istuc uero tibi semper unicum, & à Philippo ad Philippum, proatio pronepotem, perpetuum studium fuit salutaribus ac liberis consilijs, ducum animos ad honesta uocare. Postremo ut per eundem bonis ingenij commendaretur nostra gratulatio, per quem antea principi placuisset. Placuisse autem, cum oculis, uultu, atque ipsa (quod aiunt) fronte, tum amplissimo munere, ueluti iudicij sui pignore testatus est, nihil honos ferens, si uoluissim in aulicam immigrare familiam. Nam plures alioqui causæ suadebat, ut eam pro uiribus abderem premeremq; quod hinc ingenjoli mei modulus succurreret, hinc obuersabatur animo, quam arduum esset maximorum principum maiestatem oratione sustinere, quantum autem flagitij, eam culpa deterere ingenij, quemadmodum at Horatius. Neque enim cuiusuis penicillo numinum effigies digne representantur. Adeo iam quod & alias impar, ipso etiam tempore, sicuti scis, excludebar. Etenim cum mihi sero uenisset in mentem, tum de re nihil tenerem, nisi quantu homini rerum huiusmodi nomine curioso, semperq; libris immussanti, publicus rumor suggessisset, tum multuaria primum opera, uerborum quasi syluam quandā repente corrui: ac ueluti primo, sicut aiunt, cœlo, futuri Panegyrici rude simulachrum deformati. Dehinc ubi de re multum uestigata, non multo factus essem instruitor, negligentibus alijs, alijs etiam studio cœlantibus, & æditio iam passim efflagitaretur à studiosis, neque liberet totam operis telam retexere, compluribus locis interfusli quædam. Vnde uereor, ne peritiorum ungues, orationis inæqualitatem & hiantes alicubi commissuras sint deprehensuri. Porro cum oculi sint unicí bene narrandi magistri, mihi ne audire quidem contigit, nisi per pauca quædam, eaq; in comperta, ut hic totus locus fuerit quasi summis pedibus transiliendus. Nam de principe & parum confessa scripsisse, sacrilegij genus est. Accedebat huc, quod mea simplicitas, ut ingenue dicam, à toto hoc scripti genere nonnihil abhorret, in quod unum, uel maxime uideatur hærere Socraticum illud. τὴν φύσειν τρίπολην τὸ κολακεῖον μόνον: Quanquam ista non tam æratis quam ægauratis est. Nec alia prorsus æque efficax emendatis principis ratio, quam si sub laudandi specie boni principis exemplar offeras, modis uirtutes tribuas, sic uitia detrahas, ut ad illas adhortari, ab his detergere uideare. Neque enim medici quemlibet eadem, sed aptissima quenq; curat uia. Hac uidelicet fortuna laueri me poteram, nisi in eum Principem incidisem, in quo laudando ne necesse quidem fuit quicq; affingere, hac una in re fortunatus: fortuna tiores tamen futuri, qui hunc ipsum iam senem describet, culus consilia ut nobis diuina benignitas, magis magisq; prospera uelit esse, precor. Bene uale.

SC CLARISSIMO VIRO D^O IOANNI

SYLVAGIO, REGIS CATHOLICI CAROLI CANCEL
lario summo, Des. Erasmus Roterodamus inter eiusdem
regis Consiliarios minimus S. D.



V B I N D E me flagellat litigatricibus epistolis Petrus Barbirius facella
nus tuus, meus Pylades, quod posteaq; itineris Hispanici comes esse te
cusaui, nō saltem c̄rebris literis egl̄ studinē tuam interuisam. Ego uero,
si mihi persuasum habeam prudentiam tuam, uel desyderare literarum
officium, uel huiusmodi vulgaribus officijs aestimare clientis in te an/
num, nolim mihi hac in causa ullam, quantūvis iustam, excusationem
esse pr̄sidio: līcet illud uerissime queam dicere, me hacenus nō leuius districisti fuisse stu-
diorum laboribus, q; tu tanq; principis, & non unius regni negocij̄ d̄stringaris: etiam si
non negem te sarcina splendidiore premi, grauiore nō arbitror, ut interim cultē cum ele-
phantō cōponam. Nunc uero cum nō ignorem, pectus istud tuum, heroicū quidem pro-
fus, & homine maius, sed tamen unum, tantis negotiorū molibus undiq; pulsari, nō alta-
ratōne mihi uideor in te officiosior esse posse, q; si salutationis officio supersedeam. Quin
modis omnibus mihi uidear iniurius tum in regem catholicū, cui uelut Atlanti, tu Hercu-
lis es uice, aut, si maius, uelut Herculī Theseum p̄stas, tum in uniuersam potentissimi
principis ditionem, cuius iuuādis rebus superū benignitate donatus uideris. Si te frequen-
ter meis literis interpellam, p̄sersit nihil aliud q; animum in te meum testaturis, quem
ego sane, si facultas animi studio respondeat, solidioribus argumentis testari cupiam, &
op̄itularote Christo, testaturus sum aliquando, si modo in paucos annos uitam & incolu-
ritatem superi propitiū largiantur. Nunc in hoc pistrino, in quod memet conseci, molen-
dum est menses aliquot, et mortariū quod ipse intrui, mihi exēdūndū est: nec tamē aliud
interim ago, q; agit tua celsitudo, pari quidem studio, līcet impari successu, nec pari splen-
dore. Tu uelut in celeberrimo totius orbis theatro, sumitho cum omniū aplausu uersans,
principis eius negocia moderaris, à cuius genio rerum humanarū summa potissimum per-
dere uideatur, & ita moderaris, ut cum illo pulcherrimū quoddam certamen suscepisse ui-
dearis, utrū unus ille syncerius regnis tam multis summū gerat imperium, an tu unus uni
magistratū amplissimum. Ego inclusus & inter libeos mussans, pro mea uirili honestissi-
morum studiorū negocium ago, nihilo fecius interim & principis agens negocium, cui scio
nihil esse magis in uoīs, q; ut ipsius auspicij, Christiana pietas, ac eruditio digna Chri-
stianis, magis ac magis apud nos efflorescat, & latissime propagetur. Atqui ditio fortas-
sis potest armis propagari, uera religio alij̄ copijs, alij̄ sc̄ p̄fidijs propagāda est. Hac in
parte, quam ego uel primariam esse puto, si nō dicā ducem, sed certe gregariū quempiam
mīlitēm p̄stō, non me p̄enituerit decertasse. Tantum oro, ut cōmunib; nostris con-
tribus Christus opt. Max. aspiret. Aspirabit aut, si nos synceris animis illius, non nostrum
agēmus negocium. Atq; ita nostrum maxime sumus acturi, si illius negocium egerimus. Nos
& aduersa ualitudine, & sycophantariſt insultibus pulsati, magis animo q; corpore uiui-
mus. Cæterū & mihi gratulor, & Christo sospitatori gratias ago, quod examicorū literis
cognosco celsitudinē tuam, inter immensas istas curarum ac discriminū undas, quibus au-
lio qui ferendis uix adamantinū peccus sufficerit, p̄petuo prospera ualitudine usum fui-
se, siue uires istas pr̄ter ætatis rationē tibi quædam naturæ felicitas suppeditat, siue insig-
nūs in optimū principem ac patriā pietas suggerit, siue numinis humano generi consulen-
tis benignitas, principis causa tibi, per te nobis omnib. largit. Adeo quories uegetā istam
& tot p̄rē negocij̄ senectutē contēplor, Massinissam quempiam aut Catonē mihi uide-
re uideor, nisi quod ut illos æquas patiētia, ita prudentia animiq; moderatione superas. Cu-
susmodi si nobis aliquā multi cōtingerent, spes esset breui futurū, ut orbis Christianus, &
honestissimis disciplinis, & moribus integreris, & pace iucundissima floreret. Audio
Ferdinandum illustrissimū feliciter ad nos appulisse, ei libellū de Principe instituendo in-
sta uauri: quandoquidē eum Carolo iamdudū superuacaneū reddidit tum ipsius indeles,
utro ad omnia summo rege digna, prauolans, tum tua non minus fida q; cordata consu-
lia. Bene uale. Basileæ An. M. D. X V I I I . Id. Iulij.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CARO-

LO, INVICTISSIMI MAXIMILIANI NEPOTI,

Des. Erasmus Roterodamus. S. D.



V M per se res eximia quædam est sapientia, Carole Principi amplissime, tum uero nullum sapientiae genus excellentius existimat Aristotelles, quæm quæ doceat salutarem agere Principem, ut optimo iure Xenophon in libro, quem inscripsit Oeconomicon, arbitretur esse quiddam hominem maius, planeq; diuinum, imperare liberis ac violentibus. Hæc nimirum est illa Principibus expetenda sapientia, quam unam cæteris rebus contemptis, optauit cordatissimus adolescens Solomon, quamq; iugiter regio throno uoluit assistere. Hæc est illa castissima simul & pulcherrima Sunamitis, cuius unius complexbus unice delectatus est David, sapientissimi filij sapientissimus pater. Hæc est quæ loquitur in proverbijs: pet me principes imperant, & potentes decernunt iusticiam. Hanc quoties in consilium adhibent reges, exclusis pessimis illis consultoribus, ambitione, ira, cupiditate & adulatio[n]e, iath rebus otnib[us] florens respublica, Principis sui sapientiae felicitatem suam acceptam ferens, merito sibi gratulatur: Venerunt, inquiens, mihi omnia bona pariter cum illa. Proinde Plato non alia in re diligentior est, quam in instituendis reipublicæ suæ custodibus, quos non opibus, non genmis, non cultu, non in agimis, non satellitio, sed sola sapientia cæteros uult antecellere: negans unquam beatas fore republicas, nisi aut philosophi gubernaculis admoueantur, aut in quibus forte contigit administratio, philosophiam amplectantur: philosophiam inquam, non istam, quæ de principijs, de prima materia, de motu aut infinito disputat, sed quæ falsis uulgi opinionibus, auctiōnis affectibus animum liberans, ad æterni numinis exemplar recte gubernandi rationem monstrat. Tale quiddam sensit opinor & Homerus, cum Mercurius Vlyssen aduersus Circes ueneficia, moly herba præmunit. Nec sine causa Plutarchus, neminem existimat de republica melius mereri, quam qui principis animum, omnibus consulturū, optimis ac Principe dignis rationibus imbuerit: è diuerso neminem æque grauem perniciem adferre rebus mortalib[us], atq; eum qui Principis peclis prauis opinionibus aut cupidatibus corruperit, haud secus quam si quis fontem publicum, unde hauriant uniuersi, letalibus uenenis infecet. Idem haud abs re taxat celebratissimum illud Alexadri Magni dictum: qui cum à colloquio, quod habuerat cum Diogene Cynico, digressus admiratur animum illum philosophicum, excellsum, infractum, inuicium, & omnibus humanis rebus superiorem, Ni Alexander inquit essem, Diogenes esse cupiam: imò quo pluribus rerum procallis obnoxia est ingens ditio, hoc magis illi fuerat optadus Diogenis aninus, qui tantis terum molibus par esse posset. Sed quam Alexandrum felicitate superas. Carole princeps inclyte, tam speramus futurum, ut anteas & sapiētia. Nam ille quidem ingens imperium occuparat, nec citra sanguinem, nec admodum duraturum. Tu pulcher, mo natus imperio, maiori destinatus, ut quam illi sudandum erat ut inuaderet, tam tibi forte laborandum erit, ut aliquam ditionis partem ultro cedas potius quam occupes. Superis debes quod incurreris, & nullius malo emptum contigit imperium, iam tuæ sapientiae partes erunt, incurreris item ac tranquillum queri. Est ea naturæ tuæ bonitas, ea mentis integritas, ea uis ingenij, ea sub incorruptissimis præceptoribus fuit institutio: denique tot undique te maiorum tuorum circumstant exempla, ut omnibus certissima spes sit, Carolum aliquando præstaturum, quod à patre tuo Philippo dudum expectabat orbis: neque fecellisset expectationem publicam, ni mors illum ante diem terris eripuisse. Itaque cutum non ignorarem, tuæ celitudini nihil opus esse cuiusquam monitis, nedium meis, tamen usum est optimi Principis simulacrum in commune proponere, sed tuο sub nomine, ut qui magnis imperijs educantur, per te rationem accipient administrandi, abs te exemplum: quo simul & tuis auspicijs hæc utilitas ad omnes permanaret, & nos iam tujs, his ceu primis, animi in te nostrum studium utq; testificaremur. Isoctatis de regno administrando præcepta, latinitate donauimus: ad cuius æmulationē adieciimus nostra, uelut aphorismis absoluta, quo minus esset rædijs legētibus, sed tamen ab illius decretis haud parvissim dissidētia. Si quidē ille sophista tegulū nescio quem, seu tyrannū potius instituit, ethnicus etiam erit.

ethnicum, ego theologus inlytum & integrerimum Principē, ad hæc, Christianus Christianum. Quæ si mihi scriberentur ad prouectioris ætatis Principem, poterā fortasse non nullis in suspicionem uenire, uel adulatio[n]is uel procacitatis. Nunc cum hic libellus dicas sit ei, qui tametsi summam de se spem præbeat: rāmen ut admodum adolescens, & nuper inaugurus imperio, ne potuerit quidem admodū multa gerere, quæ solent in alijs Principibus, aut laudari aut reprehendi, liber nimirum utraq[ue] suspicione, non possum a h[ab]ud quæsiſſe uideri. Et publicam utilitatē, quam ut regibus, ita & regum amicis ac famulis oportet unicum esse scopum. Inter innumera decora, quæ tibi deo præside tua parabit uirtus, erit & hæc nonnulla pars laudum tuarum, talem fuisse Carolum, ut non ueritus sit aliquis illi cītra ullam assentationem, integrī ueriq[ue] Christiani Principis simulachrū ostendere, quod uel libenter agnosceret optimus Princeps, uel sapienter imitaretur adolescēs, semper seipso melior euadere cupiens. Bene uale.

INSTITUTIO PRINCIPIIS CHRISTIANI, PER DES. ERASMVM ROTERODAM

rum, aphorismis digesta, quo minus onerosa sit lec[t]io.



BIRECPTV M est suffragij ascisci Principē, illic non per Nativitas & inde spectandæ sunt maiorum imagines, siue species corporis, educatio[n]is, aut proceritas (quod à barbaris nonnullis olim ineptissime factum legimus) atq[ue] indoles animi ināsueta placidaq[ue]: sedatum, ac minime præceps ingenium, nec ita concitatum, ut periculum sit, ne accedente fortunæ licentia, erumpat in tyrannidem, & admonentem aut consulentem nō ferat: nec rursus ita lentū, ut cuiuslibet arbitrio quoquis duci sese patiatur. Specie[n]dus & rerum usus, & ætas nec ira grauis, ut iam obnoxia sit de lirationi: nec ita uirens, ut affectibus abripiatur. Fortassis & ualetudo letudinis habenda nonnulla ratio, ne subinde nouus Princeps sit adhibendus, idq[ue] non ci[us]tra reipub. dispendium. In navigatione non ei committitur clavius, qui natalib. aut opibus aut forma cæteris antecellit, sed qui peritia gubernandi, qui uigilantia, qui fide superat: Ita regnum ei potissimum est committendum, qui regij dotibus anteit reliquos: Princeps nempe sapientia, iustitia, animi moderatione, prouidentia, studio commodi publici.

Imagines, aurum, gemmæ, nihilo plus habent momēti ad ciuitatis administrationem, quam eadem nauclero conduciura sint ad nauim gubernandam. Quod unū oportet spectare Principem in administrando, id unū oportet spectare populum in Princeps, ut utilitatis publice ratio deligendo, nimirum publicam commoditatem, procul ablegatis priuatis affectibus.

Quo minus integrum est mutare quem delegeris, hoc circunspectius est diligendus, ne diutissime nos cruciet unius horæ temeritas. Cæterum ubi nascitur Princeps, non eligitur: quod & olim apud barbaras aliquot nationes fieri solitum, testatur Aristoteles, & nostris temporibus ubiq[ue] fere receptum est: ibi præcipua boni Principis spes à re principis cœta pendet institutione, quam hoc diligentiores etiam adhuc cœuenier, ut quod suffragiorum iuri detracitum est, id educādi studio pensetur. Proinde statim, & ab iplis (ut aiunt) incunabulis uacuum adhuc & rude futuri Principis peccius salutaribus opinionibus erit occupandum. Ac protinus in puerilis animi nouale iacienda honesti semina, quæ paula tim ætate & usu rerum suppululent ac maturescat, & se in omne uita tim imbuenent inhærent. Nihil enim ita penitus insidit & inhærescit, ut quod primis illis inseritur annis: dus princeps in quibus quid imbibamus, cum in omnib. permultum refert, tum uero in Princeps plurimum.

Vbi potestas non est diligendi Principem, ibi pari diligentia diligendus erit, qui futurum instituat Principem. Ut nascatur probæ indolis Princeps, id uotis oprandum à superiis: portò ne bene natus degeneret, aut ut parum bene natus, educatio[n]is tutor ne reddatur melior, id partim in nobis situm est. Mos erat olim de repub. benemēritis statuas, arcus ac titulos honoris gratia ponere. At nulli magis hoc honore digni sunt q[ui]n qui in recte instituendo Princeps, fidelem ac strenuam nauarint operā: nec priuatum

emolumentum, sed patriæ spectarint utilitatem. Omnia debet patria bono Principi.
Statim for- At hunc ipsum debet ei qui rectis rationibus tales efficerit. Non aliud æque ido-
mandus prin- neum formandi corrigendi'ue Principis tempus, q̄ cum ipse nondum sese Principē esse
ceps intelligit. Hoc igitur erit diligenter occupandum, nō solum bacchanus, ut interim cohibeat
à turpibus, sed etiam ut certis quibusdam uirtutum decretis imbuatur. Si tanta
Qyō educādi solicitudine parentes non omnino stulti, puerum educat, unius agelli successioni destinatū:
principū filij quo tandem studio curaç educari patet eum, qui non unis ædibus, sed tot populis,
tot civitatibus, immo qui orbī instituitur; aut magno omnium cōmodo futurus vir bonus,
aut magno omniū exitio futurus vir malus. Magnificum ac præclarū, bene gerere
imperium. At non minus egregiū, efficere, ne succedat deterior: immo hoc uel præcipuum
boni Principis munus est, dare operam, ne possit esse malus Princeps. Sic imperato;
quasi certes in hoc, ne quis tuī similis queat succedere: at sic interim liberos futuro parans
imperio, tanquam id agas, ut tibi succedat te melior. Nulla pulchrior egregij Principis
cōmendatio, q̄ si tales relinquant reip. ad cuius collationem ipse párum bonus uideatur:
nec poterat illius gloria uerius illustrari, q̄ sic obscurata. Fœdissimā cōmendatio est,
quoties deterior succedens, facit, ut superior dum uiueret intolerabilis, iam ut probus ac
Patriæ edu- salutaris desyderetur. Bonus ac sapiens Princeps, ita cureret educandos liberos, ut il-
candi, qui pa- lud semper meminerit, se patriæ genitos, patriæ educare, non suis affectibus. Priuatū pa-
triæ nati sunt rentis affectū semper publica uincat utilitas. Quantūvis multas erigat statuas, quān-
tumvis operosas tollat substructiones, non aliud pulchrius uirtutū suarū monumentum
poteſt relinquere princeps, q̄ filium haudquam degenerem, qui patrem optimū, opti-
Qualis deli- mis factis repræsentet. Non moritur, qui uiuam sui reliquit imaginem. Deligat igi-
genaus insti- tur ad hoc muneras, ex uniuerso suorum numero, aut etiam asciscat undecunq; uiros inti-
tutor gros, incorruptos, graues, longo rerum usu, non modo præceptiūculis doctos, quibus &
etas conciliat reuerentiam, & uitæ synceritas autoritatem, & morum comitas ac iucundi-
tas amorem ac benevolentiam: ne uel insituentium acerbitate offensus tenellus animus,
prius incipiatur uirtutem odisse q̄ nosse: uel rursus immodica indulgentia formantis corru-
ptus, quod nō oportet, degeneret. Cum in omni institutione, tum uero potissimum
in Principis ea moderatio est adhibenda, ut præceptoris seueritas, ætatis premat laetitia,
& nihilominus adiuncta morum comitas, leniat conditac̄ cohibentis acrimoniam.

Eiusmodi debet esse futuri Principis institutor, ut (quemadmodum eleganter à Sene-
cadictum est) & obiurgare norit citra contumeliam, & laudare citra adulationem: quem
ille simul & reuereatur ob uitæ seueritatem, & amet ob morum iucunditatem.

Principum nonnulli magna cura dispiciunt, quibus equum insignem, aut auē, aut cas-
tem curandum tradant: nihil autem referre putant, cui filiū formandū cōmittant, quem
sæpe numero talibus credūt præceptoribus. qualib. nemo plebeius paulo cordatior, suos
liberos uelit concredere. At quid retulerat filiū genuisse imperio, nisi eundē cures edican-
Que nutrices dum imperio? Ne nutricibus quidem quibuslibet est committendus imperiona-
Qui colluso- tus, sed integris & ad id ipsum præmonitis & edocitis: nec collusorib. quibusvis admisen-
res adhibendi dus, sed bonæ uerecundæq; indolis pueris, ac liberaliter sancteç habitis & institutis. La-
sciuorum iuuenum, ebriosorum, turpiloquorum, in primis autem adulatorum turba pro-
cul ab huius auribus atq; oculis erit arcenda, dum nondū præceptis cōfirmatus animus.

Corruptae, Cum pleraq; mortalium ingenia uergant in malum, ad hæc porrò nullum tam feliciter
ducatio prin- natum ingenium, quod peruersa educatione non corruptatur: quid n̄isi magnū malum
cipis expectes ab eo Principe, qui quocunq; natus ingenio (neq; enim imagines, ut regnum, ita
mētem quoq; præstāt) statim ab ipsis incunabulis, stultissimis inficitur opinionibus, enu-
trit inter stultas mulierculas, adolescentes inter lasciuas puellas, inter collusores perditos,
inter abiectissimos assentatores, inter scurras & mimos, inter cōbiones & aleatores, ac
uoluptatum architectos iuxta stultos ac nequam: inter quos nihil audit, nihil dicit, nihil
imbibit, n̄isi uoluptates, delicias, fastum, arrogantiā, auaritiā, iracundiā, tyrannidem:

Maxime di- atq; ab hac schola mox adhibetur ad regni gubernacula. Cum cærerarum artium
scēda regnan- optima quæq; sit difficillima, nulla aut neq; pulchrior ars, neq; difficilior, q̄ bene regnat
di ars dicitur ad hanc unam nullam desyderamus institutionē, sed satis esse ducimus natos esse.

Queso quid exerceant adulti n̄isi tyrannidem, qui pueri nihil etiā luserūt n̄isi tyranidem?

Vt omnes boni sint, uix etiam optari potest: at non difficile est ex tot hominum milibus unum atq; alterum deligere, qui probitate sapientiaq; præcellat, per quos compendio plurimi reddantur boni. Princeps adolescens diu suspectam habeat suam ipsius Præceptis ad ætatem, partim ob rerum imperitiam, partim ob immoderatos animi impetus: caueatq; lescens ne quid magnæ rei tentet, nisi prudentium uirorum consilio præcipue seniorū, inter quos assidue uersari deberet, ut iuuentutis impotentia, maiorum reverentia temperetur.

Quisquis instituendi Præceptis suscepit prouinciam, illud etiam atq; etiam secum cogiret, sese rem haudquaquam vulgarem agere, sed omniū ut longe maximam, ita longe periculosisssimam. Et in primis animum adferat eo munere dignum: neq; spectet quantum sacerdotiorum illinc possit auferre, sed qua ratione possit patriæ, suas spes ipsius credenti fidei, salutarem principem reddere. Cogita moderator, quantum tuæ debeas patriæ, quæ tibi felicitatis suæ summam concredidit. In te situm est, utrum illi malis salutare quodam parare numen, an fatalem peste ac luem immittere.

Primum igitur sagaciter animaduertat is, cui suum puerum in gremium dedit respub: Officia priuata quorsum iam tum uergat. Quandoquidē potest hoc quoq; in ea ætate notis quibusdam formatoris reprehendi, num propensior sit ad tracūdiam aut arrogantiam, num ad ambitionem aut famæ sicut, num ad libidinē aut aleam, aut pecuniae studium, num ad vindictam aut bellum, num ad impotentiam aut tyrānidem. Deinde quæ senserit illum procluem ad uitium, ea primum munit animū illius salubribus decretis ac præceptis accommodis, coneturq; sequax adhuc ingenium, in diuersum habitum trahere. Rursum quæ deprehenderit natum ad honesta procluem, aut certe ad eiusmodi uitia, quæ facile detorquentur ad uitium, quod genus sunt fortassis ambitio & profusio, hac magis instet, & naturæ commodi cætem cultu adiuuet. Neq; satis est, huiusmodi decreta tradere, quæ uel à turpibus auocent, uel inducent ad honesta, infigenda sunt, infulcienda sunt, inculcanda sunt, & alia atq; alia fortia renouanda memoria, nunc sententia, nunc fabella, nunc simili, nunc exemplo, nunc apophthegmat, nunc proverbio, insculpeda annulis, appingenda tabulis, asscribenda stemmatis, & si quid' aliud est, quo artas ea delectatur, ut undiq; sint obuia, etiam aliud agenti. Vehementer inflammat generosos animos exempla celebrium virorum, sed multo maxime refert, quibus opinionibus imbuantur. Ab his enim fontibus omnis uitæ ratio proficiuntur. Quod si rudem puerum erimus nacti, tum enitendum erit, ut statim quæm̄ rectissimas ac saluberrimas imbibat, & ueluti pharmaciis quibusdam, aduersus vulgarium opinionum uenena præmuniatur. Si obtinet plebeijis opinionibus nonnihil infectus, tum primam oportebit esse cura, ut paulatim illis liberetur, pro reuulsis pestiferis salutares inserenda. Nam quemadmodum apud Senecati Ariston ait, Insa Primum omni frustra præcipi, quomodo loqui debet, quomodo procedere, quomodo se gerere in publico, quomodo in priuato, nisi prius atram bilem expuleris: ita frustra moneas de ratione gerendi principatus, ni prius animum falsissimis quidem illis, sed tamen receptissimis opinionibus opiniionibus uulgi, liberariis.

Nec est quod resiliat aut diffidat institutor, si forte ferocius aut intraciabilius ingenium fuerit nactus. Cum enim nulla sit tam effera, tam immanis bellua, quæ non māsuecat cura dominoris & industria: cur existimet ullum hominis ingenium tam agreste, tamq; deploratum, quod diligēti non mitescat institutione?

Rursum non est quod cessandum putet, si felicius ingenium cōtigerit. Etenim quo melior est soli natura, hoc magis corruptitur, & inutilibus herbis ac fructibus occupatur, ni uigilet agricola. Itidem ingenii hominis, quo felicius, quo generosius & erectius, hoc pluribus ac terroribus obducitur uitjs, ni salubribus præceptis excolatur.

Ea hitora solemus diligentissime communire, quæ uehementissimam fluctuum uim excipiunt. Sunt autem innumeræ res, quæ possunt Præceptum animos à recto dimouere, fortunæ magnitudo, rerum affluentia, luxus deliciae libertas, qua quicquid libet licet: exempla magnorum, sed stultorum Præceptum: ipsi rerum humanarum æstu ac procellæ: super omnia uero adulatio, fidei ac libertatis fuso personata. Quo diligēti erit optimis decretis, laudatorum Præceptum exemplis, aduersus hæc præmuniendus.

Quemadmodum non uno supplicio dignus sit, qui fontem publicum, unde bibant omnes, ueneno inficiat: ita nocentissimus est, qui Præceptis animū prauis inficerit opinib; quæ mox in tot hominum perniciem redēndent. Si capite plectur, qui Præceptis

cipis monetam uitiarit, quanto dignior est eo supplicio, qui Principis ingenium corrupe.
Statim infusorit: Mature suum negocium aggrediatur institutor, ut teneris adhuc sensibus, semper
rende bone opinione na uirtutum instillet: dum procul abest ab omnibus uitijis animus, & in quemuis sequax
habitum fingentis obtemperat digitis. Est sua & sapientiae infantia, quemadmodum & pie
tati. Semper idem, sed alijas aliter agendum. Iam tum infantulo, fabellis amoenis, apologis
festiuis, lepidis parabolis, insinuet, quae post grandiori sit serio praecepturus.

Quis usus apologorum Vbi libenter audierit puerus Aesopicū apologum de leone muris beneficio uicissimum
seruato, de columba formicæ opera in columi: ubi satis arriserit, tum præceptor adiiciet;
eam fabellam ad Principem attinere, ne quem omnino despiciat, sed insimè quoq; plebis
animos sibi benefactis studeat adiungere, quod nemo sit adeo imbecillis, quin & per oc-
cationem prodesse queat amicus, & nocere inimicus, idq; potentissimis etiam.

Vbi satis riserit aquilam auium reginam, à scarabæo uilissimo insecto, penè funditus
extinctam, illud addat ad huius exemplum, ne potentissimo quidem Principi, quantuvis
humilem hostem aut prouocandum, aut negligendum. Nam saepenumero ingenio noce-
re, qui uiribus non possint. Vbi Phætonis fabulam cū uoluptate didicerit, admone-
bularum neat hanc esse Principis imaginem, qui dum ætatis calore præcepis, sed nulla adiutus fa-
pientia, rerum habenas capessit, suo pariter & orbis malo subuertit omnia.

Vbi Cyclopis ab Ulyssle exoculati denarrata erit fabula, addat ei Polypheimo simili-
mum Principem, qui uiribus quidem polleat, careat autem sapientia.

Quis usus similium Quis non libenter auscultet apum & formicarum politiam? Hæc ubi illecebra descer-
derit in animum puerilem, tñ eliciat institutor, quod ad Principis pertineat eruditio-
*nem, uelut illud, quod rex nunquam procul auolat, alis quam pro corporis portione minori-*bus, quod solus aculeo careat: admones hoc esse boni Principis, semper intra regni termi-*
nos uersari, & peculiarem huius laudem esse clementiam: atq; ad eundem modum faciat
& in cæteris. Neq; enim est huius instituti exempla persequi, sed rationem ac uiam indi-
care. Si qua uidebūtur acerbiora, ea formator orationis iucunditate leniat atq; edul-
cer. Laudet apud alios, sed honestis ac ueris titulis: oblitus priuatim, sed ita ut seuerita-
*tem admortitionis aliqua leniat suauitate, præsertim si iam fuerit adultior.**

Christi decreta primum infigenda Illud ante omnia ac penitus infigendum animo Principis, ut de Christo quam optime
*sentiatur, huius dogmata commode collecta protinus combibat, idq; ex ipsis statim fonti-*bus, unde non solum putius hauriuntur, uerum etiam efficacius. Hoc illi persuadeatur,**
quod ille docuit ad neminem magis pertinere, quam ad Principem.

Nihil bonum preter unam virtutem Magna pars multitudinis falsis ducitur opinionibus, nec secus atq; hi, qui in specu Pla-
tonico uincit desident, inanes rerum umbras pro ueris rebus admirantur. At boni Princi-
pis partes sunt, nihil horum mirari, quæ uulgas hominū magni facit, sed omnia ueris ma-
*lis, ac ueris boni metiri: nihil autem esse uere malum, nisi quod cum turpitudine coniu-*ntum sit: nihil uere bonum, nisi quod cum honestate copulatum.**

Statim igitur hoc agat moderator, ut uirtutem ceu rem omnium pulcherrimam ac fe-
licitissimam, ac præcipue Principe dignam, amet ac suspiciat. Turpitudinem ceu rem fe-
ciplissimam ac miserrimam execretur horreatq;. Ne consuescat puer ille regno desti-

que natus, suspicere diuitias, ut rem eximiā, per fas ac nefas expertendam: discat istos non
esse ueros honores, qui uulgo uocentur. Verum honorem decus esse, quod uirtutem &
*recte facta suapte spōte cōsequatur, & tāto cōsequatur illustrius, quāto minus fuerit affe-*ctatum.* Voluptates istas plebeias, adeo nō esse dignas Principe, & Christiano Prin-*cipe, ut uix hominē deceat. Ostendatur aliud esse uoluptatis genus, quod syncerū ac per-*
petuū in omnem usq; uitam homini duret. Audiat nobilitatē, imagines, ceras, stem-
*mata, & totam illam caduceatorum pompam, qua procerum uulgas muliebriter intume-*scit, nomina esse inania: nisi quicquid est hoc nominis, ab honesto fuerit profectum.***

Principis dignitatem, amplitudinem, maiestatem, non fortunæ strepitū, sed sapien-*tia, integritate, recte factis, parandam ac tuendam esse.*

Mortem non esse formidandam, nec in alijs deplorādam, nisi fuerit turpis. Non enim
esse feliciorem, qui diutius uixerit, sed qui honestius. Recte factis, non annis metiendam
longevitatem. Nec quicquam ad hominis felicitatē interesse, quam diu uiuat, sed quam
bene. Virtutem ipsam abunde magnum sui præmium esse. Boni Principis esse mu-

mus

nua uel sua morte, si fors ita res tulerit, populi cōmodis consulere. Nec perire Principem, qui huiusmodi immoriatur negocio. Deniq; quæcunq; uulgas uel amplectitur tanquam iucunda, uel suspicit tanquam splendida, uel sequitur tanquam utilia, sola honesti regula esse metienda. Contra quæcunq; uulgas uel horret ut acerba, uel fastidit ut humilia, uel sugit ut damnosa, non aliter esse fugienda, nisi si fuerint cum dedecore coniuncta.

Hæc infigantur animo Principis futuri, hæc ceu leges sanctissimæ Cæsariæ tenello pēclusculo insculpantur. His titulis audiat laudari multos, audiat alios diuersis reprehendi, ut iam tum affuescat ex optimis rebus ueram sperare laudem, & ex uere turpibus ignominiā detestari.

At hic protinus reclamabit ex aulicis istis nugenibus quispiā, quæ uis muliere tum stultior, tum corruptior: Tu philosophum nobis formas, nō Principem. Imò Principem fingo, cum tu pro Principe uappā malis tui similem. Ni philosophus fuēris, Princeps esse nō potes, tyrannus potes. Principe bono nihil est melius, tyrannus eiusmodi bellua est, ut non sit aliud sub sole portentum, neq; noxiū aequē, neq; magis inuisum omnibus.

Ne putaris temere dictum à Platone, & à laudatissimis laudatum uiris, ita demum beatam fore rem publicā, si aut philosophentur Principes, aut philosophi capessant principatum. Porro philosophus is est, nō qui dialeccīen aut physicen calleat: sed qui contemptis falsis rerum simulachris, infra dictio pectore, uera bona & perspicit & se quikit. Vocabulis diuersum est, cæterum re idem, esse philosophū & esse Christianum.

Quid stultius quam his artib; metiri Principem, si belle saltitet, si dextre ludat aleam, signauiter poterit, si fastu turgeat, si regaliter expilet populū, si cætera faciat, quæ nos pudet referre, cum quosdam haud pudeat facere? Quantopere principium uulgas stu

der abesse à cultu uicinū plebeio, tantopere uerus princeps debet abesse à sordidis opib; principis in

nionibus ac studijs uulgi: imò solum hoc sordidum, uile, sc̄q; indignum ducat, cum plebe quibus sita

cula sentire, cui nunquam optima placuerunt.

Cogita quæso quam sit absurdum gemmis, auro, purpura, satellitio, reliquicq; corporis ornamenti, ceris & imaginib; planeq; bonis non tuis, omnis tanto interuallo supereare, ueris animi bonis multis è media fece plebis inferiorem conspici.

Princeps qui gemmas, aurum, purpuram, ac reliquam fortunæ pompam ciuib; suis ostēat, quæso quid aliud quam suos id suspicere mirariq; docet, unde omnium fermè maleficiorum sentina nascitur, quæ principum legibus puniuntur?

In alijs frugalitas aut mundicies uel inopiae tribui potest, uel parsimoniae, si quis iniurias interpretetur. At eadem in principe nihil aliud esse potest, quam temperantiae documentum, cum is rebus modice uititur, cui quantum libet, tantum suppedit.

Qui cōuenit eundem irritare uitia, qui punit admissas & nonne turpissimum sit, si quis ea sibi permittat, quæ ueter ab alijs fieri? Si te uoles excellentem principem ostendere, uide ne quis te proprijs superet bonis, sapientia, animi magnitudine, temperantia, integritate. Si tibi uisum erit cum alijs certare principib; non ita te superiorē existimes, si quam illis ditionis partem ademeris, aut copias fuderis: sed si fueris quā illi sunt incorruptior, si minus auarus, si minus arrogans q̄ illi, si minus iracundus, si minus præceps q̄ illi.

Principem summa decet nobilitas. Esto, uerum cum tria sint nobilitatis genera, Tria nobilitatis unum quod ex uirtute recteq; factis nascitur, proximum quod ex honestissimarum disci

plinarum cognitione proficiscitur, tertium quod natalium picturis & maiorum stemmati

sæstimatur, aut opibus: cogita quām non cōueniat principem infimo genere nobilitatis intumescere, quod sic infimum est, ut nullum omnino sit, nisi & ipsum à uirtute fuerit profectum: summum illud negligere, quod ita summū est, ut solum optimo iure possit haberi.

Si clarus uideri studes, ne ostentes sculptas aut coloribus adumbratas imagines: in quibus si quid ueræ laudis est, id pectori debetur, cuius ingenium & industriam ar-

guunt. Quin potius uirtutis monumenta moribus exprimito. Si cætera desint, uel insignia pri-

cipum quid moneant

leat crudelitas? Quid aurum indicat, nisi singularem sapientiam? Quid gemmarum fulgor, nisi uirtutes eximias minimeq; plebeias? Quid ardens purpura, nisi summā erga rem publicam charitatem? Quid sceptrum, nisi tenacem iusticiæ animum, & nullis auocamen-

tis à rectio deflectētem? Cæterum ab hisce rebus si quis longissime absit, ei non ornamēta

Animus prin sunt hæc symbola, sed uitiorum exprobramenta. **S**itque, si sceptrum, si purpura, cipem facit rā, si satellitum regem faciunt, quid tandem uerat pro regibus haberī tragœdiarum histrio- nes, qui ijsdem ornati prodeunt in scenam? **V**is scire, quid principem ab histrione secernit; nempe animus principe dignus, hoc est, in rem publicam paternus. Hac lege por- pulus in tua iurauit uerba. **D**iadema, sceptrum, trabea, torques, baltheus, in bono principe uirtutum aut insignia sunt, aut symbola; in malo, uitiorum nota.

Quo turpius est, hoc magis erit cauendum, ne talis sit princeps, quales olim fuisse per multos legimus, & utinam hodie nullos uidere sit: quibus si regium detraxeris ornatum, & aduenticijs nudatos bonis, ad suam cutem redegeris, iam nihil relinquas, præter egrum aleatorem, inuictum potorem, acrem expugnatorem pudicitia, uaferrimum impo- storem, insatiablem expilatorem, periurij, sacrilegij, perfidij, omnij facinorum gene- re coopertum hominem. Quoties uenit in mentem te principem esse, pariter succur- rat & illud, te Christianum esse principem: ut intelligas te à laudatis quoq; Ethnicorum: principibus tantum oportere abesse, quantum abest ab ethnico Christianus.

Christianorū Neq; uero putes securam ac delicatam Christiani professionem, nisi forte leue putas fa- **professio** cramentum, quod æque cū omnibus in baptismo iurasti, semel omnibus renunciare quæ satanæ placent, & Christo displicant. Displacent autem quæcumq; ab euangelicis decretis abhorrent. Sacraenta Christi tibi cum alijs communia sunt, & doctrinam nō uis- esse communem: In Christi uerba iurasti, & in Iulij aut Alexandri magni mores digre- ris: Præmium tibi postulas esse commune, & illius decreta nihil ad te pertineret putas?

Quis uere At rursum ne putaris Christum situm esse in ceremonijs, hoc est, in præceptis dunta- **Christianus** xat utcunq; seruat & ecclesiæ constitutionibus. Christianus est, non qui lotus est, non qui unctus, non qui sacris adest, sed qui Christum intimis complectitur affectibus, ac pri- factis exprimit. Cau ne quando sic tecum cogites, cur ista mihi canuntur: nō sum priuatus, non sum sacerdos, nō sum monachus: sed illud cogita, Christianus sum & prin- ceps. Christiani est, ab omni turpitudine prorsus abhorrete. Principis est, integritate pru- dentiacq; cæteros antecellere. Si hoc à tuis exigis, uti leges tuas cognoscant, & co- logus gnitias seruerēt; multo magis à teipso debes exigere, ut Christi imperatoris tui leges ediscas & obserues.

Desertor Si iudicas infame crimen, & cui nullum supplicium par inueniri possit, ab imperatore desciscere, qui semel in illius uerba iurari: cur ipse tibi ignoscis, lulum ac iocum existimās, quoties edicia Christi negligis, in cuius uerba iuratum est in baptismo, cui nomen dedisti, cuius sacramentis adactus es, & autoratus?

Si hæc serio fiunt, cur pro ludo ducimus: sin ludus est, cur Christi titulo gloriamur? Mors æqua est omnibus, mendicis iuxta ac regibus. At post mortē iudicium haud æquum est omnibus, in quo cum nullis seuerius agetur, quām cum potentibus.

Quid in prin Ne putaris te Christū sati tibi demeritum, si classem miseris in Turcas, si sacellum cipe preci- aut monasteriolum extruxeris. Non alio officio potes magis tibi cōciliare deum, quām si puum populo salutare præstes principem. Cau ne te fallant adulantium uoces, qui ita dicunt, huiusmodi præcepta non ad principes, sed ad ecclesiasticos quos vocant, perti- nere. Princeps non est sacerdos, fateor, & ideo non consecrat corpus Christi: non est episcopus, ac proinde non cōcionatur apud populum de Christi mysterijs, nec administrat sacramenta. Non est professus institutū diui Benedicti, & ob id non gestat cucullam. Verum quod his omnib. maius est, Christianus est. Nō Francisci, sed ipsius Christi institutū professus est, ab hoc candidā accepit uelte: Cū cæteris Christianis certet oportet, si cū cæ- teris tāta sperat præmia. Aut tua crux tibi quoq; tollenda est, aut nō agnoscat te Christus. Quæ tandem mea crux inquieres? Dicā, dū quod rectū est sequeris, dū nemini uim facis, ne- minē expilas, nullum uendis magistratū, nullo munere corrupteris: nimis minus habe- bit tuus fiscus. Contemne fisci detrimentū, dummodo lucrū facias iusticiæ. Ad hæc dum- modis omnibus Reipub. consulere studies, sollicitā agis uitā, fraudas ætatē ac geniū tuum uoluptatibus, maceras te uigilijs ac laboribus. Neglige & oblecta te cōscientia recti. Item dum ferre mavis iniuriā q; magno Reip. detrimento ulcisci, fortasse decedit non nihil im- perio tuo: feras, illud abunde magnū lucrum ducens, quod paucioribus nocueris. Solici- tant animū tuū priuati affectus, quod genus, ira cōtumelij cōmota, aut uxoris amor, aut inimici odium, aut pudor, ut facias quod abhorret à recto, & quod ex usu Reip. non fit.

pinacat

vincat honesti respectus, vincat utilitas publica priuatos animi motus. Deniq; nō potes tueri regnū, nisi uiolata iusticia, nisi magna sanguinis humani iactura, nisi religiōis ingenti dispendio: depone potius accede tempori. Non potes succurrere rebus tuorum, nisi uite tuae periculo: Publicam salutem antepone uitæ. At dum hæc agis, quæ uere Principis sunt Christiani, erunt fortassis qui te stupidum dicant, parumq; principem: Obfirma animum, ut malis esse vir iustus quam princeps iniustus. Vides opinor, quam nec regib. sum mis desit sua crux, si quod oportet, ubique rectum sequi uelint.

In alijs nō nihil conceditur adolescentiæ, aliquid donatur senectuti: error illi, huic ocium Principi errandi & cessatio. At qui Principis munus suscepit, quandoquidem omnium agit negotiū, nec adolescentem esse licet, nec senem: propterea quod non nisi magno plurimorum malo erit, nec sine grauissima pernicie cessat in officio.

Miseram prudentiam dixerunt ueteres, quæ rerum experientiis comparatur, propterea quod hanc suo quisq; malo cōsequitur. Hanc igitur oportet q; longissime abesse à principe: quæ ut serius, ita non sine immensis totius populi malis contingit.

Si recte dixit Aphricanus, indignam uiro sapiente uocem esse, non putarā: quanto magis indigna uidebitur principe: quæ cum ipsi magno, tum nimio constat reipublicæ: Semel fortasse temere susceptum bellum à iuuene belli imperito, durat in annum uigesimū. Quantum hinc malorum omnium mare: Tandem resipiscens, nimium sero dicit, nō putaram. Semel ad priuatos affectus, aut ad preces aliquorum, corruptos instituit magistratus, qui totam reipublicæ disciplinam subvertunt. Sentit tādem, & non putaram, inquit. At ista prudentia nimio emetur patriæ, si tanti cætera omnia erunt emenda.

Proinde principis animus ante omnia decretis ac sententijs erit instruēdus, ut ratione sapiat, nō usu. Porro rerum experientiā, quam ætas negauit, seniorū consilia supplebunt.

Ne tibi putes licere quicquid libuerit, quod stulta mulierculæ & adulatores solēt principibus occinere: uerū ita temetipsum instituas, ut nō libeat nisi quod licet, imò nec hoc tibi licere credas, quod licet priuatis. Quod in alijs errore est, in Principe flagitium est.

Quo tibi plus licet per alios, hoc minus ipse tibi permittas oportet, & hoc in teipsum sis seuerior, quo magis indulgent oēs, ipse tibi sis censor acerrimus, etiā cum aplauserint omnes.

Tua in conspicuo uita est, latere non potes; aut magno omniū bono, bonus Princeps ne fisius necesse est, aut magna omniū pernicie malus. Quo plus honorū tibi defertur ab omnibus, hoc impensius operam da, ne deferantur indigno. Ut nullus par meritis honos, aut gratia rependi potest bono principi, ita cōtrā, malo nullum satiis meritis dignū supplūcium.

Vt nihil est in rebus humanis sapiente bonoq; monarcha magis salutare, ita ē diuerso, stulto maloq; nihil potest existere pestilentius. Nullius pestilentiae neque ciuitatis corripit, necq; latius serpit contagium, q; mali principis. Contrā nō alia breuior aut efficiacior ad corrīgēndos populī mores uia, q; principis incorrupta uita. Vulgus nihil imitatur lubentius, q; quod à suo principe fieri cōspexerit. Sub aleatore passim luditur alea, sub bellaci bellatur int omnes, sub comessatore luxu diffluunt, sub libidinoso lenocinantur, sub crudeli deferunt & calumniātur. Euolue ueterū historias, reperies semp eiusmodi fuisse seculi mores, cuiusmodi fuerat principis uita. Nullus cometes, nulla uis fatalis sic afficit res mortaliū, ut uita Princeps rapit ac trāsformat mores & animos ciuitatis.

Plurimum ad id habet momenti studia moresq; sacerdotū & episcoporum, fateor, sed Princeps ex multis magis Princepum: nam illos citius calumniantur homines, si forte mali fuerint, q; plū efficacissimum. Imitātur si boni sint. Quemadmodū monachi nō admodum incitant ad imitationem sui, si pīj sint, quod id modo præstare uideantur, quod profitentur. Cæterū si īpīj, uehemener offendunt omniū animos. Ad Princeps autem amulationem nemo nō extimulatur,

Princeps uel ob hoc ipsum cauere debet, ne malus sit, ne tā multos exēplo suo reddat malos. Et uel ob hoc studebit esse bonus, quo tam multos efficiat meliores.

Princeps salutaris, ut erudite diciū est à Plutarcho, uiuū quoddam est dei simulachru, qui simul & optimus est & potentissimus, cui bonitas hoc præstat, ut oībus prodeſſe uelit, potentia, ut quibus uelit, possit quoq;. Ediuero malus ac pestilens princeps, malus dæmonis imaginē repræsentat, cui multum adſit potentia cum summa malitia coniunctum. Quicquid habet uiriū, id omne consumit ad calamitatē humani generis. An nō huiusmodi quidam orbis malus genius fuit Nero, an non Caligula, an non Heliogabalus?

O 4 quorum

quorum non solum omnis uita pestis quædam mundi fuit, sed ipsa etiam memoria publicæ mortalium execrationi est obnoxia. At tu qui Christianus etiam es Princeps; cum audis aut legis te dei simulachrum esse, te dei uicarium esse, caue ne quid hinc intumescas animo: quin potius ea res te magis sollicitum reddat, ut respondeas archetypo tuo, pulcherrimo quidem illi, sed quod assequi sit difficillimum, non assequi turpisimum.

Tria in principe quemadmodum in deo

Theologia Christianorū tria præcipua quædam in deo ponit, summam potentiam, summam sapientiam, summam bonitatem. Huc ternarium pro viribus absoluas oportet. Nam potentia sine bonitate mera tyrannis est: sine sapientia, pernicies, non regnum. Primi igitur des operam, ut quandoquidem potentiam fortuna dedit, quam maximam sapientiam tibi compares, ut unus omnium optime quid expetendum, quid ue fugiendum sit, per spicias, deinde ut quam maxime prodesse studeas omnibus, nam id est bonitatis. Potestas autem ad hoc potissimum tibi seruat, ut quantum cupis prodesse, tantundem & possis, immo plus uelis quam possis. Porrò nocere hoc minus uelis, quo magis potes.

Deus amatur à bonis omnibus, non timetur nisi à malis, hoc duntaxat genere timoris, quo quis timet, ne sibi noceatur: Ita bonus princeps nulli debet esse formidabilis, nisi sionibus ac scelerosis: at ita rursus, ut his quoque spes ueniae reliqua fiat, si modo fuetint sanabiles. ex aduerso, Cacodæmon amatur à nemine, formidatur ab omnibus, præcipie bonis: nam malis cum illo conuenit: Ita tyrannus optimis quibusque maxime est inuisus, & nullus est ab hoc minus alienus, quam qui pessimus est.

Perspexisse uidetur hæc diuus ille Dionysius, qui trevis fecit hierarchias, ut quod deus est inter cœlitum ordines, id episcopus sit in ecclesia, id princeps in repub. illo nihil melius, & ab eo uelut à fonte manat in alios, quicq; boni possidet. Vehementer igitur absurdum uideatur, si ab eo maxima reip. malorum pars oriatur, ubi fontem bonorum oportebat esse.

Populus suapte natura tumultuatur, magistratus facile corruptus aut avaritia aut ambitione. Una supereft ueluti sacra ancora, incorruptus Principis animus: quod si is quoque stultis opinionibus, prauisq; affectibus uitatus est, quæ tandem potest esse reipub. spes.

Collatio dei et principis boni

Deus cum sit in omnia beneficus, ipse nec eger ullius officio, nec requirit beneficiū: Ita uere magni principis est, ut æterni principis imaginē referentis, uel gratis benemerenti de omnibus, hullo uel emolumenti uel gloriæ respectu. Deus ut pulcherrimum sui simulacrum in cœlo constituit solem, ita inter homines evidentem ac uiuam sui collocavit imaginem, regem. At sole nihil communius, ac cæteris item corporibus cœlestibus lucem suam imparit: ita princeps publicis usibus maxime debet esse expositus, et natuum sapientia lumen habere domi, ut etiam si quid cæcutiant cæteri, nunq; tamen ille hallucinetur.

Deus cum nullis tangatur affectibus, tamen optime mundum administrat iudicio. Ad huius exempli princeps in omnibus quæ gerit, exclusis animi motibus, rationem & animi iudicium debet adhibere. Deo nihil sublimius, ita principem oportet ab humilibus uulgi curis, ac sordidis affectibus quam longissime semorum esse.

Vt deum omnia moderat, nemo tamen cernit, sed sentit, idq; beneficio adiutus: ita patria non sentiat principis vires, nisi cum illius sapientia bonitateq; subleuatur. Contrà tyranni nusquam sentiuntur nisi omnium malo. Sol cum altissime proiectus est in Zodiaco, tum tardissimi motus est: ita quo fortuna te subuixerit altius, hoc oportet animo leniori minusq; feroci esse. In hoc præstanta est uera animi celsitudo, non ut nihil contumeliae pati possis, non ut neminem feras te regnare latius, sed ut dedigneris quicquam admittere principe indignum.

Vera seruitus

Cum omnis seruitus & misera est & foeda, tum uero foedissimum simul & miserrimum seruitutis genus, seruire uitios aut sordidis affectibus. Quid quæso turpius aut abiecius, quam libidini, iracundia, avaricia, ambitioni, alijsq; id genus insolentissimis dominis seruire eum, qui sibi uindicat imperium in homines liberos?

Codrus &

Otho Quam absurdum sit, cum apud ethnicos fuisse constet, qui maluerunt sibi necem conscire, quam cum humani sanguinis factura tueri imperium, quicq; reipublicæ commoditatem anteposuerint suæ uitæ, Christianū principem tanta reipublicæ pernicie, uoluptatis aut affectibus uitiosis consulere. Cum principatu suscipitis, ne cogita quam accipias honoris, sed quam oneris ac sollicitudinis, neq; censum ac uectigalium modum expende, sed curam, nec arbitreris tibi prædam obtigisse, sed administrationem.

Nullus.

Nullus imperio gerendo censetur idoneus, autore Platone, nisi qui coactus & inuitus suscipit imperium. Quisquis enim affectat principis munus, is aut titulus sit necesse est, qui non intelligat quam sollicita, quamq; periculosa res sit, recte fungi regis officio: aut adeo uit malus, ut in animo habeat sibi gerere imperium, non reipublicæ: aut adeo sorors, ut non expendat onus quod suscipit. Oportet autem hunc qui sit idoneus regno, simul & diligentem esse, & bonum, & sapientem.

Quo dictiorum suscipitis ampliorem, caue ne hoc tibi videare fortunatior: sed memineris te hoc plus curarum ac sollicitudinum in humeros recipere, ut minus iam indulgendum sit ocio, minus dandū uoluptatibus. ¶ Ii demum principis titulo digni sunt, non qui reipublicam sibi, sed se reipublicæ dicant. Etehim qui sibi gerit imperium, & omnia suis metitur commodis, is non refert quibus ornetur titulis, certe re tyrannus est, non princeps. Ut autem nulla pulchrior appellatio quam principis, ita nulla inuisior, & omnium sensibus execrator quam tyranni. Hoc interest inter principem ac tyrannū, quod inter propitiū patrem, & immītem dominū. Ille cupit etiam uitam liberis suis impendere: hic nihil aliud spectat q; suum emolumētū, aut animo suo mōrem gerit, nō suorum commodis consulit. Nec tuo sit animo satis, si Rex aut Princeps dicaris: possederunt hos titulos & orbis pestes Phalaris ac Dionysius: sed apud tuum ipsius anīmū expedito quid sis. Vere siquidem à Seneca dictum es, tyrannū à rege distare factis, non nomine.

Id ut compendio dicam, hac nota principem à tyranno distinguit in Politicis Aristoteles, quod hic suis studet commodis, ille reipublicæ. Princeps quacunq; de re deliberans, illud semper in animo spectat, nem expediāt uniuersis ciuibus: Tyrannus illud considerat, an sibi conducat. Princeps etiam suum agens negocium, tamen potissimum suorum spectat utilitatē. Contrā Tyrannus si quando benemeretur de ciuibus, tamen hoc ipsum ad priuatam suam refert utilitatem. Qui suos eatenus curant, quatenus expedit propriis commoditatibus, n̄ non alio loco ciues suos habent, quam uulgas hominum equos & asinos. Nam hos quoq; curant illi, sed omnēa curationē suis, non illorū usibus metuntur. Cæterū qui rapacitate deglubunt populū, aut crudelitate laniant, aut ob ambitionem suam periculis omnibus obīciūt, n̄ peiore loco ciues habent liberos, quam uulgas emptiū iumenta, aut lanistæ sua mancipia. Curabit igitur qui principem instituit, nominum, etiam ipsorū odium instillare futuro principi, tyrannidis ac dominij, frequenter execrata humano generi detestata uocabula, Phalaridis, Mezentij, Dionysij, Syracusani, Neronis, Caligula, Domitij, qui deus ac dominus dici uoluerit.

Contra si qua sunt exempla bonorum principum, qui uehementer absint ab imagine tyranini, ea cū fauore & laude crebro studeat proponere. Deinde utriusq; uelut imaginem quandam depingat, & quoad poterit, oculis animoq; repræsentet, regis ac tyranni: ut ad illam magis inflammetur, ab hac uehementius abhorreat.

Deliniet igitur coeleste quoddā animal, numini q; homini similius, omnibus uirtutum numeris absolutum, omnium bono natum, in dō datum à superis subleuandis rebus mortalium, quod omnibus prospiciat, omnibus consulat: cui nihil sit antiquius, nihil dulcius, reipublica, cui plus q; paternus sit in omnēis animis, cui singulorū uita charior sit q; sua: quod noctis ac dies nihil aliud agat nitaturq; q; ut optime sit omnibus: apud quem præmia parata sint bonis omnibus, malis uenia, si modo se ad frugem meliorē referant: quod adeo gratis cupiat de ciuibus suis benemereri, ut si necesse sit, non dubitet suo periculo illorum incolumitati cōsulere: quod patriæ cōmodum, suū ducat esse lucrum: quod semper uigil, quo cæteris liceat altum dormire: quod sibi nullum relinquit oculum, quo patriæ liceat in ocio uitam agere: quod se iugibus curis discruciet, quo ciuibus suppeditat tranquillitas: à cuius unius uirtute publica pendeat felicitas: & hanc admoneat esse ueri principis imaginē. Ex aduerso subīciat oculis, immanē quandam ac tetrā beluam ēdracone, lupo, leone, uipera, ursō, similibusq; conflatā portentis, undiq; sexcētis armatā oculis, undiq; dentatā, undiq; metuendā, aduncis unguibus, uētre insatiabili, humanis sagittam uisceribus, humano sanguine temulentā, quæ puigil omnī fortunis uitæq; imineat, insensam omnibus, sed præcipue bonis, fatale quoddā totius orbis malū, quam execrent & oderint uniuersi, q; bene uelint reipublicæ: quæ nec ferri possit ob immanitatē, nec tolli si p̄ magna urbis ruina, ob pr̄sidij & opibus armatā maliciā. Et hāc esse tyranī imaginem, aut si

*Quomodo iū
tyrannus differat
a rege*

*Pictura boni
Principis*

*Pictura mali
principis*

aut si quid hac quoque fingi possit odiosus. Huiusmodi porrectum erat Clodius, huiusmodi Caligula: huiusmodi poetarum quoque fabule fingunt Busyridem, Pentheum ac Midam, quorum nomina iam in publicum generis humanae odium abidere.

Differentiae regis ac tyranni honestatis. Tyranno propositum est sequi quicquid animo collibuit, Regi contra, quod rectum sit & regis ac tyranni honestas. Tyranni premium dilexit, regis honestas, qui virtutem consequitur. Tyrannus administrat metu, dolo, ac malis artibus. Rex sapientia, integritate, beneficentia. Tyrannus sibi gerit imperium, Rex res publicae. Tyrannus barbarico satellitio & conductus latronibus tuetur incolumente suam: Rex se sua erga ciues beneficentia, & ciuium erga se benevolentia satis tutu putat. Tyrano suspecti sunt & inuisi quicunque ciuium virtute, prudentia, aut autoritate pollent: At hos rex, ut adiutores & amicos potissimum amplectitur. Tyrannus aut stupidis delectatur, quibus imponat: aut sceleratis, quibus ad suam tyrannidem praesidium abutatur, aut adulatoribus, a quibus audiat, quod libenter facit. Contraria regi sapientissimus quisque gratissimus est, cuius consilio possit iuuari: quo quisque melior est vir, hoc pluris facit, quod huius fidei tuto possit credere: & liberos amat amicos, quorum consuetudine reddat melior. Et regis & tyrannorum multae sunt manus, multi oculi, sed longe diversa membra. Tyrannus hoc agit, ut ciuium opes ad paucos, eosque pessimos conferantur, & aeternuatis suorum viribus, suam communiat potentiam: Rex hoc maxime in suo fisco esse dicit, quod in aere sit ciuium. Tyrannus hoc agit, ut oes sibi legibus aut delationibus habeat obnoxios. Rex libertate ciuium delectat. Tyrannus metu studet, rex amari. Tyrannus nihil aequum suspectum habet, atque ciuium honorum & ciuitatum concordiam, qua praecepit gaudent boni principes. Tyrannus gaudet inter ciues factiones ac dissidia ferere, & simultates forte fortuna obortas, diligenter alit ac prouehit, atque his rebus ad suam tyrannidem communionem abutitur. At hoc unicū regi studium est, ciuium concordiam alere, & si quid ortum fuerit dissensionis, continuo rem inter eos cōponere, nimirum qui intelligat haec esse grauissimam rerum publicarum pestem. Tyrannus, si senserit florere rem publ. repertis titulis, aut immisssis etiam hostibus, bellum excitat, ut hac occasione vires suorum attenuet. Contraria, rex omnia facit ac patitur, quo pacem publicam reddat perpetuam, intelligens ex bello semel omnia reipub. malia proficiisci. Tyrannus leges, constitutiones, edicta, foedera, denique sacra prophanaque ad sui capitum tutelam aut instituit, aut pertrahit. Rex haec omnia publico metitur bono.

Tres artes tyrannorum secundum Aristotelem sunt tyrani uel notae uel artes, quas Aristoteles in libris Politicis fusius exequitur. Verum harum omnium summam in tria contrahit. Primum ait tyranno studium esse, ne uelint, aut ausint ciues aduersus tyrannidem insurgere. Proximum, ne sibi inter se fidant. Tertiū, ne quid possint nouarum rerum moliri. Primum efficit, dum modis omnibus agit, ut ciuibus quam minimum sit animi, minimumque sapientiae, dum eos seruiter habet, & auctoritate addictos officios, aut delationibus obnoxios, aut uoluptatibus effeminatos. Scit enim generosos & erectos animos indigne ferre tyrannidem. Secundū efficit, dum agit, ut ciues inter se dissideat mutuis odij, & aliis alii deserat, ipse interim suorum malo poterior. Tertiū assequitur, dum opes, & autoritatem suorum, & maxime honorum virorum modis omnibus attenuat: eo quod nemo sanus aggredi uelit, quod desperet posse confici.

Ab his omnibus studijs princeps quam longissime absit oportet, immo prorsus ~~ex agno~~, quod dici solet, dissideat, praeferit princeps Christianus. Etenim sit ait pinxit Aristoteles, primū ethnicus, deinde philosophus, inter illos quoque non perinde sanctus ac doctilis, quanto magis id praestare oportet eum, qui Christi fungatur uice.

Imago principis Quin ex ipsis mutis animabitibus regis ac tyranni simulachrum colligere licet. Apum regi amplissimum cubile est, sed id in medio, ueluti tutissimo regi loco. Atque ipse quidem ostere uacat, uerum exactior est alienorum operum. Hoc amissio totum examen dilabitur. Praeterea insignis regi forma est, dissimilisque ceteris, tum magnitudine, tum nitore. Sed haec, ut inquit Seneca, nota potissimum a ceteris distinguitur: quod cum apibus plurimum sit iracundia, adeo ut aculeos in uulnere relinquat, solus ipse rex aculeo caret. Noluit illum natura nec saevis esse, nec ultiorem magno constitutam petere, telumque detraxit, & iram eius intermetu reliquit. Exemplar hoc magnis regibus ingens est.

Tyranni feris immittiores Nam si tyranni queritis imaginem, sed nem, ursum, lupum, aut aquilam cogita, quae laniatu uiuunt ac praedae: & quoniam intelligentes omnium odij obnoxia, omnium insidij peti, praeruptis locis se continent, atque cubus & solitudinibus abdunt sese: nisi quod horum quoque satuitam superat tyranus.

Draco

Dracones, pardi, leones, cæteræq; immanitatis damnata animantia, à suo genere temperat, & tuta est inter feras similitudo morum. Tyrannus homo in homines, ciuïs in ciues potissimum feritatem suam exercet. Quis etiam in literis diuinis deus tyranni simulachrum depinxit his uerbis: Hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis: Filios uestros tolleret, & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & præcursorum quadrigas sua, ut constituat sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messores segetum, & fabros armorum & curruum suorum. Filias quoq; uestras faciet sibi unguentarias & focarias & panificas. Agros quoq; uestros & vineas, & oiueta optima tolleret, et dabit seruus suis. Sed & segetes uestras & vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam uestros & ancillas, & iuuenes optimos, & alios auferet, & ponet in opere suo. Greges quoq; uestros addecimabit, uosq; eritis ei serui. Et clamabit in die illa à facie regis uestri, quem elegistis uobis, & non exaudiens dominus. Nec uero quenq; hoc moueat, quod hic regem uocat non tyrannum. Siquidem olim regis nomen non minus inuisum fuit q; tyranni. Et cum nihil sit salutarius bono rege, cur deus iratus hanc imaginem proponi iussisset populo, quo uidelicet à petendo rege deterret. Proinde ius regium, ius tyrannicum dixit. Alioqui Samuel ipse uere regem gesserat, tot annis sancte & incorrupte rem populi administrâs. At illi non intelligentes felicitatem suam, more genitum regem flagitabât, qui fastu, qui uiolentia regem ageret. Et tamen in hac imagine qua portio malorum est, quæ nostra memoria in nonnullis etiam Christianis principiis magno totius orbis malo cōspeximus.

Accipe nunc boni principiis imaginæ, quam deus ipse in libro Deuteronomij descripsit ad hunc modum: Cumq; fuerit rex constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus. Non habebit uxores plurimas, quæ allificant animum eius, nec argenti & auri immenses pôdera. Postq; autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens exemplarà sacerdotibus Leuiticæ tribus: & habebit secum omnibus diebus uitæ suæ, ut discat timere dominum deum suum, & custodire uerba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiâ super fratres suos, neq; declinet in partem dextrâ uel sinistram, ut longo tempore regnet ipse & filii eius super Israël. Si rex Hebræus iubet legem ediscere, quæ figuræ & umbras modo iusticiæ tradebat, quanto magis cōuenit, ut princeps Christianus euangelij dogmata teneat ac sequat: Si nond uult regem ludæum efferrî supra populum suum, fratres illos appellans, nō seruos, quâto minus idem facere oportebit Christianum in Christianos, quos ipse quoq; Christus principi omniu[m] monarcha; fratres appellant:

Audi iam quomodo tyrannum descripsit Ezechiel. Principes, inquit, in medio eius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendū sanguinem. Plato principes teip. custodes appellat, ut hoc sint patræ, quod canes gregi: quod si canes uerâtur in lupos, quid præterea sperandū est gregi? Idem alio in loco, crudelè ac rapace principem leonem appellat, & alibi minatur pastoribus, q; pasceret semetipsos, neq; gregis ullâ haberent curâ. Principes sentiens, q; sibi gerunt imperium. Et Paulus de Neroni loquens, Liberatus sum, inquit, de ore leonis. Et in eandem fermè sententiâ Solomon ille sapiens, uide quomodo tyrannum depinxerit. Leo, inquit, rugiēs, & ursus esurientis, princeps impius super populum pauperē. Ac rursus alibi, Cum impij sumplerint principatum, gemet populus quasi sub seruitute deducitus. Et iterum alibi, Cum surrexerint impij, abscondentur homines. Quid, quod apud Esaiam cum dominus offensus populi scelerib. cōminatur, dicēs. Et dabo pueros principes eorū, & effeminati dominabuntur eis. Nōne palam declarat nullâ acerbiorum calamitatē obuenire posse regioni, q; stultū & impiū principem?

Sed quid nos ista psequimur: cum ipse Christus unicus princeps ac dominus omniu[m], clarissime disreuerit Christianum principem ab ethnico? Principes, inquit, gentium dominatricis, & q; potestatē habent, exercent in eos: inter uos ait nō erit sic. Si principiū ethnorum est dominari, nō est igitur Christianorū dominiū. Quid est aut quod ait, Non sic erit inter uos, nisi, nō eodem modo fieri cōuenit inter Christianos, inter quos principatus admistratio est non imperium: & regnum beneficium est, non tyrannis. Nec uero sic ipse sibi palpetur princeps, hæc ad episcopos pertinet, nō ad me. Imò ad te pertinet, si modo Christianus es: si Christianus nō es, nihil ad te pertinet. Nec uero te moueat, si forte cōspexeris episcopos aliquot ab hac imagine procul abesse. Quid agant illi, uiderint ipsi: tu quid te digerum sit, cogita.

Descriptio bō
ni principis

Principis ini-
ta euangelij

Noli

Noli te ipsum principem bonum existimare, si collatus cum alijs minus malus appareas: Neque statim licere putas, quicquid principum uulgaris facilitat. Ad honesti regulam temet ipsum exige, hinc te aestima. Et si nemo fuerit, quem uincas, ipse certato tecum, quando/ quidem istud est certamen omnium pulcherrimum, & uere inuicio principe dignum, si co/ siderie titatur seipso melior euadere. Si foedum est tyranni nomen, seu potius studiū, nihil fiet honestius, si cum multis fuerit commune. Siquidem in rebus ipsis uis honestis ta est, nō in hominum numero. Grauiter à Seneca scriptum est, eodem loco quo po nimus latrones ac piratas, ponēdos esse reges, latronum ac piratarū habentes animum. Hic enim solus regem a tyranno distinguit, non titulus.

Barbaricus Refert in libris Politicis Aristoteles, in nonnullis oligarchijs hunc fuisse morem, ut ini mos turi magistratum, cōceptis uerbis iurarent in hunc modum: Plebem odio prosequar, & pro virili adnitar, ut illi sit male. At Princeps initurus magistratus, lōge diuersa iurat suis. Et tamen audimus quosdam tales esse erga populum, quasi iuxta morem illum barbari, cum iurassent, se populi rebus modis omnibus hostes fore.

Planè tyrannidem sapit, quoties tum optime est principi, quoties populo est pessime, & alterius felicitas ex alterius crescit calamitate. Perinde quasi paterfamilias id agat, ut suorum malis ipse dicitur reddatur ac potentior. Qui sibi principis titulum uolent assere, & inuisum tyranni nomen cupient effugere, non terroribus ac minis, sed benefactis id sibi vindicet oportet. Neque em̄ refert uel ab assessoribus, uel ab oppressis appellari principem, appellari patrem patriæ, si re ipsa fuerit tyranus. Et si maxime illi aduletur sua eras, at non assentabitur posteritas. Vides formidabilium olim regum, quos uiuos nemo uel nutritu audebat offendere, quanto odio posteri celebrent malefacta, quanta libertate detesten tur ipsa etiā nomina.

Princeps magna familias pater Bonus princeps non alio animo deber est in suos ciues, quam bonus paterfamilias in suos domesticos. Quid enim aliud est regnum q̄ magna familiæ?

Quid rex nisi plurimorum pater? Excellit enim, sed tamen eiusdem est generis, homo hominibus, liber liberis imperans, non beluīs, ut recte prodidit Aristoteles. Quod quidem intellexisse uidentur & uetusissimi poetæ, qui Iouem, cui totius mundi & deorum, ut illi loquuntur, omnium tribuunt imperium, subinde notant his uerbis, πατήρ αὐτῶν θεός, id est, pater hominūq; deumq;. Et nos sic à Christo præceptore docti, deum omnium haud dubie principem, patris uocabulo compellamus.

Quid autem foedius aut execrabilius illa compellatione, quam apud Homerū Achilles, opinor, iacit in principi sibi gerentem imperium, non populo, οὐκούσθε βασιλεύ. Nihil enim reperit iratus ille, quod probrosius diceret in eum, quem imperio iudicabat indignum, nisi quod populū deuoret. At idem Homerus, si quem regē honoris gratia nominat, ποιητας λαοῦ solet appella re, hoc est populū pastorem. Plurima aut interest inter pastorem & prædonem. Quanā igitur fronte sibi principis titulum uindicant, qui paucos & eos sceleratissimos è suorum numero diligunt, per quos arte repertis prætextibus, & subinde nouatis titulis, populū uires simul & opes exhauiunt, in suum cōuerrunt fiscum, siue quod inclementer extorserunt, aut prodigunt nequiter in uoluptatibus, aut insumunt crudeliter in bellis: & ut quisq; in his maxime ueteratorē agere potest, ita plurimi faciunt, perinde quasi princeps hostis sui populi, non pater, ut is præcipue uideatur principis rebus consulere, qui populū cōmodis quam maxime officiat.

Vt paterfamilias suis bonis accreuisse putat, quicquid ulli suorum obtrigerit emolumenti: ita qui uere principis animo præditus est, in suo fisco putat esse, quicquid usq; ciues possident, quos sic habet sibi charitate deuinctos ac deditos, ut nihil uereantur, uel uitam impendere principi suo, non modo pecuniam.

Epitheta boni principis Operæ premium fuerit audire, quibus epithetis Iulius Pollux Commodo Cæsari, cuius pueritiā instituerat, regē signarit ac tyrannū. Etenim cum regem statim dijs subiecisset, ueluti proximū ac simillimū, ποιητας βασιλεὺς inquit, ἐπανῶμ λέγε, πατήρ, πάτος, πρᾶτος, ἀμφορεὺς, πεντακόρης, οὐδικητής, Φελάνθρωπος, μεγαλόφρων, ελύθερος, χρυσοῦς λεπτοῖς, εξω παθῶν, έπαντος λεπτοῖς, αρχαιοῦ καθηγητῆς, λογιστῶν, ποδοῦλος καταπλοῖος, δικαιος, σωφρος, θεοῦ λαζαροῦ, ανθρώπων λεπτοῖς, στάσιμος, βιβλιος, αἰτιαπολτύρος, μεγαλογνώμων, ιερογνωμον, γραμμος, τελονιτρος, φρονιστής τῶν ἀρχηγῶν, πατήρ, πρεσβυτερος τῶν θυρησιαν, βραδύνεις εις ζευσίους, εσφελος, απλος, ακειβεσφος πάθος π, σικλιζυγός θυμούσθος, θυμοθύρος, θυγάτην, μελέχιος, πάθος συνης, θειμελυτης τῶν ιαστρῶν, Φελοσρακάτης, πολεμιος μήν, οὐ Φιλοπόλεμος οὐ, θρίωντος, ερωτης, πειστης

πατέρ, πατερού λαζ, πατελινός, αρχηγός. Εἰ αρχηγός, νεφοβέλικός, δύπολεψ περικάσ, βερδίλις. Το μὲν
αἱ ὅστιαι λόγοι τοῖς αὐτοῖς εἶχοι, καὶ οὐκ ὀνόματι. Ea tametsi Latinus sermo cōmodo non
possit reddere, ob Græca lingua proprietatem, tamen in hoc certe uertemus quo quæat
intelligi. Regem laudato his titulis. Pater, mītis, placidus, lenis, prouidus, æquus, huma-
nus, magnanimus, liber, pecuniaꝝ contemptor, haud obnoxius affectibus, sibñpsī impe-
rans, dominans uoluptatibus, ratione utens, acri iudicio, perspicax, cīrcūspecius, ualens
consilio, iustus, sobrius, numinum curam agens, hominū negocia curans, stabilis, firmus;
infallibilis, magna cogitans, autoritate præditus, industrius, confectior negotiorum, solici-
tus pro his quibus imperat, seruator, promptus ad beneficentiam, lēntus ad iūdictā, cer-
tus, constans, inflexibilis, propensior ad iusticiam, semperq; attentus ad id quod de p̄tin-
cipe dictum est, libræ in morem, facilis aditu, comis in congressu, commodus alloqui uo-
lentibus, blandus, expositus, curam agens suo parentium imperio, amans milītū suorum;
qui strenue quidem bellum gerat, sed qui bellum non affectet, pacis amans, pacis conci-
liator, pacis tenax, appositus ad emendandos populi mores, qui ducē agere norit, ac prin-
cipem, qui leges salutares sciat condere, natus ad benemerendum, diuina specie. Sunt au-
sem multa quæ oratione dici possint, singulis uocabulis explicari non possint. Hac ienit
Pollucis sententiam expressissimus. Iam si ethnicus moderatot eiusmodi principem defor-
mauit ethnico, quanto sanctius simulachrum proponi conuenit principi Christiano.

Nunc quibus coloribus tyrannum expresserit attende. Φεγμανέρεις, τυραννικος, αιμος, θραύσις, βιαιοτητα, γηλεσεπτικος, Θιλεχριματος, ηγου το πλατωνιθ, εραστηριματος, αερπαξ, κυ ρη διμηρη, θηγμοβορος, ινπροτηρης, ινπροφανος, ιντροποτος, ιντροπροσομοιος, ιντροπροσεγγρος ιντρογνωνι, ιντρο, ιντρογνητος, ιντριμυος, εγκατητος, ταραχωδης, ιντονωνη ιντημ, ιντρεπτης, ακερετωρ, αλιογιεος, με τανθρωπος, αερικος, αερελαιος, ιντισος, ανδροσ, ιντηκνος, ιντηγλοιος, εντεκπατητος, ιντηλιος, ανη μερος, επιθυμιαιεις ιντηλιδες, αερελαιος, ινθεικης, πολιτιστοις, Βαρην, επιτηθης, αερελετος, αερορητος:

Quorum uerboſū hæc fermè ſententia eſt: Malum principem uituperabis ad hunc modum. Tyranicus, crudelis, efferus, uiolētus, occupator alieni, auſdus pecuniarū: & quod uerbum eſt apud Platonem, pecuniarum cupiens, rapax: & quod dixit Homerus, populi deuorator, ſuperbus, elatus, diſſicilis adiutu, incommodus ad conuenientium, durus ad congreſſum, incomis ad colloquium, male iratūdus, irritabilis, terribilis, turbulentus, uoluptatum ſeruus, intemperans, immoderatus, incōſideratus, inhumatus, iſuſtus, inconſultus, iniquus, impius, mente carens, leuis, inconfiſtans, & qui facile decipiatur, male faciliſ, immiſis, affectibus deditus, incorrigibilis, cohtumeliosus, bellorum autor, grauiſ, moleſtus, incohercibilis, intolerabilis.

leitus, inconcretibus, incoeratis. Cum deus longinque abit a mortali yam, que
risimilimum est, illi nihil iniurius esse pestilente rege: & cum nulla bellua nocentior sit ty-
ranno, consentaneum est nihil iniurius esse mortalibus omnibus, quam malum principem.
Quis autem uel uiuere cupiat, superis & hominibus pariter exosus & execratus: Proinde
de Octauius Augustus, ubi sensisset caput suum crebris coniurationibus peti, & alia op-
pressa, protinus alia succederet, negauit tanti esse uiuere, ut omnibus iniurius, incolumentem
suam tot ciuium sanguine tueretur. Proinde regnum, quod uirtute administra-
tur ac benevolentia, non solum quietius est ac iucundius, ierumetiam diuturnius ac sta-
bilius: id quod ex veterum annalibus facile poteris cognoscere. Nulla tyrannis tam muni-
ta fuit, qua diu constiterit. At quoties reipub. status in tyrannidem degenerauit, toties in
exitium pronerasse contumum est. Multos timeat oportet, qui timetur ab omni-

bus. Ettutus esse non potest, quem maxima pars hominum cupiat extincionem.
Olim qui bene gessissent imperium, ijs diuini decernebantur honores: at in tyrannos Diuini bonorum
ea lex erat, quæ nunc est in lupos aut ursos, ut præmium esset ex publico, qui publicum habens res bonis regi-
stem è medio sustulisset. Primitus reges non ob aliud constituti sunt, populi cōsen- bus habiti
su, quātū ob eximiam uirtutem, quam heroicam uocant, uelut diuinæ proximam, & hu- Virtus primū
mana maiorem. Originis igitur suæ principes meminerint oportet, illud intelligentes, se reges fecit
ne principes quidem esse, si eo caruerint, quod primum principes fecit. Cūm mūl-
tae sint formæ rerumpub. philosophorum omnium fermè consensus est, saluberrimæ esse Monarchia
monarchiam, nimirum ad exemplar dei, ut rerum summa penes unum sit, uerum ita, si is
ad imaginem item dei, sapientia bonitateq; cæteris omnibus antecellat, & nullius indigēs;
nihil aliud studiat, quam protodesset reipub. Quod si secus fuerit, pessimus reipub. status sit,

Tom: 4

P' oportet

oportet, ut qui pugnet cum eo qui est optimus. Si princeps contingat omnibus ab solutis uirtutibus, optanda sit pura ac simplex monarchia, uerum quando id haud scio, an unquam contingat, quin potius magnum & exoptandum, si detur mediocris, ut nunc sunt res hominum, praestiterit monarchiam Aristocratiae & Democratiæ admixtam, perari dilucide, ne quando in tyrannidem erumpat, sed quemadmodum elementa uicissim se librant, ita simili moderamine consistat respub. Quod si princeps bene uelit reipublicæ, sic interpretabitur, suam potestatem hac ratione, non cohereri, sed adiuuari; si minus, tanto magis expedit, ut sit quod unius uolentiam frangat ac retundat.

Cum multa sint dominandi genera, hominis in belluas, heri in seruos, patris in liberos, mariti in uxorem, Regiam dominationem omnium excellentissimam iudicat Aristoteles, eamque maxime diuinam appellat, quod ea res quiddam homine maius habere uideas tur. Quod si diuinum est agere regem, profecto tyrannum agere, nihil aliud sit oportet, quam

Ex Aristotele eius uicem agere, qui deo dissimillimus est. Seruus seruo praestantior, ut haber pro verbum, ut dominus domino potior, quod alia sit ars alia præclarior, alia functio alia melior. At principem in optimo sapientiae genere oportet præcellere. Ea est ratio recte admistrandi rem publicam. Domini est iubere, servi parere. Tyrannus iubet, quicquid iubuit: princeps, quod reipub. iudicari optimum. Qui nam igitur iubebit is, qui quid sit optimū ignoret? imo qui pessima pro optimis habeat, uel inscītia uel affectibus excæsus. Ut oculi est uidere, aurium audire, narium olfacere, ita principis est populibus cōsulere. At non potest alia re cōsulere, quam sapientia: ea si careat princeps, non magis consulere reipublicæ, quam oculus uidebit excæsus.

Xenophon in Oeconomico libello scribit, diuinum potius quam humanum, imperare liberis ac uolentibus: sordidum enim, imperare mutis animantibus, aut coactis mancipijs: at homo diuinum est animal, ac bis liberum, primum natura, deinde legibus: ideoque summae uirtutis est, ac plane diuinæ, regem sic temperare imperium, ut beneficiū sentiat populus, seruitutem non sentiat. Cae solum eos tuos esse putas, quorum opera in popinis, in uenatu, in domesticis uteris ministerijs, cum saepenumero nulli minus sint tui, sed uniuersos ciues ex æquo tuos esse ducito. Quorum si quis omnino delectus sit, eum tibi proximum & coniunctissimum habeto, qui uir sit optimus, qui patriæ, qui reip. amansissimus. Cum uises urbes tuorum, nolito sic tecum cogitare, Tantarum rerum dominus sum, hec omnia mei sunt arbitrij, in hec mihi licet quicquid libet. Si uero, quod bono principe dignum est, cogitare uoles, ad hunc cogitato modum, Hæc meæ credita sunt fidei, usgilandum igitur, quo meliora reddā quam acceperim. Cum innumeram tuorum multitudinem conspexeris, caue sic cogites, tam multos habeo seruos: sed tot hominum milia de mea pendent soliciudine, uni mihi se suaque tuenda crediderunt, me ueluti parentem spectant: tot milibus prodesse possum, si meipsum bonum præstitero principem: plurimum nocere, si malum. An non igitur magnopere curandum ne sim improbus, ne tam multis noceam mortalibus? Cogitato semper, dominium, imperium, regnum, maiestatem, potentiam, ethnicorum esse uocabula, non Christianorum. Christianum imperium nihil aliud esse quam administrationem, quam beneficentiam, quam custodiā:

Animus in corpore quoq; uocabula te delectant, at illud memineris, facito, quod ab ethnicis corpos quoq; philosophis & perspectum & proditum est, non aliud modi esse imperium principis in populum, quam quale est animi in corpus. Dominatur animus corpori, quod magis sapiat quam corpus, sed dominatur magno corporis commodo potius quam suo: &

Cor in membris animum regnare in corpore, felicitas est corporis. Quod cor est in corpore animanbris tis, id est princeps in republica. Si cor syncretum est, quoniam sanguinis ac spiritus fons est, uitam impartit uniuerso corpori; in uitiatum fuerit, exitium adfert membris omnibus, Verum ut ea pars in corpore animantis omnium postrema solet corrupti, & in hac extremis uitæ reliquias superesse putant: ita decet principem, si quis morbus corripuerit populū, ab omni stulticie lue quam integerrimū esse. Vt in homine quod præstantius est imperat, nimis animus: rursum in animo quæ pars est optima; ea pries fidet, nempe ratio: & quod dominatur in uniuerso, id omnium est optimū, nempe deus. Ita quisquis in repub. tanquam in magno corpore imperandi parteis occupavit, et operetur bonitate, sapientia, uigilatia, & cæteros anteire. Et quāto magistratus antecellit opibus

tanto princeps antecedere debet magistratus. Si quid inest animo mali, id à corpore ^{Præpostorum} riscontagio proficiscitur, quod affectibus est obnoxium. Quicquid autem habet corpus boni, id ab animo scatet, uelut à fonte. Ut autem præpostorum sit, ac præter naturam, si ma-^{rcmp. ledi à}
la ab animo manent in corpus, & corporis bona animi uitio corrumpantur: ita uehemen-
ter absurdum fuerit, si bella, seditiones, corrupti mores, prauæ leges, corrupti magistratus;
& id genus aliae reipub. pestes, ab ipsis principibus exoriantur, quorum sapientia compo-
ni decebat motus stultitia plebis coortos. At sæpen numero uidemus ciuitates populi indu-
stria beatae constitutas ac florentes, principum eueri culpa. Quam non Christianum Princeps par-
est domini titulo sibi placere, quem non pauci à Christo alieni refugerunt: & quod esse cu-
piebant propter ambitionem, dici nolebant ob inuidiam. At Christianus princeps idem non
esse sibi fas putabit, uocari magnificum? Octavius Augustus, quamvis scelere occu-
parat imperium, contumeliaz loço ducebat uocari dominum: & hanc appellationem à
mimo delatam, coram uniuerso populo, uultu simul & uoce renuit, uelut eo uocabulo ty-
rannis exprobraretur. Et hanc hominis ethnici modestiam, nō imitabitur princeps Chri-
stianus? Si dominus es tuorum omnium, illi tibi serui sint necesse est. Proinde uiden-
dum est, ne iuxta uetus proverbiū, quod habes seruos, totidem habeas & hostes.

Cum natura generit omneis homines liberos, & præter naturam inducta sit seruitus, Princeps libe-
quod ethnicorum etiam leges fatentur, cogita quam non conueniat, Christianū in Chri-
stianos usurpare dominium, quos nec leges seruos esse uoluerunt, & Christus ab omni
seruitute redemit. Siquidem Paulus Onelimum seruum natum, à baptismo fratrem prio-
ris heri Philemonis appellat. Quam absurdum est eos pro seruis habere, quos Chri-
stus eodem redemptos sanguine, in communem afferuit libertatem, quos ijsdem tecum
alit sacramentis, quos ad eandem immortalitatis uocauit hæreditatem: & ijs seruitus iu-
gum inducere, qui cōmunem tecum habent dominum, ac Principe Iesum Christum?

Cum Christianorum unus sit dominus, cur qui huius gerunt uices, abs quo quis malunt Christus abso-
administrandi formam petere, quam ab hoc, qui solus est totus imitandus? Ab alijs decet lutū exemplar:
pere licet, si quid forte uirtutis admixtum habet. At in hoc absolutum est omnis uirtutis
ac sapientiae exemplar. Ea quidem stulticia uidetur, sed infidelibus: nobis si uere fideles sumus,
dei uirtus est, & dei sapientia. Iam nolim te sic tecum cogitare, At istud seruire
est non regnare. Imò hoc est pulcherrimum regnandi genus, nisi forte deum seruire existi-
mas, qui mundum hunc gratis administrat, cuius beneficium experiūtur omnia, cum ad
illum nihil redeat præmij: nisi animus seruire uidetur, qui cum corpore non egeat, tanto
studio consulit illius commodis: nisi oculus cæteris membris seruire putandus est, quod
omnibus prospiciat. Rem ita tecum expendas licebit, si quis omneis homines, quos A fictione ar-
tuos uocas, Circes arte uertat in sues aut asinos, nonne dices deterius factum tuum impe-
riū? Dices opinor. Atqui plus iuris sit in sues aut asinos quam in homines. Licet quo iur-
bet agere, licet distrahere, licet interimere. Proinde deterius fecerit imperium, qui liberos
ciues uerterit in mancipia. Quo præstantius est in quod geris imperium, hoc magnificen-
tius ac splendidius regnas. Consulit igitur tuæ maiestati, qui ciuium libertatem ac dignita-
tem tuetur. Deus ipse, ne coactis imperaret, & angelis & hominibus liberum dedit
arbitrium, quo splendidius & augustius redderet imperium suum. Et quisquam hoc no-
mine sibi magnus uidetur, quod metu adactis ciuibus, cepi pecudibus imperaret?

Ne te fugiat, quicquid in euangelicis aut apostolicis literis de tolerâdis dominis, de pa-
luit
rendo præfectis, de honorandis regibus, de pendendo tributo dictum est, id ad ethnicos Quod accipien-
principes esse referendum, quod ea temestate nondum essent principes ulli Christiani. dum, obedite
Tolerari iubet impios magistratus, ne quid perturbetur ordo ciuitatis, modo suo fungan prepositis ue-
teri officio, modo ne imperent impia. Honorem exigit ethnicus princeps, Paulus hono- stris etc.
rem iubet dependi: uectigal exigit, uult solui uectigal: tributū exigit, iubet dati tributum:
Nihilo enim deterior sit his rebus homo Christianus, & illi suum quoddam habent ius,
neq; sunt per occasionem irritâdi. At quid de Christianis addit: Vos, inquit, inter uos ne
mini quicquam debeat, nisi ut inuicem diligatis. Alioquin ideo Christus debebat Cæ-
sari tributum, quia legitur soluisse didrachmum? Idem in euangelio cum insidiouse ius Cæsaris
rogaretur, num gens ut tum putabatur, deo dicata, censum deberet Cæsari: nomisra iu-
bet exhiberi, exhibitum non agnoscit, & uelut ignarus, cuius sit imago & inscriptio scis et
ex euangelio

tatur, cum responsum esset, Cæsar is esse, maliciose tentantibus ambigue respondit. Date Cæsari quæ sunt Cæsaris, quæ dei sunt deo: simul eludens insidiosam questionem, & per occasionem ad dei pietatem inuitans, cui debemus omnia. Perinde quasi dixisset: Cæsar, quem ignoro, quid beatatis, uos uideritis. Illud potius speculate, quid beatatis deo, cuius negocium ago, non Cæsar is.

Ne uero inter hæc cuiquam obrepat huiusmodi cogitatio, Quid igitur principi suū ius admis, & plus tribuis ethnico quam Christiano? Imo principi Christiano suum ius vindico. Ius est ethnico principi, suos metu premere, ad seruiles operas adigere, exigere possessionib. expilare bonis, deniq; martyres facere; ius est ethnici principis. Num idem uis esse Christiano? Aut ius illius imminutum uidebitur, si

Verumius minus hæc illi liceant? Non perit suum ius ei qui Christiane gerit imperium, sed alii principis ter possidet, & quidem multo tum præclarior, tum tutius. Id ita esse, his argumentis colligas licebit. Primum tui non sunt quos seruicio premis, consensus enim principem facit.

Verum ijdem uere tui sunt, qui sponte ac uolentes tibi parent. Deinde cum metu adatos possides, ne dimidiatos quidem possides, corporum potiris, animi abs te sunt alieni. Cæterum cum Christiana charitas conciliat populum ac principem, ibi tua sunt omnia, quoties res postulat. Non enim postulat bonus princeps, nisi cum utilitas patriæ flagitat. Rursus ubi dominium est, non benevolentia, quantumvis multum exigatur, certeminus habet princeps, quam cum nihil nō habet. Nemo plus impetrat, quam qui nihil imperat, sed promeretur.

Venus bonus Ad hæc honos qui tyranno exhibetur, ne honos quidē est, sed aut adulatio aut simulatio: nec obsequium, sed seruitus: nec splendor est uerus, quem ostēt, sed fastus: nec potentia, sed uis: que cuncta ueris nominibus possidet, qui Christianum agit principem. Nemini plus defertur honoris, quam qui non exigit honorem: nulli libentius obsequuntur homines, quam qui non requirit obsequium: in neminem libentius esfundunt suas opes, quam in eum cui commissas sciunt ad publicam utilitatem cum se no reredituras.

Mutuum ius populi ac principis Est mutuum inter principem ac populum commentium. Tibi populus censem debet, debet obsequium, debet honorem. Esto. Sed tu uicissim populo debes bonum ac uigilantem principem. Cum exigit uectigal à tuis ueluti debitum, fac prius exactias temetipsum, num illis officijs tui uectigal persolueris. Aristoteles negat dominij rationem esse sitam in possidendo, sed magis in hoc ut utare seruīs. At qui multo minus principatus positus est in titulis & imaginibus, in exigendo censu, sed in consulendo.

Cum respublica corpus quoddam sit ex varijs membris compacium, in quorum numero sit & princeps ipse, licet eximium, ea moderatione conueniet uti, ut omnibus bene sit, non ut attenuatis cæteris unum aut alterum uegetū ac saginatū euadat. Quod si princeps reipub. malis gaudet & alitur, neq; pars est reipub. neq; princeps, sed prædo.

Prodidit Aristoteles seruum uiuam esse domini portionem, si modo is uerus sit dominus. Est autem & amicitia pari cum toto, & utilitas utriq; ex altero. Id si uerum est inter herum & mancipium de lapide (ut aiunt) emptum, quanto magis inter plebem Christianam & principem Christianum? Princeps qui nihil aliud cogitat, nihil aliud agit, nisi ut quam plurimum pecuniarum à ciuibus extorqueat, ut nummorum uim quantum potest maximam irretiat legibus, ut quam plurimo uendat magistratus & officia, quæso, utrum is princeps dicendus est, an negotiator, an ut uerius dicam, prædor?

Se ledit princeps cum populi res ledit Croesus cum uideret urbe capta, Cyri milites magno tumultu discursantes, rogabat, quidnam facerent. Cui respondent facere eos, quod uictor exercitus solet, diripere bona ciuium: quid inquit audio? An non hæc iam tua sunt, qui me uicisti? Cur igitur isti tua populantur? Hac uoce monitus Cyrus, militem à direptione cohercuit. Eandem oportebit semper obuersari principis animo, Hæc quæ extorquentur, mea sunt. Hi qui spoliantur & atterruntur, mei sunt, quicquid in hos pecco, in meipsum pecco. Fac ita geras imperium, ut facile gesti queas reddere rationem: quam si nemo exacturus est, hoc magis etiam à temetipso debes exigere. Futurum est enim, idq; breui, ut is abs te rationē exiger, apud quem nihil tibi profuerit principem fuisse, nisi quod tanto rigidorem habiturus ea iudicem, quanto grandior potestas tibi fuerit commissa. Ut unus sis totius orbis monarha, hunc exactiorem nec fallere poteris, nec effugere, nec terrere, nec corrumpere.

Postea quam te semel reipub. dedicasti, iam non est tibi liberum tuo more uiuere: persona quam suscepisti, sustineas, actuari oportet. Nullus ad Olympiæ certagnæ accedit.

accedit, nisi prius secum expendet, quid eius certaminis lex postulet. Nec queritur sibi molestum esse solem, aut puluerem, aut sudorem, aut si quid est aliud huius generis: quandoquidem haec omnia cum ipsa ludi ratione coniuncta sunt. Ita qui suscipit imperium, prius suo cum animo debet expendere, quas res principis officium exigat. Consulerunt alie-
nūs commodis, propria negligenda. Vigilandū, ut alijs dormire liceat. Laborandū, ut alijs liceat ociari. Summa præstanta morum integritas, cum in alijs mediocris innocentia satisfaciat. Priuatis affectibus omnibus exuendus est animus: & publicum gerenti negocium, nihil nisi de publico cogitandum. Beneficiendum etiam ingratissimum, etiam non intelligentibus, etiam inuitis. Haec si non placent, cur ad imperij munus accedis? aut cur forte traditum non cedis alteri? Quod si non licet, certe in huiusmodi quempiam rei functionem, cuiusmodi te ipsum præstare oportebat.

Officium Princ
cipis

Difficillimum,

sed pulcherrim

Prius discen

dum imperia

re q̄ imperi

Apud Græcos sa-
pientissime dixit sapiens quidam, quæ præclara sunt eadem esse difficilia. Proinde me sed pulcherri-
misse oportet, præstare bonum principem, rem quidem esse omnium multo pulcherrimam, sed eandem omnium longe difficillimam. Nec quicquam te moueat, si temeraria perare
poribus his quosdam uideris principes ita uiuentes, ut difficilius sit agere mediocrem pa-
trem familiās, q̄ eiūsmodi principem: nec omnino temere dictum uideatur ueteri prouer-
bio, aut regem, aut fatuum nasci oportuit.

Cum igitur cæteri mortales artem quam profiteri parent, prius adhibito studio discant, quanto maiori cura principem oportet ad ministrandi rationem prædiscere: Ac cæteræ quidem artes quatuor rebus potissimum conseruant, natura, præceptis, exemplis, & usu. In principe lene ac mansuetum ingenium requiriat Plato: nam aeres & concitatos, ut ad disciplinas quidē idoneos fateatur, ita ad rem publicam administrandam accommodos negat. Sunt naturæ uitia, quæ institutione cura corrigi queant. At possit obtingere ingenium uel adeo stupidum, uel ita ferox ac uiolentum, ut in hoc formando frustra quis sumpererit operam. Neronis natura corruptior erat, q̄ ut san-
ctissimus ille præceptor Seneca potuerit efficere, quo minus pestilētissimus euaderet prin-
ceps.

Præcepta statim ut diximus, instillanda sunt, eaque digna uero principe, & certa: & ob hanc causam Plato uoluīt sero dialecticen attīngi a custodib. quod haec in utraque partem differat, & minus firmas reddat de honesto, aut in honesto opiniones. Exemplum administrandi potissimum ab ipso deo petendum, & ab homine deoq̄ Christo, è cuius dogmatis præcepta quoq; sumenda erunt potissimum. Exercitatio, quæ postrema pars est, nō perinde tuta est in principe. nihil enim magni sit, si citharas aliquot obterat, qui studi bonus esse citharoëdus. At graue fuerit affligi rem publica: dum princeps discit administrare rem publicam. Assuescat quidem igitur iam inde à puero, sed quo melius iudicet, instruclius decretis, assidere consultationibus, interesse iudicij, adesse creādis magistratibus, audire re-
gum postulationes, uerū ne quid statuat, nisi iurorum iudicio comprobatus, donec ætas & usus rerum certius iudicium pararit.

Si uere dixit Homerus, non esse principis solidam dormire noctem, cui tot hominum milia, cui tantæ negotiorum moles commissæ principis sunt, si non sine iudicio tam Aeneam suum singit Virgiliius, unde quælo principi sit or-
cium, toros fallendi dies, immo perdendi maximam uitæ partem alea, choreis, uenatiibus, morionibus, & his etiā nugactorib. nugis.

Subuertitur resp. factionibus, bellis afflictitur, latrociniorum plena sunt omnia, expilationibus immodicis plebes ad famem & laqueum adigitur, Opprimuntur ab iniquis proceribus tenues: corrupti magistratus, non quod ius est, sed quod liber faciunt, & inter haec uelut ociosus, tum aleam ludit princeps.

Non licet dormitabundum esse, qui clavo assidet, & in tantis refū periculis stertit princeps: Nullum mare tam graues habet tempestates unquam, q̄ omne regnum assidue. Semper itaq; principi uigilandū est, ne quid erreret, qui nō nisi plurimorum pernicie delinquit.

Magnitudo nauis, aut mercium præcia, aut uectorum numerus, haud facit elatiore bonum nauclerum, sed attentiore. Ita bonus rex, quo pluribus imperat, hoc uigilantior esse debet, non insolentior. Si cogitatis, quantam sustineas prouinciam, nunquam deerit Ociūm & nē quod agas. Si consueris publicis delectari commodis, nunquam deerit quo oblectes animum, ut iam bono principi non uacet ineptis uoluptatibus ocij tedium fallere.

Quod à sapientissimis viris præceptum est, optimam uitæ rationem esse diligendam, non iucundissimam, quod ea quæ sunt optima, consuetudo deniq; soleat iucunda reddere, id principi cū primis est faciendum.

Si pīcīoī ex tabula belle confecta uoluptatem

Tom. 4

P 3 capit

capit, si agricola, si olitor, si faber suis fruitur laboribus, quid principi debet esse iucundius, & si contempletur temp. sua opera redditam meliorem ac florentiorem? Ut negari non potest, operosam esse rem, bonum agere principem, ita multo est operosius, malum agere principem. Longe minus habent negotijs, quae naturam & honesti ratione sequuntur, & quae fucis & arte constant.

Voluptates principis que Cum apud te recoles, hoc bellum prudenter effugi, bene seditione illam & minimo sanguine cōpescui, illo uiro ad magistratum ascito, pro

Diversum Mi be consului reip. meoq; nomini, si uere princeps es, mirū ni ingentem animo sentis uolus
de ac Solomo pratem. Atq; ea demū uoluptas Christiano digna est principe, huius materiā ipse tibi co-

nis uotum titide benefactis suppedita, plebeias illas oblectatiunculas uili popello relinque. Lau-

datur ab omnibus Solomon, qui cū integrū esset optare quicquid uellet, protinus acce-

pturus quicquid perisset, non optarit opum uim, non totius orbis imperium, nō exitium

inimicorum, non insignem famæ gloriā, non uoluptates, sed sapientiam: neq; quāuis fa-

pientiam, sed eam, qua posset regnum sibi creditū cum laude administrare. E diuerso dam-

natur ab omnibus Mida, cui nihil auro fuerit antiquius. At cur aliu in historijs, aliud in

uita iudicium: Optamus principi felicitatē, optamus uictoriā, optamus laudē, optamus

longæuitatē, optamus opulentia. Si uere diligimus principē, quin illud potius optamus,

quod unū sibi optauit Solomon: Et ne stulte uideatur optasse, hoc nomine laudatus est à

deo. Cur nihil minus ad tē pertinere iudicamus, & id quod solum ad rem pertinet: Imo

non desunt qui credant hoc ipsum ad imperij functionē officere, si sapiat princeps. Lan-

guescit, inquiunt, animi uis, & redditur timidior. At ista temeritas est, nō audacia: stupor,

non animi uigor, ob hoc nihil timere, quod nihil iudices. Ex alijs fontibus petēda est prin-

cipis fortitudo. Ad istū modū plurimū audent iuuenes, sed plus etiā furiosi. Salutaris est

timiditas, quę dū periculum indicat, docet uitare, quae à turpibus ac pernicioſis institutis

cohibet. Plurimū perspiciat oportet, qui unus prospicit omnibus: plurimum sapiat

necesse est, qui solus cōſulit uniuersis. Quod deus in uniuerso, quod sol in mundo, quod

oculus in corpore, hoc oportet esse principē in republica. Prisci sapientes, quib. mos

erat hieroglyphis uti, rerū ænigmatis uiuēdi rationē adumbrātes, regis imaginē ad hunc

representsabunt modū, ut oculū pingerent addito sceptro, uitæ reſtitudinē, & animū nul-

lis rationibus ab honesto defleciendū, cū prudentia, uigilantiaq; summa coniunctū, si-

gnificantes. Alij regiū sceptrū ad hunc modum effingebant, in summo erat ciconia

pietatis symbolum, in imo hippopotamus, animal efferū & noxiū: illud uidelicet inuen-

tes, si quid in principe ſæuant affeclus efferi, quod genus ira, uindictæ cupiditas, rapaci-

tas, uiolentia, ut eos motus pietas in patriam uiuēcat prematq;. Ad insolentiam fortunæ li-

centia, rerumq; successus inuitat, sed plus ualeat amor patriæ. Apud Thebanos in

ter sacras imagines uisebantur olim, autore Plutarcho, quae federēt sine manibus, harum

Imago princi prima oculis etiā carēte. Quod ſedent, admonet, magistratus ac iudices animo ſedato eſſe

pis oportere, nec ullis affeclibus perturbato. Quod manibus carent, innuit eos ab omnimu-

nerum corruptela puros & integros eſſe debere. Porro quod princeps oculis quoq; ca-

ret, significat regē adeo nō abducimuneric. ab honesto, ut nec ullius personæ tangatur re-

Cultus & in speciu, quo tantū auribus rem accipiat. Quin & in iſpis quibus ornatur insignibus

signia principis philosophari dicat. Quid indicat uncio regia, niſi summā animi clementiam? Quid capi-

pis tis diadema, niſi numeris omnibus absolutā sapientiam? Quid collo addita torques, niſi

uirtutū omniū concentū & harmoniam? Quid gemmarū multiplici colorū gratia nitens,

tiū lumina, niſi uirtutū excellentiam, & quod quicquid honestū id in principe eximium

eſſe oporteat? Quid ardens purpura, niſi uehementē erga ciues charitatē? Quid insignia,

niſi ut maiorū ſuorū decora uel æquet, uel ſupereret? Quid gladius prælatus, niſi huius præ-

Bona mens ſidio patriā oportere tutā eſſe, tū ab hostib. tū à ſcelerosis?

Prīmū munus boni principis eſſe, & optima uelle: proximū, quibus rationibus euitari aut tolli mala, contra, bona,

prudentia parari, augeri, confirmariq; poſſint, perſpicere. In homine priuato fortasse ſatis eſſe bona

mens, cū & legibus admoneatur, & magistratus præſcribant, quid ſit agendū. At in prin-

cipe partū eſſe bona mente præditū eſſe, ut uelit optima, niſi acceſſerit sapientia, quae com-

monſtret, quibus uis id quod cupit, aſtequi queat. Quantulū intereſt inter ſtanuam

marmoream, Crœſi aut Cyri inscriptā titulo, diademate ſceptroq; magnifice inſignitam,

& principē ſine pectore? niſi quod illa nullius incomodo ſtupet, hic magno reip. malo

ſtultus

stultus est. Ne corporis aut fortunae bonis temet ipsum aestimes, sed animi. Nec aliorum laudib. te ipsum metaris, sed tuis ipsis factis. Cum sis princeps, uideto ne quam *Laudes dignae* admittas laudem, nisi dignam principe. Effert aliquis formam tuam, cogita ad istum modum *principe* dum laudari fœminas. Si quis admiratur facundiam, memineris istam sophistarum ac rhetorum esse laudem. Si robur & corporis uires prædicat aliquis, scias ita laudandos athletas, non principes. Proceritatē extollit aliquis, sic tecum cogita, hic me recte laudet, si quid ex alto foret detrahendū. Est qui diuitias tuas laudibus uehat, fac cogites ita laudari negotiatores. Puta te nihil adhuc audisse dignum principe, dum audis istiusmodi præconias. Quæ nam igitur propria principū laus est: Nempe si à tergo pariter & à fronte sit oculus, *βλέπων*, ut inquit Homerus, πρόσων καὶ ὄψεων, hoc est, si *quod* plurimum sapiat, præterita respiciens, futura prospiciens, deinde quicquid sapiat, patriæ sapiat, non sibi: quāquam nō alia ratione sibi magis potest sapere, *quod si patriæ sapiat*. Si quis hoc *pactio laudet* medicum, formosus est, robustus est, ac bonis lateribus, bene nūmatus est, bellus est aleator, scitè saltat, belle canit, docte ludit pila: nōne protinus tecū cogitabis, quid hæc ad me dicum? At cum audieris eadem à stultis laudatoribus, multo magis cogita, quid hæc ad principem. In medico tria potissimum requiruntur. Primum, ut calleat artem medendi, noritq; corporum & morborū uim, & quid cui malo debeat adhiberi. Proximū, ut sit bonæ fidei, neq; quicquam spectet præter ægrotantis salutem: nam multos ambitio, aut lucrum huc adducit, ut uenenum ministrent pro remedio. Tertium, ut iustā curam ac diligentiam adhibeat. At eadem multo magis præstanta sunt principi.

Aristoteles in Politicis suis, quid tandem exigit à principe uir ethnicus: num Nerei formam, aut Milonis uires, num Maximini proceritatem, num Tatali talenta & nihil horum. Quid igitur? *Summam & absolutam uirtutem, in priuatis contentus mediocritate.*

Si potes simul esse princeps & uir bonus, fungere pulcherrimo munere: si minus, abjecte principē potius quam ut ea gratia uir malus sis. Virum bonum inuenire licet, qui bonum principem non possit agere. At *bonis princeps esse non potest, qui non idem sit uir bonus*. Quanquam nunc èo sedetur quoniam principū mōrēs, ut hæc duo multum inter se pugnare uideantur, uir bonus & princeps: planeq; stulta & ridendum *habebatur in principe prædicando boni uiri facere mentionem.*

Regem agere non potes, nisi te ratio rexerit, hoc est, nisi in omnib. consiliū ac iudicium sequaris, nō animi cupiditatem. Nec alijs potes imperare, nisi prius ipse parueris honesto.

Absit procul ab animo principis uox illa plusquam tyrannica. Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas. Ac multo magis illa quæ iam in publicam hominū execrationem abiit, Oderint dum metuant. Tyrannicū imò fœmineum est, animi libidinē sequi, & pessimus diuturnitatis custos est, metus. Sit hoc perpetuum principis decretum, lædere neminem, prodeesse omnibus, præsertim suis: mala uel tolerare, uel mederi, prout iudicabit in rei communem expedire. Qui hunc animum non adfert ad rem publicam, tyrannus est, non princeps. Si quis te pro principe tyrannum aut prædonem appellat, nōne uel hementer cōmoueberis, & atrocia parabis supplicia: & merito. Est enim atrox, nec ullus pactio ferenda contumelia. At illud mihi iam cogites uelim, quanto contumeliosior est in seipsum, qui uolens talis est, qualē ille prædicat? Nam grauius est esse furem quam duci, et atrocius est uitiare uirginem, quam uitium exprobrare.

Vt bene audias, id certissima cōsequeris uia, si qualem te cupis prædicari, tales temet, ipsum exhibeas. Non est uera laus quæ extorquetur metu, aut tribuitur ab adulatoribus. Et male agitur cum fama principis, si huius præsidium in silentio minis indicio situm est. Iam ut maxime tua sileat ætas, certe loquetur posteritas. Quanquam quis unquam tam formidabilis fuit tyrannus, ut omnium linguis cohibere potuerit. In primis cauen- dum Christiano principi, quod grauter à Seneca scriptum est, Inter eos qui reges appella- lantur, inueniri nōnullos, cum quibus si conferas Phalaridē, Dionysium, Polycratem, quo- rum & ipsa uocabula in omnium seculorū abominationem abierunt, indigni sint, qui ty- ranni uocentur. Nec enim refert qua uia, sed quò tendas. Qui ad cōmodum publicū spe- cit, rex est: qui ad suuī, tyrannus. At quo tandem nomine censemus istos qui suam felicitatem patriæ malis alunt, & re prædones agunt, nomine principes, sed falsissimos?

Plato uetus legibus suis, ne quis deum ullius mali causam diceret, propterea q; natura
P 4 bonus

bonus sit ac beneficus. At princeps dei simulachrum quoddam est, si uere princeps sit. Quantum igitur abhorrent ab hoc exemplari, qui sic rem gerunt, ut quicquid malorum in republica cooritur, id ipsorum uitio cooritur.

Mire retortum
argumentum

Nec audiendus est, si quis hic forte clamitet adulator: at istud est principem in ordinem cogere. Imo qui principi licere uult quod honestum non sit, is eum in ordinem cogit. Quid enim est aliud principem in ordinem cogere, quam talem reddere, quale est hominum uulnus: ut irae, ut libidini, ut ambitioni, ut avaricia seruat, ut stulticia sit obnoxius: Indignum uero facinus & non ferendum, si hoc non licet principi, quod non licet deo. Non potest sibi licere deus, ut secus agat quam honesti dictat ratio: quod si faceret, iam nec deus esset. Proinde qui principi licere uult, quod pugnet cum natura ac ratione principis, is demum illum principis honore spoliatum unumquempiam est media plebe facit. Non pudent principem honesto parere, cui paret ipse deus. Neque se putet minus esse principem, si ad summi principis imaginem prouirili accesserit.

Hæc atq; huiusmodi boni principis semina statim inserat in rude pueri peccus, hinc parentes, hinc nutrices, hinc præceptor, hæc uolens discat, non coactus. Sic enim conuenit in stitui principem, qui liberis ac uolentibus sit imperaturus. Discat amare uirtutem, horre turpitudinem, & ab in honestis pudore, non metu cohercetur. Et quamquam nonnulla boni principis spes in emendatis moribus ac moderatis affectibus est sita, præcipua tamen est in rectis opinionibus. Nam mores malos aliquoties & pudor corrigit, depravatos affectus uel ætas emendat uel admonitio. Cæterum ubi persuasum est, id cū uirtute conciunctum esse, quod procul abest ab honesto, & id egregium esse principis munus, quod plusquam tyrannicum est, hoc est ubi fontes sunt infecti, à quibus omnes uitæ profiscuntur actiones, tum difficillimum fuerit mederi. Proinde in hoc priuam ac præcipuam esse curam oportet instituentis, sicuti dictum est, ut prauas uulgi opiniones penitus ex animo reuelat si que forte insederint, & salutares Christianos principes dignas inserat.

DE ADULATIONE VITANDA PRINCIPI.

 Tque id fieri non potest, nisi modis omnibus arceantur assentatores, cui pesti maxime obnoxia est magnorum principum felicitas. Iam ipsa ætatis simplicitas huic malo præcipue patet, partim quod naturæ propensione blandis magis gaudeat quam ueris, partim ob rerum imperitiam, quo minus suspicatur insidias, hoc minus cauere nouit. Et ne quis hoc ceu leue malum existimet negligendum, sciat florentissima summorum regum imperia, linguis adulatorum fuisse subuersa. Nec usquam graui tyrannie legimus oppressam rem publicam, ubi non præcipuae partes tragediae fuerint assentatorum. Perspectum habebat hoc Diogenes nif fallor, qui rogatus, quod esset animal omniū maxime noxiū, si de feris inquit sentis, tyranus, si de cicuris, adulator. Habet hæc pestis blandum quoddam uenenum, sed adeo præsentaneum, ut olim hoc dementati principes orbis domitores, nequissimi pallionibus sese ludendos & equitandos permiserint: & in omnium rerum dominos hī teterim homunculi libertini, non nunquam & servi dominabantur.

Nutrices principis Primum igitur prouidendum erit, ut nutrices adhibeantur, aut prorsus immunes ab hoc morbo, aut certe q; leuissime obnoxiae. Nam ipse sexus solet huic malo peculiariter obnoxius esse: deinde plerique nutrices in matrem abeunt affectus, quantum uulnus liberorum ingenia saepenumero corrumpit indulgentia: imo totum hoc genus quoad fieri potest, arcendum à futuro principe, natura penè ipsa duobus maximis affine malis, stulticie & adulatio. Proxima cura erit, ut sodales adiungantur ingenio liberali, & alioquin in hoc formādi ab eo q; instituit, ut comes sint citra adulationē, ut ita consuescat urbane loqui, ne quid tamen in gratiā fingant aut mentiātur. Nam de præceptore diligendo, iam dictū est.

Ministri principis Negū mediocre momentū est in ministris, q; frequenter obsecundat cupiditatibus puerorum, uel ob stultitiam, uel quod hinc emolumenti non nihil ad se redditū sperent. Oportet igit̄ hos, quoad fieri potest, cordatos & integros ad id muneris delegare, & insuper monitis ac minis ab assentando deterrere, ac rursum præmissis inuitare, ut sancte suo fungantur officio. Quā quidē in re magnope conduceat, si qui deprehensus fuerit hoc agere, ut alioquin & obsequijs illiberalibus, Principis animū ad ea sollicitet, quæ partē digna sunt principi, is in

is in aliorum exemplum publice det poenas, etiam capit. si delicti modus hoc postularit. Neque hoc cuiquam crudeliter uideri debet, si cum furem, qui pauculos numeros forte natus sustulit, capite puniamus, idque præter omnium legum ueterum exemplum: de eo extremum sumatur supplicium, qui id inficere uoluerit, quo nihil habet patria melius aut preciosius. Quod si rei nouitas obstat, quo minus persuaderi queat (namet si Alexander Rhomanus imperator, Thuringum sumi uenditore, palo alligatus, subiectus uiridibus lignis, summo necari iussit) arte fieri potest, ut alia uia paretur exemplum, si qui forte de alio quopiam capitali facinore conuictus erit, tamen hoc titulo puniat, quod principis futuri menem pestilenti adulacione corruperit. Si in poenis mali dati rationem conuenit expendere, plus laedit rem publicam pestilens adulator, qui primam illam principis ætatem tyranicis opinionibus corrumpit & inficit, quam qui publicum ærarium expilarit. Qui principis monetam adulterarit, in hunc exquisitis supplicijs animaduertitur: & propemodum præmium est ihs qui principis animum corruperint.

Atque utinam saltem apud Christianos minus uerum esset illud Carneadis apophthegma, qui negauit quicquid recte disci à regum filijs, præter artem equitati, quod cæteris in rebus omnibus omnes oblectantur & assententur: at unus equus quoniam haud intelligit, patricius insidet an plebeius, diues an pauper, princeps an priuatus, tergo excutit, quicquid parvum scire insederit. At nunc saepenumero uidemus fieri, ut non nutrices soli ac sodales ministri, principum liberis aduletur: uerum & ipse præceptor moderatorque puericæ, suum agat negotium, non huc spectans ut principem dimittat meliorem, sed ut ipse discedat locupletior. Ad gratiam non raro loquuntur et ihs qui de rebus sacris cōcionantur, aucupantes principis & aulicorum fauorem: aut si quid reprehendunt, ita mordent, ut tum maxime adulent. Non hæc loquor quod istos probandos existimem, qui seditionis clamoribus debacchatur in uitam principum, sed quod ab his citra contumeliā, boni principis exemplar proponi cupiā, acc probari per assentationē in Christiano principe, quæ in ethnicis damnarunt ethnicis: neque libere monent magistratus, neque satis amice cōsulunt consiliarij. Nam proceres, quam fere studijs inter se dissentiunt, certatim oēs principis fauore ambiunt, sed quo present aduersariū, uel ne quam ansam nocendi ministrant inimico. Adulant sacrifici, assentantur medici. Nam ab oratoribus aliunde missis, meras audire laudes, iam ubique solenne est. Superat una sacra anchora, quæ & ipsa saepenumero fallit: nimirum ihs quos uulgas confessores regios uocat: ihs si integrī forent ac prudentes, certe in illo altissimo secreto possent amanter ac libere monere principem. Verum plerunque fit, ut dum suis quisque cōmodis studet, publicæ utilitatis rationē negligat. Ac minus quidē laedit poetæ rhetoresque, quorum nemini iam ignotum est institutum, principum laudes non ex ipsis meritis, sed ex suo metiri ingenio. Longe pestilentius est magorū ac diuinorū genus, qui regibus longæuitatē, uictoriis, triumphos, uoluptates & imperia pollicentur. Rursum alijs subitā mortem, cladem, molestiam, exilium minantur, abusū ad id spe metuque, duobus præcipuis humanæ uitæ tyrannis. Ad hunc ordinem pertinent prognostæ, qui ex astris futura præfagiunt, quorum an ulla sit ars, non est huius loci discutere. Certe ut nunc vulgo utuntur, non medium pestem adfert rebus humanis.

Sed est omnium pestilentissimum adulatorū genus, qui specie libertatis assentatur, ac in uno quodam artificio dum repugnant, impellunt, dum obiurgat, laudant. Hos mire depinxit Plutarchus in libello cui titulū fecit, Quomodo dignosci posuit amicus ab adulatore.

Sunt autem duæ ætates quæ potissimum expositæ sunt adulacioni, pueritia ob rerū inficiā, & senectus ob animi imbecillitatē. In quauis autem ætate stulticia, quæ semper philautiā comitem ducit. At recte monuit Plato, periculissimum esse adulandi genus, cum quis ipse si bi palpo est, & ob id sese facile præbet alijs idem agentibus, quod ipse iam sua spōte agebat.

Est raccita quædam adulatio & in picturis, statuis ac titulis. Sic Alexādro Magno adulatus est Apelles, pinguis eum fulmen manu torquentem. Et Octavius Apollinis effigie pingu gaudebat. Eodem pertinent immanes colossi, quos olim imperatoribus erigebant, supra modum humanæ magnitudinis. Fortassis hoc alicui leviculū uidebitur, sed est non nihil & in hoc momenti, ut principem eo cultu habituque representent artifices, qui sapiente grauique principe maxime dignus sit. Et præstat aliquid agentem effingere, quod ad rem attineat, quod oīolū: uelut Alexandrū in cognoscēdis causis alterā aurem manu opposita, claudentem.

Dissimulatum
adulationis
genus

Pictura adul.
latrices

claudentem. Aut Darium malum Punicum tenenter, aut Scipionem sponsam suuens intactam restituentem, auro quod offerebatur reiecto. Huiusmodi salutaribus picturis decet ornari principum aulas, non ijs quae lasciviam, fastum aut tyrannidem doceant.

Tituli principis Iam in titulis haud equidem negari principi suu honorē esse tribendum, malum tamen eiusmodi, qui non nihil admoneat principē officij sui, hoc est, malum integerimum, incorruptissimum, sapientissimum, elementissimum, beneficentissimum, cordatissimum, uigilantissimum, moderatissimum, patriæ studiosissimum uocari, & inlytum, inuictissimum, triumpfatorem, semper augustum, ut ne cōmemorem interim celsitudines, sacras maiestates, dignitates, & his etiā adulantiores titulos. Probō morem quo nunc Rhomanū pontificē sanctissimi titulo honorant. Dum enim hæc audīt assidue, cōmonefit quid ab illo p̄æstari oporteat, & qd in illo sit pulcherrimum, nō si ditissimum sit, aut latissime īperet, sed si sanctimonia p̄æcellat.

Quomodo abusus titulis Quod si uitari nō potest, quo minus hæc audiat non aūq̄ princeps tremitus, tamen haud oportet dissimulare, quibus magis delectetur. Alexander Seuerus usque ad eo fertur inuisos habuisse adulatores omnes, ut si quis salutasset abiectius, aut adulans inflexisset caput, protinus cum cōuicio submoueret hominem: quod si dignitas aut magistratus quempiam à conuicio vindicasset, hunc uultus austeritate castigabat.

Pater patriæ Præmonendus est igitur puer, ut hos titulos quos audire cogitur, in suum sibi uertae cōmodum. Audit, pater patriæ: cogitet nullum unq̄ titulum principibus additum, qd patris patriæ, qui magis proprie quadraret in bonum principem. Id igitur sibi agendum, ex hoc titulo dignus appareat. Ita si cogitat, admonitio fuerit: sibi secus, adulatio:

Inuictus dicitur, cogitet quām sit absurdum inuictum dīc, quem uincit iracundia, qui quotidie seruit libidini, quem captiuum quō lubet ducit agitq̄ ambitio. Eum demum vere inuictum esse, qui nulli cedit affectui, nec ulla rerum specie ab honesto potest deflecat.

Cum serenissimus appellatur, succurrat principis esse officium, omnia tranquillare, omnia componere. Quod si quis per ambitionem aut iram, seditionibus ac bellorum tempestibus perturbat ac misceret uniuersa, hunc titulus serenissimi non ornat, sed uictum illi suum exprobrat.

Cum dicetur inlytus, cogitet nullum esse uerum decus, nisi quod à uirtute recteq̄ factis profiscitur. Quod si quem conspurcat libido, contaminat auaricia, foedat ambitio, quid aliud est inlyti cognomen quām admonitio, si quis erret imprudens; conuicium, si prudens peccet.

Titulorum adulatio Cum audiet regionū titulos, non statim cristas erigat, ueluti tantarum rerum dominus: sed sic cogitet, quam multis bonum principē debet. Si celsitudines, maiestates, diuinitates ingeret aliquis, meminerit hæc non competrere, nisi in eum qui ad dei exemplum administret imperium, cœlesti quadam animi magnitudine. Cum audiet solennes panegyricos, ne protinus credat, aut faueat suis laudibus, sed si talis nondum est, qualis prædicatur, admoneri se cogitet, detq̄ operam ut ipsi laudibus aliquando respondeat. Si talis iam est, admitti debet, ut seipso melior euadat.

Quin ipsis etiam leges oportebit habere suspectas. Assentantur & haec nonnulla quām principi, nimirū uel collecta uel conditæ ab his qui regibus aut imperatoribus etante addicti. Cum negant principem teneri legibus, cum semet illi submittunt, cum ius in omnibus tribuunt, caueat ne latram putet sibi licere quicquid animo collubuit. Bono principi tuti permitti possunt omnia, mediocris non omnia, malo nihil.

Libri libere monentur Ac prudenter quidem Demetrius Phalereus ad euoluendos libros inuistar, quod sape numerō, quæ non ausint admonitere principis amici, ex his cognoscat. Verū ad hoc prius antidoto præmuniendus est ad hunc modum. Hic quem legis, ethnicus est, tu qui legis Christianus. Hic cum multa præclare dicat, tamen exemplar boni principis parum recte adumbrauit: caue ne quicquid usquam offenderis, id protinus tibi putas imitandum; sed omnia ad Christi regulam exigito.

Letitiae mala in ficit ingenium Ac primum quidem delectus habendus in autoribus. Plurimum enim refert, quos libros primum legat & imbibat puer. Inficiunt animos colloquia mala, at nō minus letitiae mala. Abeunt enim in mores & in affectus mutare illæ literæ, præsertim si nactæ sint ingenium ad morbum aliquem proclive: ueluti puer natura ferox ac violentus, haud magno negotio commouebitur ad tyrannidem, si non præmonitus antidoto, Achillem, aut Alexandrum Magnum, aut Xersem, aut Iulium legerit. Athodie permultos videamus, Arcturis, Lanslotis, & alijs id genus fabulis delectari, non soluta tyrannide, ut summatim

rum etiam prorsus ineruditis, stultis & anilibus, ut consultius sit in Comœdijs, aut Poetas
rum fabulis horas collocare, quam eiusmodi deliramentis. Quod si quis meo uelit Quæ primum
uti consilio, statim à tradita loquendi ratione, proponet Prouerbia Solomonis, Ecclesiæ, legenda prin-
sticum, & librum Sapientiae, non ut puer ab ostentatore interprete quatuor illis Thebolo, cipit
gorum sensibus torqueatur, sed ut paucis accommodate cōmonstret, si quid ad boni princi-
pis officiū pertinet. Cum primis aut in serendus est amor & autoris & operis. Regno de-
stinatus es, hic regnandi docet artem. Regis es filius, rex futurus, audies regem omniū sa-
pientissimum, quid doceat filium suum, quem ad regni successionē præparat. Mox euant
gelia. Ethic magni referet, quibus modis ad amore autoris & operis inflāmetur animus
pueri. Non parum etiam sitū erit in dexteritate & cōmoditate interpretantis, ut breuiter,
ut dilucide, ut plausibiliter etiam ac uiuide doceat, non omnia, sed quæ potissimum ad prin-
cipis munus attinēt, quæ ad pernicioſissimas uulgariū Principum opiniones ex animo
reuellendas faciūt. Tertio loco Plutarchi apophthegmata, deinde moralia. nihil enim his
sanctius potest inueniri, cuius & uitas proponi malum, & cuiusquam alterius. Plutarcho
proximū locum facile tribuerim Senecæ, qui scriptis suis mire exstimulat & inflāmat ad
honesti studiū, lectoris animum à sordidis curis in sublime subuehit, peculiariter ubique de
docens tyrannidē. Ex Politicis Aristotelis, ex officijs Ciceronis permulta decerpere lice-
bit, nō indigna cognitu. Sed sanctius hisce de rebus locutus est Plato, mea quidē senectia,
& hunc ex parte secutus Cicero in libro de Legibus. nam de repub. interciderunt.

Iam uero nō negauerim, ex historicorum lectione præcipuam colligi prudentiam, uer-
sum ex iisdem summā perniciem hauries, nisi & præmunitus, & cum deleciū legeris. Vi-
de ne tibi imponant celebrata seculorū consensa nomina scriptorū aut ducum. Herodo-
tus, Xenophon, uterque gentilis fuit, & pleruncque pessimū proponunt principis exemplar,
etiam si in hoc ipsum scripserūt historiā, ut aut deleclarent narratione, aut egregij ducis ima-
ginem effingerent. Salustius, Liuius multa quidē præclare, addo, erudite omnia, sed nō o-
mnia probat quæ narrant, & quædā probant haudquaquam probanda principiū Christiano.
Cum Achille audis, cum Xerxem, Cyru, Darium, Iuliū, ne quid te rapiat magni nominis
præstigiū. Magnos ac furiosos latrones audis. sic enim illos aliquoties uocat Seneca.

Et tamen si quid in horū gestis inciderit dignum bono principe, id curabis ceu gēmam Quomodo et
ē sterquilinio colligere. Nullus enim unque fuit tyrannus usque adeo illaudatus, qui non ali-
qua immiscuerit, quæ si uirtute gesta nō sint, certe ad uirtutis exemplū queant accōmoda-
ri. Permulta sunt in Phalaridis epistolis, quæ sancto quoque rege uideantur nō indigna. Et mala exempla
satis regaliter in Perillum crudelitatis instigatorē, suum retorsit inuenit. Permulta furiō-
se Alexander, sed recte à Darij mulieribus captiuis abstinuit, & recte mulierem reduci do-
mum iussit, ubi sensit esse coniugatam. Hæc igitur è multis erunt excerpta, & uehemen-
tius accendunt ethniciū, aut illaudatorum hominum exempla. Si sic sibi temperauit ty-
rannus & à Christo alienus, si iuuenis & uictor hanc sanctimoniam præstitit hostium fœ-
minis, quid me facere conuenit erga meas præcipiū Christianum? Si tantum fuit animi
mulierculæ, quid à uiro præstari decet? Si id probro darū est ethnico principi, & ab ethni-
cis, quanto studio mihi uitandum, Christi religionem profitenter.

Porro quibus rationibus oporteat exempla per amplificationē conferte, satis opinor
sindicauimus in libello de Copia rerum. Cæterū & uitiosa exempla in bonū deflechi pos-
sum. C. Cæsar's industria, & animi sublimitatē, quam ille māle præstitit ambitioni, tu be-
ne impende patriæ cōmodis. Clementia quam ille simulauit ad parandā fulcendamque ty-
rannidem, tu ex animo adhibe ad conciliandā ciuium tuorum in te charitatem.

Quin pessimorū principum exempla nonnunque magis accendunt ad uirtutem, quam
optanorum aut mediocris. Quem enim non auocet ab avaritia, Titi Vespasiani uectigal-
lē lotio collectum, & fœdissimo facto par dictum: Lucrī bonus est odor ex re qualibet. Et
execranda vox Neronis, qua solet mandare magistratus, scis quid mihi sit opus, & cura
ne quis quid habeat. His rationibus siet, ut quicquid obuiū fuerit in historiographis, uer-
tatur in exemplū recte agendi. Et tanta ducum turba, fac optimos tibi deligas, uelut Ex optimis o-
Aristidem, Epaminondā, Octauium, Trajanū, Antoninū Pium, Alexandrum Mameā: ptima imis-
nec hos tamen ita, ut totos uelis exprimere, sed quod in optimis sit optimū, id tibi deligas. tanda
Alioquin est quod uites etiam in David ac Solomone, regibus à deo laudatis,

Alioqui

Alioqui quid fingi possit insanius, quam hominem Christi sacramentis initiatum, Ale
xandrum Iulium, aut Xersem sibi proponere, quorum uitam incessunt etiam ethnici scri
ptores, si quibus fudicium fuit paulo sanius? A quib[us] ut superari turpis simus est, si quid
recte gesserunt, ita totos imitari uelle Christianum principem, extrema dementia sit.

Vetus instru
mentum quo/
modo legendū

Præmonendus est princeps, ut nec ea quæ in sacris uoluminibus legerit, continuo pu
ter imitanda. Discat Hebræorum pugnas & cedès, immanitatem in hostes, ad allegoriam
esse vocada, alioqui pestiferam esse horum lectionem. Longe aliud permisum pro ratione
ne temporis illi populo, aliud træditum cœlesti populo Christianorum.

Quoties princeps librum sumet in manum, hoc animo sumat, non ut delectetur, sed ut
melior à lectione discedat. Facile inuenit unde reddatur melior, qui hoc uehementer stu
det ut melior fiat. Magna pars bonitatis est, uelle bonum fieri, ueluti qui morbi ambitionis,
aut iracundiae, aut libidinis agnoscit & odit, & in hoc explicat librum, quo malo suo me
deatur, is facile reperit, quo molestiam uel depellat, uel leniat.

Quomodo mo
nendum prin
ceps

A nullis auditur uerum syncretius, aut cōmodius, necq[ue] mitiore pudore q[ui] à librīs. Sed tamen sic amicos assuefaciat princeps, ut qui libere moneant, intelligent se gratiam inire. Est
hoc quidem eorum qui cum principe cōsuetudinem agunt, ut in tempore, ut commode,
ut amice moneant, sed tamen cōuenient etiam parum dextre monetibus ignoscere, ne res
cœ monituri, ullo exemplo deterreantur ab officio.

In graui tempestate quantumuis docti nautæ patiuntur se se à quo uis admoneri. At re
gno nunquam deest tempesta. Quis satis laudarit Philippi Macedonii regis ciuilem pru
dentiam, qui liberum esse iussit eum à quo clam submonitus est, quod pallio subduso in
genu parum decore sederet. Quod ille fecit in re leuicula, id multo magis faciendum pri
cipi in rebus patriæ periculis simis, uelut in suscipienda peregrinationibus, in nouâdi
legibus, in pangendis foederibus, in mouendo bello.

A R T E S P. A C. I. S.

 Am tametsi prisci scriptores uniuersam administrandæ reipublicæ ratio
nem, in duplices artes secuerūt, pacis & bellii, & prior & præcipua cura dō
bet esse principis instituēdi in his rationibus, quæ ad pacis tempora sapientia
moderanda pertinent, quibus hoc pro uirili conandum est, ne bellum inoz
tius unq[ue] sit opus.

Amor princ
pis in suos

Quæ quidem in re uiderit illud in primis docen
dus princeps, ut ditionem suam norit: Id quod tribus rebus potissimum consequetur, geog
raphia, historia, & crebra regionum & urbium iustificatione. Studeat igitur in primis, rea
gionum ac ciuitatum situm, originem, ingenium, instituta, consuetudines, leges annales ac pri
uilegia cognoscere. Nemo potest mcederi corpori, nisi cognito. Nemo recte colit agrum,
quem non nouit. Atq[ue] hæc quidem diligentissime curat tyrannus, sed animus non res di
stinguit bonum principem. Inquirit corporis ratione medicus, quo facilius subueniat, illi
quirit & ueneficus, sed quo certius occidat. Proximū, ut amet eam regionem cui illi
perat, nec aliter in eam sit affectus, q[ui] in auitum fundū bonus agricola, aut in suā familiā
uir bonus. & illud in primis studio habeat, ut acceptā reddat meliorem, cuicunq[ue] successori
tradicatur. Si liberi sunt, persuadeat patri pietas in filios: si minus, persuadeat principi pietas
in patria. Ac sibi subinde ceu faces admqueat ad excitandā in suos charitatem. Cogitet
regnū nihil aliud esse q[ui] ingens quoddam corpus, cuius ipse membrū aliquod insignis
dignos esse fauore, qui suas fortunas omnes, qui suā incolumente unius fidei cōfitterint.
Frequenter ingerat sibi eoru exempla, quibus cūiū suorum cōmoditas ipsa uia rite
tiquior. postremo fieri non posse, ut princeps noceat reipublicæ, quin ipse sibi nocet.

Cuius erga
principem be
nevolentia

Deinde modis omnibus dabit operā, ut uicissim ametur à suis, sed ita, ut nihil se que
autoritate polleat apud eosdem. Ac benevolentia stultissime quidam incantamenta etiam
lis magicis sibi conciliare nitunt, cum nullum sit incantamentū efficacius ipsa uitute. Quid
nihil esse potest amabilius, & ut ipsa uere bonū est & immortalis, ita uera & immortality
cōparat homini beuevolentia. Proximum huic philtron, ut amet qui cupiat restituere
eadem uia sibi adiūgari cives suos, qua deus sibi cōciliat uniuersos, nempe benemerciis.

Falluntur & hi qui largitionibus, epulis, praua indulgentia sibi multitudo nra
cōciliant. Et paratur hisce rebus nonnulla popularis gratia potius q[ui] benevolentia, neq[ue]
q[ui] uera, neq[ue] duratura. Altur interea mala populi cupiditas, quæ postea quæ

Immensum increuit, iam nihil satis esse putat: & tumultuas, nisi per omnia cupiditatibus responsum fuerit: atqui istud est corrumpere tuos, non conciliare. Et his rationibus solet usu uenire principi in populo, quod stultis maritis soler, qui uxori amorem quem uirtute & recte factis parare oportuit, blandicjjs, muniberibus & obsequijs e blanditur. Fit enim deniq; ut nec amentur, & pro frugis ac bene moratis, fastidiosas habeant & intraciabiles, pro morigeris querulas & obstreperas. Aut qd eu enire solet mulierculis, quae uiros suos ueneficijs ad amorem adigere nituntur, ut pro sanis habeant dementes.

Primum discat uxor, quomodo & quibus nominibus sit amandus maritus, deinde ille Quomodo p^q
randa populi
benevolentia talem prestat, qui recte possit amari: Ita populus assuescat optimis, & princeps quod opti-

mum est, prestat. Diu diligent, qui iudicio diligere coperint.

In primis igitur qui uolet amari à suis, cum præstet principem, qui mereatur amari: deinde nō nihil profuerit tenere rationem, qua cōmodius irrepat in animos omnium. Hoc primum agat princeps, ut qui sunt optimi, optime de se sentiant, & ab illis probetur, qui sunt omnibus probati: hos habeat familiares, hos in consilij adhibeat, hos ornet honoribus, hos plurimū apud se ualere patiatur. Ad hunc modum cōpendio fiet, ut omnes de principe qz optimē sentiant, qui sōns est omnis benevolentia. Noui principes per se non ita malos, qui non ob aliud in odium publicū uenerint, nisi quod nimium licere pateretur ijs de quibus uniuersa multitudine male sentiebat, ex horum moribus principū ingenium aestimante populo.

Equidem optarim principē natum & educatū apud eos quibus sit imperaturus, quod optime coeat & coalescat amicitia, quoties à natura profisciscit ini-
gium benevolentia. Vulgus & bona ignota horret oditq;: contrā, mala nota nonnunq; amantur. Ea res geminū adseret cōmodum: nam & princeps propensior erit in suos, & o-
manino magis pro suis habebit, & populus magis ex animo fauēbit, & libentius agnosceret suum principē. Et hac de causa non perinde mihi probantur, receptæ iam principū cum exteris, & maxime cū semotis nationibus affinitates. Magnam uim ad benevolentia con-
ciliandam habet genus & patria, & uelut quidam cōmunitis utrisq; genius. Huīus bonam perire partem necesse est, germanū illum ac natuum affectū confundente matrimoniorū mixtura. Verum ubi natura mutua charitatis fecit initium, ibi conueniet eam cæteris item rationibus augere & cōfirmare: ubi secus est, ibi tanto solicitius adnūtendū, ut mutuis offi-
cijs, & moribus fauore dignis, benevolentia colligatur. Sed quod fit in cōiugij, ut initio uxor obsequatur uiro, & uiro nō nihil concedat & indulgeat uxoris ingenio, donec utroq; alteri cognito, paulatim coalescat amicitia, idem fieri conuenit in principe aliunde ascito. Mithridates omniū gentium quibus imperabat, līnguas edidicerat, quas numero uiginti duas fuisse proditū est. Alexander Magnus apud quantumuis barbaras nationes agens, initio cultum & mores imitabatur, hac uia sese in illorū insinuans benevolentia. Idem laudatum est in Alcibiade.

Nihil æque multitudinis animum alienat à principe, quam si foris agere gaudeat, quod negligi uideat ab eo, cui præcipue uellet esse curę. Tum quod exigitur, quoniam alibi consumitur, perire sibi putat, nec principi dari uectigal interpreta-
tur, sed alienis prædam obijci. Proinde neq; patriæ quicquam molestius aut perniciosius, neque principi periculosis quam longinquæ peregrinationes, præsertim si diuinæ sint. Philippi duci-
na absentia

Nam ea res omnium opinione, & Philippum nobis ademit, & non minus affixit ditio-

nem illius, quam bellum tot iam annos cum Ghelrijjs gestum.

Vt inter apes rex medio agmine cingitur, nec usquā prouolat, ut cor in meditullio cor-
poris, ita conuenit principem semper obuersari inter suos.

Duæ potissimum res sunt, ut in Politicis tradit Aristoteles, quæ subuertunt imperia, De tuendo
imperio
odium & contemptus. Odio opponitur benevolentia, contemptus autoritas. Itaq; prin-
cipis partes erunt diligenter obseruare, quibus hæc parentur, illa uitentur. Odium cōflatur
ſæuitia, uiolentia, contumelij, morositate, difficultate, rapacitate. Et facilius concitatu-
rum, quam excitatum placetur. Modis omnibus igitur cauēdum bono principi, ne qua
occasione à charitate suorū excidat. Crede mihi, magno satellitio nudatur, qui fauore po-
puli destituitur. Contrā benevolentia multitudinis cōciliatur his moribus, ut dicam in ge-
nere, qui plurimum absint à tyrannide: clementia, comitate, æquitate, ciuitate, benignita-
te. Benignitas extimulat ad officiū, præserum si conspexerint ijs esse præmiū apud pri-
ncipem, qui de rep. benemerantur. Clementia, male sibi cōsciōs inuitat ad meliorē frugem, Benignitas
Clementia

Civilitas dū ueniat spem ostēdit ijs qui superioris uitæ errata nouis benefactis studet pensare. grā ta interim & integrissimis cōtemplatione naturæ humanæ. Cūlitas ubiq; aut amōrē ḡnit, aut certe lenit odium, uerum ea in magno principe longe gratissima multitudini.

Contemptus Contemptus potissimum contrahit studio uoluptatū, libidinis, uinolentie, coinesatio unde num, aleæ, mortionum, scurrarum, tum aūt stulticia socraciaq;. Et his diuersis rebus para tur autoritas, nimirū prudentia, integritate, temperantia, sobrietate & uigilātia. His igitur rebus se se cōmendet princeps, qui uere cupiat autoritate pollere apud suos. At rida cule quidam ita se magni habendos credunt apud suos, si strepitū, cultū luxuq; se se q; maxime ostentet. Quis enim magnū putat principē auro aut gemmis ornatū, cui norunt omnes tantū esse quantum uult. Et interim quid aliud ostentat q; calamitatē suorum ciuium, suo dispēndio hunc alentiū luxum? Deniq; quid aliud docet hac ratione suos, nūsi semina

Vita principium scelerū omnium: Sic colatur, sic uiat bonus princeps, ut ex huius uita ceteri principis proceres ac ciues, frugalitatis ac sobrietatis exemplū capere possint. Sic agat domi

ut nullius interuentu deprehendi possit. Et foris haud decet usquam principē conspici, nūi **Oratio principis** si semper aliquid agitantem, quod ad publicā faciat utilitatem. Ex oratione certius ex amīcu principis animus cognoscitur. Spargitur in uulgo quicquid ab ore principis fuerit exceptum. Proinde suminam oportet esse curam, ut ea quę loquitur uirtutem sapiant, & mentem bono principiē dignam præse ferant.

Nec prætereundum est Aristotelis hac in re consilium, ut princeps qui uolet odiū suorum effugere, ac benevolentiam alere, quæ sunt odiofa, deleget alij, que plausibilia per se faciat. Hoc pacto magna pars inuidiae defluet in eos, per quo's res administratur, præsttim si fuerint & alias inuisi populo. Rursus in beneficj solida gratia ad unū principē pertinebit. Addam & illud, cōduplicari beneficij gratiam, si cito, si alacriter, si ultro detur, & si uerbis amicis commendetur. Quod si quid negādum erit, id blande placideq; fieri conueniet. Si quid puniendum, minuendum nonnihil de præscripta legibus poena, & ita sumendum supplicium, ut appareat principem huc inuitum descendisse.

Ministri et amici principis Neḡ satis est, si princeps suos unius mores integros & incorruptos præstet reipubli- cæ. Non minus admittendum, ut quoad licet, uniuersam suam familiam, proceres, amicos, ministros, magistros sui similes habeat: hi membra sunt principis, & horū sceleribus conflatum odium in ipsum redundat principem. At istud difficultissimum est, inquiet aliquis. Factius fuerit, si curet optimos in suam familiam allegere: deinde si fecerit, ut hi intelligant ea maxime placere principi, quæ maxime sint in rem populi: alioqui fit sæpen numero, ut negligente aut etiam conniuente ad ea principe, sceleratissimi homines sub prætextu principis, tyrannidē exerceant in plebem: & dum uidentur illius agere negociū, pessime considunt eius nomini. Alioqui tolerabilius est reipub. status, ubi princeps ipse malus est, q; ubi principis amici mali. Num tyrannū uincunq; serimus. Quandoquidē unius auariciam facile populus explet: unius libidini, non magno negocio fit satis: unius sauitiam satiare licet, at tot tyrannos explere grauissimum est.

Nouitas omnis periculosa Omnis nouatio quoad fieri poterit, fugienda principi. Nam etiam si quid in melius cōmutetur, tamen ipsa nouitas offendit. Nec unq; sine tumultu cōmutatus est uel reipub. status, uel publica ciuitatis consuetudo, uel leges olim receptæ. Proinde si quid erit eiusmodi ut ferri possit, non erit innouandum, sed aut tolerare cōueniet, aut cōmode ad meliorem usum deflectere. Rursus si quid erit eius generis, ut tolerandum non sit, id erit corrigendum, sed arte ac paulatim.

Scopus principis Permagno refert, quem scopum sibi proponat is qui gerit principatū. nam si parum re destinarit, tota aberret uia necessum est. Dum mā igitur boni principis decretū esse debet, ut non solum tueatur præseniē reip. felicitatem, uerum etiā florentiē reddat q; accepit. Cæterū cum tria sint honorū genera, ut Peripateticorū more loquamur, uide licet animi, corporis, & externa, cauendū erit ne horum ratio præpostere habeatur, ut ciuitatis felicitatem externis illis bonis potissimum metiatur. Nam hæc quidem non oportet alio pacto comparare, nisi quatenus ad animi corporisq; bona pertinent: hoc est, ita deum existimet ciues suos esse felicissimos, non si ditissimos habeat, aut optima corporis ualeutudine, sed si iustissimos ac temperatissimos, si q; minime cupidos, si q; minime feros, aut factiosos, si q; maxime concordes. Cauendū & illud, ne pulcherrimarū rerum falsis uocabulis decipiatur, quo quidem ē fonte quicquid est malorum in orbe, ferre scates ac pro-

ac proficisciatur. Nec enim uera felicitas est, cum populus ocio luxuq; diffilit: nec uera libertas, ubi cuiq; quod libuit, licet. Nec seruitus est, ad legum honestarū præscriptum uiuere, nec tranquilla respub. cum ad omnem principis nutum obsecundat populus, sed cum bonis paretur legibus, & principi bene consilenti iuxta legum dictamen. Nec æqualitas est, idem omnium præmiū, idem ius, idem honos: ita hæc est nonnunq; summa inæqualitas.

*Schole publis
ce et educatio*

Illud in primis admonendus est princeps gubernaculis admouēdus, *precipuam* reipub. spem *sitam esse in recta educatione pueroru*, id quod prudēter docuit Xenophon in institutione Cyri. Nam rūdis ætas ad quamvis disciplinā sequax est. Proinde cum pri- mis habenda cura de ludis publicis ac priuatīs, de uirginū institutione, ut statim sub optimis & incorruptissimis præceptoribus, simul & Christum imbibant, & honestas literas reicꝝ publicæ salutares. Hac ratione fieri, ut nō sit opus multis legibus, aut supplicijs, nimis ciuibus suapte sponte, quod reclū est sequentibus.

Tantam uim habet educatio, ut Plato scriperit, hominem recte institutū, in diuinum quoddā animal euadere, contrà, perperam educatū, in immanissimam quandā degenerare beluam. Nihil aut̄ magis refert principis, q; ut ciues suos habeat quam optimos.

Danda erit igitur opera, ut protinus assuecant optimis, propterea quod quamvis musi ca suauissima est assuefactis. Et nihil est difficilius, quam reuellere hominē ab his quæ longo iam usu in naturam abierunt. Nihil autem horum fuerit admodū difficile, si princeps ipse quæ sunt optima sequetur.

*Optimis a/
suecendum*

Tyrannidem sapit, immo sycophanticū est, ita tracta re plebem, ut immanem aliquam beluam trahere solent bestiarū, quibus id in primis studio est, ut obseruent, quibus rebus deliniatur, aut irritetur, deinde utcunq; cōmodum uideretur cōmouent, aut demulcent, ut grauiter dictum est à Platone. Nam istud est abuti plebis affectibus, non illi cōsulere.

*Aliquando ob/
fetundandum
populo*

Quod si populus erit intraētabilis, & suo ipsius bono repugnans, tum aut obsecundandū erit ad tempus, & paulatim ad tuum institutum in ducendus, uel arte quapiam, uel fuco salutari. Quemadmodum uinum cum bibitur, pri- mum paret, donec sensim illapsum uenis totum hominem in suum ius rapiat.

Et si nonnunquam negotiorum procellæ, & opinones publicæ, principem nonnihil reuocant ab instituto, cogiturg; seruire tempori, tamen haud desinet, quoad potest reniti, & quod hac non successit, alia conari uia.

DE V E C T I G A L I B V S E T E X A C T I O N I B V S

*Cauende exas-
ctiōes iniquae*

 I quis excūtiat ueterum annales, reperiet plerasq; *seditiones* ex immōdicis exactionibus ortas fuisse. Proinde curāndū erit bono principi, ut quam minimum irritentur hisce rebus animi plebis. Gratuito si potest imperet. Sublimius est principis officium, quam ut mercenarium esse deceat. Et bonus princeps habet, quicquid ciues possident amantes. Fuere complures ethnici, qui ex rebus bene pro republica gestis, nihil in ædes suas intulerū, præter gloriam. Fuit unus & alter, qui hanc quoq; contemplerint, ueluti Fabius Maximus, & Antoninus Pius. Quanto magis oportet Christianum principem, conscientia recti contentum esse, præsertim cum ei miliet qui nullum recte factum non amplissimis præmijs repensat. Sunt quidā qui nihil aliud agant apud principes, q; ut nouis subinde titulis repertis q; plurimum emungantur a populo, ac tum se principū rebus probe cōsulere credunt, perinde quasi hostes sint suorū ciuium. Atqui hos qui libēter audit, is sciat se à principis uocabulo plurimū abesse.

Hoc potius studendū, & in hoc excogitandæ rationes, ut q; potest minimū exigatur a populo. Cōmodissima fuerit augēdi uectigalis ratiō, si princeps sumptus superuacaneos amputarit, si ministeria ociosa retecerit, si bella & his simillimas peregrinationes uitauerit, si officiorum rapacitatem cohibuerit, & si magis studeat recte administrādæ ditioni suæ, & propagandæ. Alioqui si exactiones avaricia metietur aut ambitione, quis tandem futurus est exigendi uel modus uel finis? Quandoquidē infinita est cupiditas, & semper immensa urget & intendit quod cœpit, donec iuxta prouerbii uetus, nimium tensus rumpatur fūniculus, & in seditionem demum erumpat uicta populi patientia, quæ res florentissimis quondā imperijs exitium attulit. Quod si necessitas flagitat, exigi nonnihil à populo, tum boni principis est, id his rationibus facere, ut q; minimum incōmodorum perueniat ad tenues. Nam diuites ad frugalitatem uocare fortassis expedit. At pauperes ad famem & laqueum adigi, tum inhumanissimum est, tum parum tutum.

Sumpitus principis Illud etiam atq; etiam secum cogitet pius rex, dum studet augere suum satellitium, dum cipū ad ostēs neptem aut sororem splendide uult elocare, dum liberos omnes sibi pares reddere, dum tationem aut proceres suo locupletare, dum peregrinando opes suas gentibus ostentare, quām īhūs uoluntatem manum est, ob hæc tot hominū milia domi cum uxoribus & liberis fame necari, īhūs uoluntatem ære alieno, ad rerum omnium desperationem adigi. Nec enim istos uel inter homines re censuerim, nedum inter prīncipes, qui ē pauperculis extorquent, quod turpiter perdant scōrtis aut alea. Et huiusmodi quosdam audimus esse, qui hoc quoq; ius suum esse putent.

Quin & illud secum expendat, quicquid semel inductum fuerit per occasionem temporum, quod ad prīncipes aut procerū lucrum attinere uideatur, id nunquam potest aboleri, cum sublata exigendi necessitate, non modo tollendum esset onus populi, uerū etiam sarcientum ac reponendū, quoad fieri possit, superiorum temporum dispendium. Proinde qui bene uult populo suo, cauebit exemplum pestilens inducere. Quod si gaudet calamitate suorum, aut eam negligit, nihil minus est quām prīnceps, quocunq; uocetur noīe.

Aequalitas fortunarum Curandum interim, ne nimia sit opum inaequalitas, non quod quenq; per uim bonis exu uelim, sed quod ijs rationibus utendū, ne multitudinis opes ad paucos quosdā conseruantur. Nam Plato ciues suos negat nimirum diuites esse uult, neq; rursus admodum pauperes, quod pauper prodesse non possit, diues arte sua prodesse nolit.

Quid quod ne locupletantur quidem aliquoties exactionibus huiusmodi prīncipes. Id qui cupit cognoscere, recenseat quanto minus pro aui receperint à suis, & quanto beneficentiores fuerint, quantoq; magis rebus omnibus abundarint, quod bona pars horum inter digitos exigentiu & recipiētum dilabatur, & minima pars ad ipsum redeat prīncepe.

Quatum igitur rerum usus infimæ quoq; plebi cōmunis est, has q; minimum grauabit bonus prīnceps, ueluti frumenti, panis, ceruissæ, uini, pannorū ac cæterarum item rerum, sine quibus humana uita non potest transigi. Atqui hæc nunc potissimum onerantur, idq; non uno modo, primum grauissimis exactionibus quas redemptores extorquent, uulgas afflissias uocat, deinde portorijs, quæ & ipsa suos habent redemptores, postremo monopolijs, ex quibus ut paululū compendiū redeat ad prīcipem, dispendio mulcantur tenues.

Magnus uectigal par simonia Igitur optime quidem, ut dictum est, augetur prīncipes census, cōtractis impendijs, & hic quoq; iuxta prouerbium, magnus uectigal parsimonia est: tamen si uitari non potest, quin exigatur aliquid, & ita res populi flagitat, onerentur barbaræ ac peregrinæ merces, quæ non tam ad uitæ faciunt necessitatem, q; ad luxum ac delicias, & quarū usus diuitium est peculiaris, ueluti byssus, serica, purpura, piper, aromata, unguenta, gemmæ, & si quid est aliud huius generis. Nam hinc incommodū sentient ijs tantum, quodrum fortunæ ferre possint, nec ob hanc facturam ad inopiam redigentur, sed fortasse reddentur frugaliores,

De moneta principis ut pecuniæ iactura, morum bono sarcinatur. In cedula moneta bonus prīnceps præstabit eam fidem, quā & deo debet & populo, neq; sibi permitter, quod atrocissimis sup plicijs punit in alijs. Hac in re quatuor ferme modis expilari populus solet, id quod nos aliquandiu uidimus à morte Caroli, cum diutina anarchia quavis tyrannide perniciosior ditionem tuam affligeret. Primum ubi nomismatis materia mixtura quapiam uitiatur, deinde cum ponderi detrahitur, præterea cum circuncisióne minutur, postremo cum æstimatione nunc intenditur, nunc remittitur, utcunq; uisum est prīncipes fisco conducere.

DE BENEFICENTIA PRINCIPIS

Vm propria bonorum prīcipū laus sit benignitas ac beneficentia, qua tandem fronte prīcipis uocabulum sibi uindicant, quibus omnium consiliorum summa huc tendit, ut cunctorum incōmodo suis cōsulant rationibus. In hoc igitur erit ingeniosus ac uigilans prīnceps, quo pacto possit de omnibus benemereri, quæ res non est tantum in dando sita. Alios iuuabit liberalitate, alios fauore subleuabit, alios afflictos autoritate sua liberabit, nō nullis ingenio conseruet. Et hoc aīo erit, ut eum diem sibi perisse putet, quo nō beneficio suo iuuuerit aliquem.

Benefaciendū de repub. bene incrementibus Nec tamen temere collocanda est Prīcipis liberalitas. Sunt enim qui inclementer extorquent à bonis ciuibus, quod in moriones, delatores, & uoluptatū ministros effundat. Intelligat respublika ijs potissimum expositam prīcipis benignitatem, qui publicis comodiis quām maxime consulant. Virtuti præmium sit, non affectui.

Illud beneficentia genus maxime sectādum est prīcipi, quod cum nullius incōmodo aut certe

aut certe iniuria coniunctum est. Nam alios spoliare, ut dites alios, hos pessundare ut illos euehas, adeo non est beneficium, ut geminum potius sit maleficium, presertim, si quod dignis ademptum est, ad indignos transferatur.

Non abs re factis poetarum fabulis proditum est, deos nusquam accedere solitos, nisi magno quopiam bono eorum à quibus excipiebantur. At cum aduentante principe, ciues si quid est elegantius in supellecile abdunt, filias insigni forma recludunt, adolescentes ablegant, opes disimulant; ac modis omnibus contrahunt se, nonne re ipsa satis indicat, quam de eo habeant opinionem, cum id faciunt, quod facerent aduentente hoste aut praedone? Cum ad principis aduentum ijs timent quae illius officij fuerat tueri, si quis forte insidias aut uim pararet? Ab alijs timet insidias, ab illo uim quoq; cum alius queritur se pulsatum, alius abductam uirginem, alius stupraram uxorem, alius negatam mercedulam, papae quantum hic aduentus abest ab illa deorum imagine: cum ciuitatum, ut est quæc florentissima, ita maxime suspectu habet principem: cum ad principis aduentum sceleratores existunt, optimus quisq; & cordatissimus cauet & contrahitur: ut nihil loquatur, certe factis prædicant quam habeant de Principe opinionem. At respondeat aliquis, Non possum meorum omnium continere manus, ego quod in me est praesto. Fac intelligenti, id te uelementer & ex animo uelle, dispeream ni continebunt. Et ita demum populo fidem facies, nec inuito te fieri, si non patieris impune fieri. Fortassis Ethnico principi satis erat in suis esse benignum, in exteris iustum modo. At Christiani principis est, nullum pro exteris dicere, nisi qui sit alienus à Christi sacramentis, ac ne hos quidem iniurijs lacecessere: suos quidem ciues in primis agnoscere, ceterum de omnibus benemereri de quibus possit.

Quanquam illud perpetuo studendum est principi, ne cuiquam omnino fiat iniuria, tam iuxta Platonis sententiam diligentius est cauendu, ne quid laedantur hospites, quam in exteris ne ciues, propterea quod hospites amicorum & cognatorum auxilio destituti, magis obnoxij sunt iniurijs, unde & louem ultore habere putabantur, cui ex re Xenio fecere nomen.

De legibus condendis aut emendandis.

Ptimæ leges sub optimo principe, præcipue beatam reddunt ciuitatem aut regnum, cuius tum felicissimus est status, cum principi paretur ab omnibus, atq; ipse princeps paret legibus, leges autem ad archetypū æqui & honesti respondent, nec alio spectant q; ad rem communem in melius prouehendam.

Bonus, sapiens & incorruptus princeps, nihil aliud est quam uia quædam lex. Dabit igitur operā, non ut multas condat leges, sed ut quam optimas, maximeq; reipublicæ salutares. Nam bene institutæ ciuitati, sub bono principe, & integris magistris, paucissimæ leges sufficient. Si secus fuerit, nullæ quamlibet multæ fatis erunt. Non optime agitur cum ægratis, quoties indoctus medicus pharmaca pharmaci accumulat.

In codendis autem legibus illud in primis caendum erit, ne quid oleant fisciluctum, ne priuatam procerum cōmoditatem, sed ad exemplar honesti, et ad publicam utilitatem referantur omnia, & eam utilitatem non ad uulgarem opinionem, sed ad sapientiæ regiam exigant, quam oportet ubiq; principibus in consilio esse: alioquin ne lex quidem erit, fatentibus & ethnici, ni iusta sit, ni æqua, ni publicis cōmodis consulens. Nec protinus lex est, quod principi placuit, sed quod sapienti bonoq; principi placuit, cui nihil placet, nisi quod honestu & e repub. sit. Quod si distorta fuerit regula, ad quam exæquanda fuerant prava, quid futurum est, nisi ut per huiusmodi leges, etiam quæ recta fuerant depraventur.

Et Plato uult leges esse quam paucissimas, maxime de rebus leuioribus, ueluti de pacijs, cōmercijs, uectigalibus. Nec enim ex multitudine legum nasci salutem reipub. non magis quam ex multitudine pharmacorum. Vbi princeps integer est, & officio suo fungitur magistratus, nihil opus multis legibus: ubi secus habet, ibi legum abusus in perniciem uertitur reipub. dum & bene conditæ leges horum improbitate alio detorquent.

Iure notatus est Dionysius ille Syracusanus, qui tyranno consilio plurimas tulit leges, alias super alias ingerens, easq; ut sit à populo negligi patiebatur, quo cunctos ad hunc modum sibi redderet obnoxios. At istud non est leges cōdere, sed laqueos tendere.

Et merito reprehensus est Epictades, qui legem tulit ut liberti esset, cuiq; cui uellet sua relinquere, hoc interim agens ut ipse filium quem oderat, posset exhaeredare. At primū nō intelligebat populus hominis technā, uelut ea res deinde grauem perniciē attulit reipub.

Eiusmodi leges proponat princeps; quæ non solum poenam denuncient fontibus, verum etiam quæ persuadeant non esse peccandum. Proinde errant qui putant leges paucissimis uerbis esse comprehendendas, ut tantum iubeant, non etiam doceant, immo magis in hoc sint occupatae, ut deterreant à peccando rationibus & poenis. Etiam si hanc Platonis sententiam non approbat Seneca, sed audacter hoc quidem magis quam eruditus.

Non temere quinque dispensat de legibus. Idem non permittit iuuenibus disputare de æquitate legis, senioribus permittit moderate. Verum ut non est uulgi, temere censere leges principiū, ita principiū est curare, ut eas ferat leges, quæ bonis omnibus placeant, ut meminerit insimilis etiam sensum esse communem. Laudatus est in hoc M. Antoninus Pius, quod nihil unquam egerit, quod omnibus per literas etiam non conatus sit approbare, redditis causis cur id iudicarit expedire reipub.

Eleganter Xenophon in Oeconomicis prodidit, cætera quoque animantia duabus rebus potissimum adduci ad obtemperandum: cibo, si quod fuerit abiecius, aut delinquentio, si generosius, uelut equus: et plagiis, si contumacius, uelut asinus. At homo cum sit animal omnium generosissimum, non tam minis ac supplicij cogi, & præmiis oportebit ad officium inuitari legibus. Leges igitur non solum poenam irrogent delinquentibus, sed præmiis quoque prouocent ad benemerendū de repub. Quod genus multas fuisse uidemus apud veteres. Si quis fortiter fecisset in bello, optabat præmium, & si cecidisset, liberi expublico alebantur. Si quis ciuem seruasset, si quis hostem à mœnibus depulisset, si quis salubri consilio succurrisset reipublicæ, erat officio præmium.

Premia rudes Quanquam autem egregii ciuiis est uel nullo proposito præmio, quod optimum est se inuitant qui, ramen expedit huiusmodi illectamentis, rudium adhuc ciuium animos ad honestitudinem inflammare. Qui generoso sunt animo, honore magis capiuntur: qui fordidior re, lucro quoque ducuntur. Omnibus igitur hisce rationibus lex solicitabit, honore & ignorancia, lucro ac damno. Porro qui prorsus seruili sunt ingenio, uel potius beluino, hi uinculis ac flagris domandi sunt. Ad huiusmodi honoris & ignominiae sensum iam inde à puericia assuescat ciues, ut intelligent non opibus aut stemmatis deberi præmium, sed recte factis.

In summa huc modis omnibus spectet principiū uigilantia, non ut tantum puniant admissa, sed illò multo magis respiciat et incumbat, hoc in primis agat, ut cauteat, ne quid admittatur suppicio dignum. Ut enim melior medicus qui morbum excludit & arcit, quam qui pharmaciis expellat acceptum: Ita non paulo præstabilius est efficere ne facinora patrentur, quam si perpetrata puniantur. Id autem fieri, si causas ex quibus animaduerterit potissimum nasci flagitia, uel recidat si queat, uel certe premat & attequet.

Vitiosæ opiniones malorum Primum igitur ex vitiosis de rebus opinionibus, ut dictum est, uelut è corruptis fontibus maxima pars facinorum scatet. Id igitur in primis agendum, ut ciues habeas optimis institutis rationibus: deinde magistratus non solum sapientes, uerum etiam ineorum.

Ac recte monet Plato, nihil non tentandū, & omnem, quod aiunt, mouendum esse lapidem, priusquam ad ultimum ueniatur suppliciū. Agendum argumentis, ne quis peccare uelit, deinde deterrendi metu numinis malefactorū uindecis, præterea minis supplicij. Quibus si nihil proficitur, ad supplicia ueniendū, sed leuiora, quæ medeantur male, non quæ tollant hominē. Quod si nihil horum procedit, tum denique ceu membrū deploratum & immedicable, ab inuito legibus resecandū, ne pars syncera trahatur in uitium.

Quemadmodū fidus ac doctus medicus non adhibet sectionem aut ustionem, si malgmate, aut potionē tolli malum posuit, nec unquam ad illa descendit nisi morbo coactus. Ita princeps omnia tentabit remedia, priusquam ad capitale supplicium ueniat, cogitās rem publicunum esse corpus: at nemo membrū amputat, si diuersa uia possit sanitati restituī.

Ut probus medicus in apparādis remedijs haud alio spectat quam in agerantis periculo morbus pellatur: ita bonus princeps in cōdendis legibus, non alio respicit quam ad publicam utilitatem, utque populi malis quam minimo medeatur incommodo.

Bona facinorū pars hinc potissimum nascitur, quod ubique plurimi fiant diuitias, contenta sit paupertas. Dabit igitur princeps operam, ut sui ciues uirtute ac moribus astutetur non censu. Idque primum in seipso ac suis exhibeat. Quod si conspexerint principē ostendere diuitias, & apud illum ut quisque ditissimus est, ita plurimi fieri, ad magistratus, ad honores, ad officia nummis patere uiam, istis nimis rebus incitantur animi malitiae ad opes perphas nephases parandas.

Et ut magis in genere loquamur, pleraq; rerum pub. omnium sentina, ex otio nascitur, quod diuersis rationibus affectant omnes, cui qui semel assueti sunt, si desit quo alant il-
lud, ad malas artes configiunt. Hoc igitur aget principis uigilantia, ut quārum potest mi-
nimam habeat inter suos turbā ociosorum, & aut ad opus adigat, aut expellat ē ciuitate.

Plato mendicos omnes procul ē sua repub. pellendos putat. Quod si qui senio mor-
bōe fracti, suos non habent à quibus aluntur, ijs, gerontotrophijs, & nosuntotrophijs,
publicis consulendum erit. Qui ualeat & paruo contentus est, non eget mendicitate.

Sacrificulos qui ad quāustum sacra quādam circunferabant oppidatim, quo religionis
prætextu sectarentur ocium ac luxum, Massilienses in ciuitatem suam non recipiebant. Sacerdotes
Er fortassis expediat reipub. monasteriorū esse modum. Est enim & hoc ocij genus quod
dam, præsertim quorum uita parum probata fuerit, & ociosam ignauamq; transigant ui-
tam. Quod de monasterijs dico, idem de collegijs sentiendum.

Ad hoc genus pertinent, redemptores, institores, sceneratores, proxenetae, lenones, eu-
stodes uillarum, ac uiuariorum, greci ministrorum, ac stipatorum, qui apud nonnullos tan-
tum ambitionis aluntur gratia. His cum non suppetit, quod luxus ocij comes efflagitat,
ad malas artes degenerant. Est & militiae negotiosum ocij genus, sed multo pestilen-
tissimum, ex quo semel omnī bonarū rerum exitium, & omnī malarū rerū colluuius pro-
ficiuntur. Hæc igitur flagitiorū seminaria si princeps arcebit ē suo regno, multo minus e/
rit, quod legibus puniat. Habendus igitur honos utilibus artificijs, nec iners ocium pessimum
nobilitatis titulo donandum, ut obliter & hoc indicem. Non quo bene natis suum hono-
rem detrahamb, si respondeant maiorum imaginibus, & ijs rebus præcellat, quæ primum Vere nobis
nobilitatem pepererunt. Alioqui si tales hodie plerosq; uidemus, molles ocio, uoluptati/
bus effeminati, omnium bonarum artium imperiti, tantum belli comedatores, strenui
aleatores, ne quid dicam obscoenius, quid est obscuro, cur hoc hominum genus calcearijs
aut agricolis præferatur? Nam olim patricijs ocii datū est à sordidioribus opificijs non
ad nugandum, sed discendas eas disciplinas, quæ ad rem pub. administrandam faciunt.

Ne sit igitur turpe si ciues opulentii aut patricijs suos liberos arte doceant sedentariam.
Primum dum eius studio detinentur adolescentuli, cohercēbuntur à multis flagitijs: dein
de si nihil erit opus arte, ea nemine onerat. Sin(ut est instabilis rerū humanarum fortuna)
deerit, tum arte nō modo quæuis terra, sicut habet prouerbiū, sed quevis euā alit fortuna.

Veteres illi quoniam intelligebant plurimum malorum nasci ex luxu & profusione,
sumptuarijs legibus occurserunt, creatis in hoc censoribus, qui immoda impendia, in
coniuicijs, in uestitu, aut in ædificijs cohíberent. Id si cui durū uideretur, non licere cuiq; suis
rebus pro sua uti & abuti libidine, cogitet multo durius esse ciuitiū mores per luxū eō dela-
bi, ut capitī supplicio sit opus: & humanius esse, cogit ad frugalitatem, q; uitijis ferri in perni-
ciem.

Nihil inutilius quām ex admissis ciuiū, lucrū redire ad magistratus. Nam:
qui dabit operam, ut q; minimum existat malorum, cui expedit q; plurimos esse nocētes;

Et par est, & apud priscos fieri consuevit, ut multititia pecunia potissimum ad eum redi-
ret, qui laetus esset, nonnulla portio ad ærarium publicum, in uehementer odiosis nonni-
hil etiam ad delatorem. Verum hoc odij, nō priuato cuiusquam affectu, sed reipub. com-
modo aut in commodo metiēdum.

Illuc in uniuersum specient leges, ne cui fiat ini-
uria, nec pauperi, nec diuini, nec nobili, nec obscuro, nec seruo, nec libero, necq; magistra-
tui, nec priuato. Verum in hāc partem magis propendeant, ut imbecillioribus subuenia-
tur, quod humiliorum fortuna magis exposita sit iniurijs. Quod igitur in fortunæ præsi-
dijs diminutum est, id legum exæquet humanitas. Proinde acrius puniant uiolatum pau-
perem quām offensum diuitem, corruptum magistratum quām perfidum plebeium, fa-
citorum patricium quām obscurum.

Cum iuxta Platonem duplex sit poenæ ge-
nus, in altero uidendum est, ne supplicium acerbius sit quām pro re cōmissa, ideoq; non
erit temere ad ultimum supplicium ueniendum: necq; facinoris ratio nostris erit æstimans
da cupiditatibus, sed æquo atq; honesto. Cur enim passim simplex furtū capite punitur,
& adulterium penè impunitum est, idq; contra ueterum omnium leges, nili quod apud
omnes nimium in precio est pecunia, & huius iacturam non exire, sed ex suo metiuntur
animos. Cur autem hodie minus saeuatur in adulteros, in quos olim uehementer saeuie-
bant leges, non est huius loci, rationem reddere.

Ad alterum genus, quod ille uocat exempli, perq; raro ueniendum erit, nec tam agendum, ut immanitate pœnæ deterreant cæteri, q; nouitatem. Nihil est enim tā horredum, quod non contemnatur assuetudine: nec aliud inutilius, q; ciues supplicij assuescere.

Vt in morbis non sunt tentanda noua remedia, si ueterib. succurri malo possit: ita non sunt condendæ nouæ leges, si ueteres ministrent aliquid, quo malis reipublicæ medearis.

Leges inutiles si sine magno malo non queant abrogari, paulatim sunt antiquâda, aut certe corrigenda. Nam ut periculatum est temere nouare leges, ita necesse est ut curatio nem pro corporum ratione, sic leges ad præsentem reipublicæ statum accommodare: quædam salubriter instituta, salubrius abrogantur.

Multæ leges recte quidem sunt instituta, sed eas officiorum prauitas ad pessimos usus detorsit. Nihil autem perniciosius bona lege, ad malas res deflexa. Ab his igitur tollendis aut emendandis, non oportet principem fisci iactura deterreri. Nec enim compendiū est, quod sit cum honesti dispendio coniunctum, maxime cum sint eius generis, ut plausibilis etiam sit earum abrogatio. Neq; uero sibi blandiatur, si leges huiusmodi compluribus in locis iniuluerunt, ac dilutina iam consuetudine inueteratae sunt. Nec enim hominū numero coheredit honesti natura, & hoc diligentius est tollendum, quo magis inueterauit malum.

Et ut unam atq; alteram exempli gratia commemorem, receputis est nonnullis in locis, ut peregre mortui bona occupet præfetus aliquis regis homine: id cum salubriter sit institutum, nempe ne hospitiis res sibi vindicent, ad quos iure non pertinent, & tantisper sint in manibus præfeci, donec extint haeredes certi: nunc iniquissime hoc desertum est, ut siue extet bæres, siue non extet, hospitiis bona ad fiscum pertineant.

Recte quondam institutum, ut quod apud furem deprehēsum repertum esset rerum, id princeps aut huius nomine magistratus occuparet, nimirū ne si passim eas vindicandi sus esset, per fraudem ad alienos dominos aberrent, uerum simul atq; constaret cuius essent, tum illi restituerentur. At nunc quidam, quicquid apud furem compererint, id non minus suum esse ducunt, ac si ex paterna hereditate obuenisset. Quod & ipsi satis intelligunt impudenter iniquum esse, sed honesti ratio, lucri ratione uincitur.

Olim bono consilio fuit inductum, ut in confinijs ditionum essent præfeci, qui importationum aut exportationis curati agerent, himirū quo negotiator aut uiator tutus à latrocinijs commearet: ut si quid cui foret ereptum, princeps intra suæ quisq; ditionis limites curaret, ut nec damno pleceretur negotiator, nec prædō esset imputitus: & fortasse tum ciuitatis gratia dari coepit non nihil à negotiatoribus. At nunc passim huiusmodi portorij retinetur uiator, uexantur hospites, expilantur negotiatores, & cū iudeis crescat exactio, tamen de tuendis illis nulla mentio est: Ita cuius gratia primum constitutio nata fuit, penitus sublatum est, & res salubriter instituta, uitio administratiū prorsus in tyrannidem uersa est.

Constitutū est olim, ut res naufragio eieclæ, præficio mariis occuparentur, non ut in illius aut in principis ius caderent, sed ut per hos caueretur, ne ab iustis dominis occuparentur, & ita demum publicæ fierent, si nullus extaret, qui iure vindicaret. At hodie quibusdā in locis, quicquid quoctū modo periret in mari, id ueluti suū occupat præfetus, ipso mari immittior. Nam quod tempestas reliquū fecit miseris, id ille uelut altera tempestas eripit. Vide igitur ut omnia in diuersum exierint. Fur punitur, quod rem alienam occupabit: atqui idem facit magistratus, in hoc adhibitus ne fieret, & per hunc bis spoliatur dominus rei, in hoc ipsum constitutum, ne quid cui periret. Et per hos maxime uexantur ac spoliantur negotiatores, qui hoc consilio sunt induci, ne uexaretur aut spoliaretur uiator. Et per hos sit, ne bona redeant ad iustum dominum, quos lex in hoc adhibuerat, ne penes alienum dominum essent. Sunt huiusmodi plurimæ constitutiones, apud multas nationes non minus iniquæ quam ipsa iniquitas. Verum est huius instituti rem publicam ullam taxare has ut omnium fere cōmunes, & omnium iudicio damnatas, docendi gratia recensuimus. Et sunt fortasse quæ citra tumultum aequaliter non possint: at horum antiquatio fauorem etiam conciliat principi, & qua nullum lucrum oportet uideri maius, honestam opinionem.

Leges obligat ut principe, sic lege nihilo oportet esse communius aut æquius: alioqui sit, ut quod ergo ex quo grecus ille sapiens dixit, Nihil aliud sint leges quam casses aranearum, quos matres aues facile perumpunt, muscis duntaxat irretitis.

Leges quanto
do antiquâda

Conſuetudo
non excusat
errorem

Abuſus bene
conditaram
legum

De portorij

De naufragio
cieclis

Leges obligat

Quemadmodum princeps, ita & lex semper esse debet propensior ad ignoscendum quod ad puniendum, siue quod per se benignius, siue quod magis responderet ad mores dei, cuius ira lentissime ad vindictam procedit: siue quod non recie elapsus, ad pœnam repeti potest, iniuste damnato succurri non potest. Is etiam si non periret, quis tamen alterius æcti-
mabit dolorem?

Legimus olim huiusmodi fuisse non principes, sed tyrannos, à quo Crimen. Iesæ
rum factis oportet Christianum principem, quam longissime abesse, qui scelera commissa,
suis priuatatis incommodis æstimarent, ut ihs leue furtum esset, si quis pauperculum bonis
nudatum, unam cum uxore & liberis ad laqueum aut mendicitatem adigat: grauissimum
uero & multis dignum crucibus, si quis principalem fiscum, aut rapacem quæstorē uel num-
mulo fraudasset. Item maiestatē læsam clamitarent, si quis de pessimo quoque principe mū-
taret, aut de pestilente magistratu paulo liberius loqueretur, cū Adrianus imperator eth-
nicus, alioqui nec inter bonos habendus principes, læsa maiestatis crimen nunquam admis-
erit: & ne crudelissimus quidem Nero delationes huiusmodi admodum affectarit. Et alius Nero
quidam, neglegitis in totū huiusmodi criminibus, dixerit, In ciuitate libera, lingua item li-
beras esse oportet.

Nullis igitur commissis facilius ac libertius ignoscet bonus prin-
ceps, quæ ad priuatā suam iniuriā pertinent. Nam cui facilius est eiusmodi cōtemnere
principi? At huic ulcisci quod facile est, tam est inuidiosum & indecorū. Cū enim ultio pu-
silli & humilis animi sit argumentū, nihil minus competit in principe, quem oportet ani-
mo esse excuso magnoque. Non satis est principe ab omni crimine abesse, ni crimi-
nis etiā suspicione specieque vacauerit. Quamobrem non solum perpedet quid mereatur
is qui deliquit in principe, sed quid alij iudicaturi sint de principe, & suæ dignitatis respe-
ctu nonnunquam ignoscet inimicentis, & suæ consulens fama, uenia dabit uenia indignis.

Nec statim illud occlamet aliquis, hac ratione partū consuli principū maiestatē, quam Maiestas prin-
sacrosanctam & inuiolatam esse, è repub. potissimum est. Imò non alia uia rectius consuli cipis
tur illius magnitudini, si populus intelligat eum tam uigilantem, ut nihil eum fallat: tam sa-
pientem, ut intelligat quibus in rebus sit uera principis maiestas: tam clemētem, ut ní-
hil suarum iniuriarum ulturus sit, nisi cogere utilitatē publicae ratio. Cesaris Augusti ma-
iestatem, & clariorem & tutiorem reddidit Cineæ donata uenia, cum tot supplicijs nihil
profecisset. Is demum principis maiestatē lædit, quisquis id imminuit, quo uere ma-
gnus est: at animi bonis magnus est, & populi rebus sua sapientia florētibus magnus est.
Hæc qui deterit, maiestatis est accusandus. Plurimum enim aberrant, nec prorsus intelli-
gunt ueram principis maiestatem, qui sic eam putant augeri, si quod minimum ualeant leges
& publica libertas, quasi duæ quædam res sint, princeps & respub. Quod si facienda est
collatio inter ea quæ natura coniunxit, ne componat se rex cum quolibet suorū, sed cum
uniuersore sp. corpore; Ita uidebit quāto pluris sit illa, tot egregios uiros ac fœminas com-
plectens, quod unicum principis caput. Respublica, etiam si princeps desit, tamē erit respub.
Floruerunt enim etiam amplissima imperia, nullo principe, uelut in Democratiā Roma-
norū & Atheniensium: at princeps esse nullo modo potest sine repub. deniq; resp. prin-
cipem complectitur, non contra. Quid est enim quod principem tantum facit, nisi cōsen-
sus obsequentium? At qui suis bonis, hoc est uirtutibus, magnus est, is etiam adempto im-
perio magnus erit.

Proinde palam est istos peruersissime iudicare, qui principis di-
gnitatem his rebus metiuntur, quæ principis amplitudine sunt indignæ. Proditionem uo-
cant (nam id uocabulum odiosissimum esse uolunt) qui principem ad ea deflecentē, quæ
nec ipsi decora sunt aut tuta, nec patriæ conducibilia, liberis consilijs ad meliora reuocat.
At qui illum plebejū opinionib. corrūpit, qui in uoluptates sordidas, qui in comedatio-
nes, in aleam, & alia id genus dedecora præcipitat, num is dignitati principis consultit? Fi-
dem uocant, quoties per assentationē stulto principi mos geritur: proditionē, si quis turpi
bus coepit obsistat. Imò neto minus amicus est principi, quod qui turpiter assentando de-
metat & abducit a recto, qui bellis inuoluit, qui persuadet expiationes populi, qui tyran-
nidis artem docet, qui illum bonis omnibus facit inuisum: hæc est uera proditio, & non
uno suppicio digna. Plato uult νομοφύλακες, hoc est, eos qui seruādīs legibus præ-
feci sunt, incorruptissimos esse. Et bonus princeps in nullis debet seuerius animaduerte-
re, quod in eos qui corrupte leges administrat, quanquam ipse princeps νομοφυλάκων primus
est. Expedit igitur ut leges sint quod paucissimæ, deinde quod æquissimæ & ad publicam
utilitatem

Vera proditio principis

Fides uera

Nomophylakes

utilitatē cōducibiles, præterea populo q̄ maxime notā, unde ueteres eas in tabūlis & albo descriptas publicitus exhibebant, quo cunctis essent cōspicuae. Fœdū est enim quosdam legibus cassum uti uice, nimirum hoc agentes, ut q̄ plurimos irretiant, nō consulentes reip. sed ueluti prædam captantes. Postremo ut uerbis apertis minimeq; perplexis de scriptæ, ut ne magnopere sit opus quaestuolissimo isto hominū genere, qui se iureconsultos uocant, & aduocatos: quæ sanè professio quondam optimatibus uiris fuit peculiaris, & dignitatis habebat plurimum, lucri q̄ minimum, nunc & hāc corruptis quaestus, nihil non uitians. Plato negat ullum hostem existere posse pestilentiorēm patriæ, quām eum qui leges arbitrio subiicit hominis, quæ sub optimo principe ualent plurimum.

DE MAGISTRATIBVS ET OFFICIIS

Magistratus integritas



RINCEPS quam integratatem in se præstat, eadem debet, aut certe proximam à suis officiarijs exigere. Negat satis esse ducat, mandasse magistratus, sed plurimum refert, quomodo mander, deinde uigilādum, ut incorrupte mandatis fungantur.

Aristoteles

Prudenter & grauiter admonet Aristoteles, frustra conditæ bonas leges, nisi sint quorum opera bene conditæ seruentur, imò fit alioqui nōnunquam ut optime conditæ leges, uirio magistratum in summam reipublicæ perniciē uertantur.

Decrepita senectus

Quanquam magistratus non censu, non imaginibus, nec annis est eligendus, sed potius sapientia & integritate, tamen magis cōuenit, ut natu grandes ad huiusmodi munia adhibeantur, unde reipub. pendet incolitas, non tantum quod senibus & plus adest ex usu rerum prudentiæ, & affectus sunt moderatores, uerumetia quod apud populum nonnihil autoritatis illis conciliat senectus. Proinde Plato uerat, ne legum custodes adhibeantur minores annis quinquaginta, ne maiores septuaginta. Sacerdotem non uult esse minorem annis sexaginta: nam ut est ætatis maturitas quædā, ita est ætatis processus, cui missio, muniumq; omnium relaxatio debeatur. Quemadmodum chorus res est elegans, si quidem ordine constet & harmonia, contra, ridiculum spectaculum, si gestulationes unā cum uocibus confundantur. Ita præclara quædam res est ciuitas aut regnum, si suus cuiq; detur locus, si suo quisq; fungatur officio, hoc est, si princeps quod se dignum est agat, si magistratus suas obeat parteis, si plebes item bonis legibus & integris magistris obtemperet. At ubi suum negotium agit princeps, & magistratus nihil aliud quām compilant populum, ubi plebes nō obtemperat honestis legibus, sed principi ac magistris, utcunq; res tulterit, adulatur, ibi turpissima quædam rerum confusio sit, oportet.

Princeps medicus reipub.

Primum ac sumnum principis studium oportet esse, ut quām optime mereatur de re publica: at non alia re melius potest mereri, quām si curet ut magistratus & officia uiris integerrimis ac publici commodi studiosissimis committantur.

Princeps summa pars reip.

Princeps quid aliud est quām medicus reipublicæ? At medico non satis est, si ministros habeat peritos, nisi sit ipse peritissimus ac uigilantissimus: Ita principi non sufficit, si magistratus habeat probos, nisi sit ipse probissimus, per quem illi & diliguntur & emēdantur.

Magistratus pure creandi

Vt amini partes non omnes perinde ualent, sed quædam imperant, aliae parent, & tandem corpus tantum parent: Ita principem summam reipub. partem plurimū sapere, & ab omnibus crassis affectibus alienissimum esse oportet. Ad hunc proxime accendent magistratus, qui partim parent, partim imperant: parent principi, imperant plebi.

Quando pure creantur magistratus

Ergo præcipue reip. felicitas in hoc sita est, ut pure creantur magistratus, & pure mandentur officia. Deinde sit actio male gesti munetis, quemadmodum antiquis erat actio repetundarum. Postremo statuatur in hos severissima animaduersio, si conuicti fuerint.

Pure creabuntur magistratus, si princeps eos asciscat, non qui plurimo emant, nō qui improbissime ambiant, non qui cogitatione coniunctiores, nō qui ad illius mores aut affectus cupiditatesq; maxime sint accommodi, sed qui motibus sint integerrimis, & ad functionem mandati muneris aptissimi.

Cæterum ubi princeps unum hoc agit, ut quām plurimo uendant officia, quid tandem ab ihs expectet, nisi ut itidem reuendant, & quomodo cumq; damnum suum sarciant, & cauponentur in administrando, quemadmodum negociatione sunt consecuti. Nec hoc ideo minus perniciosum reipub. uideri oportet, quia consuetudine pessimā apud plerasq; nationes receptum est, cum ethnici etiam fuerit improbatum, & Cæsareæ leges iubeant eos, qui iudicij præsunt, principali salario esse inuitandos, ne qua sit illis ansa faciendi quaestus.

Olim

Olim gravissimum crimen erat corrupti iudicij: at qua fronte puniet princeps iudicem, qui muneribus corruptus pronunciavit, aut pronunciare noluit, cum ipse iudicandi munus ære vendiderit, & hanc corruptelam prior suum docuerit iudicem: Hoc præster prius erga magistratus, quod illos præstare vult erga plebem.

Prudenter admonet in Politicis Aristoteles, super omnia cauendum esse, ne ex magistratis lucra proueniāt ījs, qui ea gerunt: alioqui geminum incommodum hinc sequi. *Corruptus non debet esse quis tuos* Nam primum hac ratione fieri, ut auarissimus quisq; & corruptissimus ambiat, immo occuper& inuadat magistratum, & populus dupliciti discrucietur molestia, tum quod ab horribus excluditur, tum quod lucro priuatur.

DE F O E D E R I B V S.

TN pangendis fœderibus, quemadmodum & cæteris in rebus, non aliō spectabit bonus princeps, q̄ ad publicam utilitatem. Alioqui cū hoc agitur, ut cōmodius habeant principes populi rebus attenuatis, non fœdus est appellandum, sed cōspiratio. Siquidē qui hoc sunt animo, duos populos ex uno faciunt, procerum & plebis, quorū alter alterius malo melius habeat, uerū id ubi sit, ibi non est respublica. Inter omnes Christianos principes arcifissimum simul & sanctissimum fœdus est, uel ob hoc ipsum quod Christiani sunt. Quotum igitur attinet cotidie tot fœderibus agere, perinde quasi omnes omnium sint hostes, & humanis pactis sit impenetrādum, quod non imperat Christus. Vbi multis syngraphis res agitur, argumentum est, non optima agi fide, & sapientiā fieri uideamus, ut ex his plurimæ nascantur lites, quæ in hoc adhibebantur, ne quid existeret litium: cū fides intetcedit, & inter bonos agitur, non est opus admodū multis & anxijs syngraphis: cum inter improbos & malæ fidei res agitur, syngraphæ pariunt etiam litis materiā. Itidem inter bonos ac sapientes principes, etiam si nullum intercedat fœdus, constat amicitia: inter stultos ac malos, ex ipsis fœderibus, que in hoc adhibebantur, ne bellum exoriretur, bella nascuntur, dum inter innumeros articulos hunc aut illum uiolatū queritur aliquis. Fœdus in hoc feriti solet, ut bello finis imponeretur: at hodie fœdus appellant, in hoc initū, ut moueat bellū. Nec aliud est isto rūm fœderatio, quam bellī molimina: & utcunq; se res inclinant, ita ambulant fœdera.

Principū ea debet esse fides, in præstandis ījs quæ recipiūt, ut simplex horū promissum sanctius sit quo quis aliorū lureiurando. Quām igitur fœdum nō præstari, quæ solennibus fœderib. pacta sunt, interpositis etiā ījs rebus, quibus apud Christianos nihil potest esse sanctius. Et tamen uideamus id cotidie usu uenire, nihil addo, quorū uitio: certe sine uitio non potest accidere. Si quid in fœdere uiolatū uidebit, nō statim hoc inclinandum, ut uniuersum fœdus irritetur, ne uideatur occasio captata recedēdi ab amicitia. Quin magis admittendū, ut q̄ minimo incōmodo sarciatur id quod ruptū est: quin expedit aliquoies ad quædā conniuere, quandoquidē nec inter priuatos homines diu cohæret necessario, si cuncta ad uiuum, quod aiunt, exigant. Neq; statim id sequaris, quod dicitat ira, sed quod publica suader utilitas. Dabit operā bonus ac sapiens princeps, ut cum omnibus pacē habeat, sed præcipue tamen cum finitimi, qui plurimi noceant infensi, prosint amici, & sine quorum mutuo commercio, ne durare quidem possit res. Et facile coit & cohæret amicitia inter eos, quos lingua communis, regionū propinquitas, ingeniorum ac morum similitudo conciliat. Est tanta inter quas dā nationes rerum omnium dissimilitudo, ut prorsus ab illorum abstinuisse commercio longe cōsultius sit, quam arcifissimis etiam astringi fœderibus. Sunt quēdam ita procul dissimilitudo, ut etiam si bene uelint, profese nihil possint. Postremo sunt quædā adeo motos ac fœdū disfragae & insolentes, ut etiam si finitimi sint, tamen inutiles sint ad omnem amicitiam. Cum his consultissimum fueris, nec bello dissidere, nec arctioribus fœderum aut affinitatū vinculis alligari, quod & bellū semper sit exitiale, & quorundam amicitia non multo bello tolerabiliōr.

Hæc erit igitur una regiæ sapientiæ pars, gentium omnium ingenia moresq; cognoscere, id partim e libris, partim e sapientum & expertoru commoratione consequetur, ne sibi necesse putet cū Vlysse per omnes terras mariq; circūagi. Ac de cæteris quidem haud facile sit certū aliquid prescribere. Illud in genere licet pronunciare, nō oportere arcū perspecta, & usq; astringi his, quos religio diuersa à nobis alienat, ueluti cū ethnicis: aut quos naturę præ cōsuetudines ligentia, alpibus aut fretis interiectis, à nobis separati, aut quos immensum locoru spatiū cognitas penitus

penitus à nobis semouit, hi nec ad nos accersendi, nec à nobis impetendi sunt. Cuius res cum plurima suppetant exempla, tamen unum, quod è proximo fere offert pro omnibus sufficerit. Est quidem Franciae regnum, rebus omnibus omnium multo florentissimum; at multo esset florentius, si ab Italia impetenda temperasset.

DE PRINCIPVM AFFINITATIBVS

Principis affinitatem cum suis aut situ proximis iungat



QVID EM multo saluberrimum iudicarim reipublicæ, si principi affinitates intra regni fines continerentur, aut si quid recedendū sit à limitibus, cū proxime finitimis duntaxat iungerentur, sed ihs, qui ad amicitiae fidem sint idonei. Atqui non decet (inquit) regis filiam nisi cū rege aut regis filio copulari. At isti priuatorum sunt affectus, suos quantū possint euehere, a quibus oportet principem alienissimum esse. Minus potēti nubet principis soror, quidcum postea, si id magis expeditat uniuersis. Et illi plus dignitatis adferat neglecta sororij coniugij dignitas, quam si mulierculæ affectum publicis commodis prætulisset.

Priuata quædam res est principum matrimonium: at huc rerum humanarū summam Qualis uxor penè uocari cernimus, ut sæpenumero nobis eteniat, quo d'olim Græcis ac Troianis insit ducenda. Quod si placet adhibere delectum principe dignam, feligatur ex omnibus, inter principi

gritatem, modestiam, prudentiam, commēdatam, quæ optimo principi morigerata sit uxor, & illi liberos utroq; parente patriaq; dignos generet. Satis honesta est quocunque sanguine nata, quæ bono principi bonam præstat uxorem. Illud in confessō est, nihil aequ expedire in rem omnium, atq; ut princeps uehementer amet suos, & ab eisdem uiscissim ametur. Ad quod ingens habet momentum patria, communis corporum & animorum summilitudo, & nescio quid natuæ fragrantia, quam arcana quædam geniorum affinitas addicitat hinc magna pars pereat oportet, si haec omnia confundant imparia matrimonia. Vix enim fieri potest, ut sic natos, toto pectore agnoscat patria, aut sic nati, toto pectore sint dediti patriæ.

Ex affinitatis bus mala

Et tamen uulgas haec uelut adamantina publicæ concordia uincula putat, cum hinc res ipsa doceat maximos rerum humanarū tumultus exoriri, dum hic queritur ex sponsalium pæctis præteritum nescio quid, hic offensus re quapiam sponsam abducit, ille murato confilio renunciat priori, & aliam ducit in thalamum, aliud quippiam causatur. Sed quid haec ad rem publicam? Si principum inter se affinitas præstaret orbi tranquillitatem, optarem omnes sexcētis affinitatibus esse colligatos. At quid ante paucos annos profuit affinitas, quo minus Iacobus Scotorum rex infestis copijs invaderet Angliae fines? Et sit aliquoties, ut post diutinos bellorum tumultus, post innunes ras clades, tandem affinitate contracta, res componatur, sed utraq; parte iam maliis delata.

Propatria pax ex ueris fontibus concordie

Haec agendum principibus, ut æterna quædam pax coeat inter omnes, & in hoc conferant sua consilia. Ut affinitas pacem conciliet, certe perpetuam non potest. Altero defunctio, soluitur concordia uinculum. Quod si ueris rationibus pax conflaretur, ea stabilis esset ac diuturna. Sed dixerit aliquis, liberorum propagatione coniunctionem eam perpetuā reddi. Cur igitur inter hos maxime bellatur, inter quos summa propinquitas est? Immo per hanc propagationem potissimum oritur regnorum commutatio, dum ditionis ius altunde alio transfertur, dum hinc decedit aliquid, & illic accrescit, quibus ex rebus grauissimi tumultus exoriri solent.

Igitur hiscerationibus non fit ne cooriantur bella, sed fit, ut atrociora moueantur & crebriora. Dum enim regna regnis affinitate connexa sunt, quoties unusquispiam offensus est, is affinitatis iure concitat & ceteros, ut ex qualibet leui offensa, magna pars orbis Christiani statim ad arma moueatur, & immēta Christiani sanguinis iactura placatur unius hominis stomachus. Ab exemplis consueto tempore, ne quid offendam quenquam. In summa, huiusmodi affinitatibus, principum res fortassis augentur, at populis res atteruntur & affliguntur. Cæterum bonus princeps non aliter iudicat suas res prospere habere, nisi cum reipublicæ cōmoditatibus consolitur: ut ne dicam interim, quod hac uia non admodum humaniter agitur cū ipsi pæctis, quæ nonnunquam in procu semotas regiones, ad homines, lingua, specie, monibus, ingenij diffimillimos, uelut in exilium relegantur, felicius apud suos uicinorū, ut aliquando minore strepitu. Quanquam autem hanc cōsuetudinem uideo receptionem, quam ut sperem posse conuelli, tamen uisum est admonere, si quid forte præter spem euenerit.

DE PRINCIPVM OCCUPATIONIBVS IN PACE

PRINCEPS igitur Christi decretis, & sapientiae præsidij instructus, nihil omnium habebit charius, immo nihil aliud habebit charum, quam populi sui felicitatem, quem oportet uelut unicum corpus ex æquo, tum diligere, tum curare. Et in hoc unum omnes cogitationes, omnes conatus, omnia studia destinabit, ut ad eum modum administret prouinciam sibi creditam, ut & Christo rationem exacturo probetur, & apud mortales omnes honestissimam sui memoriam relinquit.) Siue domi sit princeps siue in secessu, laudatum illum Scipionem imitetur, qui negabat se unquam minus esse solum, quam cum solus esset, aut minus ociosum esse, quam cum esset in ocio: quod is quoties uacaret à reipublicæ negotijs, semper animo secum agitabat aliquid, quod ad ciuitatis salutem aut dignitatem pertineret. Imitetur Aeneam Vergilianum, quem prudentissimus poeta frequenter, alijs dormientibus, multa per noctem suo cum animo uoluntatem facit, quo rectius suis consuleret. Et Homerum illud omnibus regiæ parietibus, sed magis regum animis inscribi decet,

σχετικού χωρένδειαν διαφορού ανθορει,
αλεστι τιτητράφεται, καὶ τοσα μίμηλε.

Quorum carminum hæc fermè sententia est.

Haud decet hunc solidam noctem indulgere sopori,

Cui populi commissi, & tanta negotia curæ.

Siue ueretur in publico, semper aliquid agat, quod ad rem communē faciat, hoc est, quam non principem agat. At magis decet principem in publicis uersari functionibus, quam abditum agere. Quoties autem prodit, aduigilet, ut ipse uulkus, incessus, & præcipue sermo talis sit, ut populum reddat meliotem, memor, quicquid fecerit aut dixit, ab omnibus obseruari cognoscic. Nec enim probatum est sapientibus uiris Persarum institutum, apud quos domi abditi uitam exigebant. Et hac una via studebant à suis magnifici, quod nunquam conspicerentur, & rarissime sui copiam facerent populo. Quod si quando prodibant, nihil aliud quam fastum barbaricum & opes malo populi immodi tas ostentabant. Reliquum æuum aut lusibus, aut suriosis expeditionibus transigebant, perinde quasi deesset quod pacis temporibus agat egregius princeps, cum tanta semper pateat pulcherrimorum facinorum seges, si modo adsit principe dignus animus.

Et sunt hodieq; nonnulli, qui putent id esse parū regium, quod solum est regibus pulcherrimum, in publicis functionibus uersari. Quemadmodum et episcopi nonnulli, nihil minus suum esse ducunt, quam id quod unum episcopo dignum est, docere populum; ac miro consilio, quod peculiare est episcoporum, id ueluti indignum in alios relegat, quod sordidissimum, id sibi potissimum vindicant. At non puduit Mithridatem, nō minus eruditione quam imperio nobilē regē, suo ore, nullög; interprete populo ius reddere, quod ut faceret, uiginti duas linguis ad plenum legitur perdidicisse. Nec Philippus Macedonius rex parum decorum regi iudicauit, quod cotidie cognoscendis causis sederet. Nec Alexander magnus, huius filius, quamquam alias ad infaniam usq; ambitiosus, cui morem hunc fuisse proditum est, ut altera aure manu obturata cognosceret, dicens sese alteram illam integrā seruare diuersæ parti. Verum quo magis ab hisce rebus abhorreat nonnulli, peruersa educatio principiū in causa est. Etenim iuxta uetus prouerbium, quam quisq; nouit artem, in hac se libenter exercet, refugiēs ab ihs, in quibus intelligit se parum valere. Qui fiat igitur, ut qui inter assentatores & mulierculas primum prauis opinionibus, deinde uoluptatibus corruptus, primos illos annos in alea, choreis, & uenatu cōsum piserit, postea gaudeat in his uersari functionibus, quarum usus diligentissimam requirebat meditationem. Homerus negat principi tantum esse ochj, ut totam noctē edoret, & isti nihil aliud student, nisi ut nouis subinde uoluptatibus totius uitæ tedium fallant, perinde quasi nihil omnino sit quod agant principes. Bono patrifamilias nunquam deest quod curet in una domo, & principi deest quod agat in tam uasta ditione?

Bonis legibus occurrentum est malis moribus, corrigenda leges depravatae, tollenda malæ, prospiciendi magistratus integri, puniendi aut cohibendi corrupti. Exquirēdæ rationes, quibus tenuem plebeculam quam minimum grauet, quibus ditionē suā latroci hijs ac maleficijs liberet, idq; quam potest minimo sanguine, quibus suorū perpetuā coti

cordiam alat ac stabiliat. Sunt his minutiora quædam, sed non indigna quamvis magno principe, iustare ciuitates, sed hoc animo, ut omnia reddat meliora: quæ parvula sunt, cōmuniat, publicis ædificijs ornet, itē pōtibus, porticib. tēplis, ripis, aquāducib. loca pestilentia obnoxia purget, uel mutatis ædificijs, uel desiccatis paludib. Amnes incōmodo fluentes, alio deriuet. Mare pro commoditate publica uel admittat uel arceat. Neglectos agros colendos curet, quo magis suppetat annonæ uis, parum utiliter cultos aliter colli iubeat, ueluti ne illic uineta sint, ubi uinum cultura indignum prouenit, & frumenta gigni possunt. Huius generis sex milia sunt, quæ curare principi sit pulcherrimum, bono principi etiam lucundum, ut nihil unquam sit opus, uel oī rādio bellum querere, uel a lea fallere noctem. In his quæ ad rem publicam pertinent, conuenit principem esse non luxuriosum aut profusum, sed splendoris, uelut in publicis ædificijs, aut ludis, in excipiendis legationibus, si quæ populi causam agant. In his quæ priuatim ad illum pertinet erit frugalior & contractior, partim ne publico sumptu sibi uiuere videatur, partim ne cœues suos luxuriem doceat, multorum malorum parentem.

Video ueterum permultos in hoc errore fuisse, & utinam hodie nullos idem habeat error, ut huc omnes conatus suos intenderent, non ut meliorem redderent suā ditionem, sed ut maiorem: quibus illud sæpenumero uidemus evenisse, ut dum propagando studer imperio, etiam id perderet quod possederant. Non ab tantopere laudata est illa Theos pompi uox, qui negauit sua referre quām ingens relinqueret liberis suis imperium, modo melius ac stabilius. Et laconicum illud proverbiū dignum mihi uidetur, quod omnium principum insignibus ascribatur, *πάρτες ἐλαχθε, τάντην κόσμος*, hoc est Spartam sortitus es, hanc orna. Hoc sibi penitus persuasum habeat bonus princeps, nihil à se geri posse magnificētius, & si quicquid est hoc regni, quod sors dederit, florētius reddat, Epaminondas ac modis omnibus ornatus. Laudatus est à docissimis uiris Epaminondar ducis animus, cui cum per inuidiam magistratus esset delegatus, humilis ac uulgo contemptus, ita gesit, ut deinceps inter honestissimos habitus à maximis uiris ambiretur, negas magistratus Quo pacto re dignitatem adferre uito, sed uirum magistratus. Id cōsequetur, si quemadmodum gnum floren, ex parte demōstrauimus, eas res curet maxime, per quas res publica stabilitur & illustratur: eas rursus excludat, & arceat, quæ reipublicæ statum reddūt deteriorem. Aduiuatur enim maxime boni principis exemplo, sapientia, uigilantia, magistratum & officiorum integritate, sacerdotum sanctimonia, iudiciorum delectu, & equis legibus, & ad uitutem conducentibus studijs. In his igitur augendis & confirmandis sit omnis boni principis cura. Læditur autem diuersis, quæ facilius excludentur à republica, si stirpes ipsas a fontes conabimur tollere primum, unde hæc nasci deprehendimus. In huiusmodi rebus sollicitum & ingeniosum esse, Christiani principis est philosophia. In hæc salubriter conspirare, in hæc sua simul conferre consilia, id demum Christianis dignum principibus.

Quemadmodum corpora cœlestia, si uel paululum tumultuentur, aut rectio cursu diuariet, non sine graui humanarum pernicie id faciunt, id quod palam uidemus in defectibus solis ac lunæ. Ita summi principes, si quid aberrat ab honesto, aut si quid ambitione, ira, stultitia ue peccent, id protinus ingenti totius orbis malo faciunt. Nec enim illa unaquam eclipsis sic afflixit hominum genus, ut Iulij pontificis, & Lodouici Galliarum regis dissidium, quod nuper & uidimus & fleuimus.

DE B E L L O S V S C I P I E N D O



V M nusquam oporteat principē præcipiti esse consilio, tum haud alibi contantior erit aut circumspectior, quam in suscipiendo bello, quod alijs ex rebus alia nascantur incommoda, ex bello semel omnium bonarum rerum naufragium oriatur, omnium malarum rerum pelagus exundet. deinde quod non aliud malum hæreat tenacius. Bellum è bello seritur, è minimo maximum, ex unico geminum, ex ludicro serium & cruentum nascitur: & alibi nata belli pestis in proximos etiam, immo in procul etiam diffitos propagatur.

Bonus princeps nunquam omnino bellum suscipiet, nisi cum tentatis omnibus, nulla fatione uitari potuit. Hoc animo si fuerimus, uix unquam existet inter ullos bellum. Denique si uitari non potest res tam pestilens, tum proxima cura fuerit principis, ut quām minimo suorum malo, quām minimo Christiani sanguinis impendio geratur, & quām posse

testocissime finiatur. Primum illud expendat princeps uere Christianus; quācum interficit inter hominem paci ac benevolentia et natum animal; & inter feras ac bellas prædationi; bellorum natas: ad hæc quantum interficit inter hominem, & hominem Christianum. Deinde contempletur, quām expetēda, quām honesta, quām salutifera res sit pax. E dū uero, quām calamitosā simul & scelerata res bellum, quantumq; malorum omnium argumentum secum trahat, etiam si iustissimum sit, si quod omnino bellum iustum uocari debet: postremo sepositis affectibus, uel tantisper rationem in consilii adhibeat, dum uere supputarit, quāti costaturum sit bellum, & num id quod bello deniq; petitur, tanti sit, etiam si certa sit uictoria, quā non semper optimæ causæ fauere solet. Expende curas, sumptus, pericula, molestum & longum apparatum. Accersenda barbarica fex sceleratissimorum hominum, & dum princeps erga principes animosior uideri uis, etiam data pecunia blandiendum ac seruendum militi mercenario, quo quidem hominum generē non est aliud uel abiecius, uel execrabilis. Nihil bono principi chartius, quām ut suos habeat quām optimos. At quā maior aut præsentior morum pernicies, quām bellum? Nihil Principi magis in uoris, quām ut suos incolumes, ac rebus omnibus florētis uideat. At dum bellare discit, iuuentutem tot periculis obijcere cogitur, & una sāpe hora tot orphanos, tot uīduas, tot orbos senes, tot mendicos, tot infelices reddit.

Nimio constabit orbi principum sapientia, si quām tetra res sit bellum, pergent experientia dicere, ut senex aliquando dicat, non credebam bellum esse rem adeo pestilens. Sed o deum immortalem, quām innumeris totius mundi malis istam didicisti sententiam. Intelliget aliquando inutile fuisse, regni propagasse fines: & quod initio lucrum uidebatur, summum fuisse detrimentum, sed interim tothominum milia uel extincta sunt, uel afflita. Hæc è libris potius discenda sunt, è commemoratione sentorum, è finitimorum periculis. Tot iam annos ille aut ille princeps pro tali ditione digladiatur: quanto plus incommodi fuit illi: quām commodi? Eiusmodi res instituet bonus princeps, quāe perpetuo placeant. Quāe affectu sumuntur, tantisper probantur, doneceo tenemur affectu: at quāe iudicio suscipiuntur, & iuueni placuerunt, eadem placebunt & seni. Verum id nusquam magis obseruandum, quām in suscipiendo bello.

Plato seditionem uocat, non bellum, quoties Græcum Græcis belligerarentur: idq; si quando incidisset, modetissime iubet geri. Quo nam igitur nomine uocandum censemus, quoties Christiani cum Christianis digladiantur, tot vinculis inter se connexi? Quid cum id ob titulum, nescio quem, ob priuatum odium, ob stultam aut iuvenilem ambitionem & crudelissime geritur, & in multos prorogatur annos?

Bellum inter
Christianos
non bellum,
sed sedatio est

Sic principes quidam imponunt sibi: est omnino bellum aliquod iustum, & mihi causa iusta est suscipiendi. Primum an omnino iustum sit bellum, in medio relinquemus, cui non uidetur sua causa iusta: Et inter tantas rerum humanarum mutationes ac uicissitudines, inter tot pacta foederaq; nunc irita, nunc rescissa, cui possit deesse titulus, si qualiscunque titulus satis est ad mouendum bellum? At pontificæ leges non improbant omnib; bellū. Et Augustinus alicubi probat. Laudat & diuus Bernardus milites quosdam. At Christus ipse, at Petrus, at Paulus ubiq; diuersa docent. Cur horum autoritas minus apud nos ualeat q; Augustini aut Bernardi? Augustinus uno aut altero in loco bellū non improbabilitat: at tota Christi philosophia dedocet bellum. Apostoli nusquam non improbant: atq; illi ipsi sancti doctores, à quibus uolunt uno aut altero loco probatum bellum; quot locis idem improbant ac detestantur? Cur his omnibus dissimulatis captamus quod alat nostra uitia? Postremo si quis rem excutiat diligentius, is reperiēt à nemine probatum hoc bellorum genū, quo nunc uulgo conflictantur.

Christus &
Apostoli bel-
lum ubiq; de/
testantur

Quādam artes ob hoc reiectæ sunt à legibus, quod nūm affines essent imposturæ, & plerūq; dolo tractarentur, uelut Astrologia & Alchimista, quam uocant, etiam si fieri potest, ut aliquis hisce rebus recte utatur. Id longe iustius fiet in bellis, quorum etiam si possit aliquod esse iustum, tamen ut nunc sunt res mortalium, hanc scio an ullum eiulsum di reperiēre liceat, hoc est, cuius autor non sit ambitio, aut ira aut ferocitas, aut libido, aut auaritia. Se penumero fit: ut proceres profusiores quam pro re familiari, data opera, bellum suscident, quo suotū etiam expilationibus rem augeant domi. Fit aliquoties: ut principes inter se colludant, & fictis titulis rem gerant, quo magis attenuent populi uires, &

publicis malis parteis suas stabiliant. Quapropter bonus & Christianus princeps omne bellum quantumvis iustum, suspectum habere debet.

At inculcant non esse ius deferendum. Primum istud ius magna ex parte ad priuatum principis negocium pertinet, si quid illi accreuit ex affinitate. Ut iniquum sit hoc tam imensis populi malis persecuti, & dum nescio quam ditionis accessionem persequeris regnum uniuersum expilare, & in extremum discrimen adducere. Offendit princeps principem in re levicula, eatq; priuata, nempe in affinitate aut alia simili, quid hoc ad uniuersum populum? Omnia bonus princeps publicis metitur communitatibus, alioquin ne princeps quidem fuerit. Non idem est ius in homines & in pecudes. Bona pars imperij, consensus est populi, ea res primo reges peperit. Quod si quod dissidium ortum fuerit inter principes, cur non potius ad arbitrios itur? Sunt tot episcopi, tot abbates & eruditii viri, tot graues magistratus, quorum sententia rem confici decebat potius, quam tot stragibus, tot expilationibus, tot orbis calamitatibus.

Primum suspectum esse debet Christiano principi suum ius, deinde si maxime costet, expendere oportet, an tantis totius orbis malis sit vindicandum. Qui sapient, malunt alii quoties rem perdere quam persecuti, quod hic perspiciant minus esse dispensari. Malleo (opinor) Cæsar concedere de iure suo, quam monarchiam illam ueterem persecuti, & ius **Contra bellū** illud quod illi deferunt iureconsultorum literæ. At quid erit tutum (inquit) sine **remedia** mo ius suū persecutatur? Persequatur sanè, si id expediat reipublicæ, modo ne nimio constet ciuibus ius principis. At nunc quid usquam tutum est, dum suum quisq; ius tam ad viuum persequitur? Videmus bella ex bellis nasci, bella bellis succedere, nec ullum ius mukuandi modum aut finem. Satis igitur constat hisce rationibus nihil agi. Proinde diversa tentanda remedia. Ne inter amiculos quidem constabit necessitudo, nisi alter alteri nonnunquam concesserit. Maritus sāpe quedam condonat uxori, ne scindat concordiam. Bellum quid gignat nisi bellum? At ciuitas ciuitatem inuitat, æquitas æquitas. Mouebit & hoc principem pium & clementem, quod perspiciat ex tam imensis malis, quæ bellum omne secum inuehit, maximam partem ad eos redire, ad quos bellum nihil attinet, quiq; his calamitatibus sunt indignissimi.

Posteaquam princeps uniuersorum malorum subductis calculis summam collegerit (si tamen unquam colligi possit) tum ita secum cogitet, unus ego tot malorum autor færo. Tantum humani sanguinis, tot uiduae, tot lucru funestæ domus, tot orbi fenes, tot indigne egentes, tanta morum, legum, ac pietatis perniciës mihi uni imputabitur: hæc mihi luenda Christo. Non potest princeps ulcisci hostem, nisi prius hostilia fecerit in suos. Expilandus populus, accipiendus miles, non sine causa **Maroni** dictus impius. Excludendi ciues ab hisce regionibus, quibus antea suo bono fruebantur. Includendi ciues, ut includas hostem. Et sāpenumero fit, ut atrociora committamus in nostros, quam in hostem. Ut difficilius ita pulchrius est, extruere præclaram ciuitatem, quam demoliri. Videmus autem ab idiotis & priuatis condì florētissimas urbes, quas principum iræ demoliuntur. Et sāpenumero maiore negotio & impensa demolimur oppidum, quam aliud nouum condì poterat. ac bellum tanto sumptu, tanto dispendio, tāto studio curāg molimur, ut decima earum rerum portione pax constare potuerit.

Eam gloriam semper affectet bonus princeps, quæ sit incura, & cum nullius consuncta malo. In bello ut optime res eueniat, tamen alterius partis felicitas, alterius est perniciës. Sāpenumero flet & uictor nimio emptam uictoriā.

Si non mouet nos pietas, si non orbis calamitas, certe moueat honos Christiani nominis. Quid censemus loqui de nobis Turcas & Saracenos, cum uideant tot iam seculis a deo nihil cōuenire in ulla principes Christianos? Nullis fœderibus coherere pacem? Fundendi sanguinis nullum esse modum: & minus esse tumultus inter ethnicos, quam inter eos qui ex Christi doctrina summam profiteantur. concordiam?

Quam fugax, quam breuis, quam fragilis est hominum uita, & quot obnoxia calamitatibus, quippe quam tot morbi, tot casus impetrunt assidue, ruinæ, naufragia, terramoto, fulmina! Nihil igitur opus bellis accersere mala, & tamen hinc plus malorum quam **Officium con-** ex omnibus illis. Concionatorum partes erant, dissidiorum affectus ex animis uincitorum, qui penitus reuellere. Nunc ferè Gallum odit Anglus, Anglum Gallus, non ob aliud, nisi quod

quod Anglus est. Britannum odit Scotus, rancum quia Scotus est, Germani Italus, Elue
tiū Sueus, atq; item de ceteris, regio regioni inuisa, ciuitas ciuitati. Cur hæc stultissima
nomina magis nos distrahunt, quam cōglutinat omnibus cōmune Christi uocabulum?

Vt donemus aliquod bellum esse iustum, tamen quoniam uidemus in hanc pestem in
sanire mortales omnes, sacerdotum prudentiæ suit, in diuersam partem auocare plebis
ac principum animos. Nunc uidemus hos nonnunquam esse belli faces. Non pudet epi/
scopos uersari in castris, illuc crux, illuc Christi corpus, & cum re plusquam Tartarea mi/
scent cœlestia sacramenta, & in tam cruento dissidio adhibent summæ charitatis symbo/
la. Quodq; magis est absurdum, in utrisq; castris adest Christus, uelut ipse secū pugnans.
Non sat erat inter Christianos tolerari bellum, nisi summus etiam haberetur hōnos.

Si non tota undiq; Christi doctrina cum bello pugnat, si unū proferre possint illi, bellū
nomine commendatum, bellemus Christiani. Permissum erat Hebraeis bello conflictari,
sed consulto deo. At nostrum oraculum, quod assidue nobis in Euāgelicis literis resonat,
à bello deterret, & tamen belligeramus insanius quam illi. Daud alij virtutibus deo fuit
gratissimus, & tamen uetus ab hoc sibi condī templum non ob aliud, nisi quod sanguina
rius, hoc est, bellator esset. Solomonem pacificum in hoc delegit. Si hæc acta sunt inter Ju
dæos, quid de nobis fiet Christianis? Illi Solomonis umbram habebant, nos uerum So
lomonem, pacificum illum Christum omnia conciliantem, quæ in cœlis sunt, & quæ in

terra. Ego nec in Turcas bellum temere suscipiendum esse censeo, primum illud Bellum in
Turcas.

meum reputans, Christi ditionem longe diuersa uia natam, propagatam, & constabilis
tam. Nec fortasse cōuenit alij rationibus vindicari, quam quibus orta propagataq; est.
Et uidemus huiusmodi bellorum prætextibus iam toties expilatā plebem Christianam,
nec aliud quicquam actum. Jam si fidei negotium agitur, ea martyrum tolerantia, non mi
litum copijs aucta illustrataq; est: si de imperio, de opibus, de possessionibus pugna est,
etiam atq; etiam uidēdum est nobis, ne res ea parum sapiat Christianismū. Quin ut nunc
sunt ferē, per quos huiusmodi bella geruntur, cūtius fiat, ut nos degeneremus in Turcas,
quam illi per nos reddātur Christiani. Primum hoc agamus ut ipsi simus germane Chri
stiani, deinde si uisum erit, Turcas adoriamur.

Verum de bellū malis aliās plura conscripsimus, quæ non est huius loci repetere. Tan
tum illud hortabor príncipes Christiani nominis, ut omis̄sī sc̄iūs titulūs & fucatis præte
xtibus, serio totoq; pectore hoc agant, ut tā diutina tamq; fœda bellandi rabies inter Chri
stianos finiatur, & inter eos quos tot copulant pignora, pax & concordia coeat. In hoc in
genium explicit suum, in hoc uires expediant, in hoc consilia conferant, in hoc neruos
omnes intendant. Qui magni uideri student, sic se magnos probent. Id si quis præstite
rit, is rem longe splendidiorem confecerit, quam si totam Africā armis subegerit. Nec
admodum difficile factu fuerit, si suæ quisq; causæ blandiri desinat, si sepositis affectibus
priuat, rei communis negotium agamus, si Christus nobis sit in consilio non mundus.
Nunc dum suūm quisq; negotium agit, dum pontifices & episcopi de ditione & opibus
anxii sunt, dum príncipes ambitione aut ira feruntur præcipites, dum his obsequuntur
sui compendij gratia omnes, in has nimirūm rerum procellas incurrimus stultitiae duclu.
Quod si communī consilio, commune negotium ageremus, etiam ea quæ cuiq; priuata
sunt, magis florarent. Nunc & hoc perit, pro quo solo digladiamur.

Neq; mihi dubium est príncipum illustrissime, quin hoc sis animo: sic natus es, sic ab
optimis & integerimis uiris institutus. Quod super est, precor, ut Christus optimus ḡa/
ximus tuos egregios conatus bene fortunare perget. Dedit ille incruentum imperium:
Idem uelit semper esse incruentum. Ille princeps pacis dicit gaudet: Faxit idem, ut tua bo
nitate tuaq; sapiētia tandem ab insanissimis bellis liceat feriari. Pacem nobis
commendabit, etiā præteritorum malorum recordatio, & tui
beneficij gratiam, superiorum temporum cala/
mitates conduplicabunt.

ISOCRATES AD NI.

COCLEM REGEM DE INSTITUTIONE PRINCIPIS,
Des. Erasmo Roterodamo interprete.

*Que regibus
donanda*



*Adulatio re/
gum pestis*

A E T E R I quidē Nicocles, qui regibus soliti sunt adducere uel uestes, uel æs, uel aurum factum, uel aliud eiusmodi rerum quipiam, quarum ut ipsos habet inopia, ita uobis exuberat copia, mihi planè uidentur manifestam exercere negociationem, non dare munus, ea democ̄ longe callidius uendere, quām illi qui quaestum huiusmodi profitentur. Ego uero munus hoc pulcherrimum simul & utilissimum fore iudicarim, quodq̄ maxime deceat tum me donare, tum te accipere, si tibi rationem queam praescribere, quibus rebus extensis, rursus quibus fugiendis, optime ciuitatem pariter & regnum administrare possis. Nam cum alia permulta sunt, quae priuatos homines reddant emendatores, tum in primis illa, primum quod non affluent delicijs, sed pro cotidiano uictu soliciti esse cogantur: deinde leges quarum praescripto omnes illi gubernantur. præterea autem admonendi libertas, quodq̄ liceat & amicis inuicem increpare, & inimicis insectari mutuo, si quid peccatum fuerit. Adhac poetæ quoq̄ nonnulli prisci, uiuendi præcepta literis prodiderunt, ut consentaneum sit his omnibus rebus eos reddi meliores. At regibus nihil harum rerum suppetit. Imo quos magis quām cæteros oportebat admoneri, posteaquam imperium adepti sunt, ij semper admonitore carēt, propterea quod & mortalium pleriq̄ non aduent ad illos, & qui cum illis habent consuetudinem ad gratiam confabulantur. Si quidem nati & opum plurimarum possessionem, & rerum maximarū administrationem, dum his occasionibus haud recte utuntur, effecerunt, ut complures ambigant utra uira magis sit eligenda, eorum ne qui priuatam quidem, sed placidam & humanam agunt uitam, an regum. Nam quoties ad honores, ad opes, ad potentiam illorum respexerint, dijs Incommoda pares existimant, quicunq̄ regno potiuntur. Rursus ubi secum perp̄ederint metus & per regni rīcula, singulisc̄ consyderatis deprehēderint alios extinctos ab ijs, à quibus minime conueniebat, alios in familiarissimos maximeq̄ domesticos peccare compulsos, nonnullos esse quibus horū utrūq̄ euenerit: tum contra satius esse iudicant, quodcunq̄ uitæ genus amplecti, quām cum eiusmodi malis uel uniuersæ Aſiae imperium tenere. Porro cōmutationes huiusmodi fortunæ rerūq̄ tumultus hinc proficiscitur, quod uti sacerdotiū, ita regnum quoq̄ cuiuslibet hominis esse credit, cum res sit una rerū omnium humanarū maxima, quæq̄ summā defyderet prudentiam. Itaq̄ cōsulere quibus rationib⁹ possis in sin principis gulis negotijs recte administrandis officio fungi, ut & bona conserues, & mala euites, eorum munus est, qui tecum perpetuam habent consuetudinem. In genere uero, & quæ uitæ studia spectare conueniat, & in quibus exerceri, ipse conabor explicare. Iam quidē amunus hoc cū absolutum fuerit, argumento suo respondeat, haud facile fuerit statim initio cognoscere, propterea quod permulta tū carmine tū prosa oratione conscripta, donec adhuc in cogitatione & animo componentiū uersarentur, magnā sui præbuerūt expectationem. Cæterū eadem absoluta iam & alijs ostensa, opinionē multo spe inferiorem consecuta sunt. Quanquam hic sanè conatus laudi dandus fuerit, si quæ ab alijs omissa sunt peruestigemus, & imperij gerendi rationem praescribamus. Si quidē hi qui priuatos insti tuunt, ipsis tantū prosunt. Verum si quis eos qui multitudini imperant, ad uirtutē adhortetur, hīc nimirū utrīsc̄ profuerit, tum ijs qui gerunt imperiū, tum ijs qui parent imperio, dū pariter & his regnū stabilius, & illis gubernationē mitiorē reddit. Primū munus. Etenim si caput & totius negotijs uim recte constituerimus, huc respicientes melius de cæteris quoq̄ partibus disseremus. Iam illud nemo inficias ibit opinor, regum esse parteis, ut reip. malis finem imponant, & felicitatē tueantur, & ex pusilla magnā reddant, quando quidem & cætera, quæ in cotidianis incident negotijs, horū gratia sunt agenda. Quin illud quoq̄ in confessō est, quod qui hæc præstare ualeant, dec̄ hisce rebus sint consulturi, nō oporteat esse socordes, sed huc enīti, ut cæteris antecellant prudētia. Demonstratum est enim eiusmodi illos habituros imperiū, cuiusmodi rationib⁹, ipsis præpararint animū suum.

Proinde

Proinde nullis athletis sic cōuenit exercere corpus, ut regibus animum. Siquidē quae uel in omnibus ludis publicis proponuntur præmia, nulla parte conferri possunt cū his quæ uobis quotidie sunt proposita. Hæc itaq; reputan̄em admīti decet, ut quātum cæteros antecellas honoribus, tantudem & uirtutibus eos præcedas. Neque uero putes in reliquis quidem rebus curam ac diligentiam conducere, id autem ut meliores reddamur, nihil habere momenti. Nec tantæ infelicitatis condemnes mortaleis, ut artes excogitauerimus, quibus ferarum ingenii cūcuremus, mitiusq; ac melius reddamus, nobisip̄s ad uirtutem parandā nihil prodesse queamus: sed contrà magis ita sentiens, institutionem simul & curam animum adiutare posse, & eorum qui tecum uiuunt prudentissimis temet adiunge, & alios quoſcumq; uales accerse. Nec ullius poetæ celebris aut sophistæ, puta te rudē esse oportere, sed illorum quidem auscultatorem te præbe, horum uero discipulum. Ita temet ipsum compares, ut & inferiorum sis iudex, & superiorum æmulus. Nam id genus exercitamentis celerrime talis euades, quales statuimus esse debere eos qui recte gesturi sint imperium, quiq; rempublicam, sicut oportet, sint gubernaturi. In primis autem ipse temet ipsum in consilium adhibeto, siquidem absurdum existimas detersores imperare præstantioribus, & stultiores præire prouidentioribus. Nam quo uehementius cæterorum argumentiam contempseris, hoc diligentius tuam ipsius mentem excoles. Ergo hinc quidem incipiāt oportet, qui munus aliquod cum laude gesturi sint. Super hæc autem & ciuium & ciuitatis amantem oportet esse Principem. Neque enim equis, neq; canib; neque uiris, neque ulli denique rei quisquam recte possit imperare, nisi gaudeat ac deleclatur ijs quoru; curam agere debet. Curæ sit tibi multitudo, & illud super omnia species, ut ita imperes, ut gratus & charus sis tuis, haud ignorans & inter oligarchias, id est respub. in quibus penes paucos est rerū potestas, ut inter alias respub. eas maxime diuturnas esse, in quibus maxime habetur ratio multitudinis. Porrò hanc ita recte moderaberis, si nec sines, ut quis faciat iniuriam alicui, nec patieris iniuria affici quenq;, uerum illud agas, ut optimis quidem honores tribuantur & præmia, cæteri uero nulla in re per iniuriā lædantur. nam hæc prima maximaq; recte administrandæ respub. sunt elementa. Si quæ leges erunt aut cōsuetudines ciuitatis parum rectæ, eas tolle ac muta. Atq; in primis da operam, ut eas q; optimas excogites. Quod minus poteris, quæ apud alios bene constituta sunt, imitare. In uniuersum leges conquire, quæ & iustæ sint, & respub. conductibiles, & inter se se consenserint. Deinde quæ & lites quam paucissimas pariant, & exortas quam potest oxyssime finiant. Siquidem has res omneis habeant oportet bene conditæ leges. Fac ut earum observatione lucro sit ciuib; forensis autem tractatio damnosa, quo nimirū hanc fugiāt, ad illam sint promptiores. In controversijs ciuium inter se dissidentiū, ita iudicis officio fungere, ut nec ad gratiam alicuius, nec secum pugnantes feras sententias, uerum semper de causis ijsdem, eadem item pronuncies. Nam & decet pariter & expedit, ut leges bene conditas, ita regum quoq; de iure sententiam certam & immutabilem esse. Ciuitate tanquam paternam domum gubernato, in apparatu quidem splendidus ac regalis, cæterum in munis obeundis accuratus ac diligens, quo pariter & laudem consequaris, & facultates suppeditent. Magnificentia ostentes, non in ullis hisce sumptibus, qui protinus euanescent, sed cum in his quæ iam ante diximus: tum in possessionū pulchritudine, & in amicos beneficentia, propterea quod huiusmodi sumptus, non solum tibi manent, uerum etiā postea tuis utilitatem relinquent ijs quæ insumpsiisti potiorem. In his quæ ad deorum cultum pertinet ita facito, quemadmodū est à maioribus præscriptū. Existimes autem nullum sacrificium pulchrius, nullum esse cultum maiorem, q; si te ipsum virum optimum iustissimum q; præstiteris. Siquidē sperandū est homines eiusmodi citius à diis boni quippiam impetraturos, quam istos qui multas maſtant uictimas. Primos honores tribue coniunctissimis, uerissimis, amicissimis. Eam putato tutissimam corporis tui custodiā, si & amicos habueris uirtute præditos, & ciues tibi bene uolentes. & si ipse prudētia polleas, nam hisce potissimum rebus, & parare & tueri regnum possis. Privatorum domos curato, existimans & eos qui sua profundunt de tuo dependere, & qui industria rem augment tuis addere facultatibus. Quicquid enim possidet qui ciuitatē incolunt, id propriū est bene fungentiū principatu. Adeo per oēm uitā appareas obseruās et amās ueri, ut tuis dicitis citius habeat fides, q; cæterorū iurijurando. Cunctis quidē hospitib; tutam præbeto ciuitatem,

Que res habi
le faciant im
perium

De iudicis

Quibus maxi
me sit haben
dus bonos

& in contractibus legum obseruantem, cæterum ex his qui in eam perueniunt plurimi facito, non eos qui tibi munera adducunt, sed qui abs te cupiunt accipere. Etenim si hos in precio habueris, plus laudis apud cæteros consequeris. Adimoto metum ciuibus, neque uelis admodum formidabilis esse ihs qui nihil peccant. Nam utcunq; reddideris alios affectos in te, ita & tu in illos eris affectus. Ne quid omnino feceris per iracundiam. uidearis id facere, quoties ita postulabit tempus. Hactenus seuerus appareas, ut nihil te lateat eorum quæ fiunt, mitis autem, ut poenæ irroges cõmisissimæ minores. Ita Principis dignitatè ostendere studeas, non sauitia & atrociter puniendo: sed hoc agens, ut omnes ingenio tuo superentur, & te rectius quam ipsi possint suæ saluti consulere putent. Esto bellicosus rei militaris scientia, ac bellii apparatu, pacificus autem nihil præter ius & æquum usurpando. Sic cum inferioribus ciuitatibus commercium agito, ut superiores tecum agere uelles. Cesta non de rebus quibuslibet, sed de his duntaxat, quæ tibi si uiceq; emolumenū sint allaturæ. Viles & ignauos existimato, non quæ suo bono superantur, sed eos qui suo malo superant. Magnanimos existima, non eos qui maiora complectuntur, quam tueri queant: uerum qui moderata quidem concupiscunt, sed quod conantur possunt efficere. Felices & imitandos puta, non hos qui imperium parauerunt amplissimum, sed eos qui quod contingit, q; optime gesserunt. Existima te perfectam felicitatem assesciturū, non si cunctis mortalibus cum terrore periculoc; imperes, uerum si te ipsum tam præbueris uirtutem qualem oportet: atq; ita agens, ut res præsentes postulant, moderata concupisca, nec horum quæ quam tibi desit. Amicos facito, non quoslibet id ambientes, sed qui tua digni sint iudeoles: nec eos cum quibus iucundissime sis uicturus, sed quibus adiutatibus quam optimè rem publicam gubernaturus. Diligentissimus esto in explorandis ihs quos in familiaritate alegis tuam, memor futurum, ut omnes qui tecum non habent consuetudinem, te similem arbitrentur ihs quorum uteris familiaritate. Negocijs quæ per te non geruntur viros eius modi præfice tanq; omnium quæ illi cõmiserint culpa tibi sit imputanda. Fidos existima, pis amici nō qui quicquid dixeris feceris ue laudant, sed qui errantem increpant. Permitte prudenter libere loquendi facultatem, ut si quid exriterit de quo ambigas, habeas cum quibus rem expendere possis. Qui tibi arte adulantur, discerne ab ihs, qui te cum benevolentia colunt, ne porior sit malorū & bonorum conditio. Ausculta quæ loquuntur, aliis uicissim de alio, dans operam ut noris & qui sint qui loquunt, & de quibus loquantur. Paripoena afficio, & qui mendacio calumniantur aliquē, & qui facinus admitunt. Tibi ipsi non minus atque alijs imperato, idq; maxime rege dignum esse ducito, si nulli seruieris uoluptati, sed cupiditatibus tuis magis quam ciuibus domineris. Nullam uitæ consuetudinem temere neque citra delectū admittas, sed huiusmodi exercitijs consuesce delectari, è quibus tum ipse profecturus sis, tum alijs melior esse uidearis. Ne quid his rebus efferrari, quæ & mali præstare possint, sed uirtutis nomine tibi placeas, in qua nihil tibi cõmune sit cum improbis. Honores uerissimos puta, non qui metu deferuntur in propatulo, sed quoties ipsi apud se esse animum tuum magis quam fortunam suspiciunt. Si qua re parum honesta te contingit delectari, fac clām id facias. Quoties autem in maximis uersaberis negotijs, tum populum testem admittit. Ne postules ut cæteri quidem composite uiuāt, reges autem in composite. Quin magis tuam temperantiam alijs exemplum facito, gnarus totius ciuitatis mores. Principis imitari uitam. Hoc argumēto cognoscet te recte imperare, si eos quibus imperas uideris tua cura reddi, simul & opulentiores & temperantiores. Magis enitere ut honesta famam liberis tuis relinquas, q; ingentes opes. Quippe mortales sunt haec illa immortalis: & per famam pecunia parari potest, fama uero numis emi non potest. Ad hæc pecunia contingit & malis, famam nemo parare potest, nisi qui uirtute cæteris antecellat. In uestimentis & corporis ornamenti delicias ostende, in cæteris autem uitæ munis temperans esto, sicuti regem decet: ut & qui te conspicunt, ex apparatus aspectu dignum imperio iudicent, & qui tecum uiuunt, admirantes animi uim, eandem quam illi dete habeant opinionem. Considera semper quid uel dicas uel facias, ut in errata q; minima incidas. Potissimum quidem est ipsum rerum punctum attingere: cæterū quoniam id per difficile cognitu, malis citra illud subsistere quam præterire. Magis enim ad mediocritatem facit, quod diminutū est, quam quod redūdat. Simul & urbanus esse stude, & gratis. Propterea quod hoc quidē regem decet, illud aut ad uitæ consuetudinē est accommodū: quoniam id det

Ad est omnium difficillimum. Reperies enim plerumque fieri, ut qui graues uideri affectant, frigidi sint, & rursum qui student urbanii esse, humiles uideantur & abieci. Proinde utrincipque his rebus sic utendum est, ut quod mali utriusque adiunctum est, evites. Quicquid eorum que regem scire conuenit, uoles cognoscere, id partim usum, partim philosophia consequere. Nam philosophiae studium uiam ac rationem ostendet tibi, negotiorum autem exercitatio praestabit, ut in oboeundis rebus possis uersari. Obserua & quid faciant priuati, quid reges, & quis uniuscuiusque rei euentus. Nam si praeteritorum memor eris, rectius de futuris staves. Absurdum esse puta, inter priuatos esse qui mortem oppetere non recusent, quo de functionibus laudentur: reges autem non hoc esse animo, ut his in negotijs uersentur, ex quibus uiuentes honestam consequantur opinionem. Imagines tuas ita stude relinquere, ut uirtutis tuae magis quam corporis sint monumenta. Enitere quidem in primis, ut in tutto sit & tua & ciuitatis incolitas. Ceterum si te in discrimen traxerit necessitas, potius apud te sit cum laude morti, quam cum dedecore uiuere. In omnibus factis tuis imperij ratione habe, dicens operam, ne quid indignum iste honore admittas. Ne commiseris, ut totus intreas, uerum quando corpus mortale sortitus es, animam immortalē, immortale animi monumentum studeto relinquere. Curae tibi sit de rebus honestis loqui, ut assuefactus eadem & sentias quae dixeris. Quae tibi consultanti uisa sunt optima, ea re perficito: quorum exemplaris gloriam, horum imiteris & facta. Quae liberis tuis consuleres, ea uelis ipse sequi. Aut ut re quae a nobis dicta sunt, aut quae his meliora. Sapientes existima, non istos qui de rebus minutis exacte contendunt, sed qui de maximis recte differunt: neque hos qui felicitatem pollicentur alijs, cum ipsis multarum inopia rerum urgeantur, sed qui modeste de seipsis uerba facientes, & in rebus gerendis, & cum hominibus uersari possunt, neque uitae com mutatione perturbantur, uerum aduersam iuxta ac secundam fortunam ferre norunt. Neque mirum tibi sit, si in his que dicta sunt a nobis permulta sunt, que te quoque non fugiebant, quandoquidem ne me quidem ea res latebat. Imò sciebam, cum tanta sit priuatorum hominum ac Principum multitudo, nonnullos esse qui haec dixissent, nonnullos qui au- dissent, nonnullos qui alios eadem facientes conspexissent, rursum alios qui nonnulla huius generis exerceant ipsi. At enim in uerbis quae ad uitam instituendam pertinent, non oportet spectare nouitatem, quibus neque nouum aliquid, neque incredibile, neque quod abhorreat ab hominum opinione, licet inuenire: uerum hunc elegantissimum esse iudicato, quisquis eorum quae dispersa sunt in aliorum cogitatione, quam maximam uim coaceruare potuerit, deinceps his quam optime dicere. Nam & illud sciebam, tum poemata, tum oratione libera cōscriptos libros, utilissimos quidem ab omnibus existimari eos qui uiuendi tradūti praecepta, atqui non eosdem audiunt libentissime: atque idem illis accidit in his, quod erga admonentes solet, quos ita laudant omnes, ut tamen nolint illis accedere: praoptat autem cum ipsis qui peccant habere commercium, quam cum ipsis qui a peccando deterrent. Id ita esse Hesiodi, Theognidis & Phocylidis poesis fuerit argumento. Siquidem hos nemo non fatetur, ad mortalium uitam instituendam optimum dedisse consilium. Ceterum haec cum dicant, malunt tamen ea sequi quae ipsorum suadet amentia, quam quae illorum monita. Adde quod etiam si quis est poetis eximiis excerpteret, quas vocant sententias, in quibus illi potissimum elaborarunt, non aliter & erga has essent affecti. Libentius enim audirent abiectionem comediam, quam praecepta tanto artificio cōscripta. Et quid attinet recensendis singulis immorari. In summa si mortalium ingenia considerare uolumus, nisi mirum compierimus maximam horum partem, neque cibis gaudere saluberrimis, neque studijs honestissimis, nec actionibus optimis, nec disciplinis utilissimis, sed modis omnibus cum utilitate pugnantes sequi uoluptates, eosque pro temperatis & industrijs haberi, qui nihil earum rerum agunt, quae ad recte uiuendum requiruntur. Proinde qui possis huiusmodi probari mortalibus, uel admonens uel docens, uel de re quapiam cōducibili uerba faciens, qui si quid dixeris, ut inuident recte sentientibus, ita simplices arbitrantur eos, quibus nihil est ingenij. Porro rerum ueritatem usq; adeo fugiunt, ut ne suā quidē ipsorum res nouerint. Quin magis molestū est de proprijs cogitare, iuctūdū de alienis differere. hoc autem sunt animo, ut malint corpore male affecto esse, quam mente labore hunc capere, ut de re quapiam utili cōsiderēt. Ceterum in mutua qdē uite inter ipsos cōsuetudine deprehēdas eos, aut male dicentes, aut male audiētes. Rursus quoties soli sunt, repies eos non consultātes,

*Iſocraticū est
bonam uolu-
minis partem
procēdijs &
perorationib.
consumere*

sed

sed optantes. Atque hic sane dicta sunt, non aduersus omnes, sed eos quantum taxat, quod ihs diximus uitios sunt obnoxii. Illud igitur perspicuum est, ei qui studeat uel facere quippiam, uel scribere, quod uulgo placeat, non saluberrimos, sed fabulosissimos sermones esse querendos, propterea quod his quidem audiendis delectatur, ceterum cum ipso labores & certamina spectant, molestia afficiuntur. Quas ob res admirandus est Homerus, nec non meri poesis primi illi tragedie repertores, qui perspectiva penitus hominum natura, utraqe formula ad poematis argumentum sunt abusi. Ut enim ille certamina praeliaque semideum expressit, fabulis, ita hinc fabulas ad certamina uitaeque actiones deduxerunt, ut ea non iam audiamus, solum, uerum etiam speciemus. Itaque propositis id genus exemplis ostensum est, ihs qui studerent auditorem delectare, ab admonendo consulendoque abstinendum esse; ceterum eum facienda, tum dicenda quibus perspicerint delectari multititudinem. Atque haec quidem idcirco breviter dixi, quod existimem conuenire, ut tu qui non unusquispiam es e populo, sed populi rex, haudquaquam eandem cum reliqua multitudine de rebus habeas opinionem, neque rerum honestatem, neque hominum benevolentiam uoluptate metiaris, quin magis ex recte factis illos aestimes. Præterea uero quoniā de exercēdo ingenio, diversa est philosophorum sententia, nonnullis ita censentibus, e disputatorijs & ad contentionem parates opinions tis rationibus prudentiores reddi eos qui ad haec animū adiunxerint, alijs rursum e civiliibus & de republica gubernanda præcipientibus, nonnullis ex alijs quibusdam literis id contingere autemantibus, cum illud interim apud omnes in confessō sit, ei qui fuerit recte institutus, ex horum uno quoque colligi consulendi facultatem, nimis oportet omnissimam biguis ad id quod certum ac confessum est accedere, & ad huius rationē illa de quibus dubitetur explorare. Quāquam illud in primis obseruandum ihs qui recte uelint statuere, ut tuis rerum casis in omni negocio, quid locus, quid tempus, quid rei ratio postulet, considerent, quod si impiedendum consilium possint, certe istos qui de gerendis negocij in genere præcipiunt, cū nihil intelligant eorum quae ad rem pertinent, reficiant reprobentque. Si quidem palam est eum qui sibi ipsius nequaquam sit utilis, nec alios prudentes redditur. Porro qui sapiant & cordati sint, quicque plus ceteris perspiciunt, hos magnifico colitoque: memor nullam omnium esse possessionem & que frugiferam, & que regalem, atque eum qui possit recte consulere. Existimes autem futurum per illos, ut imperium tuum amplissimum reddatur, qui quām plurimum adiuuare posint animū tuum. Igitur ego quidem quae noui admonui, atque his munib⁹ te honoro, non quae tu merebaris, sed quae ipse præstare potui. Ceterum illud optato, ut ceteri quoque, quemadmodū in initio diximus, non uulgata ista tibi adducant muna, quae uos pluris emitis à donantibus quām à uendentibus emeritis, sed huiusmodi posterius donaria, quibus si diligenter utaris, idque quotidie nullum intermittens diem, non solum nō cōteres quod in illis solet usu uenire, uerum etiam tum maiora reddes, tum meliora.

ERASMVS ROTERODAMVS

HENRICO GLAREANO SVO S. D.



NTE complures annos, cum Senae ualeudinis confirmandæ gratia, menses aliquot cōmorarer, Alexandrum archiepiscopū titulo diuī Andreæ, felicissimæ indolis adolescentem, apud quem tum diversabar, uirios thematij, quas Græci μελέτας uocant, exercui. Ex his à me neglectis, nescio quo casu, seruatum hoc unum interschedas reperti. Id hanc age ad te mitto, ut si non probas, abiicias quod meretur. Si approbas, nostro exemplo tuos item adolescentes hoc genus argumentis exerceas, atque etiam si uideris, libellum hunc ceteris lucubrationibus meis adjiciendum cures. Bene uale Glareus, Helvetia tua decus.

459

DES ERASMI ROTE

RODAMI IN GENERE CONSO-

LATORIO DECLAMATIO DE MORTE.



V A M acerbum uulnus ex optimi pueri decestu pater acceperis, et *iniquitatem* quidem ex meo ipsius dolore facile coniecloram facio. Quare uehe menter sim inhumatus, si parentem in tam tristis casu lugere uetem, cum alienus ipse non queam non lugere. Impudens autem merito tuus dear, si tuo dolori parem mederi, cum mihi ipsi medico sit opus, siq[ue] patri coner lachrymas abstergere, cum ipse lachrymarum nullum ad hoc modum facere possim. Quanquam enim hoc fortunae telum, pa*Beneficentia* ternum peccus altius ferire debuit, tamen illud tibi praestare solet singularis quædam sapientia, ut omnes casus humanos non solum fortis & infractiones uerum etiam alacri perferas animo. Proinde tibi constes oportet, ut animi dolorem, omnis *propositum* no[n]dum potes abijcere, certe premas ac modereris. Cur autem non etiam abijcas, uidelicet, ut quod ab idiotis impetrat paucorum dierum spaciū, id à sapientissimo uiro impetrat ratio. Nam quæ matricula tam impotenter filii mortem luget, cui dies non ægritudinem leniat primum, deinde penitus etiam adimat? Nusquam animo deiici, sapientis est: at in his casibus quibus omnes ex æquo, maximi paritet ac minimi sumus obnoxii, dolere immoderatius, extremæ uerordine*mihī* uideat esse. Quia enim ignorat, nisi prorsus incogitans, hac se lege natum esse, ut quā docuntq[ue] uocari deus, sit protinus hinc emigrandum? Itaq[ue] qui mortem hominis deploret, quæ o, quid aliud q[ue] se mortalem esse deflet? Aut cur potius mortem deplores quam natuitatem, cum utraq[ue] iuxta secundum naturam sit? Perinde ac si quis gratias agat, quod ad coniuicium sit admissus, queratur autem se se dimitti. Quod si quis uelut è sublimi specula uniuersi mortalium genetris conditionem uitamque contempletur, nō merito delictatus sibi uideatur, si inter tot orbitalis exempla, inter tam densa senum ac iuuenum funera, grauius diseruictur animo, perinde quasi soli nouum aliquod ac magnum malum acciderit, quasi unus tamquam alba, quod aiunt, gallinae filius, extra publicam statui postuleat? Quas ob res sapientissimi legum conditores, uti lucrum aliquem parentum affectibus indulgent, ne uidelicet à quibuslibet ~~etiam~~ illam exigere uideatur, à nonnullis etiam Stoicis damnata, ita eum modicis sanè finibus circumscripserunt. Siue quod intellegent, in id genus casibus, qui cum omnium sunt communes, tum uero non fortunæ iniuria, sed ipso naturæ cursu atque ordine inducuntur, breuem incertorem sufficere uel infirmioribus, utpote natura uulnus quod inflixit, leniente, sensimque cicatricem obducente. Siue quia perpenderint, dolorem non solum inutilem esse ijs quibus impenditur, uerum etiam perniciosem ijs a quibus sumitur, grauem ac molestum amicis ac familiaribus, uitæque socijs. Iam uero si quis rem recta reputet uia, an non dementia species esse uidetur, ultro malum malo addere, & cum fati iacturam nulla ratione sarcire possis, tamen ultro tibi perniciem accersere? Perinde ut si quis ab hoste nonnulla facultatum parte spoliatus, quicquid reliquum est, id offende iratus in mare dejectat, adq[ue] eum modum fortunam suam deplorare se se predicit. Quod si nos parum mouet Mimus ille nobilis, & quovis etiam philosopho dignus, Feras, non culpes, quod uitari non potest, certe Dauidis sapientissimi regis exemplum pulcherrimum in mentem ueniat. Cui simulatque pueri, quem tenerrime diligebat, mors est nunciata, confessim solo erexit se, puluerem abstulerit, cilicium abiecit, deinceps de lotus & uncus, uultu mutato, alacris ad epulas accessit. Id factum admirantibus amicis. Quid est, inquit, cur me iam conficiam dolore? Nam antehac, utcunque spes existiri posse, ut meo luciu flexus deus infantem seruaret, nūc nullis ille lachrymis ad nos reuocari potest, nos ad illum breui properabimus. Quis tam demēs, ut cuiquam supplex esse uelit, quem certo sciat precibus non commoueri? At morte nihil inexorabilis, nihil surdius, nihil rigidus. Arte mansuetum feræ, uel immanissimæ. Est quo frangatur marmor, est quo mollescat adamas, nihil est quo morte deliniās. Ea nec formæ parcit, nec opibus, nec etati, nec imperijs. Atq[ue] ob id ipsum equiore ferenda animo, uel quod ineuitabilis, *uel quod*

uel quod tam ex æquo cōmuniſ omnibus. Iam uero quid ego tibi recenſere pergam. Ethnīcorū exempla, qui suorum interitum excelso infractioꝝ tulerint animoꝝ. A quibꝫ animi fortitudine ſuperari Christianos, nōne turpissimum uideatur? Nunc tibi ſuccurrat nobilis illa, meritoꝝ literis omnium celebrata Telamonis & Anaxagoræ uox, Sciebat me genuiſſe mortalem. Succurrat Pericles Atheniensium dux, nō tam eloquentia, quam animi fortitudine celebris, qui cum intra quatriduū duobus mirificis adolescentulis orbatus eſſet, ſolito uultu, atqꝫ adeo coronatus, etiam in concione diſeruit. Succurrat Xenophon ille Socrate p̄ceptore dignus, cui cum intet ſacrificandum mors filij eſſet nuntiata, coronati modo depoſuit, atqꝫ eandem mox depoſuit, ſimulatqꝫ fortiter in acie cecidiſſe cognouit. Succurrat Dion Syracusanus, qui cum in amicorum coiſeffu nōnihiſ agiaret, ac ſubito tumultu in aedibus coorto, ſcīſcitatus quid eſſet rei, dīdicifſet filium de tegulis lapſum interiſſe, nihil commotus, iuſſit extincū corpus mulieribus rite ſepeliendum tradi, ſeſe quod iuſtituerat nō omissutum. Hunc imitatus Demosthenes, amissa filia chariſima atqꝫ unica, ſeptimo ab eius obitu die coronatus, & candido uestitu ad populum prodijt. Cuius facti, & fidem cōfirmauit & illuſtrauit gloriam, Aechiniſ inimici criminatio. Succurrat rex Antigonus, cui cum nunciatum eſſet, filium in extraordinary conflictu concidifſe, pauliſ per cunctatus, & intuitus eos qui renunciarāt, magno quidem animo, Seruquit, interiſſi Alcinoe (nam id erat filio nomē) qui tam temere in hostes te coeteris, neqꝫ tuꝫ ſalutis, neqꝫ meorū memor monitotū. Quod si Romana te magis capiunt exempla, respice Puluillum Horatiū, cui Capitoliū dedicanti cum nunciatiū eſſet, filium uita defunctum eſſe, nec manum à poſte remouit, neqꝫ uultum à religione ad priuatum dolorem flexit. Respice Paulum Aemiliū, qui intra ſeptem dies duobus amiſſis filijs, progressu in concionem, ultro populo Romano gratulatus eſt, quod publicam fortunā inuidiam domestico lucu redemifſet. Cogita Q. Fabium Maximum, qui cum filium consularem, & egregijs clarum gestis amiſſet, consul in concionem prodijt, & encomium filij recitauit. Intuere Catonem Censoriū, cui cum filius natu maior obiſſet, singulari ingenio, ſumma uirtute iuuenis, ad hæc prætoriā designatus, nihil tamen hoc caſu commotus eſt, ut reipublice negocia ſegnius administraret. Occurrat Martius, cognomento Rex:is cum filium ſumma pietatis, magnæ ſpe, poſtremo unicum amiſſet, orbitatē ſuam adeo in frāto tulit animo, ut ſtatim à togo iuuenis curiam peteret, ac Senatum legis ferendæ cauſa euocaret. Occurrat L. Sylla, cui filij mors nihil omnino acerrimam illius in hostes uirtutem contudit, nec effecit, ut falſo ſibi Felicis cognomentum uſurpare uideretur. L. Bulbulus poſtero ſtatiſ die, quam utrumque filium interficiū cognouit, ad ſolita officia proceſſit in publicum. Huius collega C. Cæſar, cum Britanniam petagraret, & filiæ mortem didicifſet, tamen intra tertiu diem ihyperatoria obiit munera. M. Crassus in Parthico bello, cum filij caput pilo p̄fixum conſpiceret, nam id hostes Iudibrī causa propius accedentes ostentabant, cōuitijs etiam exasperantes calamitatē, uſqꝫ adeo nō eſt animo cōſter natus, ut repente per omnes ordines equo circuueclus clamaret, ſuū hoc malū priuatione cæterum publicā reipub. ſalutem in militum incolumentate ſitam eſſe. Atqꝫ ut omittamus exemplorum agmen, Gallos, Pisones, Scœuolas, Metellos, Marcellos, Aufidios, Claudioſ Cæſar cum eum amiſſet, quem & genuerat & adoptauerat, ipſe tamen pro reſtris laudauit filium, in conſpectu poſito corpore, interieſto tantummodo uelamento, quod Pontificis oculos à funere arceret, & flente populo Romano, ſolus non fleuit paſter. Arque ut hos quidem imitari pulchrum, ita turpissimum ſit, non præſtare uiros eum, animum, quem fœminę præſtiterunt. Cornelia duos filios, Tib. Gracchū & C. Gracchū, & occiſos uidit & inſepultos. At consolantibus amicis, miſeramqꝫ dicētibus: Nunquam, inquit, non felicem me dicam, quaꝫ Gracchos peperi. Sed quid nos hæc ex priſcorum uinalibus repetimus? Quasi uero non quotidiana uita ſatis exemplorum ſuppeditet? Cū cunſpice uicinos, circunſpice cognatos & affines, quot reperies etiam mulierculas, quā mortem Iſberorum moderate ferant? Intantum non opus eſt ad hanc rem magnis philoſophijs p̄ſidijs. Nam ſi quis modo ſecum animo reputarit, quam calamitosa ſit hæc noſtra omnis uita, quot periculis, quot morbiſ, quot caſibus, quot curiſ, quot incommode, quot uitijſ, quot iniurijs ſit obnoxia, quam exigua pars eius nobis abeat, non dicam cum uoluptate, ſed non aliqua ægritudine contaminata, deinde quam fugax etiam ac p̄cepit prop̄modum.

propemodum etiam gratulabitur ijs qui maturius eam reliquerint. Breuitate grauiter ex presit Euripides, qui uitam mortalium dieculam unam appellat. Sed melius Phalereus Demetrius, Euripidem castigans, qui eam non potius temporis punctum dixerit. Optime uero Pindarus, qui uitam hominum umbræ somnium appellat. Res duas maxime nihil coniunxit, umbram & somniū. ut planè quām sit inanis hæc uita, demonstraret. Porro quām eadem sit calamitosa, probe perspexisse uidetur antiqui Poetae, qui mortalium genus nō alio epitheto rectius insigniri posse iudicarunt, quām si eos μοχθεός καὶ οὐλός, id est, calamitosos ac miseros cognominarent. Nam prima pars æui, quæ quidem optima putatur, sese nescit. Mediā protinus negotiorū tumultus, curæcē excipiunt. Extremam morbi ac senectus occupat, ut de felicissimis interim agamus. Quis igitur non optimo iure probet illam Sileni sententiam, optimum esse non nasci, proximum, quām ocyssime aboleri? Quis non approbet Thracum institutū, qui nascentes luctu lamentisē excipiunt: rursum exeentes è uita, gaudio gratulationibusq; prosequi solent? Quod si quis ipse sibi narret, quæ suis auditoribus solitus est Hegelias, is et suam mortem optabit potius quām horrescit, & suorum obitum æquissimo feret animo. At obstrepit interim paternus dolor. Ante diē perijt, perijt adbuc ephebus, perijt optimus, ac singulari pietate filius, uitaq; longissima dignus. Queritur naturæ uires inuerti, quod filio pater, iuueni senex superstes sit. Sed obsecro te per deum immortalem, quid tandem appellas ante diem? Quasi uero non unusquisque uitæ dies & supremus esse possit. Alius inter materni latebras uteri, uix dum homo præfocatur, & inter singulis adhuc naturæ manus intercidit. Alius dum nascitur, alius dum uagit in cunis, abripitur: alius in ipso statim æui flore, uix dum perceperit uitæ sensu perit. Ex tot hominum millibus, quām paucis datum est ad senectæ limen, quemadmodum uocat HomeruS, pertingere? Hac nimirum lege deus animum in huic corporculi præsidio constituit, ut quocunque die, quocunq; momento iussuerit decedere, protinus inde sit exeundum. Neque uero quisquam ante diem euocari sibi uideri possit, cum nulli sit certus dies præscriptus, sed is demum legitimus sit dies quemcunq; imperator ille noster supremum esse uoluerit. Nos si sapimus, unumquemlibet perinde ut supremum operiemur. Quanquam in tanta uitæ breuitate fugacitateq; quantulum quæso refert, paulo serius an maturius eximaris? Neque enim magis interesse uidetur, quām cum plures ad capitis supplicium ducuntur, primus, tertius, an octauus feriaris, nihilominus mox feriendus. Quid enim aliud ipsa uita, quām perpetuus quidam ad mortem cursus? Nisi quod commodius cum his agitur, qui à tam laboriosa uitæ functione maturius dimittuntur. Verum ut amentis est, iniussu imperatoris è castris excedere: ita stulti atque ingraui, missionem à duce celerius datam non libenter amplecti, maxime si iam non sine laude discedat qui dimittitur, sic ad præmium, non ad ignominiam auocatur. Neque enim conuenit æui spaciū solstitiis metiri. Recte factis æstimanda est ætas, ut is diu uixisse putetur, non qui plurimos annos ἐτάπειρος ἀχθός αὔρατος, ut inquit HomeruS, terram presit, & numero addidit, sed qui gnauiter peracta uitæ fabula, honestam sui memoriam posteris reliquit. An queteris quod statim tibi tales filium dederit deus, qualem optasses post annos multos euadere? Quid quod neq; usque adeo præmature defunctus est noster adolescentis. Iam uicesimum attrigerat annum, qua quidem ètate, mea sententia, optimum est mori, quia uiuere dulcissimum. Iam patriæ ciuem bonum, iam patri filium piū, iam æqualibus tonuictorem iucundum, dehique superis bonam & integrum mentem præstiterat: Decessit uitiorum ignarus, calamitatum imperitus. Porro quid allatura fuerit uita longior, incertum. Certe plerunque fieri uideamus, ut posterior eras, & grauioribus uitijis adolescentiae puritatem inficiat, & pluribus calamitatibus iuuentutis felicitatem contaminet. His omnibus seu malis, seu periculis illum mors circa subduxit. Nunc denique tuto gloria ripotes, te filium optimum habuisse, uel habere magis. Sed habueris tantum, non habeas etiam. Vtrum potius æquum est, discruciar te quod amiseris, an gaudere, qui tales habueris? Vide ne parum grati sit animi, meminiſſe repetiti muneris, non meminiſſe dati. Magnum profecto munus, filius pius, sed ita datum, ut ad tempus eo fruereris, nō ut perpetuo tuum esset. Sic enim tecum considera uir sapientissime, imò sic pariter consideremus. Si quis princeps summi precij summęq; artis tabulā nobis dedisset utendam, utrum tam, quandocunq; collubitum fuerit reposcenti screno uultu reddemus, gratias insuper

agentes, an tristes ad hunc modum cum eo expostulabimus? O te crudelē, quām preceſo ſe munere nos ſpoliaſti; quantam uoluptatem nobis ademisti, quām cito rem tam egreſiam nec opinantibus eripiаisti. Nōne is optimo iure, tam ingratiss querimonijs ad hunc responderit modum: Hoce in p̄m̄ pro meo officio reporto: Itāne nihil meministiſ, ni ſi hoc tantum quod bellissimam tabulam amifitſ: Excidit animo, gratis & ulro commō dasſe me: uos tot iam dies mea benignitate pauiſſe oculos, animum obleſtasse: Quod deſdi, benignitatis erat: quod repreſco, meo iure facio, uobis aliquid ex me lucrificuit, iaefuraz nihil fuit, niſi quod uero uitio id eſſe propriū ſingebat, quod erat cōmodatitium. Pro inde perire uobis uidetur, quod repetitur, imo quo preceſor, quo iucundior ea res fuit, quam utendam permifſi, hoc magis atq; magis mihi debetis. Nec ante tempus repetitū uideri oportet, quod citra iniuriam poterat non cōmitti. Hęc ratio, ſi nullo pacto refelli poterat, cogita quanto iustius natura dolorem ac querelas noſtras huiusmodi ſermone poſſit reprehendere: Atq; his nimirū rationibus dolorem noſtrū leniri conueniebat, etiam

Transitio ſi mors totum hominem tolleret, neq; quicquam noſtri poſt funus ſupereret. Nunc ſi faltem hoc credimus, de quo nihil addubitauit Socrates ille Platonicus, uidelicet hominem ipsum animum eſſe, corpus hoc nihil aliud eſſe, quām animi uel organū, uel domicilium, aut ut uerius dicam, ſepulchrū & carcerem, unde cum emerſerit, tum demum ſui iuris eſſe, multoq; quām antea felicius uiuere, quid eſt quod mortem incuſemus, quādoquidem uſque adeo nō perit ille qui moritur, ut tum deniq; naſci uideatur pōtius: Et nobis animo frui licet, quod oculis nō cernimus, nihil ſecius quām a mīcīs ablentibus cogitatione frui ſolemus. Et haud ſcio, an aliquanto ſuauius, quām ſi eos coram oculis cōſpiceremus, propterea quod corporum conuictus, non raro nobis offenſarum materiam conſuevit ministrare, & conſuetudinis aſſiduitas, amicitiae iucunditatem nō nihil immiñuere. Eius rei ſi desideras exemplum, an non ſat argumento ſunt apostoli, qui tum demum uere frui Christo, uereq; amare coeperunt, poſteaq; illis corpore a præſentia fuiffet adempta: Sic eſt profectio, bonorum amicitia animorum non corporū coniunctione conſtat. Qui uere amant, animos amant, non corpora. At animorum copulam nulla uis, nulla temporum, nulla locorum intercapedo potest dirimere. Porrò nimis quām puerile eſt, amicū iam periffe purare, ſimulatq; ſub oculis eſſe deſierit. Tu quoties libebit, filium tibi cogitatione ſermonibusq; præſentem reddeſ: ille uicissim tui meminit, ſentitq; penitus animi tui affectus, non nunquam & in ſomniſ occursabit patri, & arcanis quibz ſdam modis animi utriuſq; ſeſe complecientur & confabulabuntur. Quid autem prohibet, quo minus iam nunc imaginariſ cū illo te uiuere, qui cū paulo poſt eſt uicturus: Quātulum enim eſt hoc omne quod uiuimus? Sed hac tenus ihs remedij ſum uifus, quibus cum Ethnico quolibet agere poterat. Nunc quid pietas, quid Christiana fides à nobis impetrare debeat, paucis confidere mus. Iam primum ſi maxime misera mors eſſet, tamen oportebat boni consulere, quod nulla uia corrigi poterat. Rurſum ſi totum extingueret hominem, aequus tamen ferenda, quod tot huius uitæ calamitatibus finem imponat. Porrò ſi animum originis aetheræ graui corporis ergastulo liberat, propemodum etiam gratulandum ihs qui e uita deceſſerint, et in felicem illam libertatem poſtliminio redierint. Nunc uero cum haud dubie pias animas ex huius uitæ procellis, ad immortalitatis portū transmittat, ac ne pilum quidem hominis perimat, quippe corporibus quoq; ad immortalitatem aliquando reuocandis: utrum quæſo lugere, an magis gratulari cōuenit ei, quem ex hoc turbulentissimo uitæ pelago in tranquillam illam immortalitatis stationem mors matura tranſuexerit: Age pauper huius uitæ (ſi modo uita eſt appellanda) ſordes, erumnas, pericula in unum congerere: rurſus e diuerso eius uitæ cōmoda, quæ pios hinc ereptos manent compone, & facile videbis, hoc homine nihil eſſe iniustius, qui ſummuſ bonum, ad quod unum natūrā conditum ſumus, perinde quāli maximum malum deploret. Orbum te clamitas, cum filium cœlo genueris, cuius ceu numinis cuiuſdam memoriam, ut ſacrosanctam uenerari possis, qui cœlitus tui curā agens, res tuas ceu dexter aliquis deus bene fortunare ualeat. Neq; enim ille, aut non ſentit res mortalium, aut ſolitam in patrem pietatem unā cum corpore depoſuit. Viuit profecto, mihi crede, uiuit ille, adestq; præſens nobis, & hoc ipſum noſtrum colloquium audit ſentitq; ac fortassis hunc ipſum luciuſ ſummo rident ac damnat. Quod ni corporum horum moles obſtaret, fortassis & audiremus eum lachrymas noſtrahus iuſmodi

Transitio per epilogum rām. Nunc quid pietas, quid Christiana fides à nobis impetrare debeat, paucis confidere mus. Iam primum ſi maxime misera mors eſſet, tamen oportebat boni consulere, quod nulla uia corrigi poterat. Rurſum ſi totum extingueret hominem, aequus tamen ferenda, quod tot huius uitæ calamitatibus finem imponat. Porrò ſi animum originis aetheræ graui corporis ergastulo liberat, propemodum etiam gratulandum ihs qui e uita deceſſerint, et in felicem illam libertatem poſtliminio redierint. Nunc uero cum haud dubie pias animas ex huius uitæ procellis, ad immortalitatis portū transmittat, ac ne pilum quidem hominis perimat, quippe corporibus quoq; ad immortalitatem aliquando reuocandis: utrum quæſo lugere, an magis gratulari cōuenit ei, quem ex hoc turbulentissimo uitæ pelago in tranquillam illam immortalitatis stationem mors matura tranſuexerit: Age pauper huius uitæ (ſi modo uita eſt appellanda) ſordes, erumnas, pericula in unum congerere: rurſus e diuerso eius uitæ cōmoda, quæ pios hinc ereptos manent compone, & facile videbis, hoc homine nihil eſſe iniustius, qui ſummuſ bonum, ad quod unum natūrā conditum ſumus, perinde quāli maximum malum deploret. Orbum te clamitas, cum filium cœlo genueris, cuius ceu numinis cuiuſdam memoriam, ut ſacrosanctam uenerari possis, qui cœlitus tui curā agens, res tuas ceu dexter aliquis deus bene fortunare ualeat. Neq; enim ille, aut non ſentit res mortalium, aut ſolitam in patrem pietatem unā cum corpore depoſuit. Viuit profecto, mihi crede, uiuit ille, adestq; præſens nobis, & hoc ipſum noſtrum colloquium audit ſentitq; ac fortassis hunc ipſum luciuſ ſummo rident ac damnat. Quod ni corporum horum moles obſtaret, fortassis & audiremus eum lachrymas noſtrahus iuſmodi

iusmodi dictis irrepantem. Quid istuc est quod agitis? Quid senectutem uestram inutili,
ne dicam amenti luctu conficitis? Quid iniquissimis querimonijs, fatum, fortunam, mor/
tem in ius trahitis? An mihi ex istius uitæ malis exempto, & in hanc felicitatem eueclo in/
uidetis? Sed bona uerba. Non inuidet nec paterna pietas, nec amicitia candor. Verum quid
aliud sibi uult ista cōploratio? An lachrymis dignū cēsetis, quod ē seruitute in libertatem,
de eruminis ad felicitatem, de caligine in lucem, de periculis in tutum, de morte ad uitam,
de morbis ad immortalitatem, de tot malis ad summum bonum, de caducis ad æternam, de
terrenis ad cœlestia, deniq; quod ab hominum colluuiie ad angelorum cōtubernium sum
tructus? Iam appello uestros istos animos. Queso, per uestram in me pietatem, si uobis
esset in manu, me ad istam reuocare uitam, num essetis reuocaturi? At quo tandem flagi/
cio tantum odium cōmerui? Si reuocari nolitis, quorsum attinent istæ querelæ, non solum
inutiles, ut dixi, uerum etiam impia! Porro nisi me immortalitas iam dudum omnis doloris ex/
pertem reddidisset, ego uicissim uestras istas lachrymas alijs lachrymis deflerem, & tam
crassam animi uestri caliginem cōmiserarer. At nostram ipsorum uicem deploramus, in/
quitis. Verum isthuc sane haud amantium est, sed ad se se respicientium, & uel alieno in/
commodo suis rebus consulere uolentium. Sed age quid tandem isthuc faciuræ est, quod
mea mors uobis attulit: an quod cōspectu meo frui non licet? At qui nihil feci interim
memoria nostri frui licet, tanto quidem felicius, quāto tutius. Nam id quod res est, existi/
mate me malis omnibus præceptum, quæcunque in uita homini possunt accidere, & quo/
rum magnam partem uestra uiuacitas experta est. Non est qui uobis obsequiuū exhibeat,
sed est qui apud deum Opt. Max. pro uestra salute patronū agat, ut sedulum, ita & efficac
em. Denique quantulum hoc momenti est, quod nostram dirimet cōsuetudinem? Vos
modo pro uestra uirili date operam, ut pie peracta uitæ fabula, mors dignos reperiatis, qui
huc traducamini. Hæc, inquam, si nobis loqueretur filius, nonne merito nostri lucius nos
pudesceret? His ferme rationibus, animi mei uulnus lenire soleo, quæ tibi cōmunia face/
re uoluī, non quod his remedij magnopere egeres: sed arbitratus sum congruere, ut qui
cum mihi lucius esset cōmunijs, cum eodem & consolationem cōmunicarem. Cæterum
ut quæ fusius disserta sunt, in epilogum contraham, hoc pacto effervescentē animi tui dor
lorem coercebis. Mortuus est filius, genueras mortalem. Tanto bono priuatus sum, red/
didisti ei qui gratis dederat. Grauis orbitas, leuius ferendū, quod aliquà sarciri potest. Pa/
trem destituit, quid prodest flere, quod mutari non potest? Aut cur anxie deplores, quod
sibi cum tot hominum milibus cōmune est? Sed interim filij non possum non flere, quid
uis potius quam perit qui bene moritur. At occubuit immatura morte, nulla mors non ma
sura recte morienti. Ante diem uiuere desijt. Nullus cuiquam certus mortis dies. In ipso
æui flore extinctus est, tum optimum est mori, cum uiuere est suauissimum. Obiit adole/
scens, hoc pluribus uitæ malis subductus est. Optimum amisi filium, gaude quod tales has
bueris. Innocens è uita decepit. Nulla mors magis optanda, minusq; deploranda.
Sed interim filio frui non licet, at animo licet, & mox ipso torus toto frue/
ris. Si quid nouisti rectius istis, candidus impari: si non, his utere
mecum, ac bene uale, quod quidem uult
etiam ipse filius.

D I X I.

Tom. 4

S. 2

DESERASMI ROTERODAMI

DECLAMATIVNCVLA.

Oratio Episcopi respondentis ijs, qui sibi nomine populi gratulati essent,
& omnium nomine obedientiam quam uocante detulissent.



VNC ego profecto diem festivum in primis, niueaq; (quod dicitur) insigniendū gerimma duco, filij charissimi, quo mihi in uita nubilus illuxit adhuc, uel oratione, uel iucundior. Incredibilem enim animo capio uoluptatem, non tam ex honore, quem mihi summo consensu, studijsq; flagrantissimis detulisti (nec enim the fugit hic hor nos, quanto cum onere coniunctus sit) nec rursus ex laudibus oratione nostra mihi tributis, quas mihi nec arrogo, nec agnosco: sed tamen uestra omnium tam pia alacritas impendio me delectat, uestra am religiosa aggratulatio totum me gaudio perfundit, propterea quod nisi addubitem, quin sanctissimā istam lāticiam, non simulatio, non theatrica uanitas, non mortalis affectus, sed numen aliquod peccatoribus uestris illapsum excitari. Proinde laeti ac felix omen accipio, negocium hoc uestrum superis probari, iisdemq; bene fortunantibus, mihi pariter ac uobis feliciter cessurū. Onus grauiissimū imponitis, & hoc imponitis grauius, quo studijs ardenteribus uosipso mea traditis fidei. Sed eadem uestra pietas, quae sarcinam addit, bonam ponderis partem adimet. Meam sollicitudinem quām & meum exigit officium, & uestra promeretur fiducia, obediēdi promptitudo leniet. Mihi minus graue fuit, pro charissimis meis filijs aduigilare, & facile consulitur ultro parentibus, ac petere prae uolantibus. Quare laudes istas non tam meas q; uestras, quist us me disertissime studiōsis simet exornastis, deinde quae uicissim à me uestræ pietati debebantur, eas omnes cōmuniciter in Christi principis nostri gloriā referamus, cuius nū fallor, auspicij res tota hæc gerit, ut iuxta uocem eximij Pauli, in omnibus & per omnia prædicetur deus, à quo cœlonte profluit, quicquid usquam in uita mortalium boni est, cui uni debetur omnis honor & gloria. Is tum mihi tum uobis omnibus est uotis quām maxime puris & ardenteribus implorandus, ut me talem reddat pastorem, qualem uestra meretur pietas, qualemq; modo uestra depinxit oratio. Formam agnosco, meritum non agnosco, nisi quod sedulo me adnisiurum recipio, ut pastorem sentiat, non prædonem: patrem, non tyrannum: opitulatorem, non oppresorem: medicum, non expilatorem: breuiter ut intelligatis me hoc quicquid est muneris, uobis gesisse non mihi. Pios ac bonos tuos mihi concredidisti, dabitur opera, ut uos uobisipso redditam meliores. Qui episcopatum redditibus censuq; metitur, quiduis potius est quām episcopus. Ego mihi non alia ratione videbor splendidus & opulentus episcopus, quām si conspexero filios meos pietatis ac uerorum bonorum quotidianis accessionibus Christo reddi gratiore. Has opes, hanc gloriam, hanc felicitatem, uos ex parte mihi præstare ualeatis, adiuuante Christo. Non est optandum fieri præsulem, boni gregis præsulem esse optabile est. Quo sane nomine iam nunc, qua pars est animi latitia, summo pastori grator, mihiq; gratulor, qui me mystico hoc coniugio, sponsæ incotaminata spōsum dederit, atq; optimi latissimiq; gregis custodem esse uoluerit, gregis, in quām, nec uitij moribidi, nec tabidi, nec hulcerosi, nec dissidijs intestinis male dissipati, nec discordia mācie fœdi, nec pullo uellere, sed fidei synceritate, uitæq; integritate fani, constantia ualidi, mutua charitate collecti, pījs studijs uegeti, mortū innocentia niuci. Doctes istas iampridem magnas in uobis, ut confidam indies auctum iri, faciliū uestra singularis alacritas, qua uestrum obsequium, uestram obedientiam sic desertis, ut facile appareat id ex animo fieri magis quām ex solenni receptoq; more. Qua ex re, mihi credite, non fecus sum affectus, atque olim erat David ille regum sanctissimus, gaudio gestiens inenarrabilis, cum aspiceret populum suum, ultro & alacriter ad tēpli structuram donaria congerentem. Quod enim bono pastori (qui in suos parentis affectus, aut si quid est parente amans, sumere debet) spectaculum exhiberi queat gratius ac iucundius, quōdū (ut Pauli uerbis dicam) animo sentiri possit gaudium abundantius, quām ut filios suos uideat in Christi charitate gestientes & alacres. Itaque cuius affectum mihi sentire uidcor, eiūdem uerbis

uerbis precor, semperq; precabor, ut istam in uobis ubluntatem cōseruet, neq; consuet modo, uerum etiam augeat atq; dilaret. Porro meo nomine uos Solomonis exemplo, me cum deum Opt. Max. orabitis, ut qui per uos onus hoc imposuit, idē impertiat cœlestem illam, semperq; ipsius throno assidentem sapientiam, ut mihi iugiter adsit mecumq; laboret, quo liceat gregem mihi traditum cœlesti pastori bona fide annumerare, auctioremq; ac uegetiorem reddere, ut hęc custodia, quam uos hodie summa cum alacritate detulistis, ego maxima cura suscepī, mihi pariter & uobis feliciter cedat, sed ita ut meus conatus, & uestrum obsequium in Christi gloriam exuberet, cui nos seruimus, dum uobis præimus, uos paretis, dum nobis auscultatis.

DIXI.

S. CLARISSIMO PRAESVLI TRA-

IECTENSI PHILIPPO, DES. ERASMVS ROTERO,
DAMVS S. D.

R A T V L A R E R tibi Philippe Præful, non minus uitæ ornamen
tis, quām summorum ducum imaginibus clarissime, quod tanti mu
neris honore sis auchus, n̄ compertū haberem, quām inuitus susce
peris, quāmq; grauate optimi maximiq; principis Cardi autore
fueris adactus, cuius alioqui charitat̄ nihil non eras daturus. Atque
hęc ipsa res spem nobis certissimā facit, fore ut cum laude perfunga
ris suscepto, quandoquidē Plato uir exquisitissimi, planeq; diuini iu
dicij, non alios existimat ad rem pub. gerendam idoneos, quām eos
qui huc nolentes pertrahuntur. Auget autem nostram de te fiduciam, quoties in mentem
uenit, & cui tu succedas fratri, & quo patre sitis ambo profecti. Nam Dauid germanus
euus, uir eruditus iuxta ac prudēs, permultis annis sic locū istum tenuit, ut suis ornamen
tis, plurimū splendoris ac dignitatis addiderit ipsi muneri, per se licet amplissimo, multis
ille quidem modis magnus ac suspiciendus, sed in hoc præcipue salutaris reipub. quod n̄
hil ducebat antiquius pace publica, hac quoq; in parte patrem Philippū Burgundiae du
cem referens, uirum nulla non remaximū, sed tamen pacis artibus cum primis insignem,
& æternæ hominū memoriae cōmemoratum. Quis ibi hoc etiam impensis erit exprimen
dus, ut nō tantum filius patri, sed ut Philippus Philippo respōdeas. Intelligit iam dudum
tua prudētia, quid abs te populus uniuersus expectet. Triplex onus humeris sustines, pa
tris exemplum ac fratribus, tum horum temporū fata (quid enim aliud dicam?) nescio quo
modo ad bellum pertrahentia. Vidimus ipsi nuper, ut quidam amicis quām hostibus gra
uiores, nihil intentatū reliquerint, ne bellorū aliquando finis esset: rursus ut uix expresse
rint alij qui reipub. principijs ex animo bene uolunt, ut pacem cum Frācis semper optan
dam, hisce uero temporibus etiam necessariā amplectemur. Cuius sane rei indignitas
mouit animum meum, ut tum pacis undiq; profligatae querimoniam scriberem, quo n̄
mirum hac ratione, iustissimum animi mei dolorem uel ulciscerer, uel lenirem. Li
bellum ad te, ceu primiolas novo Episcopo debitas mitto, quo dilig
gentius tueatur tua celsitudo pacem utcunq; partam, si
non patiar eam obliuisci quanto negocio
nobis constiterit. Bene
uale.

Tom. 4

S. 3

QVERELA PACIS VNDIQVE GENTIVM EIECTAE

PROFLIGATAE QVE, AVTORE DES. ERA
SMO ROTERODAMO.

Pax loquitur.



I M E licet immerentem, suo tamen cōmodo, sic auersari tur, ejēcerent profligarentq; mortales, meā modo iniuriā & illorum iniquitatē deplorarem: nunc cum me profligata, pro tinus fontem omnis humanæ felicitatis ipsi à semet arceant, omniumq; calamitatū pelagus sibi accersant, magis illorum mīhi deflenda est infelicitas, q; mea iniuria: & quibus irasci tantum maluissem, horū dolere uicem, hos cōmiserari cōpellor. Nam utcūq; amantē ab se propellere, inhumanū est: bene merentem auersari, ingratū: parentem ac seruatrixem omnias ab fligere, impiū. Cæterū tot egregias cōmoditates quas mecum adfero, sibimeti ipsiis inuidere, proq; his ultro tam terram malorū omnium lernam accerre, an non hoc extremae cuiusdam dementiae uidetur? Sceleratis irasci par est, at sic furis actos, quid aliud q; deflere possumus? Quia non alio sanè nomine magis deflendi sunt, q; quod ipsi se se non deflent, nec alio magis infelices, q; quod infelicitatē suam non sentiunt, quando nonnullus gradus est ad sanitatē, morbi sui magnitudinem agnoscere. Etenim si ego sum Pax illa diuorum simul & hominū uoce laudata, sons, parens, altrix, ampliatrix, turatrix rerum bonarū omnium, quas uel coelum habet, uel terra, si sine me nihil usquam florens, nihil tutum, nihil purum aut sanctū, nihil aut iucundū hominibus, aut gratum superis: si contra hæc omnia, bellum semel omnium malorū, quicquid usquam est in rerum natura, Oceanus quidam est, si huius uitio subito marcescunt florentia, dilabuntur aucta, labascunt fulta, pereunt bene condita, amarescunt dulcia: deniq; si res est adeo nō sancta, ut omnis pietatis ac religionis sit maxime presentanea pestis, si nihil hoc uno infelicius hominibus, nihil inuisius superis, quæso per deum immortalē, quis credat istos homines esse, quis credat ullam sanæ mentis micam inesse, qui me talem, tantis impendijs, tantis studijs, tanto molimine, tot technis, tot curis, tot periculis student erūcere, tantumq; malorum uelint tam chare emere? Si me ad istum modum spernerent feræ, leuius ferrem, & in me admissam contumeliam naturæ imputarem, quæ ingenium immite infeuisset: si mutis per eudibus essem inuisa, condonare inscritæ, propterea quod his ea uis animi negata sit, quæ sola doles meas queat perspicere. At o rem indignam ac plusquam prodigiosam, unum animal ædidi natura, ratione prædictū, ac diuinae mentis capax. unum benevolentiae cordiaq; genuit, & tamen apud quantumlibet efferas feras, apud quantumvis brutas pecudes, mihi citius locus sit quam apud homines. Iam tot orbium cœlestium, licet nec tuus sit idem, nec uis eadem, tamen ijs tot iam seculis constant uigentq; foedera. Elementorum pugnantes inter se uires, æquabili libramine pacem æternam ruentur, & in tanta discordia, consensu commercioq; mutuo concordiam alunt. In animantium corporibus q; fidus membrorum inter ipsa consensus, quam parata defensio mutua: Quid tam dissimile quam corpus & anima? Et tamen quam arcta necessitudine connexuerit hæc duo natura, nimirum declarat ipsa diuissio. Proinde ut uita nihil aliud est quam corporis & animæ societas, ita sanitas omnium corporis qualitatum concentus est. Animantia rationis expertia in suo quæque genere ciuiliter cōcorditerq; degunt. Armentatim uiuunt elephanti, gregatim paſcuntur sues & oues, turmatim uolant grues & graculi, habent sua comitæ ciconiæ, pietatis etiam magistræ, mutuis officijs se se tuentur delphini, nota est formicarum & apum inter ipsas concors politia. Sed quid de his loqui pergo, quæ tametsi ratiōne uacant, sensu non uacant? In arboribus, in herbis amicitiam possit agnoscere. Steriles sunt quædam, nisi marem adiungas, uitis ulmy amplectitur, uitem amat persica. Vnde queadeo quæ nihil sentiunt, tamen pacis beneficium sentire uidentur. Sed hæc rursum scindendū

sentiendi uim non habent, ita quod uitam habeant, ijs quæ sentiunt finitima sunt. Quid æque brutum atque saxonum genus? Dicas tamen his quoque pacis & concordiae sensum inesse. Ita Magnes ferunt ad se trahit, attractum tenet. Quid quod inter immanissimas etiam feras conuenit? Leonum inter ipsos feritas non dimicat. Aper in aprum non uibrat dentem fulmineum, lynci cum lynce pax est, draco non sauit in draconem, luporum concordiam etiam prouerbia nobilitarunt. Addam quod magis etiam mitum uideatur, impij spiritus, per quos cœlum atque hominum concordia prius disrupta est, & hodie rumpitur, tamen inter se foedus habent, suamq; illam qualemcumq; tyrannidem consenserunt: solos homines, quos omniū maxime decebat unanimitas, quibusq; cum primis opus est ea, necq; natura tam alij in rebus potens & efficax conciliat, nec institutio coniungit, nec tot ex consensu profecturæ commoditates conglutinant, nec tantorum denique malorum sensus & experientia in mutuum amorem redigit. Figura communis omnium, vox eadem, & cum cætera animantium genera corporum formis potissimum inter se differant, uni homini indita uis rationis, quæ ita sit illis inter ipsos communis, ut cum nullo sit reliquorum animantium communis. Vni huic animanti sermo datus, præcipius necessitudinem conciliator, Insita sunt communiter disciplinarum ac uirtutum semina, ingenium mite placidumq;, & ad mutuam benevolentiam propensum, ut perse iuvet amari, & iucundum sit de alij uel gratis benemereri, nisi quis prauis cupiditatibus, ceu Circes pharmacis corruptus, ex homine degenerarit in beluam. Hinc est uidelicet, quod vulgus quicquid ad mutuam benevolentiam pertinet, humanum appellat, ut humanitatis uocabulum non iam naturam nobis declaret, sed mores hominis natura dignos. Addidit lachrymas, exorabilis ingenij documentum, quo si quid forte inciderit offensæ, & amicitia serenitatem nubecula aliqua offuscarit, facile redeant in gratiam. Enquot rationibus natura concordiam docuit? Nec his tamen contenta mutua benevolentia lenocinij, amicitiam homini non solum iucundam esse uoluit, uerum etiam necessariam. Eoque tum corporum, tum animorum doles ita partita est, ut nemo sit omnium tam instrutus, quin infimorum etiam officio nonnunquam adiuuetur: nec eadem attribuit omnibus, nec paria, ut haec inæqualitas mutuis amicitijs æquaretur. Alij in regionibus alia proueniunt, quo uel usus ipse mutua doceret commercia. Cæteris animantibus sua tribuit arma præsidiaque, quibus se se uerentur, unum hominem produxit inermem, atque imbecillum, nec prorsus aliter tutum, quam foedere mutuaque necessitudine. Ciuitates reperit necessitas, & ipsarum inter se societatem docuit necessitas, quo ferarum ac prædonum uim iunctis uitibus propellerent. Adeo nihil est in rebus humanis, quod ipsum sibi sufficiat. In ipsis statim uitæ primordijs perisset hominum genus, nisi conditum propagasset coniugalis concordia: nec enim nasceretur homo, & mox natus interiret, atque in ipso uitæ limine uitam amitteret, nisi obstetricum amica manus, nisi nutricum amica pietas, succurreret infantulo. Atque in huic usum uehementissimos illos pietatis igniculos inseuit, ut parentes etiam illud ament, quod non dum uiderunt. Adiecit mutuam liberorum erga parentes pietatem, ut illorum imbecillitas horum præsidij uicissim subleuaretur, fieretq; illa cunctis quidem ex aequo plausibilis, sed Græcis aptissime dicta *αὐλιτελέργοντος*. Accedunt huc cognitionum & affinitatum uincula. Accedit in nonnullis ingeniorum, studiorum formæq; similitudo, certissima benevolentia conciliatrix, in multis arcans quidam animorum sensus, ac mitius ad mutuum amorem stimulus, quem ueteres admirati numini seu genio ascribebat. Tot argumentis natura docuit pacem concordiamq;, tot illecebris ad eam inuitat, tot laqueis trahit, tot rebus compellit. Et post haec quænam ista tam ad nocendum efficax Erinnys, his omnibus disruptis, disiectis, discussis, insatiabiliem pugnandi furiam inseuit humanis pectoribus: Nisi primum admirationem, deinde sensum etiam maladimeret assuetudo, quis crederet humana mente præditos istos, qui sic iugibus dissidijs, litibus, bellis inter se certant, rixantur, tumultuantur? Postremo rapinis, sanguine, cædibus, ruinis, sacra profanaque miscent omnia: nec ullatam sancta foedera, quæ illos in mutuam perenniem debacchantes queant dirimere. Ut nihil etiam accesserit, satis erat commune hominis uocabulum, ut inter homines conueniret. Sed esto nihil apud homines proficeris natura, quæ plurimū ualet & in beluis, ita ne nihil & apud Christianos ualuit Christus;

Parum efficax sit doctrina naturae, quae maximam uim habet in his quoq; quae sensu qua-
cant: ceterum cum hac multo præstantior sit doctrina Christi, cur ea se profitetibus non
persuadet id quod unum omnium maxime suadet, nempe pacem mutuamq; beneuolen-
tiam, aut saltem hanc tam impiam effera m̄g; belligandi insaniam dedocet: Cum homi-
nis uocabulum audio, mox accurro uelut ad animal mihi proprie natum, confidens fore
ut illic liceat acquiescere: cum Christianorum audio titulum, magis etiam aduolo, aptid
hos certe regnaturam etiam me sperans. Sed hic quoq; pudet ac piget dicere, Fora, basili-
cae, curiae, templa sic undiq; litibus perstrepunt, ut nusquam apud Ethnicos aequa. Adeo
ut cum bona pars humanæ calamitatis sit aduocatorum turba, tamen haec etiam ad litii
gantium undas paucitas sit, ac solitudo. Ciuitatem alpicio, spes illico oboritur, inter hos
saltem conuenire, quos eadem cingunt moenia, eadem moderantur leges, & uelut una ue-
ctos nauj commune continent periculum. Sed o me miseram, quam hic quoq; dissidijs om-
nia uicti comporio, adeo ut uix domū ullam reperire liceat, in qua mihi sit dies aliquot
locus. Sed plebem omitto, quae maris ritu, suis aestib; rapitur, in principum aulas, uelut
in portum quandam me recipio. Erit, inquam, certe apud hos locus paci, plus hisapiunt
quam uulgus, ut qui sint plebis animus, atq; oculus populi. Tum eius uices gerit, quido
ctor est & princeps concordiae, a quo quidem cum omnibus, tum his præcipue sum com-
mendata. Et omnia bene pollicentur. Video blandas consalutationes, amicos comple-
xus, hisares compotationes, ceteraque officia humanitatis. At o rem indignam, apud hos
nec umbram uerae concordiae licuit cernere. Fucata fictaq; omnia, factionibus apertis,
clanicularijs dissidijs ac simultatibus corrupta sunt uniuersa. Deniq; adeo apud hos non
esse sedem paci comporio, ut hinc potius omniū bellorum fontes ac seminaria. Quo me
posthac conferam infelix, posteaquam toties fecellit spes? At principes fortasse magni
sunt potius quam eruditi, magisq; ducuntur cupiditatibus, quam rectio animi iudicio.
Ad eruditiorū greges configiam, Bonae literæ reddunt homines, Philosophia plusquam
homines, Theologia reddit diuos. Apud hos certe dabitur conuiescere, tot circumiacet
ambagibus. Verum prohdolor, en hic quoq; bellorū aliud genus, minus quidem cruen-
tum, sed tamen non minus insanum. Schola cum schola dissidet, & ceu rerum ueritas lo-
co commutetur, ita quædam scita non trahiunt mare, quædam non superant alpes, quæ
dam non tranant Rhenum, immo in eadem academia cum rhetore bellum est dialechico,
cum iureconsulto dissidet theologus. Atq; adeo in eodem professionis genere, cum Tho-
mista pugnat Scotista, cum reali nominalis, cum Peripatetico Platonicus, adeo ut ne in
minutissimis quidem rebus inter hoc conueniat, ac sæpen numero de lana caprina atrocis-
sime digradientur, donec disputationis calor ab argumentis ad conuictia, a conuictis ad
pugnos incrudescat, & si res pugionibus aut lanceis non agitur, stylis ueneno tintinis sese
confodiunt, dentata charta dilacerant inuicem, alter in alterius famam letalia linguarum
uibrant spicula. Quo me uertam, toties experta mihi data uerba? Quid supereft, nisi una
ueluti sacra ancora Religio? Huius professio licet sit Christianorum omnium commu-
nis, tamen eam isti peculiariter profitentur titulo, cultu, ceremonijs, qui uulgo sacerdo-
tum cognomento commendantur. Hos itaque procul intuenti cuncta spem faciunt, por-
tum militi paratum esse. Arribent uestes candidæ, meoq; colore insignes, video cruces pa-
cis symbola, audio dulcissimum illud fratris cognomen, eximiæ charitatis argumentum,
audio salutationes pacis, læto omne felices, cerno rerum omnium communionem,
coniunctum collegium, templum idem, leges easdem, conuentus quotidiano. Quis
hic non confidat pacilocum fore? Sed o rem indignam, nusquam ferè collegio conve-
nit cum episcopo, parum hoc, nisi & ipsi inter sele factionibus scinderentur. Quotus
quisq; sacerdos est, cui non sit cum aliquo sacerdote lis? Paulus rem non ferendam cen-
set, quod Christianus litiget aduersus Christianum, & sacerdos cum sacerdote, episco-
pus cum episcopo certat? Verum his quoq; forsitan ignoscat aliquis, quod longo tam
usu prope modum in prophenorū consortium abierunt, posteaquam eadem cum illis
cooperunt possidere. Age fruantur ijs sanè suo iure, quod ceu præscriptione sibi uindicat.
Vnum hominū genus supereft, qui sic astricti sunt religioni, ut etiam si cupiant, nullo pa-
cio queant excutere, non magis profecto, q; restudo domum. Sperare apud hos mihi fa-
re locū, nisi toties frustrata spes me, prorsus desperare docuisset. Et tamē ne quid intēram
relinquam

Religio

relinquam, experiar. Quæris exitū: A nullis resilij magis. Nam quid speret, ubi religio cum religione dissident? Tot factiones sunt, quo^t sunt sodalitia. Dominicales dissident cum Minoritis, Benedictini cum Bernardinis, tot nomina, tot cultus, tot ceremonia, studio diuersæ, ne quid omnino conueniret, sua cuiq; placent, aliena damnat & odit quisq;. Qui idem sodalium factionibus scinditur, obseruantes infectantur Coletas, utrique tertium genus, quo^t à conuentu cognomen habet, cum nihil inter istos conueniat. Iam ut par est, omnibus rebus diffusa; optabam uel in uno quopiam monasterio latitare, quod uerè tranquillum esset. Inuita dicam, quod utinam non esset uerissimum, nullum adhuc reperti, quod non intestinis odijs ac iurgijs esset infectum. Pudor sit recensere, quam nihil de rugis tricisq; quantas cieant pugnas uiri senes, barba pallioq; uerendi, postremo, ut sibi uidentur, impehse tum eruditum, tum sancti. Attridebat spes nonnulla, fore, ut aliquid inter tot coniugia qualiscunq; daretur locus. Quid enim nō pollicetur, domus communis, fortuna communis, lectus communis, liberi communes. Deniq; corporum ipsorum sus muruum, ut unum potius hominem credas ē duob; us conflatum, quam duos. Huc quoque sceleratissima illa Eris irrepsit, totq; vinculis copulatos dirimit dissidijs animorum. Et tamen inter hos citius contingat locus, quam inter eos, qui tot titulis, tot insignibus, tot ceremonijs absolutam charitatem profitentur. Tandem illud in uotis esse cœpit, ut saltem in unius hominis pectore daretur locus. Ne id quidem cōtigit, idem homo secum pugnat. Ratio belligeratur cum affectibus, & insuper affectus cum affectu conflictatur, dum aliò uocat pietas, aliò trahit cupiditas: rursum aliud suadet libido, aliud ira, aliud ambitio, aliud auaritia. Et huiusmodi cum sint, non puderat tamen illos appellari Christianos, cum modis omnibus dissident ab eo, quod Christo præcipuum est ac peculiare. Vniversam eius uitam contemplare, quid aliud est quam concordia mutuq; amoris doctrinæ: Quid aliud inculcant eius præcepta, quid parabolæ, nisi pacem, nisi charitatem mustuam: Egregius ille uates Esaias, cum cœlesti afflatus spiritu, Christum illum rerum omnium cōciliatorem uenturum annunciat, num satrapam pollicetur, num urbium eversorem, num bellatorem, num triumphatorem: Nequaquam. Quid igitur: Principem pacis. Siquidem cum omnium optimum principem intelligi uellet, ab ea re denotauit, quam omnium optimam iudicasset. Nec mirum ita uisum Esaiæ, cum Silius Ethnicus Poeta hunc in modum de me scripserit,

Pax optima rerum, Quas homini natura dedit.

Concinit huic mysticus ille Citharœdus: Et factus est, inquiens, in pace locus eius. In pace dixit, non in tentorijs, non in castris. Princeps est pacis, pacem amat, offenditur dissidio. Rursum Esaias: Opus iustitiae pacem appellat, idem sentiens, ni fallor, quod sensit Paulus ille, & ipse ē Saulo turbulentio redditus tranquillus, & pacis doctor, cum charitatem cæteris omnibus arcani spiritus dotibus anteponeris, quo pectore, qua facundia meum encomium detonuit Corinthijs: Cur enim non glorie sic laudari à uiro tam laudato: Is alias Deum pacis appellat, alias pacem Dei uocat, palam indicans haec duo sic inter se se cohærente, ut ibi pax esse non possit, ubi Deus non adsit: nec illuc esse Deus possit, ubi pax non adsit. Itidem & pacis angelos in diuinis librī uocatos legimus, pios ac Dei ministros, ut per se liqueat, quos bellii angelos oporteat accipi. Audite strenui bellatores, uidete sub cuius signis militetis, nimirum illius, qui primus dissidiū sequit inter Deum & hominem. Quicquid calamitatum sentit mortalitas, huic dissidio debet acceptum serere. Friuolum est enim quod argutantur quidam, in arcans literis Deum exercitum, & Deum ultionum dici. Per multum enim interest inter Iudæorum Deum, & Christianorum Deum, etiam si suapte natura unus & idem Deus est. Aut si nobis quoq; placent tituli veteres, age sit exercitum Deus, modo actes intelligas uirtutem concentum, quarum præsidio uirtus demoluntur homines pñj. Sit ultionum Deus, modo vindictam accipias, uirtiorum correctionem, ut crueltas strages, quibus Hebræorum libri referti sunt, non ad laniandos homines, sed ad impios affectus ē pectore profigandos referas. Sed ut quod institutum erat, persequamur, quoties absolutam felicitatem significat arcanae literæ, pacis nomine id declarant. Velut Esaias: Sedebit, inquit, populus meus in pulchritudine pacis. Et alius: Pax, inquit, super Israel. Rursum Esaias admiratur pedes annunciantium pacem, annunciantium bona. Quisquis Christum annunciat, pacem annunciat. Quisquis

bellum

bellum prædicat, illum prædicat, qui Christi diffimillimus est. Age iam, quæ res dei filium
 pellexit in terras, nisi ut mundum parti reconciliaret: ut homines inter se mutua & indis-
 solubili charitate cōglutinaret: postremo, ut ipsum hominem sibi faceret amicum: Mea
 igitur gratia legatus erat, meum agebat negocium. Atque ob id Solomonem sui typum
 ferre uoluit, qui nobis. *ἀργυρωτος*, id est, pacificus dicitur. Quantumuis magnus erat Da-
 uid, tamen quia bellator erat, quia sanguine fuerat inquinatus, non sinitur extruere dor-
 mum domini, non meretur hac parte gerere typum Christi pacifici. Iam illud interim
 perpende bellator, si prophantan bella, numinis iussu suscepta gestaque, quid facient quæ
 squalit ambitio, quæ ira, quæ furor? Si pium regem polluit effusus sanguis Ethnicorum,
 quid faciet tam ingens effusio sanguinis Christiani? Obsecro te Christiane princeps, si
 modo uere Christianus es, contemplore tui principis imaginem, obserua quomodo re-
 gnum suum inierit, quomodo progressus sit, quomodo hinc deceperit, & mox intelliges
 quomodo abs te geri uelit, nimirum ut summa curarum tuarum pax sit, & concordia.
 Nato iam Christo, num bellicis tubis insonant angeli? Clangorem tubarum audiere lu-
 dæi, quibus bellare permisum est. Hæc congruebant auspicia, quibus fas erat odiisse ini-
 micos. At genti pacificæ longe aliam cantionem canunt pacis angelii. Num classicum ca-
 nunt? Num uictorias, triumphos, trophæaque pollicetur? Minime. Quid tandem? pacem
 annunciant, congruentes cum prophetarum oraculis, & annunciant non ihs, qui cædes
 spirant ac bella, qui feroce ad arma gestiūt, sed qui bona voluntate propensi sint ad con-
 cordiam. Prætexant quæ uelint suo morbo mortales, ni bellum amarent, non sic iugibus
 bellis inter se conflixtarētur. Age Christus ipse iam adultus, quid aliud docuit, quid aliud
 expressit, quæ pacem? Pacis omne suos subinde salutat, Pax uobis, eamque salutandi for-
 man suis præscribit, uelut unice dignam Christianis. Atque huius præcepti non immemo-
 res Apostoli, pacem præfantur in suis Epistolis, pacem optant ihs, quos unice diligunt.
 Rem præclaram optat, qui salutem optat, sed felicitatis summam precatur, quisquis pa-
 cem precatur. Hanc ille toties in omni uita commendatam, uide quāta solicitudine com-
 mendet moriturus. Diligatis, inquit, inuicem sicut dilexi uos. Ac rursum: Pacem meā
 do uobis, pacem relinquo uobis. Auditis quid relinquit suis? num equos? num satelli-
 tum? num imperium? num opes? nihil horum. Quid igitur? pacem dat, pacem relinquit;
 pacem cum amicis, pacem cum inimicis. Iam illud mihi cōsideres uelim, quid à cœna my-
 stica, iam imminentे mortis tempore, supremis illis precibus flagitarit à patre. Rem opis-
 nor haud uulgarem poposcit, qui se sciebat impetraturū quicquid peteret. Pater, inquit,
 sancte, serua eos in nomine tuo, ut sint unum, sicut & nos. Vide, quæso, quæ insigne
 concordiam exigat in suis Christus: non dixit, ut sint unanimis, sed ut sint unum: neque
 id quoconque modo, sed sicuti nos, inquit, unum sumus, qui perfectissima & ineffabili ra-
 tione sumus idem: & illud obiter indicans, hac una uia seruādos esse mortales, si mutuam
 inter se pacem aluerint. Porro quod huius mundi principes insigni quopiam suos no-
 santer, quo possint à cæteris dignosci, præsertim in bello: uide qua tandem nota Christus
 insignierit suos, non alia uidelicet, quam mutuae charitatis. Hoc inquiens argumento co-
 gnoscet homines uos esse meos discipulos, non si sic aut sic uesciamini, non si his aut his
 uescamini cibis, non si tantum ieunetis, non si tantum psalmorum exhauseritis, sed si di-
lexeritis inuicem, neque id sane uulgarimodo, sed quemadmodum ego dilexi uos. Innu-
 mera sunt philosophorum præcepta, uaria sunt Moysi, plurima regum ædicia, unicura
 est, inquit, præceptum meum, ut ametis inuicem. Idem orandi formam suis præscribens,
 nonne in ipso statim initio mire admonet concordiae Christianæ? Pater, inquit, no-
 ster. Vnius est precatio, una communis omnium est postulatio, una domus, eademque
 familia sunt omnes, ab uno patre pendent omnes, & qui conuenit eos iugibus bellis in-
 ter se se confliktari? Quo ore compellas communem patrem, si in fratribus tuis uiscera fer-
 rum stringis? Iam quoniam unum hoc uoluit altissime inlidere suorum animis, quot sym-
 bolis, quot parabolis, quot præceptis concordiae studium inculcauit? Se pastorem uo-
 cat, suos oues. Et obsecro, quis unquam uidit oues pugnantes cum ouibus? Aut quid fa-
 ciunt lupi, si grex ipse semet inuicem lacerat? Cum se uitæ stirpem uocat, suos uero patres,
 quid aliud quæ expedit unanimitatem? Portentū uideatur piaculis procurandum,
 si in eadem uite palmes cum palmitæ bellet: & ostentum non est, si Christianus pugnet

tum Christiano: Postremo si quid omnino Christianis sacrosanctum est, certè factosanctum esse debet, ac penitus animis illorum insidere, quæ Christus extremis illis mandatis tradidit, ueluti testamentum condens, ac filijs ea commendans, quæ cuperet illis nuntiavam uenire in obliuionem. At quid aliud in his docet, mandat, præcipit, orat, nisi musuum inter ipsos amorem? Quid illa sacrosancti pani, & calicis philotesii cōmūnio, nisi nouam quandam & indissolubilem concordiam sanxit? Cæterum quando sciebat non posse constare pacem, ubi de magistratu, de gloria, de opibus, de vindicta certamē est, ideo penitus affectus eiusmodi reuelli ex animis suorum, uerat in totum ne malo resistant, iubet ut de male merentibus bene mereantur si possint, bene precentur male precantibus. Et Christiani sibi uidentur, qui ob quātumuis leuem iniuriolam, magnam orbis partem in bellum pertrahunt: Præcipit ut qui in suo populo sit princeps, is ministrum agat, nec alia re præcellat alijs, nisi quod melior sit, & pluribus prolixt. Et non pudet quosdā ob pusillam accessiunculam, regni pomœrijs addendam, tantos ciere tumultus? Doceta uium & litorum ritu in diem uiuere. Verat sollicitudinem in posterum diem extendere, uult totos è cœlo pendere, diuites omnes excludit è regno cœlorum: & non ueretur quidam ob pecuniolam non exolutam, fortasse nec debitam, tantum humani sanguinis effundere? Atq; his temporibus hæc uel iustissimæ suscipiendo belli causa uidentur. Profecto haud aliud agit Christus, iubens ut unum quiddam à se discant, miti esse animo, minimeq; fero ci. Cum iubet relinquⁱ donarium ad aram, nec prius offerri, quām cum fratre reditum sit in gratiam, nonne palam docet rebus omnibus anteponendam esse concordiam, nec ultimam uictimam esse Deo gratam, nisi commendante me? Respuerat Deus Iudaicum musnus, fortassis hædum, aut ouem, quod à dissidentibus offerretur: & Christiani sic intersese belligerantes, sacrosanctam illam uictimam audent offerre? Iam cum se gallinæ pullos sub alas aggreganti facit ad similem, quām apto symbolo depinxit concordiam? Ille congregator est, & qui conuenit Christianos esse milios? Eodem pertinet, quod lapis dictus est angularis, utrumque parietem committens & continens: & qui conuenit, ut huius uicarij totum orbem ad arma commoueant, regnac regnis committant? Summum illum conciliatorem habent principem, ut iactant, & nullis rationibus ipsis sibi possunt reconciliari. Conciliauit ille Pilatum & Herodem, & suos in concordiam redigere non potest: Petrum adhuc semijudæum, qui in præsenti capitis discrimine, dominum ac præpotorem tueri parabat, obiurgat ipse qui defendebatur, gladiumq; iubet recōdere: & Christianis ob leuissimas causas nunquam nō exprōptus districlusq; est gladius, idq; in Christianos. An ille se gladij præsidio defensum uelit, qui moriens deprecatur pro necis autoribus? Omnes Christianorum literæ, siue uetus legas Testamentum, siue nouum, nihil aliud quām pacem & unanimitatē crepat, & omnis Christianorum uia nihil aliud quām bella tractat: Quænam est hæc plusquam ferina feritas, quæ tot rebus nec uinci potest, nec leniri? Quin potius aut Christianorum titulo gloriari desinat, aut Christi doctrinam exprimant concordia. Quousque uita pugnabit cum nomine? Insignite quantum libertates uestesq; crucis imagine, non agnoscat Christus symbolum, nisi quod ipse præscriptis, uidelicet concordia. Congregati uident euntem in cœlum, congregati iubentur operiri spiritum cœlestem. Et inter congregatos se semper uersaturum promiserat, ne quis speraret usquam in bellis adesse Christum. Iam igneus ille spiritus, quid aliud est quām charitas? Nihil igne communius, citra dispendium ullum ignis igni accenditur, Vis autem cognoscere spiritum illum concordia parentem esse exitum uide. Erat, inquit, cunctis cor unum, & anima una. Tolle spiritum è corpore, cōtinuo dilabitur omnis illa membrorum compago. Tolle pacem, & perit omnis Christianæ uitæ societas. Toq; hodie sacramentis infundi cœlestem spiritum affirmant Theologi. Si uerum prædicant, ubi peculiaris spiritus illius effectus, cor unū & anima una? Sī fabula sunt, cur tantum honoris hisce rebus defertur? Atque hæc sanè dixerim, quo magis Christianos suorum morum pudeat, non quo sacramentis aliquid detrahant. Nam quod populum Christianum Ecclesiæ uocari placuit, quid aliud quām unanimitatē admonet? Qui conuenit castris & Ecclesiæ: Hæc aggregationem sonat, illa dissidium: si pars Ecclesiæ gloriari est, quid tibi cum bellis? si ab Ecclesia semotus es, quid tibi cum Christo? Si eadem omnes habet domus, si communem habetis principem, si eidem militatis omnes, si sacramentis

sacramentis ijsdem estis iniciati, si ijsdem gaudetis donatiuis, si ijsdem alimini stipendijs,
 si commune petitur præmium, quid ita inter uos tumultuamini? Videmus inter impios
 istos comilitones, qui mercede ad cædis peragendæ ministerium conducti ueniunt, tan
 tam esse concordiam, non ob aliud, nisi quod sub ijsdem militant signis, & pietatem profi
 tentes tot res non conglutinant. Itane nihil agitur tot Sacramentis? Baptismus commu
 nis omnium, per hunc Christo renascimur, & ex eis mundo Christi membris inserimur.
 Quid autem tam idem esse potest, quam eiusdem corporis membra? Ab hoc igitur, neq;
 seruus est quisquam, neq; liber, neq; Barbarus, neq; Græcus, neq; uir, neq; foemina, sed o
 mnes idem in Christo sunt, qui omnia redigit in cōcordiam. Scythes ita iungit paululum
sanguinis utrinq; gustati è calice, ut pro amico nihil cunctentur & morte oppetere, Eth
 nici etiam sancta est amicitia, quam mensa communis conciliauit, & Christianos coele
 stis ille panis, ac mysticus ille calix non continet in amicitia, quam ipse sanxit Christus,
 quam illi quotidie renouant, ac repræsentant sacrificij: Si nihil illic egit Christus, quor
 sum opus hodie tot ceremonijs: si rem seriam egit, cur sic à uobis negligitur, quasi rem lu
 dicram ac scenicam egerit? Audet quisquam ad sacram illam mensam amicitiae symbolum,
 audet ad pacis conuiuiū accedere, qui bellum destinat in Christianos, & eos parat
 perdere, pro quibus seruandis mortuus est Christus, eorum haurire sanguinem, pro qui
 bus suum sanguinem fudit Christus: O pectora plusquam adamatina, in rebus tam mul
 tis consortium est, & in uita tam inexplicabile dissidium: Eadem nascendi lex omnibus,
 eadem senescendi moriendiq; necessitas. Eudem generis principem habent omnes, eun
 dem religionis autorem, eodem omnes redempti sanguine, ijsdem omnes initiati sacris,
 ijsdem aluntur sacramentis, quicquid ex his redit muneris, ab eodem proficiscitur fonte,
 & ex æquo commune est omnibus. Eadem omnium Ecclesia, deniq; præmium idem o
 mniuum. Quin coelestis illa Hierusalem, ad quam suspirat uere Christiani, à pacis uisione
 nomen habet, cuius interim Ecclesia typum sustinet. Et qui fit, ut hæc tantopere discre
 pet ab exemplari? Adeo nihil promovit tot uis solers natura, nihil ipse Christus profes
 cit tot præceptis, tot mysterijs, tot symbolis: Vel ipsa mala cōciliant & malos, iuxta pro
 uerbiū: Christianos inter se, nec bona, nec mala ulla conciliant. Quid humana uita fragi
 lius, quid breuius: quot ea morbis, quot casibus obnoxia? Et tamen cum plus habeat ex
 se malorū q; ut ferri possit, tamē maximā malorū partē ipsi sibi accersunt demētes. Tāta
 cæcitas humanos animos occupat, ut nihil horū perspiciat. Sic præcipites aguntur, ut o
 mnia naturæ Christiū uincula, omnia foedera rūpant, dissecet, diffringant. Pugnant pa
 sim atq; assidue, tumultuādī nec modus, nec finis. Colliditur gens cum gente, ciuitas cum
 ciuitate, factio cum factione, princeps cum principe, & ob duorū homuncionū, qui mox
 uelut ephemera sint interituri, seu stultitiā, seu ambitionem, res humanæ sursum deorsum
 miscentur. Missas faciā ueterum bellorū tragœdias. Repetamus decē ab hinc annis acta,
 ubi non gentiū crudelissime pugnatū est terra, mariq; Quæ regio nō Christiano sanguine
 commaduit: Quod flumen, quod mare, non humano crurore tinctum est? Et o pudoris
 pugnant immanius, quam Iudæi, quam Ethnici, quam feræ. Quicquid bellorum Iudæis
 gestum est aduersus Allophylos, id Christianis gerēdum erat aduersus uitia, quibus nō
 cum uitij conuenit, cum hominibus bellum est. Et tamen Iudeos diuina iussio ducebat
 ad pugnam. Christianos, si prætextibus detracis, rem uere æstimes, transuersos rapitam
 bitio, agit ira pessimus consultor, pertrahit habendi nunquam satiata cupiditas. Atq; his
 ferè cum exteris res erat, Christianis cum Turcis foedus est, inter ipsos bellum. Iam Eth
 nicos tyrannos ferè gloriæ sitis ad bellum extimulabat, atq; hi tamen sic Barbaras atq; es
 feras nationes subigeant, ut uinci expeditret, & uictor de uictis benemereristuderet. Da
 bant operam, ut quam fieri posset, incruenta esset uictoria, quo simul & uictori bona
 fama præmium esset, & uictis solarium uictoris benignitas. At pudet meminisse, quā
 pudendis, quam friuolis de causis, Christiani principes orbē ad arma concitent. Hic ob
 letum ac putrem aliquem titulum, aut reperit, aut commentus est. Quasi uero ita magis
 referat, quis regnum administret, modo publicis commodis recte consulatur. Ille éam
 tur omissum nescio quid in foedore centū capitum. Hic illi priuatim infensus est, ob
 sam interceptam, aut scomma liberius dicitum. Et quod est omniū sceleratissimum, le
 qui tyrannica arte, quod populi concordia potestatem suam labefactari sentiant, stabili

stabili, subornent qui data opera bellum excitent, quo simul & coniunctio dirimant, &
 infelicem populum licentius expilent: id procurant scelestissimi quidam, qui populi ma-
 lis aluntur, & quibus pacis tempore non multum est quod agant in repub. Quæ Tarta-
 rea furia uenenum hoc in peccus Christianum potuit immittere? Qui hanc tyrannideñ
 docuit Christicola, quam nec Dionysius ullus, nec Mezentius ullus, nec Phalaris ullus
 nouit. Beluae uerius quam homines, & sola tyrannide nobiles, nec usquæ cordati nisi ad
 nocendum, nec unquam concordes, nisi ad opprimendam rem pub. Et hæc qui gerunt,
 pro Christianis habentur, audent humano sanguine undiq; polluti, ad sacras ædes, ad sa-
 cras aras accedere. O pestes in extremas insulas deportadas. Si Christiani corporis unius
 membra sunt, cur non gratulatur quisq; alienæ felicitati? Nunc prope iusta mouendi bel-
 li causa uidetur, regnum finitimum, rebus omnib; paulo florentius. Etenim si uerum fa-
 teriuolumus, quid aliud commouit, & hodie commouet tam multos ad armis laceſſe,
 dum Francie regnum, nisi quod est unum omnium florētissimum. Nullum latius patet,
 nusquam senatus augustior, nusquam Academia celebrior, nusquam concordia maior,
 & ob hoc ipsum potestas summa. Nusquam aequa florent leges, nusquam illibatior reli-
 gio, nec Iudeorum commercio corrupta, uelut apud Italos, nec Turcarum aut Marano-
 rum uicinia infecta, quemadmodum apud Hispanos & Hungaros. Germania, ne quid
 dicam de Bohemis, in tot regulos disiecta est, ac regni ne species quidem ulla. Sola Fran-
 cia ceu flos illibatus Christianæ ditionis, & uelut arx quædam tutissima, si qua fors tem-
 pestas ingruat, tot modis impetratur, tot artibus incessitur, nec ob aliud, nisi cuius gratia
 conueniebat gratulari, si qua uæna Christianæ mentis esset in istis. Atq; his tam impijs fa-
 cies prætexitur titulus pius, sic sternunt uiam ad propagandum imperium Christi. O rem
 monstrosum, parum consultum putant reipub. Christianæ, nisi pulcherrimam ac felicissi-
 mam ditionis Christianæ partem subuerterint. Quid quod in his tractandis feras etiam
 ipsas feritate præcedunt? Non omnes pugnant beluae, nec ferarum, nisi in diuersum ge-
 nus conflictatio est, quemadmodum & ante diximus, sapientius inculcandum, quo magis
 inhæreat animis. Vipera non mordet uiperam, nec lynx lyncem discerpit. Ac rursus ille
 cum pugnant, suis pugnant armis, illas armavit natura: homines inermes natos, o deum
 immortalem, qualibus armis armat ira & Tartareis machinis impetunt Christiani Chri-
 stianos. Quis enim credit bombardas, hominis inuentum esse? Nec ille tam densis agmi-
 nibus in mutuum exitium ruunt. Quis unquam uidit decem leones cum decem tauris con-
 gredit? At quoties uiginti milia Christianorum cum totidem Christianis ferro decertant?
 Tanti est lædere, tanti est haurire sanguinem fratrum. Nec illis ferè bellum est, nisi cum fa-
 mes, aut cura sobolis in rabiem agit. At Christianis quæ tam leuis iniuria est, ut non ui-
 deatur idonea bellandi occasio? Si faceret ista plebes, utcunq; prætexi poterat incititia. Si
 duenes, excusari poterat ætatis imperitia. Si prophani, non nihil eleuaret atrocitatem
 facili personæ qualitas. Nunc ab ijs potissimum uidemus oriri bellorum semina, quorum
 consilio moderationeq; populi motus componi conueniebat. Contemptū illud & igno-
 bili uulgo condit egregias urbes, conditas ciuititer administrat, administrando locuplet-
 at. In has irreput satrapæ, & ceu fuci, quod aliena partum est industria, surripiunt, &
 quod à plurimis bene congestum est, à paucis male dissipatur, quod recte conditum, cru-
 delissime diruitur. Quod si prisca non meminerunt, repeat qui uolet, secum hisce duode-
 cim annis gesta bella, causas expendat, compieret omnia principum gratia suscepta, ma-
 gno populi malo gesta, cum ne tantillum quidem ad populum attineret. Iam quod olim
 foedum habebatur apud Ethnicos, caniciem galea premere, ut inquit ille, id apud Chri-
 stianos laudi dicitur. Turpe senex miles Nasoni, & istis magnifica res est bellator septuag-
 genarius. Imò ne sacerdotes quidem ipsos pudet, quos olim deus nec in sanguinaria illa
 & inclementi lege Moysi, uoluit ullo sanguine pollui: non pudet Theologos Christianæ
 uitæ magistros, non pudet absolutæ religionis professores, non pudet episcopos, non pu-
 det Cardinales & Christi uicarios, eius rei autores ac faces esse, quam Christus tantope-
 re detestatus est. Qui conuenit mitra & galeæ? Quid pedo cum gladio? Quid Euangeli-
 co codici cum clypeo? Qui conuenit pacis omne salutare populum, & orbem ad turbu-
 lentissimas pugnas concitare? pacem dare lingua, re bellum immittere? Tun' eodem ore
 quo Christum pacificū prædicas, bellum laudas, eademq; tuba Deum canis & satanamq;

Tun apud cōcionem sacram, cuculla teclus, ad cædem incitas simplicem populum, qui
 ex ore tuo doctrinam expectabat Euangelicam: Tun apostolorum occupans locum, pu-
 gnantia doces cum apostolorum præceptis: An non uereris, ne quod de Christi præco-
 nibus dicitum est, Quām speciosi pedes nunciantium pacem, nunciantium bona; nun-
 ciatum salutem, in diuersum uertatur, Quām fœda lingua sacerdotum, adhortantium
 ad bellum, incitantium ad mala, prouocantium ad perniciem: Apud Romanos adhuc
 impie pios, qui pontificium maximum iniret, ex more confirmabat iureurando, se ma-
 nus ab omni sanguine puras seruatūrum, adeo ut ne lassus quidem ulcisceretur, Atq; hu-
 ius sacramenti fidem constantem præsttit Titus Vespalianus, imperator Ethnicus, idq;
 laudi datur à scriptore Ethnico. At ó prorsus sublatam è rebus humanis frontem, apud
 Christianos Deo dicati sacerdotes, & qui his quoque sanctius aliquid præse ferunt mo-
 nachi, ad cædes, ad strages inflammat principum ac plebis animos. Et Euangeliū tubam
 Martis tubam faciunt, obliti dignitatis suæ sursum ac deorsum cursitant, nihil non tum
 faciunt, tum patiuntur, dum bellum excitant: & per hos præincipes alioqui fortassis quie-
 turi, ad pugnam inflammat, quorum autoritate tumultuantes sedari conueniebat.
 Immo quod est prodigiosus, belligerantur ipsi, idq; earum terū gratia, quas & apud im-
 pios contempnere philosophi, quarumq; contemptus proprius ac peculiaris est uiris apo-
 stolicis. Ante paucos annos, cū fatali quodam morbo mundus ad arma taperetur, Euangeliū
 praecones, hoc est, Minores ac Dominicanī quidam è suggesto sacro classicum cas-
 nebant, & ultro ad furiam propenos magis accendebat: Apud Britannos animabant
 in Gallos, apud Gallos animabant in Britannos. Omnes ad bellum instigabant. Ad pa-
 tem nemo prouocabat, præter unum aut alterum, quibus penè capitale fuit me uel nomi-
 nasse. Cursibant ultro citroq; sacrosancti præsules, & dignitatis & professionis suæ ob-
 liqui, publicum orbis morbum opéra sua exacerbantes, tum hinc Iulium pontificem Ro-
 manum, hinc reges ad maturandum bellum instigantes, perinde quasi non sati ipsi sua
 sponte insanirent, & tamen hanc manifestariam insaniam magnificis titulis præteximus.
 Huc patrum leges, huc piorum hominum scripta, huc arcanæ scripturæ uerba impuden-
 tissime detorquemus, ne dicati impie. Imò iam eò prope redij res, ut stultum & impium
 sit aduersus bellum hiscete, & id laudate quod in primis ore Christi laudatum est. Parum
 consulere populo, patrum fauere principi uideatur, qui suāserit rem omnium saluberrimam,
 & ab omnium pestilentissima dehortetur. Iam ipsa castra sequuntur sacrifici, præsunt in
 castris episcopi, & reliqui ecclesiis suis, Bellonaē retinagunt. Imò gignit iam bellum sacer-
 dotes, gignit episcopos, gignit Cardinales, quibus Campi legatus honorificus titulus, &
 apostolorum successoribus dignus habetur. Quo minus mirum, si Martem spirant, quos
 Mars genuit. Et quo malum sit insanabilius, tantam impietatē pietatis specie prætexunt.
 Vexilla crucem habent. Miles impius, & nummis aliquot ad lanieram ac cædem condū-
 cius, crucis insigne præfert, & belli symbolum est, quod solum dedocete bellum poterat.
 Quid tibi cū cruce scelerate miles? Istis animis, istis factis, dracones, tigrides, ac lupi coti-
 ueniebant. Istud signum eius est, qui non pugnando, sed moriendo uicit, qui seruauit, non
 perdidit, quodcumq; cum primis admonere te poterat, cum quibus hostibus tibi res sit, si mo-
 do Christianus es, & qua ratione uincendum sit. Tu salutis insigne gestas, ad fratris perni-
 ciem properans, & cruce perdīs eum, qui cruce seruatus est: Quid quod ab arcenis illis
 & adorandis sacrī, nam haec quoq; pertrahuntur in castra, in quibus in prienis summa
 Christianorum concordia repræsentatur, curritur in aciem, dirum ferrum in fratris usque
 ra stringitur, & facinoris omnium sceleratissimi, quo non aliud esse potest impīs spiritu-
 bus gratius, Christum faciunt spectatorem, si tamen illiç dignatur adesse Christus. Deni
 que quod est omnium absurdissimum, in utrīsq; castris, in utrāq; acie crucis signum reto-
 cet, in utrīsq; sacra peraguntur. Quid hoc monstri est: pugnat crux cū cruce, Christus ad-
 versus Christum belligeratur: Hoc signum Christiani nominis hostes terrere solet. Cut
 nunc oppughant, quod adorant: homines non una digni cruce, sed uera. Quæso, quid fin
 hisce sacrī orat miles, Pater noster: Os durum, audes eum appellare patrem, qui fratris
 tui iugulum petis? Sanctificetur nōmē tuum. Qui magis de honestari poterat nōmē Dei,
 q; istiusmodi inter uos tumulibus: Adueniat regnum tuum. Sic oras, qui tāto sanguinis
 tyrānidem tuam moliris: Fiat uoluntas tua, que in admodū in cœlo, ita & in terra. Pacem
 tuūt

vult ille, & tu bellum paras? Panem quotidianum à communī patre petis, qui fraternalē exuris segetes, & tibi quoq[ue] mavis perire, quām illi prodesse: lati quonā ore dices illud: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, qui ad paricidium festinas: Deprecaris periculum tētationis, qui tuo periculo fratrem in periculum pertrahis? A malo liberari postulas, cuius instincū summum malum fratri machinaris? Plato negat appellandum bellum, quod Græci moueant & duersus Græcos. Seditio est, inquit. Et istis sanctum etiam bellum est, quod ob quamlibet causam tali milite, talibus armis cum Christiano gerit Christianus: Ethnicorum leges, culeo insutum in profluente abīciunt, qui ferrum fraternalē sanguine imbuerit. An minus fratres sunt, quos Christus copulauit, quām quos sanguinis propinquitas? Et tamen hic præmiū est paricidio. Omnes seram bellantium sortem. Qui uincit, paricida est: qui uincitur, perit, nihilo secius paricidio obnoxius, quod paricidium conatus est. Et post hæc execrantur Turcas uelut impios, & à Christo alienos, quasi uero cum hæc agunt, ipsi Christiani sint, aut quasi Turcis ullum spectaculum exhiberi possit iucundius, quām si conspiciant illos mutuis telis se se confodentes. Immolant, ut aiunt, Turcae dæmonibus, at cum his nulla uictima sit accessior, quām si Christianus macet Christianum, quæso, quid aliud facis quām illi? Tum enim gemina fructūr hostia spiritus impij, cum pariter & qui maciat, & qui maciatur sit uictima. Si quis Turcis fauet, si quis amicus est dæmonibus, hostias huiusmodi frequenter offerat. Sed audio iam dudum, quid excusent homines in suum ipsorum malum ingebiosi. Cogi se queruntur, & inuitos ad bellum pertrahi. Detrahe personā istam, abīce fūcos, tuum ipsius pectus consule, reperięs iram, ambitionem, stultitiam huc pertraxisse, non necessitatem. Nisi forte hac fini necessitatem metiris, si nō per omnia satis fiat animo. Ad populum phaleras, Deus fucis non deluditur. Atq[ue] interea solennes agunt supplicaciones, magnis clamoribus petitur pax, uociferantur immani boatu, ut pacem nobis dones, te rogamus, audi nos. Nonne iure optimo Deus istis responderit: Quid me ridetis? Rogatis ut depellam, quod ipsi uobis accersitis uolentes? Deprecamini, culus ipsius uobis estis autores. Si quælibet offensa bellum parit, cui tandem non est quod queratur? Inter uxorem & maritum incident ad quæ sit cōniendum, nisi malis dirimi benevolentia. Quod si quid eiusmodi sit ortum inter principes, quid opus erat mox ad arma rapiri? Sunt leges, sunt homines eruditæ, sunt uenerandi Abbates, sunt reuerendi Episcopi, quorum salubritate cōsilio tumultus rerum componi poterat. Cur nō hos potius arbitros faciunt, quos haud possint tam iniquos nācisci, quin minore malo discessuri sint, quām si armis experiātur? Vix ulla tam iniqua pax, quin bello uel æquissimo sit potior. Prius expende singula, quæ bellum uel postulat, uel adducit, & quantum lucri feceris intelliges. Summa est Romanī pontificis autoritas. Ast cum gentes, cum principes impij bellis tumultuātur, idq[ue] annos aliquot, ubi tum Pontificum autoritas, ubi potestas Christo proxima? Hic certe erat expromenda, nisi ipsi similibus tenerentur cupiditatibus. Vocat Pontifex ad bellum, paratur. Vocat idem ad pacem, cur non obtemperatur itidem? Si pacem malunt, cur Iulio bellandi auctoritatem alacriter obeditum est, Leoni ad pacem & cōcordiam prouocati uix quisquam obtemperat? Si uere sacrosancta est Romani pontificis autoritas, certe maxime ualere par est, quoties ad id prouocat, quod unice docuit Christus. Ceterum quos Iulius ad bellum exitiale potuit excitare, cum Leo sanctissimus pontifex nō idem possit, tot modis ad Christianam concordiam prouocans, declarant se se, Ecclesiae prætextu, suis seruissimis cupiditatibus, ne quid dicant acerbius. Si ex animo tædet bellorum, dabo consilium, quod concordiam tueri possitis. Solida pax haud constat affinitatibus, haud fœderibus hominum, ex quibus frequenter exoriri bella uideamus. Repurgandi fontes ipsi, unde malum hoc scatet, prauæ cupiditates tumultus istos pariunt. Et dū quisq[ue] suis inseruit affectibus, interim affligitur respub. nec tamen affequitur hoc ipsum quisq[ue], quod malis rationibus affectat. Sapientēs principes, & populo sapient, non sibi, ac uere sapient, ut maiestatē suam, ut felicitatem, ut opes, ut splendorem his rebus metiantur, quæ uere magnos & excellentes faciunt. Sint eo animo erga rem publicam, quo pater erga familiam. Ita se magnū existimet rex, si quam optimis imperet: ita felicem, si suos felices reddiderit: ita sublimem, si quām maxime liberis imperet: ita opulentum, si populum habeat opulentum: ita florentem, si ciuitates perpetua pace florentes habeat. Atq[ue] hunc principis animum imitentur.

proceres ac magistratus. Omnia reipub. commodis metiantur, & hac uia rectius suis consuluerint commodis. Rex qui hoc sit animo, num is facile commouebitur, ut pecuniam à suis extorqueat, quam Barbaro militi numeret: Suos ad famam adigit, ut impios alii quot duces dicit: Num is suorum uitā tot periculis obīciet: Non opinor. Haec enim exercitat imperium, ut meminerit se hominem imperare hominibus, liberum liberis, postrem Christianum Christianis. Huic uicissim tantum deferat populus, quatenus ad publicam utilitatem conducit. Non aliud exiger bonus princeps. Malis uero cupiditates retundet ciuium consensus. Adsit utrinque priuati commodi ratio. Plurimum honoris habeatur ihs, qui bellum excluserint, qui concordiam restituerint ingenio consilioue suo. Denique qui hoc modis omnibus molliatur, nō ut maximam militum ac machinarum uim comparet, sed ut ihs nō sit opus. Quod pulcherrimum facinus, tot imperatorum unus Diocletianus animo concepisse legitur. Quod si bellum uitari non potest, ita geratur, ut summa malorum in eorum capita recidat, qui bellū dedere causas. Nunc principes tuti belligerantur, ductores hinc crescunt, maxima malorum pars in agricultores ac plebe effunditur, ad quos nec attinet bellum, nec ipsi bellī causam ullam dederunt. Vbi principis sapientia, si haec non perpendit: ubi principis animus, si haec levia dicit: Inuenienda ratio, qua fiat neto-
 ties mutentur, ac uelut obambulent imperia, quod omnis rerū nouatio tumultū gignat, tumultus bellum. Id facile fiet, si regum liberi intra ditionis fines elocentur, aut si quem libeat finitimis adiungere, spes omnibus successionis præcisa esto. Nec fas sit principi ditionis portionem ullam uendere aut alienare, perinde quasi priuata sint prædia, liberæ ciuitates. Nam liberæ sunt quibus rex imperat, seruiunt quos tyrannus premittit. Nunc huiusmodi matrimoniorū uicibus fit, ut apud Hybernos natus, repente imperet Indis, aut qui modo Syris imperabat, subito rex sit Italiae. Fitque ut neutra regio principem habeat, dum priorem relinquit, & à posteriore nō agnoscitur, nimirum ignotus, alioque mundo natus. Atque interim dum illud parit, dum euincit, dum stabilit, alterum exhaustum proteritque, non nunquam amittit utruncque, dum utruncque complecti studet, uix alteri administrando idoneus. Semel inter principes conueniat, quid quisque debeat administrare, ac ditionis fines semel datos, nulla proferat aut contrahat affinitas, nulla conuellant foedera. Ita suā quisque portionem emitetur quā potest ornatissimam reddere: dum in unam omne studium intendet, hanc conabitur rebus optimis locupletaram suis liberis relinquere. Atque hoc sane pactio futurum est, ut ubique florent omnia. Cæterum inter se, non affinitatibus, aut factis ihs sodalitatibus, sed sincera puraque amicitia copulentur, maximeque simili communique studio benemerēdi de rebus humanis. Principi uero succedat, uel qui genere proximus, uel qui populi suffragijs maxime iudicabitur idoneus. Cæteris sat sit, inter honestos haberi proceres. Regium est nescire priuatos affectus, & omnia publicis cōmodis æstimare. Ad haec longinquas peregrinationes uitet princeps, immo pomœria regni nunquam transire uelit, memineritque dicit longo seculorum cōsensu probati. Frons occipitio prior est. Locupletatum se existimet, non si quid alii ademerit, sed si sua reddiderit meliora. Cum de bello agitur, ne adhibeat in consiliū iuuenes, quibus ideo bellum placet, quod experti non sunt quantum habeat malorum: néue eos, quibus expedit turbari publicam tranquillitatem, quique populi calamitatibus aluntur, ac saginantur: senes cordatos & integros accersat, & quorum pietas patriæ spectata sit. Nec temere ad unius aut alterius libidinem bellum moueat, quod semel coemptum, haud facile finitur. Res omnium periculosisima, non nisi totius populi consensu suscipiatur. Belli causæ statim præcidendæ sunt. Ad quādam conniuendum, comitas comitatem inuitabit. Nonnunquam emenda pax. Ea si ratione subduxeris, quid bellum fuerit exhausturus, & quot ciues ab exitio serues, paruo empta videbitur, etiam si magno emeris, quando præter ciuitū tuorum sanguinem, plus erat bello impendendum. In eas rationem, quantum malorum uitaris, quantum bonorum tuearis, & impendiū non pœnitibit. Fungantur interim suo officio præsules, sacerdotes uere sint sacerdotes, monachi professionis suæ meminerint, theologi quod Christo dignum est doceant. Conspirent omnes aduersus bellum, in hoc latrent omnes. Pacem publice priuatis prædicent, effterat, inculcent. Tum si minus possint efficere, ne ferro decernatur, certe ne probent, ne intersint, ne rei uel tam scelerata, uel certe tam suspecta, ipsis autoribus, bonos habecatur. Satis sit in bello cæsis, in prophario sepulchrum dari. Si qui boni sunt in hoc

Ray 4442

hoc genere, qui certe paucissimi sunt, non ob hæc fraudabuntur suo præmio. Cæterum impij, quæ maxima turba est, minus sibi placebūt, honore detracto. De his bellis loquor, quæ uulgo Christiani cum Christianis, leuibus aut iniustis de causis committunt. Nec enim idem sentio de his, qui simplici pioq; studio uim incurvantib; Barbarorū depellunt, & suo periculo publicam tranquillitatem tuētur. Nunc trophæa sanguine tincta eorum pro quorum salute Christus suum fudit sanguinem, reponuntur in templis, inter apostolorum ac martyrum statuas, quasi post hac pium sit futurum, non fieri martyres, sed facere. Abunde magnum erat, hæc in foro, aut armario quopiam reposita seruari: in sacrae ædes, quas purissimas esse decet, nihil recipi cōuenit, quod sanguine sit inquinatum. Sed antiquitas in templis reponere hat uictoriae monumenta. Verum, sed in quibus sacrificatur dæmonibus, non deo. Sacerdotes Deo sacrī nusquam adsint, nisi ad dirimenda bella. In hæc si consentiant, si eadem ubiq; inculcent, plurimum habitura momenti est concors autoritas. Quod si hic fatalis est humani ingenij morbus, ut prorsus absq; bellis durare nequeat, quin potius malum hoc in Turcas effunditur? Tametsi præstabat et hos doctrina, benefactis, uitæq; innocentia, ad Christi religionem allicere, quam armis adoriri. Atamen si bellum, ut diximus, omnino uitari non potest, illud certe leuius sit malum, quam sic impie Christianos inter se committi, collidicq;. Si mutua charitas illos non adglutinat, certe cōiunget utcunq; communis hostis, & qualiscunq; syncretismus erit, ut absit uera concordia. Postremo magna pars pacis est, ex animo uelle pacem. Quibus enim pax ue- re cordi est, hi omnes pacis occasiones arripiunt: quæ obstant, aut negligunt, aut amoluntur, per multa ferunt, dum tantū bonum sit in column. Nunc ipsi bellorum seminaria quæ- runt: quod ad concordiam facit, eleuant, aut dissimulat etiam: quod ad bellum tendit, ul- tro exaggerant, exulcerantq;. Pudet referre, ex cuiusmodi nugis, quantas excitant tragœdias, & ex quam minuta scintilla, quæ rerum tempestates exoriantur. Tunc illud iniuriarum agmen uenit in mentem, & suum quisq; malum sibi exaggerat. At benefactorum interim profunda obliuio, ut iures affectari bellum. Et sæpe principum priuatū quiddam est, quod orbem ad arma compellit. At plusquam publicum esse debet, ob quod bellum suscipiatur. Quin ubi nihil subest causæ, ipsi dissidiorū causas sibi fingunt, regionum uocabulis ad odiorum alimoniam abutentes: & hunc stulte plebis errorem alunt magnates, & in suum abutuntur cōpendium, alunt sacerdotes quidam. Anglus hostis est Gallo, nec ob aliud, nisi quod Gallus est. Scoto Britannus infensus est, nec aliam ob rem, nisi quod Scotus est. Germanus cum Franco dissidet, Hispanus cum utroq;. O prauitatem, dissiun- git inane loci uocabulum, cur non potius tot res conciliant? Male uis Britannus Gallo. Cur non potius bene uis homo homini? Christianus Christiano? Cur res friuola plus a- pud istos potest, q; tot naturæ nexus, tot Christi uincula? Locus corpora dirimit, nō ani- mos. Separabat olim Rhenus Gallum à Germano, at Rhenus non separat Christianū à Christiano. Pyrenæi montes Hispanos à Gallis se iungunt, at idem non dirimunt Ecclesias communionem. Mare dirimit Anglos à Gallis, at non dirimit religionis societatem. Paulus apostolus indignatur audire inter Christianos has uoces: Ego sum Apollo, ego sum Cephae, ego sum Pauli, nec impia cognomina sinit secare Christum omnia cōcilian- tem: & nos commune patriæ uocabulum grauem causam iudicamus, cur gens in gentis intemnitatem tendat? Ne id quidem satis nonnullorum animis bellorū auidis, praeve- daq; opera dissidiorū ansas querunt, ipsam diuidunt Galliam, & ea uocabulis distrahit, quæ nec maria, nec montes, nec uera regionum nomina distrahunt. E Gallis Germanos faciunt, ne uel nominis consortio coalefcat amicitia. Si in actionibus odiosis, uelut diuor- ti, nec litem facile recipit iudex, nec quilibet admittit probationē, cur isti in re omnium odiosissima quamlibet friuolam causam admittunt? Quin potius id quod res est cogitat, inundum hunc cōmunem esse patriam omnium, si patriæ titulus conciliar: ab ijsdē ma- ioribus ortos omnes; si facit amicos sanguinis affinitas: Ecclesiam unam esse familiam; ex æquo cōmunem omnibus, si domus eadem copulat necessitudines, in hanc partem ingeniosos esse par est. Toleras quædam in socero, non ob aliud nisi quod sacer est; & ni- hil toleras in eo, qui religionis cōsortio frater est. Multa cōdonas generis propinquitati, & nihil condonas affinitati religionis? Certe nullum uinculū arcuū alligat, quam Chri- sti sodalitas. Cur id solum ob oculos obuersatur, quod animum exulcerat? Si paci faues-

sic cogita potius, in hoc læsit, sed saepe aliás profuit, aut alieno impulsu læsit. Postremo, quemadmodum apud Homerum dissidiū causas, quod inter Agamemnonem & Achilem intercesserat, in Aten deam reīsciunt, qui uocant ad concordiā: ita quæ excusari non possunt, aliquando fatis imputētur, aut malo cui piam si liber Genio, & in hæc odium ab ipsis hominibus transferatur. Cur magis ad perpiciem suam sapiunt, quam ad tuendam felicitatem? Cur ad malum, quam ad bonū sunt oculatores? Qui paulo cordatores sunt, expendunt, considerant, circumspiciunt, priusquam priuatum quoq; negotiū aggrediantur. Et clausis oculis præcipites in bellum ipsi sese cōsciunt, præsertim cum semel admisi-
 sum, excludi nō possit, quin è pusillo fit maximum, ex uno plura, ex incruento cruentum,
 maxime cum hæc procella non unum aut alterū affligat, sed uniuersos pariter inuoluat.
 Quod si uulgas hæc parum expendit, certe principis & optimatum partes sunt, hæc se-
 cum reputare. Sacerdotum est ista rationib; omnibus infuscire, uolentibus ac nolenti-
 bus ingerere. Hærebunt tandem si nusquam non audiantur. Ad bellum gestis: primum
 inspice, cuiusmodi res sit pax, cuiusmodi bellum, quid illa bonorum, quid hoc malorum
 secum uehat, atq; ita rationem in eas, num expedit pacem bello permutare. Si res quæ-
 dam admirabilis est, regnum undiq; rebus optimis florens, bene conditis urbibus, bene
 cultis agris, optimis legibus, honestissimis disciplinis, sanctissimis morsibus: cogita tecum,
 hæc felicitas mihi perturbanda est, si bello. Contrà, si quando conspexisti ruinas urbium,
 dirutos uicos, exusta phana, desolatos agros, & id spectaculum miserādum, ut est, uisus
 est, cogita hunc esse belli fructum. Si graue iudicas sceleratam conductitiorum militum
 colluuiem in tuam regionem inducere, hos ciuium tuorum malo alere, his inseruire, his
 blandiri, immo horum arbitrio teipsum ac tuam incolumentem committere: fac cogites
 hanc esse belli conditionem. Si abominaris latrocinia, hæc docet bellum: si execraris par-
 cidiū, hoc in bello dicitur. Nam qui uereatur unum occidere commotus, qui leui auto-
 ramento conductus tot homines iugulat. Si præsentissima reipub. pestis est, legum negle-
 ctus, silent leges inter arma. Si foedum existimas stuprum, incestū, & his turpiora, horum
 omnium bellum magister est. Si fons omnium malorum est impietas, & religionis negle-
 ctus, hæc belli procellis prorsus obruitur. Si iudicas pessimum esse reipub. statum, cum
 plurimum possunt qui pessimi sunt, in bello regnant sceleratissimi: & quos in pace suffi-
 gas in crucem, horum in bellis primaria est opera. Quis enim melius per deuia ducer co-
 pias, quam latro exercitatus? Quis fortius diripiēt ædes, aut spoliabit templa, quam pa-
 rietum perfosso, aut sacrilegus? Quis animosius feret hostem, & hauriet ferro uitalia,
 quam gladiator, aut paricida? Quis æque idoneus ad iniçendū ignem urbibus aut ma-
 chinis, quam incendiarius? Quis æque contemnet flumus, marisq; discrimina, ac pirata
 diutinis prædationibus exercitus? Vis palam cernere, quam res sit impia bellū, animad-
 uerte per quos geritur. Si pio principi nihil antiquius esse debet, quam suorum incolumis-
 tas, huic bellum in primis inuisum sit, oportet. Si principis felicitas est imperare felici, pa-
 cem potissimum amplecti debet. Si præcipue optādum bono principi, ut imperet quam
 optimis, bellū detestetur oportet, unde scatet omnis impietatis sentīta. Si suas opes esse
 putat quicquid ciues possidēt, bellū omnib. rationib. uitet, quod ut felicissime cadat, certe
 facultates omniū atterit, & quod honestis artibus partum est, in immanes quosdam car-
 nifices erogandum. Iam illud etiam atq; etiam perpendant, suam cuiq; blandiri causam,
 & suam cuiq; spem attridere, cū illa sæpenumero pessima sit, quæ cōmoto videatur æquis-
 sima, & hæc non raro fallit. Sed finge causam iustissimam, finge exitum belli prosperr-
 sum, rationem fac in eas omnium incommodorum quibus gestum est bellum, & cōmo-
 ditatum quas peperit uictoria, & vide num tanti fuerit uincere. Vix unquā uictoria con-
 tingit incruenta. Iam habes tuos humano sanguine pollutos. Ad hæc suppura morū,
 publicæq; disciplinæ faciuram, nullo compendio sarcendam. Exhauris tuum fiscum, ex-
 pilas populum, oneras bonos, ad facinus excitas improbos, neq; uero cōficio bello, pro-
 tinus & bellū reliquiæ sopitæ sunt. Obsolescunt artes, includuntur negotiatorum cōmet-
 cia. Ut hostem includas, prius temetipsum à tot regionib; cogeris excludere. Ambe-
 lum omnes finitimæ regiones tuae erant, pax enim rerum commercijs facit omnia com-
 munia. Vide quantam rem egeris, hunc uix tua est, quæ maxime tua est dīctio. Ut oppidi-
 lum excindas, quot machinis, quot tentorij opus est; Imitatris urbem facias oportet, ut
 uera

ueram euertas, at minoris aliud uerum oppidum extrui poterat. Ne liceat hosti prodire ex oppido, tu exula patria sub dio dormis. Minoris cōstaturum erat, ædificare noua mōnia, quām ædificata machinis demoliri. Ut ne computem hic, quod pecuniarū effluit in ter exigentium, recipientium, ac ducum dīgitos, quā sanē pars est non minima. Quod si horum singula ad uerum calculum reuoces, ni compereris decima impendiorū parte pācē redimi potuisse, patiar æquo animo me profligari undique. Sed partū excelsi animi ubi uideare, si quid remittas iniuriarum: imō nullum est certius argumentum humilis animi, minimēq; regij, quām ulcisci. Maestati tuae nō nihil decedere putas, si cum finitimo principi e agens, & fortasse cognato, aut affini, fortassis alias bene de te merito, de tuo ūre dedas aliquantulum. At quanto humilius deiçis maestatem tuam, dum barbaris cohortibus, & infimæ sceleratorum feci, nunquam explendet, auro subinde litare cogēris, dum ad Cares uiliissimos simul ac nocentissimos blandus ac supplex mittis legatos, dum tuum ipsius caput, dum tuorum fortunas illorum credis fidei, quibus nihil est neque pensi, neque sancti? Quod si quid iniquitatis uidebitur habere pax, caue sic cogites, hōc perdo, sed tanti pacem emō. At dixerit argutior aliquis, Facile donarim, si res ad me priuatum pertineat. Princeps sum, negocium publicum, uelim nolim, ago. Non facile bellum suscipiet, qui nihil nisi publicum spectat. Atqui contrā uideamus omnes ferē belli causas ex his rebus nasci, quā nihil ad populum pertineant. Vis hanc aut illam ditionis partem vindicare, quid istud ad populi negocium? Vis ulcisci qui filiae renunciauit, quid hoc ad rem publicam? Hæc expendere, hæc perspicere, uere sapientis, uereq; magni est principis. Quis unquam aut latius imperavit, aut splendidius Octauio Augusto? At is cupiebat etiam deponere imperium, si quem uidisset reipublicæ magis salutarem principem. Merito laudata est ab egregijs autoribus vox illa cuiuldam Imperatoris, Pereant, inquit, si hī mei, si quis alius melius sit reipublicæ consulturus. Hos animos reipublicæ prætiterunt homines impij, quod ad Christi religionem attinet: & Christiani principes usque adeo uilem ducunt populum Christianum, ut grauissimo orbis incendio priuatas suas cupiditates uel ulcisci uelint, uel explorere: Iam audio quosdam ita tergiuersantes, ut ne gent se tutos esse posse, nisi uim improborum acriter propellant. Quur igitur inter innumerous Imperatores Romanos, soli Antonini Pius & Philosophus petiti non sunt? Nisi quod nemo tutius regnat, quām qui paratus est & deponere, utpote quod reipublicæ gerat, non sibi. Quod si nihil uos mouet, neque naturæ sensus, neque pietatis respectus, neque tanta calamitas, certe Christiani nominis probrum animos uestrós in concordiam redigat. Quota mundi portio tenetur à Christianis? Atque hæc tamen est illa ciuitas in ædito monte sita, spectaculum facta Deo & hominibus. At quid sentire putandum est, quid loqui, quā probra in Christū euomere Christiani nominis hostes, ubi uident Christianos sic inter se concertare, leuioribus de causis quām Ethnici, crudelius quām impij, machinis tetricoribus quām ipsi? Quorum inuentum est bombardā: Nonne Christianorum? Et quo res sit indignior, his induntur apostolorum nostri mina, insculpuntur diuorum imagines. O crudelis irrisio. Paulus ille pacis hortator perperuus, Tartaream machinam torquet in Christianum: Si cupimus Turcas ad Christi religionem adducere, prius ipsi simus Christiani. Nunquam hoc illi credent, si quod est, perspiciant nusquam magis saeuire, quām apud Christianos, id quod Christus unum omnium maxime detestatus est. Et quod Homerus Ethnicus demiratur in Ethnici, quum suauium etiam rerum, ut somni, cibi, potus, choreæ, musices satietas sit, belli infelicitas nullam esse satietatem: id apud eos uerissimum est, quibus ipsum etiam belli vocabulum abominandum esse oportuit. Roma furiosa quondam illa bellatrix, tamen Iani sui templum aliquoties uidebat clausum. Et qui conuenit apud uos nullas esse bellandi ferias? Quo nam ore prædicabitis eis Christum pacis autorem, ipsi perpetuis dissidijs inter uos tumultuantur: Iam quos puratis animos addit Turcis uestra discordia? Nihil enim facilius quam uincere dissidentes. Vultis illis esse formidabiles? Concordes estote. Cur ultro uobis & præsentis uitæ iucunditatem inuidetis, & à futura felicitate uultis excidere? Multis malis per se obnoxia est uita mortalium; magnam molestiæ partem adimet concordia, dum mutuis officijs alijs alij aut consolatur, aut iuuat. Si quid boni obtinet, id tum suauius, tum communius reddet concordia;

T 4 dia; dum

*bombardæ nominis
diorum proceritatem*

dia, dum amicus impartit amico, & beneuolus beneuolo gratulatur. Quām frīuola sunt,
 quamque mox peritura, pro quibus inter uos tumultus est. Mors omnibus imminet, non
 minus regibus quām plebejs. Quos tumultus ciet animalculū, mox futni in morem eua
 niturum. In foribus adest æternitas. Quorsum attinet, pro rebus istis umb raticis perinde
 moliri, quasi uita hæc esset immortalis. O miseros, qui felicem illam piorum uitam nō cre
 dunt, aut non sperant; impudentes qui sibi pollicentur ē bellis ad eam iter esse, cum illa ni
 hil sit aliud quām ineffabilis quædam felicium animorum cōmuniō, cum iam ad plenum
 continget, quod Christus tam enixe togauerat patrem cœlestem, ut sic inter se iungeren
 tur illi, quemadmodum ipse patri ituncius est. Ad hanc summam concordiam qui possitis
 esse idonei, nisi eam interim pro uirili meditemini? Ut nō subito ex spurco heluone fit an
 gelus, ita nō subito ex bellatore sanguinario, martyrum & uirginum socius. Eia fatis iam
 superque fusum est Christiani, si parum est humani sanguinis, satis in mutua debacchatum
 exitia, satis hæc genus Furij Orcocque litatum, satis diu quæ Turcarum pascat oculos, acta
 est fabula. Hacten aliquando postnisiū diu toleratas bellorum miserias resipiscite. Quic
 quid haclenque insanitum est, fatis imputetur: placeat Christianis, quæ quondam propheta
 nis placuit, superiorum malorum obliuio: posthac cōmuniibus consilijs in pacis studium
 incumbite, & sic incumbite, ut non stupeatis, sed solidis atque adamantinis uinculis coeat,
 nunquam dirumpenda. Vos appello principes, de quorum nutu potissimum pendet res
 mortalium, qui Christi principis imaginem inter mortales geritis, agnoscite regis uestr*i*
 uocem ad pacem uocantis, existimate totum orbem diutinis sessum malis, hoc à uobis fla
 gitare. Si quid cui dolet etiamnum, æquum est hoc publice omnium felicitati donare. Ma
 ius est negocium, quām ut leuibus causis beat retardari. Appello uos sacerdotes Deo
 sacri, hoc studijs omnibus exprimit, quod Deo gratissimum esse scitis: hoc depellite;
 quod illi maxime inuisum. Appello uos Theologi, pacis Euangeliū prædicate, hanc
 semper popularibus auribus occinite. Appello uos Episcopi, alijque dignitate ecclesiastica
 præminentis, ad pacem æternas uinculis astringendam uestra ualeat autoritas. Appello
 uos primates & magistratus, ut sapientia Regum, ut pietati Pontificum uestra uoluntas
 sit adiutrix. Vos appello promiscue, quicunque Christiano nomine censemini, conser
 tentibus animis in hoc conspirate. Hic ostendite quantum ualeat aduersus potentum ty
 rannidem multitudinis concordia. Huc pariter omnes omnia sua consilia conferant. Jun
 gat æterna concordia, quos tam mukis rebus coniunxit natura, pluribus Christus. Com
 munibus studijs agant omnes, quod ad omnium ex æquo felicitatem pertinet. Huc inui
 tant omnia, primum ipse naturæ sensus, atque ipsa, ut ita dicam, humanitas. Deinde totius
 humanæ felicitatis princeps & autor Christus. Ad hæc tam multa pacis commoda, tot
 bellii calamitates. Vocant huc ipsi principum animi, iam uelut afflante Deo, ad concor
 diam propensi. En pacificus ille placidusque Leo, signum omnibus extulit, ad pacem inui
 tans, uerecque Christi uicarium agens. Si uere oues estis, sequimini pastorem. Si filii, audite
 patrem. Vocat ille non titulo tantum Christianissimus Galliarum rex Franciscus, qui pre
 cem nec emere grauatur, nec usquam suæ maiestatis habet rationem, modo publica paci
 consulat: hoc denique uere splendidum ac regium esse docens, de genere humano quām
 optime mereri. Vocat huc clarissimus princeps Carolus, incorruptæ indolis adolescens.
 Nec abhorret Cæsar Maximilianus, nec detrectat inclitus Angliae rex Henricus. Tan
 torum principum exemplum, cæteros libenter imitari parest. Maxima plebis pars bel
 lum detestatur, pacem orat. Pauculi quidam modo, quorum impia felicitas à publica pen
 det infelicitate, bellum optant. Quorum improbitas, ut plus ualeat, quām bonorum om
 nium uoluntas, æquum sit nec ne, uos ipsi expendite. Videntis hactenus, nihil actum föde
 ribus, nihil promotum affinitatibus, nihil ui, nihil ulciscendo. Nunc contrà periculū faci
 te, quid possit placabilitas, quid beneficentia. Bellum ē bello seritur, ultio trahit ultionem.
 Nunc gratia gratiam pariat, & beneficium beneficio inuitetur, isque regalior uideatur, qui
 plus de suo iure concederit. Non successit quo d humanis studijs gestum est: at fortunabit
 ipse Christus pia consilia, quæ se autore & auspice uiderit suscipi. Aderit dexter, aspira
 bit, fauēbitque fauentibus ei rei, cui fauit ipse plurimū, priuatos affectus publica uincat uti
 lis. Quanquam dum huic consulitur, & sua cuique fortuna melior reddetur: principiū
 tegnū erit augustius, si prijs ac felicibus imperent, ut legibus regnent magis quām armis:
 proceribus

proceribus maior ueriorē dignitas, sacerdotibus oculum tranquillus: populo quies uberior, & ubertas quietior: nomen Christianum formidabilius crucis hostibus. Deniq; singulis, & omnes omnibus chari simul & iucundi eritis, super omnia Christo grati, cui placuisse summa felicitas est.

D IX I.

Querelæ pacis per Desiderium Erasmum Roterdamum finis.

SOILLVSTRI D^o CHRISTOPHORO

A SCHIIDLOVIETZ, PALATINO ET CAPITANEO

Cracouensi, regni Poloniae Cancellario, Des. Erasmus Roterodamus s. d.



OT tantisq; malis undiq; contaminata est uita mortalium uir nostrū imaginib; tantum illuſtris, ut Homerus conferens sortem nostrā conditionis cum singulis animantiū generibus pronunciarit, nullum esse animal hominē calamitosius: Silenus iudicarit, optimum aut non nasci, aut quām oxyſſime aboleri: Plinius existimarit, nullum munus hominē datum à superis maius aut melius, q̄ viræ breuitatem, & interim nulli negatam facultatem abrumpendi uitam, si uideatur. Apud Lucianum Pythagoras, cuius anima ſingitur subinde mutato domicilio, per omnia uirorū ac mulierum, bipedum & quadrupedū corpora fuſſe peregrinata, fatetur se longe suauius uixiſſe, quū eſſet rana, quam quum eſſet rex. Atq; hęc quidem licet absurdā dictu, non ita multum abeſſent à uero, niſi cœleſtis ille philoſophus nobis persuasiſſet, æternam felicitatem eſſe paratā his qui totius felicitatis program ac puppim, ut aiunt, in ipſo collocarint. Ea ſpes tantā habet uim, ut in maximis etiam malis ſeruet ac tueatur alacritatem animi ſibi bene conſcij, præſertim quum hic interim adſit arrabo ille mirificus & arcanus, qui quicquid habet hęc uita ſelliſ uertit in mel. Ad hęc quoniam homo, ſicuti corpore conſtat & animo, ita dupliſ genere malorum affligitur, quæ ſitū eſt & illud à ſapienſibus uiris, utrum grauiora ſint mala corporis an animi: & pronunciatum eſt ab animi malis plus eſſe calamitatis. Quanquam ab hac ſententia multum diſcrepat uulguſ: Quotus enim quicq; eſt, qui non miſerius eſſe ducat hydropicum eſſe quām auarum: Sed idem felicius eſſe ducunt, habere corpus formoſum, q̄ animum honestis diſciplinis ac uirtutibus exornatum. Nec mirum ſi præpoſtere iudicant de malis ac bonis, qui corpus præferunt animo. Antiquitas præter caſus & uitia, numerauit trecenta morborum genera: quibus acceſſerunt & indies accedunt ignotæ nouæq; morborum ſpecies, ueluti cum arte medicorū ex insidijs bellum gerentes. Quis autem enumeſet animorum uitias? Atq; utinam numero tantum uinceren: Superant proh dolor, ſuperant & alijs multis nominibus. Primum quod uitiā meliorem noſtri partem: deinde quod quum corporis mala tantum affliſtos reddant: animorum morbi reddunt etiam malos & infelices, eo quod à nobis accerſantur. Iam ſunt quædam corporum ægritudines, quæ cruciat corporis, ut pecuniaſ ſtudium, ut amor impotens, ut zelotypia, ut liuor torquet animum: Ad hęc corporis morbi crebro medentur animi malis, quum ex animi uitio ferè naſcantur et corporis mala. Grauiores exiſtimantur corporis morbi, qui præter moleſtiam habent & turpitudinem. At huiusmodi ſunt omnes animorum morbi: Non enim ſolum admunt animi tranquiſſitatem, uerum etiam infamiam adferunt. Medici nullum morborum genus putant formidabilius, quām quod ægrotō mali ſenſum eripit. Sanabilior enim eſt podagricus, qui ſe miſerum clamitat, & medicum accerſi iubet, quām phreneticus aut lethargicus, quorum hęc ſibi uideatur ſanus, ille medicum opitulari cupientem inuadit. At huiusmodi ferè ſunt omnes animorum morbi: Quo quicq; grauius ægrotat, hoc minus admittit opem medicantis: Nam in hiſ quoq; uarietas eſt. Longe facilius medemur luxui, libidi-

ni, &c

ni & profusione, ceterisq; crassis, ut ita dicam animi morbis, quam ambitioni, quam inuidia, quam philautiae, quam hypocrisi. Videas multos quibus non possis obiecere stuprum, aut temulentiam, sed toti madent amore sui, ad hunc gnomonem examinat omnia. Si quis obsistat, nullum vindictae genus non moluntur, sceleratissimis interim cupiditatibus praetexentes honestos titulos. Quo quidem hominum genere nihil nocentius neq; deploratus. De corporis morbis iudicat animus. Idem in animi morbis fieri non potest, quia ea pars nostri labore, qua iudicamus. Proinde quo remedio succurras illi, q; situm inexplibilem habendi uocat prouidentiam, qui liuorem appellat honesti zelum, qui cæcum amorem sui nominat prudentiam, maledicentiae morbum fucat titulo libertatis. Accedit ad hæc quod cùpedes alligauit podagra, tamen oculis & auribus sanus est. At unusquispiam animi morbus totum uitiat animum. Rursum cui res est cum calculo, ceteris morbis caret. At nullus est animi morbus, qui non secum trahat agmen uitiorum. Iam si par est ex contagij noxa morbum aestimare, à pestilētia tui sunt senes, si Plinio credimus, nec ea quoquis demigrat, sed ab Austrinis regionibus orta, ferè demigrat ad Occidentales. Sunt morbi qui non attingunt pueros, sunt qui parcunt sexui foeminino, sunt qui potentes impetunt, plebi parcentes, cuiusmodi ferūt lichenas. Sunt qui suis tantum ætibus aut etiam regionibus sauiunt. Elephantiasis & Gemursa, quia immigrassent in Italiam celeriter extinctæ sunt. Sudorem leuiserū ante annos triginta non nouit Anglia, nec ea lues ferè transsilit eius insulæ fines. Habent hæc mala tractus suos, habent uices suas, habent personarum atque etiam membrorum delectum. Animorum pestes nec ordini, nec sexui, nec ætati parcunt ulli, nec ulla se licetibus continent, incredibili celeritate peruagantur orbem, nec inuicem sibi cedunt, quemadmodum uicissitudine sauiunt, nunc pestilentiae, nunc anginae, nunc tusses, sed morbus morbus, uelut ansam ansa trahit: nec facile cedunt ubi semel incubuere. Iam si quis percōtetur, inter corporū morbos cui debeat principatus: me iudice facile tribuetur ei malo, quod incerta origine, tot iam annos per omnes orbis plagas impune grassans, non dum certum nomen inuenit: pleriq; uocant poscas Gallicas, nonnulli Hispanienses. Quæ lues unquam pari celeritate percurrit singulas Europæ, Africæ, Afriæq; partes? Quæ penitus sese inserit uenis ac uisceribus? Quæ tenacius hæret, aut peruicacius repugnat artu curæq; medicorum: quæ faciliore contagio trāsilit in alterum: quæ crudeliores habet cruciatus? Vitiligo præter cutis deformitatem nihil habet noxæ, & curationem recipit. Lichenes foedo quidem furfure, prius faciem, deinde reliquū corpus operiunt, sed circa cruciatum, nulloq; uitæ discrimine, etiam si remedium non admittunt, nisi cui mors sit antefixa. Hæc lues quicquid in alijs est horrendū unā secum defert, foeditatem, cruciatum, contagium, uitæ periculum, curationem difficillimam pariter ac fœdissimam, & tamen uincula cohibita, subinde repullulat, non aliter quam podagra. Postremo si quis sciscitur in ter animi morbos, cui nocendi primatus tribuatur, nihil addubitem hanc illaudatam laudem, & ingloriam gloriam tribuere linguae effeni. Pestis hæc nec simplex est nec recès, uniuersos animi morbos complectitur, nec ulla fuit ætas tam sanis moribus, ut de hoc male non fuerit questa. Verum ut febres ac pestilentiae quædam, quæcum nunquam prorsus intermitiantur, tamen aliquando ex interallo uelut erumpentes inundatione, latius & acrius sauiunt, perinde quasi internicionem humano generi minitentur. Ita uidemus nunc hunc fatalem linguae morbum mirò contagio totū orbem occupasse: seleq; peraulas principum, per domos idiotarum, per scholas Theologorū, per sodalitates monachorū, per collegia sacerdotum, per militum cohortes, per agricolaram casas sparsisse, tanta uiolentia, ut honestis disciplinis, ut integris moribus, ut publicæ concordia, ut ecclesiæ processum, ut prophenorū principum autoritati panolethriam quandam ac perniciem moliri videatur. Dormitatum est initio aduersus orientem pestem, de qua modo diximus, nec adhuc uigilatur aduersus contagium, quum attacti lepra, leuiore malo, semoueatur ab hominum commercio. Sed maiore rerum humanarum exitio cessatum est hacenus aduersus linguarum intemperias, & adhuc cessatur: Interim malum indies gliscens fit immedicable. Exitere quidem nonnulli, qui quod solent imperiti medici, morbum sinistra curatione nihil aliud quam exacerbant. Hæc partes erant episcoporum qui Christianam prudensiam, qui Euangelicam eruditioem, cum animi moderatione coniunxerunt. Vturis, selectionibus, & compedibus quid hacenus profecium sit uidemus. Nos tamen si nec autoritate nec

tate nec eruditio ne prudentiaq; prædicti sumus, quantam morbi fatalis magnitudo requiri, tamen ad publicam orbis Christiani calamitatem ingemiscentes, qualemque pharma cum attulimus, quo si malum hoc funditus tolli non potest, certe mitetur. Ex ornatissimo viro Ioanne à Lasco cognoui plurimum priscæ integritatis apud uestram gentem residere: ut Astrea, loquar enim poetarū more, fugiens è terris isthinc ultima presulissimæ uestigia uideri possit: nec mediocriter florere reclusi institutis, sub integerrimo uigilantissimoq; præsule Ioanne à Lasco Archiepiscopo, qui priscorum præsulum exemplum in hanc corrupissimam ætatem refert. Id eo facilius credo, quod in ipso qui haec narrat, eam morū sinceritatem modestiamq; perspiciam, ut parent haec huius non temere in quoquā alio representerim. Quod si cōmuni hæc linguae pestilentia nondum uestram attigit Poloniā, uisutus est hoc scripto uestre gratulari felicitati. Sin & isthuc aliqua pars contagij serpsit, misimus antidotum. Id ut tuī nominis auspicijs euulgatēmus uir illustris, fecit modo dicitus Ioannes à Lasco, qui mihi non desinat, admirabili quodam affectu tuas dores ac uirtutes eximias prædicare, ut ipse quoq; succensus admiratione laudum tuarum cogar primum te tibi, deinde totū Poloniæ regno talem negotiorū administratorem gratulari. Haec qui persuasit, iuuenis quidem est, sed prouectis moribus, sed senili iudicio. Nec fallitur tam oculatus, nec fingit qui haec tam constanter, tanto peccoris ardore deprædicat. Quod si hunc homuncionē non grauaberis in tuorum numerū ascribere, gratulabor & mihi, talem uel patronum uel amicum. Non me pudet huius ambitionis: Talium uirorum amicitiam in præcipua felicitatis parte numerare soleo. Quanquam quum principum uirorum fauores ambimus, non tam nobis ambimus quam optimis studijs, q; pietati, quæ nunc quorundam seditionis tumultibus ubiq; periclitantur: collapsura nisi tui simillimum autoritate studioq; fulciantur. Ridiculus essem si nunc ambirem dignitates aut opes, propediem hinc emigraturus. Sarcinæ sunt ista quæ grauant euolatæ meditantem, nec tamen comitantur exēntem. Si quid lucubrationibus meis, si quid per bonos uiros nostris hortatibus extimulatos, iuuimus uel honesta studia, uel pietatem Christianam, hoc uiaticum lubens mecum extulero. Sed nimis diu te remoror à lingua, in qua uereor necubi tua prudentia consideret ordinem magis digestum. Argumentū etat infinitæ uarietatis, itaque dum singula cogor attingere, miscens interim sacra prophanis, uix effugi terum confusionem, præsertim quum non uacaret expolire quod erat congestum. Bene uale. Basileæ, postridie Id. Augusti, Anno M. D. XXV.

LINGVA PER DES ERASMVM ROTERODAMVM



ICTVRVS non de aīni, quod aiunt umbra, sed de his quæ Exordium ab præcipuum habent momentum ad humanæ uitæ uel felicitatem uel perniciem; precor ut omnes, quandoquidem ad omnes benevolentias hæc oratio pertinet, his auribus atque animis auscultetis; quas in rebus gratissimis maximisq; bene consulenti præbere soletis. Atq; illud in primis suo quisq; cum animo perpendat, si quis uestrum tienemus deferat præsentationem, quod uel ipso contractu subitam mortem adferret, idq; sic deferat inclusum uasco, ut non posset abiūcere, nonne is quamlibet alijs in rebus incurius, hic summa solitudine caueret, ne per imprudentiam aut incuriam exitium consenseretur, uel ipsi qui teneret, uel alijs quibus bene uellet, ueluti liberis aut uxori? Quanta cura seponeret eam pýxidem, quam religiose caueret, ne quid efflueret, aut ne quis spiritus letalis exhalaaret, ne quis imprudens attingeret. Rursus si quis pharmacum circumferret, aduersus omnia morborum geheta præsens habens remedium, quo uel iuuentus retiocari posset, uel mors iam utgens propelli, an non is anxie sollicitus esset, ne qua pars rei tam preciosæ periret, ex qua bene dispensata tam admirabilis

simile

mirabilis utilitas esset redditura, non solum ad ipsum qui teneret, verum etiam ad omnes quibus uellet cōmunicare? Non arbitror quenquam tam socordem esse, ut h̄ic sit futurus incogitans. Qui fit igitur, ut mortalibus nullius rei minor cura sit quam linguae, quum in hac circūferamus utrumq; & letale uenenum, & saluberrimum pharmacū. Nihil enim inter homines mala lingua nocentius, nihil eadem salubrius, si quis ut oportet utatur. Intellectum est id atq; etiam posteris proditū, à priscis illis sapientibus, qui cum Christi philosophiam ignorarent, tamen humana ratione plurima deprehenderunt, quæ non mediocrem adferunt utilitatem ad uitam honeste feliciterq; transligendam. Olim enim quum nondum opera Platonis, Carneadis & Chrysippi, didicisset esse loquax sapientia, sed breuibus dictis uelut oraculis traderetur, aut facili etiam, ueluti symbolis aphonis significaretur. Amasis rex Aegypti misit Pittaco, qui celebratur inter septem Græciæ sapientes, hospiti pecudem immolatitiam, postulans ut inde sibi remitteret partem quam iudicaret esse pessimam, ac rursus quam existimaret optimam, ratus futurum, ut duas partes diffimilias remitteret. Is exactam linguam misit regi, significans in homine nihil esse melius bona lingua, mala nihil nocentius. Nam in ceteris animantibus nec pessima pars est lingua, nec optima. Age iam illud quisque secum reputet, si quis haberet pyxidē, qualis fuisset fertur Pandora, in qua plus esset inclusum mali quam illic erat, hoc est omnia corporum exitia, nec pauciora, sed grauiora animorum: tum in eadem essent totidem commoda quo incommoda, totumq; in hoc discrimen esset, si quis nō in tempore promeret, aut non ea moderatione qua oporteret: nōne is summa cura daret operam, ut disceret tam periculosis thesauri dispensationem, præsertim si tale periculum esset, ut lues ad neminem certius perueniret, quam ad promū condum: Etenim mala lingua non raro prodest ijs quos studet lædere, sed fieri non potest quin lædat autorem, si non damno rerum corporalium quod & ipsum ferè solet, certe grauiore iactura bonæ mentis. Ac pyxidem quidem eiusmodi si quis possideret, liceret uel in pelagus abiçere, sic ut neclæderet quenquam mortaliū, nec iuuaret. At linguæ thesaurum uelimus nolimus nobiscū circumferimus. Quo religiosior est adhibenda cura, ut sobria moderatione, quam minimum malū nobis inde nascatur, sed quam plurima ad omnes dimanet utilitas. Nam hoc ita ferè natura comparatum uideamus, ut quibus ex rebus summa proficiscitur utilitas, ex ijsdem nascatur extrema pernicies. Quid corporibus cœlestibus salubrius, aut magis necessariū? At ex ijsdem, si quando parum cōmode iungantur, quanta mortalium calamitas: Aere & piramus: uerum is infectus quantam stragam infert animātibus: Flumina & maria, præter alimoniam & opes quas affatim porrigunt, quantum habent cōmoditatum ad itinera uitæq; commercia: Verum ex ijsdem concitatis aut ex undantibus, quantū damni, quātum periculi: Vnde maior usus quam ex igni: Sed rursum unde formidabilius discriminē: Terra patens & altrix rerum omnium, habet tamen suas cōcussiones, hiatus, ruinas, exhalationes pestiferas. Nec alia parit plus uenenorū, quam quæ frugum ac medicinali herbarum fertilissimæ est, qualem ferunt esse Africam. Atticæ mellæ celebrantur præcateris, sed eadem gignit mel maxime toxicum. Itaq; quod de uiris Atticis diculum est, eos aut insigniter probos esse aut insigniter malos, idem conueniet in mel Atticum. Adeo late patet illa sententia, Vbi mel, ibi fel, Vbi uer, ibi tuber. In remedijs nihil olim iudicatum est utilius elleboro: at idem securus q; oportet sumptum, certum assert exitium. Quid uipera nocentius, sed hinc habemus salutiferam theriacam. Iam olim apud omnes nationes male audit fortuna, quod nō lubili rota quoscunq; lubitum est in summū euehat, alios ad ima præcipitet. At idem facit hominis lingua. Veteres unicuiq; mortalium duos addidere Genios, a quorum altero ueniat felicitas, ab altero calamitas. An hoc uerum sit nescio: certe uerissimum est, in linguis singulorū utrumq; genium inesse. Idem à prudētibus uiris obseruatum est, quod Plato dixit, in felicissimis & heroicis (ut ita loquar) ingenij, ut uel summo bono uel summo malo sint reipub. Perspexit hoc in Themistocle puero præceptor illius, prædicens illum nihil mediocre, sed aut ingens aliquod bonum, aut insigne malum futurū patriæ. Eiusdem ingenij fuit Alcibiades, Caius Cæsar, Alexander Magnus, alijq; complures. Cato Uticensis quum Cesaris aduentus magnum terrorē incusisset uniuerso senatu, iamq; omnium oculi in ipsum essent cōiecti, si quid opis adferret, qui primus hoc mali prædictisset, cōfuit in eo tempori statu Pompeio summā rerum esse cōmittendam, cum hac clausula, ut tria retine

Pandore
pyxis

Ex ijsdem fe/
re summa per/
nicias unde
summa uti/
litas

Cato de
Pompeio

ret ne quid detrimenti caperet respub. quod iudicaret fieri solitū, ut ab ijsdem uiris ingen
tia mala depellerentur, qui inuexissent. Ac reges ferē aut magno orbis malo malī sunt, aut
magno orbis bono boni. Porrò tametsi mala quē ueniunt ab astris aut elemētis, in totum
à nobis arceri non possunt, illud tamen efficit humana cura, ut leuis certe lēdant. Atqui
si ex nocētissimis bestijs inuenimus remedīa, si feras et immanes beluas studio cicuramus,
si terram hirtam uepribus ac noxijs herbis obsitam cultu reddimus frugiferam, & usibus
hominum obsequentem, si pullos equorum sic instituimus, ut quo suapte natura ferocīo/
res sunt, hoc domiti sint aptiores obsequijs nostris, si iuuenum indolem erectam ac fero/
cem, & ad summam rerum perniciem euasuram institutione reuocamus ad summam fru/
gem, quid obstat quo minus idem faciamus in cicuranda lingua? Quoniam autem nemo
potest recte uti re quapiam, nisi uim ac naturam illius cognitam habeat, ne quod plerisq;
mortali bus cæteris in rebus usu uenit, ut ingenti suo malo dignoscāt à noxijs salubria, uo/
bis accidat in lingua: primum aperiā uobis quātas uitæ peltes adferat lingua, si male gu/
bernetur: rursus quantas utilitates si non laxetur nisi in eos usus, in quos nobis à deo do/
nata est. Postremo tradam uelut artem ac rationem huius membris moderandi. Hortarer
hīc potissimum mulieres, quæ uulgo male audiunt hoc nomine, nisi uiderem ubiq; tot es/
se uiros nocētissimē linguæ, ut præ his mulieres sobriæ moderatæq; uideantur. Par est igi
tur, ut parem attentionem, in re tam necessaria cognitioni, tamq; ad omnes pertinēte, requi/
ram ab omnibus. Primum igitur, quemadmodū ipsa natura ipso corporis habitu uidetur
in multis hominē admonuisse quid ipsum deceat: uelut erecto in cœlum corpore, docuit
contemptis humilioribus ac perituriis rebus, ad quas eadem reliquias animantes abiecit,
altiora quædā, nec ullis mutationibus obnoxia esse quærenda. Præterea quod hominem
finxit nudo molliq; corpore, monet nos nō ad bella more ferarū, quas uarijs armis instru/
xit, sed ad concordiam mutuamq; benevolentiam natos esse. Ad hæc quod rationem in Lingue ratio
cerebro, uelut in arce corporis, sedem habere uoluīt, nimirum admonuit, omnes cupidita/
tes rationis imperio moderandas esse. Sic linguam ita finxit, ut si quis diligenter animad/
uertat, perspicere queat, naturam illud admonere uoluisse, nullū esse corporis membrum
exitibilius, si quis abutatur, nullum salubriss, si ad sit diligēs cautaq; moderatio. Etenim
naturæ prouidentia cuique corporis parti suum dedit locum, siue pro dignitate, siue pro
usu commoditate. Nam quum in cerebro, uelut in arce, sedem dederit menti, cor in præ/
cordijs, hoc est, supra diaphragma sub læua mamilla locum sortitum est, cui iunctus ter/
go spinæ imminet pulmō, flabelli ritu spiritus hausti redditioq; uicissitudine cor præcipue
refocillans, quod frigore modico recreatur. Cor autē totum musculosum ac uelut ex ner/
uaceis filiis contextum, duos habet sinus aut specus siue recessus, arcana sp̄irituum ac san/
guinis receptacula. Pulmo spongia in morem leuis & cauernosus, unguē bubule forma
in duas fibras diuiditur, quo magis capax sit sp̄iritus, motuq; alterno reddat ac recipiat.
Ventriculus sub ipsis præcordijs est, cui à dextris proximum est iecur, iecori annexum
se est: ad leuam est lien. Inferiori uentriculo adhæret intestinum quod ielunum appellant,
propterea quod nihil eorum quæ accipit retinet, sed protinus in tenuius intestinum, sed si
nibus uehementer inuolutum transmittit. Huic annexum est aliud intestinum transuer/
sum, quod cæcum appellant, huius extrema pars est intestinum quod rectum dicitur, per
quod excernuntur crassiores ciborum reliquiae. Nam à renibus per uenulas albas, quas
ureteras dicunt, urina distillat in uescicam. Iam ea pars corporis qua coitus peragitur, infra
uentrem sortita est uelut extreum locum. Lingue uero ueluti cordis ac mentis interpre/
ti, in medio locum dedit, nimirum ut & cerebro subiaceret, nec procul abesset à corde, su/
perne in propinquuo habens sensuum omnium organa, oculos, aures ac nares. Nam gu/
standi uis linguæ peculiaris est: tametsi quidam, in quibus Aristoteles tactum esse uo/
lunt. Et prorsus extra controuersiam est gustum absque contactu non fieri. Cæterū an gu/
stum à reliquo tactu peculiaris aliqua differentia separat, non admodum ad hunc locum
pertinet. Certe tactus qui per omnes corporis parteis sparsus est, adeo non deest linguæ,
ut uix usquam sit hæc sentiendi uis subtilior. Ab ima uero sui parte religata est à præcor/
dijs, domicilio cordis. Nec attinet hīc in quæstionem uocare, utrum in cerebro an in cor/
de sit mentis humanæ sedes, quum tanta sit utriusque cognitio, ut altero uifato, protinus
& alterum deficiat. Proinde quum naturæ prouidentia linguæ sedem in altissima corpo/
ris parte

ris parte tribuerit, nōnae satis declarauit nobis huius membra dignitatem; Deinde quod in confinio cordis & cerebri sitam esse uoluit humanæ mentis interpretem, an non euidenter docuit, eam non oportere discere à corde, sed obtemperantem esse rationi cui subiecta est: nec prius in uocem debere prorumpere, quām adhibitis in consilium uicinis sensibus, præcipue auribus atque oculis, quibus inter corporis sensus principatus tribuitur. Sed multo magis consulendæ sunt interiores animæ uires, intelleclus seu ratio ac memoria, quibus & ipsis sedes & officia sunt in cerebro. Vnde satis liquet quod prepostere faciant hi qui prius lingua laxant in uerba, quod audierint, aut uiderint, aut quod animo perpendent quale sit hoc de quo uelint loqui, aut quales hi sint apud quos uerba facienda sunt, **Varius** *lin-*, quum oporteat huius membrī ministerium omnium esse postremum. Quoniam autem **gutus** usus hoc membrum non in simplicem usum nobis addidit, sed organum esse uoluit, primum sumendi potus ac cibi, deinde uocis proferendæ, tertio sermonis articulati, uidere est operare premium, quām exiguum & informem corporis portionem, rudique carnis massæ similem, ad tam uarium ministerium finxerit accommodam. Primum ipsam finxit carnolam membranulis ac uenulis interspersam admixta pinguedine, sed leuem tamen, ac facile quovis uolubilem, superne asperiorem, præsertim in medio ceu dorso quo palatum maxime contingit, etiam si hac quoque parte homini minus aspera est quām animantium per risque: inferne uero tota leuis: quoque uolubilior sit, adest illuc perpetuus humor, ut ipsa uida ac lubrica in uidis ac lubricis quodammodo natare videatur. Ad imam partem qua latissima est, & in specie uicinæ carnis desinit, duo coeunt itinera tenuissimo discrimine, quorum exterius Græci uocant *εὐτρέπεια προσχεῖα*, spiritum transmittit pulmoni, ac uiscissim reddit. Alterum interius, quod à quibusdam stomachus dicitur, mollius est, ac cibum transmittit in uentriculum. Ipsi uiarum confinio imminet caruncula, quæ Græcis hinc dicitur epiglottis: huius officium est claudere meatum uocis: quo cibus ac potus citra noxam transmittatur in uentriculum. Rursus aliò se mouens, spiritui commenans uitam aperit. Iam additus est linguae peculiaris quidam humor, qui nisi miscetur cibo, deinde accedat contactus linguae ac palati, non fit gustus. Eam uim licet per omnem linguam sparsam, tamen in posteriore eius parte tradunt esse acerrimam. Vnde hanc Græci quidam dixerunt *γεῦση*. Communi quidē tactu dijudicat, quid asperum quid leue, quid calidum aut frigidum, tanta subtilitate, ut ne tenuissimus quidem pilus cibo admixtus ille fallat. Cæterum innumera sunt saporum discrimina, quæ peculiari contactu discerunt. Quot sunt uini sapore? Hos omnes primo gustu agnoscit ac dijudicat. Quid igitur hic attinet commemorare piscium, pecudum, avium, herbarum, frugum, & aromatum infinitas differentias? Seruit accipiendo cibo linguae mobilitas, quæ se quum uult dilatat, contrahit, demittit, erigit, supinat, ac repandam facit. In cæteris animantibus longior, sed angustior, quorum nonnullis uice manus est, ut bubus in carpendo granine, canibus in bibendo: homini breuior est, sed latior obformandas uoces. Vnde fit ut aues quæ imitantur uoces humanas, ferè linguam habeant cæteris proportione latorem. Quin & ipsa linguae forma facit ad uocem promendam. Vnde **pisces** quoniam linguam habent a terrestribus animantibus differentem, omnino muti sunt. Nostra lingua qua contingit dentes primores, ac profertur, acutior est, ea pars proglottis Græcis dicitur. Ad formandos uero uocum sonos, seruit illi palatum quoque ac dentes, quibus se se uarijs modis afflectit, nunc diductis, nunc contractis. Seruiunt & labra, contracta, diducta, porrecta. Denique seruiunt & fauces cum suis & arteriæ musculis, quorum ministerio vox grandior, acutior, obtusior, blandior, austerior. Porro, quum singulis animantibus terrestribus natura peculiarem dederit uocem, solus homo unico linguae pectoris omnium uoces imitatur tanta similitudine, ut si tantum audias imitatorem, credas uagire puerum, grunnire porcum, hinnire equum, uxorem cum marito rixari, coccycem certare cum luscinia. Expende nunc mihi literarum, syllabarum, ac uocum differentias, linguarum peculiares hiatus, stridores, ac sibila. Has tantas uarietates unicum illud pectorum effingit ac reddit in diuersarum gentium pluribus linguis. Nam ferunt **Mithridatem** regem uiginti duas linguas sic tenuisse, ut unicuique ius redderet sine interprete. Si hoc potuit homo barbarus, & regni negotijs dissentus, quid ficeret Atticus nulli rei uacans nisi formandæ linguae. Itaque non omnino temere sic hominem notauit enigma, uetus

uetus, primum quadrupes, deinde bipes, mox tripes, per omnes terras uolitat, & omnium animantium linguis loquitur. Sunt autem iuantes harmonie quedam, ac numeri modis, qui secreta quidam energia sedant aut mouent diuersos hominum affectus. Ea res quum diuersis organis peragatur ab artificibus, omnium uim ac potentiam unicum linguæ plectrum complectitur. Hæc ad bellum tuba est aut cornu, eadem receptui canit quum liber: ad hilaritatem tibia est, ad uoluptatem cithara, eadem quum uult lugubre canit. Mi
ramur piscem *remoram* corpusculo pusillo nauim ingentem plenis uelis citatam repente sifere, & non miramur linguam haud ita multo maiorem remora, tot hominum milia quocunque libitum est uocare, reuocare, concitare, sopire, nec ciuitatem modo cum ciuitate, uerumeriam Africam, Asiam & Europam inter se committere. Quid igitur hoc membro felicius? quid potentius? Sed tursum quid periculosius? Proinde natura talem addidit temperaturam, ut si quando res moram non patitur, sed presentem orationem postulat, in promptu sit usus linguæ. Sic *Croësi filius seruauit patrem*, & gladium in caput illius uibratum inhibuit. Ceterum quemadmodum natura uoluit linguam humanæ uitæ moderatricem esse promptam officio, ita diligenter admonuit, ne precipiti petulantibus facilitate perniciem adferret pro utilitate, exitium pro officio, uenenum pro remedio, eoque quum oculos binos, aures binas, nares binas addiderit, unicam duntaxat linguam dedit, quicq; aures sic finixerit homini, ut uelit nolit semper habeat patulas, quæ nec claudi possunt nec auerti, quod tamen uidemus multis animantibus non esse negatum, nimis rum ipsa re clamitans quod docet Jacobus in Epistola: Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum: Tum oculos quum non nisi tenui pellicula texerit, ad somnum duntaxat: linguam uelut in specum abdidit, eamq; tot uinculis alligatam, superne sub extremis palati partibus, deinde ad utrumq; latus faucium extremarum, tum retinaculis ad pectus tendebitibus: inferne uero in mandibula inferiore usq; ad uallum dentium quæ pars Græcis hypoglottis dicitur, sic astrictam, ut nonnullis incisione sit opus quo loquantur explanare: atq; adeo Varro putat linguam à ligando dictam esse. Ad hæc opposuit geminum uallum, ac repagula dentium *trigintaduorum* (nam & Homerus significanter *ερπος οδοντων* appellat) quo uel morsu uulnereq; coerceri queat, si minus obtemperet rationi. Nam & in prima statione collocauit dentes ad uulnerandum aptiores, quos ob id Græci *τομεις* appellant. Neque raro usu uenit incautius inter edendum uoluentibus linguam, ut dolore admoneantur non temere proferendum hoc membrum. Mox & ualeras obiecit labiorum, uidelicet docens in lingua pretiosum esse thesaurum, quam sic recondiderit, sed cuius intempestiuus atq; immoderatus usus summum habeat periculum, quam tot retinaculis cohibitam, non simplici munimento praesepserit, aduersus effrenem petulantiam non promendi uerba, sed fundendi temere quicquid in buccam uenerit. Quo uitio uix aliud fuit apud ethnicos etiam homines detestabilius, quod grauiter M. Cato summi probri loco obijcit M. Cœlio, non uitium *appellans sed morbum*, qui si quem teneat, non alter illum uexet insatiabilis libidine garriendi, quam ueterus bibendi atq; dormiendi. Huius autem morbitam impotentem ait esse uim, ut qui eo laborat, non solum ad quamvis occasionem indulget uitio suo, uerum etiam si desit qui audiat, ipse ultro conducat conuocetq; q; iorū aures oneret inani loquacitate, non aliter quam solent circumforanei pharacopolæ, qui posita mensa populum ad se pelliciunt ingentibus promissis. Atque hos magna linguæ uolubilitate multa miraç; factantes, audiunt quidem aliqui, nemo tamen illis auscultat, quod fide careat illorum oratio. Itaq; uerba quidem illorum audiuntur ab his quibus nihil est quod agant domi: nemo tamen est omnium qui se illis quamlibet prodigiosa remedia polliceribus, ausit committere si ægrotet. Eidem Cœlio M. Cato exprimat parem facilitatem uel loquendi uel tacendi: *Frusto, inquiens, panis* conduci potest, uel uti taceat, uel uti loquatur: significans homini nihil esse turpius quam habere linguam uilem pauloq; uenalem, uel ad dicendum quidlibet, uel ad silendum, quum res postulat orationem, quod genus homines Græci non inelegantii uocabulo *γλωσσάσαρες* appellant. Verum de Catone fortasse nemo magnopere mirabitur, si uiro mere Romano, nec ullis Græcanicarum artium delicijs efforminato displicuit inepta garrulitas, quum Marcus Tullius qui totam ætatem consumpsit in eloquentiae studio, cuiusq; celebratur illud concedat laurea linguæ, malit *indisertam* prudentiam, quam *stultam* loquacitatem, neq;

De lingue uirtutibus quid senserint prisci

quicquam arbitretur furiosius, quam uerborum uel optimorum atque ornatisimorum inanem sonitum, nulla subiecta sententia. Etenim qui sic loquuntur nescire uidentur se loqui, sed quemadmodum de furetibus uatibus dictum est, dant sine mente sonum, quum nec cogitent quid loquantur, nec intelligent suas ipsorum uoces, quae non proferuntur, sed excidunt. Eoꝝ s̄apenumero fit, ut quemadmo dū non præcogitant quid dicturi sint, ita nec meminerint quid dixerint, adeo ut nonnunquam quae temere dixerunt, pari imprudentia se dixisse pernegēt. Homerus autem quum Thersites proponeret omnium derriatum turpisimumq; qui ad obsidionem Troiae uenerant, nihil in eo describit accutius, quam immodicam, citraq; delectum, incōditam, clamosam pariter ac rabiosam loquacitatem. Sic enim habet carmen:

Θερσίτης οὐ τοι μάνθανε προτίτης ἐκολώνει
δέ πεπτει φρεσίη ποιητὴ κακόσματε πολλάτε ποιει

Μάνθ.

Modus in re quauis optimus etiam prouerbio dicitur, qui tamen huiusquam indecentius aut periculosius abest, quam in dicendo, unde Thersites ἀκεποιηπή uocat, nec eum dicit loqui sed tumultuari, ἐκολώνει. Multa nouerat dicere potius q; apta, eaq; nullo delectu, nulloq; ordine profundebat, unde & ἄκοσμα uocat poeta. Quoniam autē huiusmodi linguæ uolubilitas int̄pestiu fructu caret, sed officit magis, addit μάνθ. Ferè sit autē ut stultissime loquaces sunt, improbissime uociferentur, nec hoc uitium tacuit poeta: οἵτε, inquit, τεκληγάς. ac mox

Ἄνταρ ὁ μακρὰ βοῶν Αγαμέλινον νέειτε μάνθοι.

Quod uitium salsissime taxasse ferunt Ciceronem, qui dixerit oratores argumētis impares sic ad clamorem, ut claudos in equum concendere. Iam poeta Thersitæ dictionem, contentionem, & irritationem appellat, non orationem, & ideo non facit Thersites præ cæteris infensum fuisse Achilli & Vlyssi, quorum uterq; fingitur, & addicendum instruclus, & ad rem gerendam strennuus. De Vlysse nō est opus ut doceam. De Achille, quoniam rerum gestarum gloria, eloquentiæ suæ laudem obscurauit, proferam Homeri testimoniū, siquidē Iliad. i. de Phœnīce, qui Achillis adolescentiam instituerat sic loquitur.

Διδασκαλία τάσσει τάντα,

Μύθωντε γέγονον τελευταί, πρυτανίαν πάτερον γαρ.

Iam eloquentiam Nestoris Vlyssis & Menelai, quamquā diuersis uirtutibus placuerunt, tamen dissimilem facit Thersitæ loquacitati, Nestori tribuens orationem melle dulcius fluentem ex ore senili, Vlyssi tribuit grandē ac uehemētem, sed hunc diu cogitat bundum facit antequam incipiat dicere, & addit ingentem uocem è pectore depromi. Menelaus tri-

Menelaus pauciloquus buit arguram breuiloquētiā, ac dictionem nusquam aberrantem à re, contrā, Thersitæ affingit orationem amarulentam, deinde nullo rerum ac uerborū delectu, sed temere profusam, ut lingua cogitationē præueniret, postremo rabiose clamosam, & inani uerborum strepitu radentem aures. Proinde quum alijs oratio suavis, cordata grauisq; copiosa ubi res postulat, breuis & arguta cum opus est, apta rebus, temporī ac personis summam laudem parere soleat: Thersites dum sceptro percussus fundit lachrymas, risui est exercitū, suo malo discens tacere, qui loqui non didicerat, ne non uerum esset, quod scripsit Euripides: αχελίνῳ σομάτῳ τε ανόμῳ τὸ αφροσώματος τὸ πέλος θυσυχία. Non potuit significantius ex primere linguam temere uagam ac liberam, incogitanter effutientem quidlibet, nullo certo consilio perpendentem, quid deceat, quid expediatur, quid non, quam quod sic garritis os dixit effrene, quodq; incogitatiā eius dixit exlegem. Quemadmodum aut equus nullo freno coercitus, s̄apenumero tum sessorem tum seipsum in præcipitum aliquod, aut in paludem defert, perdens simul & periens: ita lingua nisi rectæ rationis moderatione coercedatur, exitium adfert, non solum his qui auscultant creduntq; dicenti, uerū multo s̄apissime ei qui sic temere deblaterat. Qualem fructum adfert ager natura quidem bonus, sed neglectus, talem adfert lingua suæ permitta libidini. Nam ego τίλος in hoc Euripidis uerſiculo, non finē ut hacenus literatis uisum est, sed uectigal arbitror significare. Vnicuiq; mēbro corporis status usus est designatus, qui si rectus sit, nonnullā adfert comoditatem: si minus, incōmodo quidem aliquo multatetur qui abusus est, ueluti quis peram cernit, fortassis impingit, & aut tibiæ liuorē, aut fronti tuber cōciliat: uerū uerū guæ moderatione summā adfert & gloriā & utilitatem, ita si quis abutatur, pro fructu recipit exitiū. Fortasse leue damnū est pecuniae dispēdium, uerū ut in primis preciosa pœna, si est honesta fama, ita grauisimū est damnum huius factura. Sed hoc quoque

damnum

daminum amissio uitæ, uel ob id quod semel amissa, nullis artibus queat reparari, quū pecunia factura facile sarcitur, famæ licet ægre tamen aliquo modo corrigi potest: Sed omnium grauissimum est anime facturam facere, hoc est æternam perdere felicitatem, ac semperitnam mortem lucrifacere. Hæc omnia mala, quum potissimum nobis proficiuntur ab intemperantia linguae, nonne uidetur hostis suæ salutis, qui tam frugiferi, sed eiusdem tam perniciosi membris curam negligit? Quoniam autem fatigæ factura leuior habetur quam pecuniæ, præpostero quidem iudicio, sed plurim: hac de re prius dicam. Sunt uitia quæ conciliant odium aut inuidiam, uelut arrogantia & uiolentia: sunt quæ contemptum, uel luxus & libido, ignavia & stulticia, nullum tamen omniū reddit hominem uel uilem, uel magis aspernabilem, ac magis etiam inuisum quam futilis & importuna loquacitas: Id arguunt tot probrosa ueterum cognomina, tot dictoria, prouerbia, fabulae, quibus taxarunt homines huic obnoxios morbo, ut quū loqui non díderint, tamen tacere non possint. Eupolis enim illos nō loqui, sed garris dixit, depingens huius generis quempiam, λαλέψ, inquit, εργίος, ἀστωτάτους λέγει. Sic poeta distinxit, λαλέψ & λέγεψ quemadmodum Salustius loquentiam ab eloquentia: Satis, inquit, loquentia, sapientia parum. Nam ut eloquentia nunquam abest à sapientia, ita loquacitatis uitium semper cum stultitia coniunctum est. Celebris est & Epicharmi uersiculus, quo notauit hominem, impensatio garrulum, qui cum non ualeret dicendo, tamen ob lingue uitium tacere non posset, οὐ λέγεψ, inquit, οὐκέται συγάντασθε. Aristophanes poeta multis insignibus uocabulis, ac uelut in hoc ipsum confictis depinxit hominem improba loquacitatis: ἄνθρωποψ, inquit, ἀγριωποψ, ἀθαύδεσμοψ, ἔχεντας ἀχέλινοψ, ἀκρατές, ἀπύλωψέμα, ποθελαληθέψ, τῷ πιφακελοφένεια. Sunt quos etiam si ratio non cohibet à stulta garrulitate, tamen coeret pudor, & idcirco posuit agrestem improbitatem, ἀγριωποψ appellans. Deinde quoniam isti solent magnis clamoribus asseuerare omnia, neque cuiquam concedere, ut semper inscitiae comes est confidentia, ἀνθαύδεσμοψ uocauit. Porro effrenem lingue petulantiam, & quandam ut ita dixerim, garriendi temulentiam, deniq; futilitatem nihil quamvis arcam cōtinentis, tribus aptissimis uerbis denotauit, ἀχέλινοψ, ἀκρατές, ἀπύλωψέμα, quod tum primum sumptum est ab equis freno parentibus, alterum à uino indiluto, tertium ab ædibus quæ parentibus, quod malū Græci simili uerbo dicunt ἀθυρωγλωττίαν καὶ ἀθυρωστίαν. Orationem exuberātem ac superfluis redundantē Græci dicunt ποθελαληθεγία, quod uitium in eruditorum etiam scriptis & deprehenditur & excusat. Iam ποθελαληθεγία significanter dixit Aristophanes hominem qui præter modum esset garrulus, ut intellegas eum duplice nomine intolerabilē, partim quod meras nugas effutiret, quod ipsum puerile ac muliebre est, uel insani potius, partim quod hoc ipsum faceret immodice. Tertia uox elegāter ex tribus dictionibus est composta, ex πόνησι, quod sonat fastum & arrogantiam, & φακελοψ quod declarat fasciculum siue congeriem, & φέω quod fluo significat, unde & φέω & φέης, ut intelligas sermonem citra delectum temere profluente, non sine arrogantia. Quin & alij probrosis appellationibus Græci genus hoc hominum designant. Etenim quum dicendi gnaros appellant ἐπτρας ac λογίου, istos moleste loquaces uocat λαλητοψ, φλυαρεψ, ἀστλατιχεψ, nec minus ignominiosis uocibus designant hos Latini, linguaces, locutuleios, garrulos, uerbosos, uaniloquos, nugones, blaterones ac rabulas appellantes: nec loqui dicuntur, sed nugari, garris, blaterare, loquitari, rudere, gannisse, obstrepare, obtundere, obturbare, coaxare, rugire, latrare, mugire, grunnire, cornicari, crepitare, tinnire. Quin & sophistarum loquacitas, tametsi non indocta, magno odio fuit apud ueteres. Iam uero quot prouerbijs exagitatus est olim hic hominum morbus, sumptus undique metaphoris ab omni rerum & animantium genere, quæ strepitu suo molestiam adferunt auribus. Hinc illa: Turture aiunt loquacior est, pica, graculo, sturnoue Prouerbia in loquacior: Magis obstreperus ansere, Cicada uocalior, Caute aut littore loquacior, Mas loquaces, garris garrulus quam Citeria. Quin et ipsum hominem garrulum & obstreperum uocamus Architæ crepitaculum, qui finem loquendi facere nescit, Dodonaëum æs, Arribarium tibicinem, Spermologon, Dauliam cornicem, Tellenitiam echo, balneatorem. Quin & nihil non effutientem, si quid arcani creditum sit, dolium pertusum appellant. Morbum autem ipsum significanter ἀνυψομέλια dixere Græci, quod quemadmodum uulgaris hominum uino calefaciū solet effutire silenda, ita quidam loquendi libidine ueluti temulentī reddunt.

Battus futilis

tur, quoque diutius garriunt, hoc effutuunt ineptiora. Battologiae conuitum habent etiam Euangelicæ literæ, licet à fabula natum, nimurum à Batto pastore, cui Mercurius qui boves abegerat, uaccam dedit ne furtum proderet: ille promisit se summa fide taciturū, mox reuersus mutata specie simul cum uoce, pollicitus est taurum cum uacca si furtum prode ret, ac protinus ille: Sub illis mōtibus, inquit, erant, & erant sub montibus illis. Risusse traditur Mercurius, ac Batti battologia imitatus, et me mihi perfide prodis, me mihi prodis ait, simulque infide linguae hominē uertit in lapidē, qui Latinis index dicitur, quo aurifex explorat aurū, atque ut hic festiuiter adiecit poeta: Inque nihil merito uetus est infamia faxo. Ad hæc quemadmodū balneatores ob morbum garrulitatis iam olim male audiunt, ita male audiunt & tōsores, quod ad utrosque cōueniant homines ociosi & loquaces, quorum contagio redduntur ipsi quoque tales. Afficta est & huic rei fabula: De Mida auribus frequenter audistis: eas quum rex purpureis tiaris tegeter, tonsorem tamē famulum fallere non potuit. Is quum arcanum nec auderet proferre ob metum domini, nec tacere posset ob naturæ uitium, secessit in agrum desertum, & in effossam terram depositu uoces, quas cōtinere non poterat: Auriculas asini Mida rex habet. mox regesta terra fossam operuit, ne qua possent uenire in publicum, ipse abiit exoneratus. In eo loco post enatum est arum dinetum: itaque arundines uocem ex ima terra haustam sparserunt in uulgas, sic ut nihil iam esset notius quam illud, Auriculas asini Mida rex habet. Nihil uetat ridere fabulam, modo quod subest uere serium figamus animo. Quot hodie uidemus huic tōsori similes, qui bus si quid arcani credideris, sic parturiunt quasi rumpendi, nisi rursus in aliquē effutiant quod acceperunt: Quærunt aliquem sui similem, & multis obtestationibus stipulati per petuum silentium, deponunt onus: Ille rursus querit alterū, & hic rursus alium, ita fit de nique, ut intra paucos dies populus sciat, quod uni creditū erat. Interdū & uulgas uerum uider, est ubi peccet. Attamen insignis & euidentis morbus sit oportet, et à quo naturæ sensus uehementer abhorrent, quæ imperita multitudo tot scommatis, tot prouerbij, tot cō uitij, ac fabulis proscindendū existimauit, quot nec furtum, nec adulteriū, nec incestū lapidauit. Si leue pondus habet unius cuiuspiā ē populo calculus, certe tot nationum ac seculorum cōsensus non potest uideri leuis momenti. Denique nō hæc populi suffragia sunt, sed oraculum potius nature. Iam uero perlongum futurū sit, si referre pergam, quot dicte rijs, quot apophthegmatiſ uiri graues ac sapientes hunc intemperantis linguae morbum taxauerint. Inter omnia dicendi genera laudatissimum est quod Atticum appellat, quod id longissime recedat ab inani tumultu uerborum. Lacedæmoniū uero, quorum alijs in rebus præ cæteris Græciæ nationibus laudatur integritas, cum primis inuisam habebat inanem garrulitatem, factis strenui, uerbis parcissimi, adeo ut nullum linguae artificium reciperent, quod artificio uicina sit fraudulentia, sic existimantes, oportere sermonem bonorum uirorum ē pectore proficiisci, non ab arte. Quanquam & apud Romanos sero contigit honos Rhetoribus, diuque controuersum fuit, utrum orandi facultas ab arte proficiscatur an à prudētia, & Rhetorum præcepta, quæ post à Græcis tradita sunt, plus ne conductant ad bene dicendum, an officiant. Certe Ciceronis aetate non defuerunt quibus displacebat ea forma, qua perfecti oratoris uelut exemplar quoddam proposuerat. Sanè Bruto uiro singulari prædicto integritate probata non est. Atque adeo in ipsa Athenarū urbe, omnium curiosarum artium uel parente uel nutrice, mire inuisum erat nomen sophistarum, qui tum temporis Rhetoricen profitebantur, sed magis ad ostentationem que ad res seriae obeundas. Non hæc èo tendunt ut damnum artem, quam non grauatus est et Aristoteles philosophus tantus ac tam serius accurate tradere: sed ut intelligamus que sit omnium sensu molesta futilis loquacitas, quum ars omnium ferè pulcherrima, ob huius affinitatem apud plerosque male audierit. Sed ad Lacedæmonios redeo, quibus adeo fuit inuisa loquacitas ut Ctesiphontem, uirum alioqui facundū ac disertum, qui se prædicarat de re quoque uel totum diem posse dicere, apud se uiuere passi non sint, quod boni oratoris esse diceret, habere sermonem rebus parem, ut nec breuior sit in dicendo quam res postulat, nec prolixior. Siquidem utruncque Theatricū est, quod profitebantur quidam loquaces uerius eloquentes, & res amplissimas in arctum cōtrahere, & res minutissimas in immēsum rebus attollere. Quin etiam iuxta rhetorum sententiā inter oratoris uitia uix aliud nocens quam superflua uerborum congeries. Quid enim agas apud iudicem, uel audiendo deficitus

*sermonem bonorum uirorum
proficiisci non ab arte.*

Ctesiphontem.

*inter oratoris uita
uerbi ueritas suauitas.*

tum, uel ob turbā uerborū non tenentē quæ dixeris: Proinde merito laudatur illud Cleo /
menis, apud quem quum Samiorum orator, oratione uerbosiore conatus esset persuader,
re, ut aduersus Polycratem bellum susciperet, hunc in modum respondit: Quæ principio
dixisti, non memini, eocq; nec media intellexi. Cæterum postrema mihi non placent. Nec cleomenes
huic dissimile est quod ferunt de Cleomene quodam altero Cleombroti filio, apud quem cleombroti
quū quidā haberet orationem æquo prolixiores, ille offensus dicentē interpellans, quor
sum, inquit, mihi de rebus pusillis magna texis proœmia: Decet enim ut oratio congruat l. rebus præmissis magna
rebus de qbus uerba facis. Nec infestiuiter huiusmodi morbi taxauit Aristoteles, apud Aristoteles præmissa
quem quum quidā diu multumq; locutus subiecisset, uelut excusans suam loquacitatem
apud Philosophū: Nugatus sum, inquiens, apud te philosophē: Non per Iouem, respon
dit, apud me quidem. Nam ego ad nihil omniū quæ dixisti aduerti animum. Nihil à philo
sopho dīci potuit grauius, nihil in loquutuleū acerbius. Festuum & illud Archelai re / Archelaus
gis, à quo quum tonsor impendio loquax, circūponens linteas, subinde rogaret quomodo
uellet radi, Silendo, inquit. Neq; uero Lacedæmonijs tantū placuit breuiloquentia, quan
quam ab his Laconismus nomen inuenit, sed & Phocion uir apud Athenienses incorru
ptissimus, quū ambularet in foro cogitabundo similis, & ex amicis quidā illi dixisset: Vi
deris cogitabundus à Phocion: Istuc uero rectie coniecas, inquit. Nam apud me perpen
do, num quid ex his quæ dicturus sum apud Athenienses resecare possim, aut prætermis
tere. Mire taxauit obiter aliorum studium, qui magna sollicitudine meditantur ut quām
copiosissima sit oratio. Qui mihi uidentur nō minus inepte facere, quām qui solliciti sunt,
non ut lautum, sed ut longum sit conuiuū. Eat curam uir prudens iuxta ac probus, ad
sermonis compendium transtulit. Idem Leosthenis orationem, qua conabatur multis
magnificis que promissis populum Atheniensem ad bellum concitare, dixit similem es
se cupressis, quæ quum pulchræ sint ac proceræ, fructum tamen nullum adferunt. Her
culem in primis colebant Lacedæmonijs, nimirum potius exemplum bene gerendæ rei.
q; bene dicendi. Itaque quū rhetor quispiam encomiū Herculis, quod ingēti studio com
posuerat, recitare uellet apud Antalcidā Lacedæmoniorū ducem, tanq; initurus amplissi
mat gratiā, ille non passus est: Quis, inquiens, illum uituperat? Adeo iudicabat omnem
orationem esse repudiandam, quæ nō fieret de rebus necessarijs. Siquidem apud eos qui
de præclaris uiris male sentiunt, nonnunq; opus est oratione. Cæterum in eo laudando,
quem nemo uituperat, sermonem absumere, perinde est, ac si quis patrocinetur alicui,
quem nemo peragit reum. Quām uir hic non tulisset rabulam linguæ petulantia debac
chantem in mores proborum, qui dei sui laudationem ideo non tulit, quia non putabat
necessariam: Huc pertinent & illa, quæ de Agide Archidami filio prodita sunt. Hic Ab Agis
deritarum legatum, post uix finitam loquacissimam orationem rogantem, quid suis ciui
bus esset renunciatus, ita taxauit: Renuncia, inquit, illis, te mihi tantum temporis pati
enter auditum fuisse, quantum tu dicendo consumpsisti. Simili dīcio percussit oratore Pe
rinthiorum, qui quum usus oratione prolixiore, rogasset, quid responsi relaturus esset ad
suos Perinthios, quid aliud inquit, quām te uix fecisse finē dicendi, me uero tacendi. Nón
ne legationis huius fructum omnem intercepit linguæ loquacioris intemperatia? Huius
generis ferè sunt orationes illæ solennes, quibus hodie principes torquētur uerius quām
honorantur, dum suas laudes nonnunq; & falsas uel cū rubore, uel cum tædio coguntur
audire, ne pereat oratori suis labor fortasse trimestris elaboradæ orationi impensis. Age
Silaus cuidam prædicanti sophistam quempiam, tanq; admirandum artificem, quod res
minutas uerbis amplificaret: Ego, inquit, ne sutorē quidem bonum duxerim, qui magnū
calceum inducat exiguo pedi. Vsq; adeo cordatis ac prudentibus uiris graue tormentum
est inanis linguæ uolubilitas. Et in hoc uitium ferè incident, qui dialeciū ac rhetorum
præceptis, declamatorijsq; palæstris, linguam potius armant uerbis, quām peccus hone
stis rationib; Vnde non iniuria celebratur à sapientibus illud Agasicles dictum, apud
quem quum quidam diceret se mirari, quod Philophaenæ sophista non uteretur dicendi
magistro. Decet, inquit, me esse illorum discipulum, quorum sum & filius. Quid didi
cerat uir cordatissimus à suis maioribus & non Epicheremata, aut Enthymemata, aut
schemata, aut amplificandi rationes, sed exempla fortiter integréque gerendi princi
patum. Quām credimus huic animo displicuisse stultam ac muliebrem loquacitatem,

qui dicendi rationem suapte natura frugiferam grauatus est ab artifice celesti disceret: Quid si hic incidisset in talem r̄abulam, qualem nobis depingit Flaccus in sermonibus, sic h̄erentem, ut excuti non posset, sic obstrepentem, & quibuslibet de rebus immodice garrimentem, ut fetri nō posset: Quum sudor, inquit, ad imos manaret talos, dum quidlibet ille garraret, uicos, urbem laudaret: Deniq; fatalem diem sibi iudicabat instare, qui in hominem tam garrulum incidisset, & Apollinis ope se seruatū existimabat, quod tādem aduersarius forte obuius ad tribunalia distractisset iugulatorem. Itaq; quum sermo nobis potissimum in hoc datus sit à deo, ut homini cum homine conuictus sit iucundior: garrulitas facit, ut quod suapte natura suauissimū est, si quis sicut dōptet utatur, id summam adferat uitæ molestiam. Videmus autem naturam in hoc maxime fuisse sollicitam, ut omnia conciliaret, quamlibet in speciem pugnantia. Huic conciliationi, uelut escam adhibuit uoluptatem: Per hanc cōmendauit gignendæ prolis amorem, per hanc fouendi educādīcūtus: per hanc effecit, ut senex seni, puer puer, puer seni, senex puer sit amicus. Quin & leonū luporumq; catulos fouemus, quamdiu nobis uoluptati sunt. Hoc naturæ lenocinium in re omnī optima, perdit gariendi morbus. Itidem & uinum quod natura peculariter indulxit ad discussiendam tristitiam, & exhilarandos mortalium animos, uitio nostro uersum est in fontem rixarum ac cædium, nec aliunde plus oritur molestiarū, quam ex eo, quod in molestiarum remedium datum est. Quis autem non horret hominē phreneticum? Nihilo iucundius arbitror adesse temulentio. Nihil enim furioso similius quam ira cōmotus & ebrius. Et utraque res adeo cognata est insanī, ut non raro furor perpetuus excipiāt iram pariter atq; temulentiam. Quanquam & alias philosophi nihil inter esse putant inter iram & insanī, nisi quod ira furor breuis est. Nam bile deferuente, redit animi sanitas, & uino concoctio, redit sobrietas. Nihil autem similius ebrietati quam garrulitas, adeo ut uulgas de huiusmodi soleat dicere: Iste sibi cōciliat ebrietatem loquendo. Atque hoc uidelicet turpior est nugacitas quam ebrietas, quod ultro nostroq; uitio sit accersita, quum ad bibendum s̄a numero cogantur homines, quum s̄a pius obrepat in prudentibus temulentia, uelut in expertis: nonnunquam & uinum imponat, uiolentius quam suspicabatur is qui bibit. Ita adolescens ille Terentianus, queritur sibi data uerba: Vicit, inquit, uinum quod bībi. At dum accumbebam, q̄ mihi uidebar pulchre sobrius. Ideoq; quæ effutiuntur inter pocula, solent Bacchi uiolentia condonati, & uino inscribi.

Pyrrhus Quemadmodū Pyrrhus Epirotarum rex petulantia gratiam fecit militibus, quoru unus respondit, Etiam occidissemus te ô rex, nisi lagena nos defecisset. Nec in omnibus tamen ebrietas gignit linguæ petulantia, sunt quos mutos efficiat, & somni magis appetentes q̄ garriendi, ut iam non sit perpetuo uerum, quod proverbio dicitur, in ebrij lingua natare, quod latebat in corde sobrij. At quisquis suopte uitio linguæ temulentia accerlit, quid habet quod prætexat, aut quo titulo culpam deprecabitur? Et tamen uinolentius garrit, homo futilis sobrius, q̄ quisquam ebrius, qui suapte natura nō sit obnoxius huic malo. Iam habet ebrietas quæ uino conciliatur, cōmoda quædam ob quæ laudari quoque meruit à Platone. Discutit pudorem stupidum, serenat ingenij tristitiam, excitat animi torporem, rumpit inutile silentium, aperit quædam uitia, quæ profuerat in hoc prodi, ut per hilaritatem citra grauem offensam soluantur. Denique quemadmodū inter Lapithas & horum similes nonnunquam bellum nascitur ex poculis, ita inter multos ex comportationib; nata est firma benevolentia, ex inepta loquacitate quid potest decerpī commodi? Imò si philosophis credimus, uinolentia non est temulentia, nisi adsit linguæ petulantia. Pronunciant enim definiendo, nihil aliud esse temulentiam, quam nugacitatem ex immodico uini potu. Proinde non omnino reprehendunt uinolentiam, si adsit silentium, uerum accedens stulta loquacitas ex uinolentia facit temulentiam. Quin & uulgo qui uino facti sunt hilariores, bene poti dicuntur, ebrj nō dicuntur, nisi lingua deliret. Atque hæc nugacitas, hoc quoque nomine leuior est, quod simul cū uino deferuescit, nec unquam molestia nisi inter pocula, quum nihil agitur seriæ rei. Garrulus aut nullo non tempore, nullo non loco molestus est sua temulentia, nusquam non obstrepit, in coronis, in concilijs, in tribunalibus, in uijs, in ædibus, in nauibus, in uehicularijs, in conuiuijs, in rebus afflictis doloribus, conduplicans, in rebus latis ceu nubes ac tempestas quædam exorta contistat omnime uectatione plus adfert uertiginis q̄ ipsa uectatio, in nauigatione suo tædio superatip; naufeari.

nauseam. In itinere pedestri, facundus comes pro uehiculo est, at garrulus pro sarcina est etiam in uehiculo. In compotationibus in quibus laudatur loquendi tacendicq; uices, molestiam adfert pro uoluptate, dum per illum nec citharam audire nec fabulam spectare licet, nec aliorum accipere sermones uicissim ac reddere. In theatro enecat iuxta assidentem. In fôro male perdit bonas causas, uel quia tædio iudicem occidit, absque delectu modoq; uerba profundens, uel quia tales fide carent, etiam quum uera loquuntur. In serijs consulationibus diem eximit. Irrumpit in ædes molestus salutator, occurrit in triujs, deducit, affectatur, inhæret pice tenacius, semper interim aliquid auribus obganniens. In morbo totos dies ac noctes assidet ægrotis, ipsa ægritudine molestior, nonnunquam & mortem accelerat alioqui uitetur. Quietis turbat ociun, occupatis impedimento est, quo minus quod agunt peragant. Quin & in medijs bellis ac periculis, ubi res præsentaneam opem poscit, nihil aliud quam garrit ociosas fabulas. Nonnunquam & dormientibus narrat fabulam impatientia silentij. Moderate monentem ferunt homines, garrulus etiam quum laudat, molestior est uituperare. Quin obseruatum est eos quos hic habet morbus, quum toto die molesti fuerint uigilantibus, etiam in somnis multa garris, nonnunquam effusientes quæ præstiterat reticuisse. Itaq; quum ex gentium consensu cubiculo debeat sicutientium, utpote loco quieti dedicato, garrulus etiam eodem in lecto accubantem fabulis enecat, dulcem somnum oculis obrepentem auertens, occupantem interrumpens, ac ne noctem quidem quæ rebus omnibus quietem adducere solet, patitur esse trāquillam, quum iuxta Maronis descriptionem,

Placidum iam carpunt fessa soporem
Corpora per terras, sylvaçq; & saeva quierunt
Aequora, cum medio uoluuntur sydera lapsu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaçq; uolucres,
Quæçq; lacus late liquidos, quæçq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Demulcent curas, & corda oblita laborum.

4. Acneid.

Nec luscinia, nec gracculus, nec ullum omnino genus avium tam loquax & obstreperum est, quin noctu consilescat. Cicada quamlibet garrula, non auditur nisi per solem discussis auroræ nebulis, sub uesperam obmutescit. Rana serius garrit, sed his quoq; nox imponit silentium. Garrulus ne eam quidem noctis partem sinit esse tacitam quæ à profundo omnium silentio conticiniū dicitur, nec putat ad garriendum intempestiuam, quæ ideo dicitur intēpesta, q; nullis negocijs gerendis, sed soli quieti sit accōmoda. Nullus locus, nullum tempus quiete impetrat ab intemperanti lingua. Nec semper impune est garrulo, dum nec sub nouacula silens uulnus accipit, & inter edendum assidue nugans, cibo in arteriam asperam illapso strangulatur. Ridetur Matho quidam apud Martialem, qui dum in febri declamat, pro diserto habebatur infanus. Ridetur & Phryx quidam qui maluit nihil uidere, q; parcius bibere. At garriendi libido nonnunq; & anima eripit, dum qui decumbit ex uulnere aut apostemate, iussus à medico quietem ac silentium dies aliquot agere, non temperat à fabulis, sibiçq; pro salute quam pollicebatur curator, exitium accersit. Dodonaë lebetes non tinniunt nisi impulsi, & licet semel moti tinnitus in longum proferant, tamen aliquādo desinunt. Porticus illa loquacissima quam hinc, ut dixi, uocant Hēptaphonon, post septies redditā uocem obticescit: garrulus ultro tinnitus suum incipit, & si tribus uerbis detur ansa loquendi, nullum omnino garriendi neq; modum facit neq; finem. Arrhabius ille tibicen, pluris erat conducendus ut desineret, quam cōducīs fuerat ad canendum. At nulla mercede potest conduci ut definat, qui semel loquendo factus est ebrius. Si Flacco credimus, habet hoc uitium ferè cantorum sicut & poetarum θύεων γρός, inter amicos Vt nunquam inducāt animum cantare rogati, In iussi nunquam desistant. Garrulus & iussus & in iussus cantionem incipit nunquam finiendam. Fama domus apud poetas non resonat nisi tacta rumore. Garrulus immensam fabularum uim ex se gignit uelut araneus. Certis horis diei coaxant ranæ, non semper obstrepunt anseres, non omni parte anni molesta est garrulitate hirundo, non omnibus mensibus canit coccyx, cicadis humescens cœlū imponit altū silentium, & luscinia fessa canendo definit tandem: Garrulus nullo non loco, nullo nō tempore molestus est.

Non missura cutem, nisi plena cruxis hirudo.

Garrulus

Garrulus insatibilis nunquam in hunc rcre definit, donec occiderit quem semel apprehenderit. Si quis immodeco silentio molestus sit, mirum uideri non debet admodum, quum sermo datus sit ad consuetudinis humanae iucunditatem. At quisquis hoc ipso quod discutienda molestie datum est, molestiam adfert, quid aliud quam suo uitio mel uertit in alocu? Vehementer inamabilis sit oportet, que cum Veneris cestum circuferat, tamen inuisa sit omnibus ob morum inelegatiā. Ita musis omnibus iratis natus uidetur, qui sermone in hoc hominibus à superis dato, ut amoris ac benevolentiae sit conciliator, odium sibi parit apud omnes. Habet autem hoc uitium quiddam præ ceteris infelicitatis, propterea quod auarus, aut libidinosus, aut ambitiosus, utcunq; fruictur sua cupiditate, solus garrulus maxime frustratur, eo quod expedit. Studet esse uoluptati, & se reddit inuisum omnibus: auet audiri, nemo minus inuenit qui præbeant aures. Quoniā autem ferè garrulitati iuncta est curiositas, & hic infelices sunt, quod cum omnia siringant cognoscere, nemo quicq; illis credit. Etenim qui colloquuntur de rebus arcānis, si procul conspexerint garrulum, dimisso senatu fugiunt, quod si forsan ille interuenerit, dicas superuenisse Mercuriū aut lupum esse in fabula, ita subitum oboritur silentium. Discedit igitur ille lupus, ut aiunt, hiens, aut si nihil puder, & ultro garrire coepit, non aliter quam nautæ simul atq; uiderint eū scopulo quopiam spirare boream, suspicantes imminere iactationem ac naueam, prius q; ue- niat tempestas, in tutum se conferunt: ita diffugiunt qui conuenerant, ac mox ut garrulus ad dicendum os diduxerit, anteq; ordiatur nunquam finiendum sermonem, aliis alio se subducunt. Porro si præsenserint alicunde loquacis hominis interuentū, illico soluitur conciliabulum, nec aliter quam si nunciato hostium aduentu subito castra mouenda sint, quisq; sibi circunspicit quā fugere liceat. Quod si quando non licet effugere, ueluti quum incident in eandem nauem, aut in idem uehiculum, aut in idem cōiuīum, nemo libenter assidet illi qui norit hominem. Imò nemo lubens mercetur domum, cui uicinus sit homo immodece loquax, ac ne fundum quidem qui laboret eadem infamia. In tantum hic quo- **Themistocles** que uerum est quod dixit Hesiodus: *την με κακός γένεθλος.* Itaq; Themistocles quum cupe- ret agrum uendere, quo redderet eum uendibiliorem, iussit præconem ceteris cōmenda- tionibus et illud addere, quod haberet bonum uicinum. At pessimum habet uicinum qui garrulum ac futilem habet. Si tantum habet malū, sermonis immodecus & intempestiuus usus, eriam si nihil habeat præter inanes & ociosas fabulas, quis feret istos, qui præter lo- quacitatis tedium, iactant plus quam Thrasonicas glorias, obtrectant, deferunt, mentiuntur, effuriunt arcana, uoces euomunt, ipsis etiā qui coguntur audire periculosas? Verum hæc alias. Nunc tantū hoc uitium tractamus, quod nōn unq; & uiris alioqui probis adesse uideamus. Quod enim garrulus peccat dicendo, hoc docili nonnunq; peccant immodeco scribendi recitandiue studio. Eiusmodi quendā nobis elegāter depinxit Martialis, & ope ræ premium arbitror ipsum carmen referre: est enim cum primis elegans. Sic igitur habet:

Occurrit tibi nemo quod libenter,
Quod qua cunq; uenis fuga est, & ingens
Circa te Ligurine solitudo,
Quid sit, scire cupis, nimiris poeta es.
Hoc ualde, uitium est periculosum.
Non Tigris catulis citata raptis,
Non diplas medio perusta sole,
Non sic scorpius improbus timetur.
Nam tantos rogo quis ferat labores?
Et stanti legis, & legis sedenti,
Currenti legis, & legis cacanti.
In thermas fugio, sonas ad aurem,
Piscinam peto, non licet natare.
Ad cœnam propero, tenes euntem.
Ad cœnam uenio, fugas sedentem.
Lassus dormio, suscitas iacentem.
Vis quantum facias mali, uideres?
Vir iustus, probus, innocens, uimeris,

Res per se frugifera est recitare quæ elucubraueris, sed nimetas & intempestiuitas facit, ut recitator ægre sibi paret auditores corrogatos atq; etiam mercede conductos, etiam si iuxta Persium norit comitem horridulū trita donare lacerna, & calidum ponere sumen. Talem describit Regulum Plinius. Item Horatius in arte poetica, similem huic quēdam describit, cui iudices maluerunt ultro capsas cedrinas deferre, quām audire recitatem. Hu iusmodi malum quoties urget, nihil est preciosius quām pedes, quemadmodū scripsit Ar chilochus, quādoquidē in sola fuga salutis spes reposita est. Philoxenus in lapidinias re duci maluit, quām audire Dionysii carmina. Et Horatius optat citius iugulari, quām gar rulum audire perorantem, Confice me. Atq; interim accidit, ut frequenter eadem sint audienda, uel quia non semper suppetit noua dicendi materia, uel quia non meminit homo loquax, quid apud quos dixerit. Nunquam, inquit, tibi dixi de Rhodio adolescentē. Plus *In eunucho* milles audiui, sed narra obsecro. οὐδὲ τρὶς τὰ καλὰ, & tamen hoc ipsum uix fert aurium sensus, quo non aliis fastidiosior. Quis autem ferat easdem nugas identidem inculcātem ac molestis centonibus onerantē aures non ociosas? Ciceronis orationes si quis frequenter relegat easdem, sentiet tedium. Et Lysiae oratio, quum prima lectione uehementer placuerit, iterum ac tertio lecta frigere uisa est ei cui scripsierat, quum tamen affirmet, huic nihil ueneris ac gratiarum in dicendo deesse. Ad quod ille false respondit: An plus quām semel dices apud iudices? Solus Homerus admirabili fabularum uarietate uidetur effugisse satietatem, tamen si non ubiq; quandoquidem multa resecurit Vergilius, nec caret alicubi tedium, quoties lector eadē cogitur audire à mandante, & rursus à referente, quod apud Vergilium rarissimum est. Laconibus autem usqueadeo placuit uerborum parsimonia, ut Anaxandridas quandam reprehenderit, quod apud Ephorus recta quidem loquutus esset, & utilia, sed pluribus quām oportuit. Hospes, inquit, re opportuna, non opportune uteris. Hinc colligi potest, quātum habeat malū, de rebus friuolis immoderata loquacitas, quātum etiam tādij apud probos ac cordatos uiros, quum uitio data sit oratio frugifera, non ob aliud, nisi quod a quo prolixior. Quin in uniuersum perspicitur esse uerum, ubi cunque minus est cordis ac roboris, ibi plus esse linguæ. Auibus natura garritum & uocum alienarum imitationem dedit, tauris & leonibus nō item. Et in pueris, senibus ac mulieribus, quoniam imbecillior est animi uigor, lingua est intemperantior. Ciceronis facilitatem copiamq; nemo ferret, nisi tam esset felix, quanquam & is dictus est Asianus. Et tamen qui huius linguam & ingenium probabant, animi robori non sunt ausi fidere, quum res constantē ac fortē uirum desideraret. Demosthenes in dicendo non paulo astricior est Marco Tullio, & tamen non tam probatum est peccus hominis quām oratio. Inuicta quædam animi uis aderat utriusque Catoni, & utrumque legitimus in hoc fuisse miraculo, quod paucis uerbis magnam sententiarum uim complectentur. Siquidem quum Cato Senior apud Atheniensem populum uerba faceret, illud in primis admirati sunt, quod quæ ille Latine paucis uerbis absoluisset, interpres, nam per interpretem loquebatur, uix longo uerborum ambitu potuerit reddere. Vnde cepit omnes hæc opinio, Græcis orationem è labijs, Romanis è peccore proficiisci. Etenim qui certo iudicio perspectum habet quid sit honestum, deg̃ honesto certum habet animi decretum, nihil opus habet multis uerborum lacinijs, quibus quod sentit ac uult explicet. Nulli enim loquacius dicunt, quām qui uel non intelligunt de quo differunt, uel parum attente cogitarunt de re quam tractant, uelut inter dicendum meditantes quid sit dicendum. Proinde nulli paucioribus uerbis explicant causam, quām qui exactissime tenent dicendi rationem. Etenim quibus maxime cognitum ac perspectum est, quibus capitibus tota causa nitatur, & quibus argumentis potissimum confirmari possit, his facillimum est omisis superuacaneis necessaria dicere. Quod si arti accedat prudentia cum integritate coniuncta, facile uitatur loquacitas uitium. Talis erat & Cato iunior, cognomento Vticensis, qui sententiarum pondere commouebat animos hominum magis quām orationis libertate, nec unquam proflige ad dicendum, nisi quum res ipsius orationem flagitaret. Talis erat & apud Athenienses Phocion, de quo nobis alio loco dictum est. Talis omnium fermè dictio quorum integratatem cum prudentia coniunctam admirata est antiquitas. Horum enim oratio similis est aureo nomismati, quod quum minimum habeat magnitudinis ac ponderis, tamen ualeat plurimum: quum loquaciū sermo sic oneret auditoris aures uerbis multis quidem, sed in

sed infrugiferis, quemadmodum qui ferreis obolis, aut æreis nummis oneratur, non multum adferētibus ad rationem. Nullis igitur molestior est loquacitas quam ijs, quibus plausisse dicendo pulcherrimū sit. Grauiter Aristoteles delassatus cuiusdam ineptis sermonibus, quum ille, ceu rem egregiam perorasset, subinde repeteret, an non hoc mirum Aristo teles: non istud, inquit, quod narras mirum est, sed illud potius mirum, si quis quum perdes habeat te perpeti queat. Habet enim & hoc tædij loquacitas, nec silere patitur auditorem, nec admittit sermonū uices, sed postulat ut identidem succinas aliquid uelut applaudens, aut exigēs ut perget. Euge, pulchre: Quid tum postea? Admodum. Quid audio? Non ui quendam pīleo ισφοπειπα μεγαλοφροντα, sed eundem plus quam scurrili loquacitate, qui ad quoduis nugamentum denarratum, mirum quam indecore occinit illud ex Aristophanis fabula, υι υι υι, uelut exigens ab auditoribus aplausum, ac ipse sibi quodam modo plaudens. Qui bonam fabulam recitat, non ante poscit plausum quam dicat, ualete: garrulus quum nunquam dicat ualete, subinde iubet ad nugacissimas nærias plaude-re. Nec est contentus unica fabula, sed aliam ex alia ueluti linum ē lino contextit. Talibus Ligurini poterimus & nos dicere: uis quantum facias malū uidere? orationem rem omnium iucundissimam corrumpis, linguam qua non aliud membrum utilius aut salubrius frustra deteris, iacturam interim faciens tantorum bonorum, quæ moderato linguae usu parari poterant, ac thesaurum omnium preciosissimum profundis. In foribus, aiunt, hydriam, nihil enim aqua uilis. At quæ preciosa sunt non uno seruantur ostio. Nec quis quam thesaurum domui credit, cuius ostia seras non habent, neq; pecuniam, opinor, credis marsupio, quod claudi non potest: & tu tam inæstimabilem thesaurum circumferens, ore semper hiante obambulas. Et interim quum nihil sit facilius quam tacere, tu exerces artem & ad rem & ad famam inutilem. Molestus es omnibus, sed præcipue cordatissimo cuiq;. Nemo tibi credit, ne uera quidem dicenti, teipsum propinas deridendum, nasci su-pendendum, nec aliter excutis teipsum ab hominum consortio, quam si parricidium admisisses. Quis enim non malit cum homine sceleroso, sed linguae moderatae consuetudinem habere, quam cum homine nugaci, licet alias innocentis? Nec ipse frueris tuo morbo, & alios enecas tædio. Iam infelicius etiam est rideri, quam haberi odio. Nihil enim habet in se durius infelix paupertas, quam quod ridiculos facit, quemadmodum ait ille. Ad summū enim malorum uenit ille, qui cum sit calamitosus, nec fauorem nec misericordiam promeretur, sed risum lucrificat. Hoc tibi proorsus usu uenit. Sed haud scio, an hanc operam frustra sumamus, dum oratione cupimus mederi garrulo, qui quoniā tacere non potest, non recipit pharmacum, haud dissimilis ægrotis, qui medicinam reuomunt, prius q̄ totā hauserint. At Stertinus ille dum apud Flaccum oratione philosophica mederist det Damasippo, primum audire atq; togam iubet componere. Proinde quum sint multa uitia sceleratoria, tamen haud scio an ullum sit immadicabilius q̄ loquacitas. Nūc itaq; uideamus quantū habeat fructus & autoritatis, uel silentiū, uel parcus ac modicus linguae usus. Quanq; & hanc in partem à nonnullis peccatur interim. Est enim ubi præterat loquutū fuisse quam tacuisse. Multis probro datum est, quod linguam haberent uenalem, rursus alijs dedecori fuit, silentiū habuisse uenale, quibus dictus est bos insidere linguae, & Demosthenes dictus est argentanginā pati, & prouerbij etiam nobilitatū est, Amyclas silentio perisse. Sed arbitror per paucos esse mortales qui non possint uere dicere quod Simonides, Sæpe locutū fuisse pœnituit, siluisse nunquam. Quanquam huius responsi gloriam Valerius Maximus ad Xenocratem refert. Iam quod silendo peccatum est, sarciri potest oratione. At semel emissum uolat irrevocabile uerbū. Optimus quidem, ut habent prouerbia, modus est, cum in rebus omnibus, tum uero potissimum in oratione. At sicuti ex ijs qui aberrarunt à medio, leuius reprehenditur qui uergit ad profusionem, quam ad auaritiam: ita cōtra minus peccat qui immodice taciturnus est, quam qui intemperanter loquax. Illud enim uitium non modo tutius est, uerum etiam honestius. Certe cordata breuiloquentia nihil esse potest diuinius. Eoq; grauiter dictum est à quodam, Iov quendi magistros habere nos homines, tacendi deos. Raro produntur oracula, eaq; paucissimis uerbis comprehensa, atq; hanc ob causam plurimum habent autoritatis, ac deorum uoces esse creduntur. His simillima sunt ueterū sapientū dicta, qualia multa ferunt Plthagoræ, multa Socratis & aliorū sapientium rūplo. Quid autem mirabilius præstantium uirom

uorū apophthegmatibus: In tanta uerborum parsimonia, quanta sententia fœcundi
tas: Priscorum ætas paucis legibus erat contenta. Atq; hæc quandam oraculorū breuillo
quentiam referebat. Huiusmodi sunt Solonis leges apud Athenienses, Lycurgi apud La-
cedæmonios, ac Romanis in omnes casus sufficiebant duodecim tabulae, & ad excluden-
dum in omnibus contractibus dolum malum satis erat unica formula, inter bonos bene
agier oportet. Plato dixit reges deorum filios, & princeps nibil aliud est, quam uiua lex;
unde reges maxime decet oratio uerbis astricta, sed sententiarum pondere efficax, cuius
modi sunt oracula numinis, ac priscæ leges. Quin & reliquæ discipline liberales una cum
moribus hominum à simplicitate præsca degenerarunt factæ loquaciores, sed minus syn-
ceræ. Declamatoria garrulitas corrupti eloquentiam. Quid autem hodie operosius q; no
stra musica, tot vocibus multarum auriū garrituū imitans? Quid diceret Emerepes ille
Laconum Ephorus, qui Phrynidis musici duas è nouem chordas incidit bipenni, dicens,
ne corrumpas musicam, si nunc audiret in templis eadem organa referre tubas, cornua, li-
tuos, tibias apertas, tibias obscuriores, tibias raucas, tonitrua, uoces hominum & uolu-
crum? Qualis est musica nostra, talis est cultus, talis uiclus, talis ædificatio. Præsca simplici-
tas nusquam est, indies augescunt operosæ deliciae. Proinde quam diu mores hominum
erant incorrupti, sermo quoque fuit parcior, id quod facile deprehendat, qui præcos scri-
ptores cum recentioribus conferat, uelut Hippocratem cum Galeno, Socratē cum Chry-
sippo. Nunc omnis sapientia in plus quam sophisticam garrulitatem degenerauit, & ob
id sapientia nomen amisit, atque in contemptu uenit, nec ferè colitur, nisi ab ingeniosis pa-
rum felicibus. Ne quid interim attingam de nostris legibus sine modo loquacibus. Itaque
si ex oratione queritur delectatio, hanc perdit assidue garriens. Si quidem hic quoque ue-
num est quod scripsit Iuuenalis, Voluptates commendat rarior usus: ob hoc enim reges
ferè ignorant delectationem quæ ex gemmis, ex purpura, e cibis ac uinis capit, quod in
his assidue uersentur. Quod si quis casus illos adigat ad famam ac sitim, tum fatentur in-
telligere sese, quanta uoluptate per omnem uitam fraudati sint, quum uehementer sitien-
ti simplex aqua suauior sit quoq; mulso, & glandes quoque placentas superent: Ita iucun-
dior est illorum oratio, qui raro loquuntur ac paucis. Sin fructus petitur, nullus est oratio
ni fructus nisi audiatur. At id facit garrulitas, ne quis audire uel possit uel uelit. Et si forsitan
audiatur, nihil persuaderet, qui fide caret. Nullus enim habet fidem ei, qui non ex iudi-
cio, sed ex morbo disertus est, ne dicam interim quod loquacitatis uitium semper comita-
tur opinio stulticiae. Hinc illud uulgo factatum, uasa quæ sunt inania plurimum sonare. Si
lentium uero tametsi non semper è prudentia nascitur, tamen grauitatis ac sapientiae spe-
cimen habet. Vnde cuidam in conuiuio silenti, non ineleganter dictum est à quodam: Si
sapiens es, rem stultam facis: si stultus, rem sapientem facis. Et in alium quendam, philoso-
phus hic uideri poterat si siluisse. Nihil enim impatientius silentij quam stulticia. Ita cum
Demaratus Lacedæmoniorū rex in confessu quodam silens, interrogaretur, utrum stulti-
cia sileret, an ob sermonis inopiam: Atqui, inquit, stultus tacere non potest. Huic simili-
tum est, quod de Blante proditum est: qui quum in conuiuio quodam raceret, ac propte-
rea tanquam insciens & inelegans taxaretur à garrulo quopiam: Imò quis, inquit, natura
fatuus inter uina silere possit? Grauiter nimirum stulticiae conuicium à se depulsum in
ipsum retorsit calumniatorem. Scitum est & illud Zenonis: Athenis quidam regios ora-
tores accepturus, quoniam sciebat eos eruditis sermonibus oblectari, quo iucundius es-
set conuiuum, curauit & philosophos aliquot adhiberi, qui cum inter se uicissim sermo-
nibus colloqueretur, suum quoque ueluti symbolum in medium conferente, Zeno solus
omnium nihil dicebat. Quod admirantes legati, quum illum coimter appellassent propri-
nassentq; de te, inquit, Zeno quidnam renunciatur sumus regi? Et ille, nihil inquit a-
liud, quam Athenis esse seneim, qui notit inter pocula silete. Tribus argumentis exagge-
ravit silentij pertinacis miraculum, quod senex, quum ætas ea fermè sit garrulitatis malo
obnoxia: quod inter pocula, ubi uinum & exempla garrientium ad loquendum prouo-
cant: denique quod Athenis, uidelicet in urbe omnium loquacissima. Eleganter itaq; He-
catæo rhetori patrocinatus est Atchidamidas, cui quum quidam uitio uerteret, quod ad-
missus in ipsorum conuiuium nihil dixisset, imò uideris, inquit, ignorare, & hæc esse par-
tem artis dicendi, dicendi tempus cognoscere. Eiusdem enim artis est apte tacere & apte
dicere.

Tom. 4

X

dicere

Reges domi filii

Musica Nostra;

Vasa. Inania. plurimum
sonansTultata. Placit
ImprudentiaApro Tenuo.
Apro Accio.

dicere. Quemadmodum Alcibiades in Platonis conuiuio non existimat in bello minoris esse uirtutis bene fugere, quam pugnare gnauiter. Cantores enim qui peccant in silencij, quibus uicissim interrumpunt uoces, declarant se musices imperitos esse, ac ne uoces quidem ex arte deponere. Ita qui iudicio potest silere, declarat se se quoties loquitur, iudicio loqui. Atque ea demum oratio frugifera est, quae non effluit, sed promitur ac dispensatur. Docent autem physici ferre steriles esse, quibus genitale semine profluit, quem morbo gonorrhœam appellant medici. Neque minus sterilis est illorum oratio, qui morbo loquuntur, nec tacere possunt etiam si uelint. Observatum est hoc à doctis, pueros qui serius incipiunt fari euadere lingua firmiore: Contrà qui præcoces sunt ad dicendum, imbecilliore esse plecerio. Sic & herbae quæ subito gradiescunt, minus habent uigoris: & materiæ quæ cito succrescent in altum, minus habent roboris. Natura taciturnior erat Horatius, uerum is adhuc nobis loquitur. Vergilio Maroni solitus est insultare Filistus linguax & improbus, cuius impudentia quum eò processisset, ut Augusto præsente Vergilium uocaret elinguem, poeta modestissimus qui semper illum patientissime tulerat, iussit tacere rabulam, se quum uellet ea tuba loquuturum quæ latissime foret audienda. Mox conuersus ad Augustum, Si hic, inquit, Cæsar tempus loquendi nosset, raro loqueretur. Tacendum enim semper est, nisi quum aut taciturnitas tibi noceat, aut oratio alijs proficit. Tacet nunc insulsus Pero, tacet Carbilius, tacet Petilius, tacent omnes Vergiliomastiges, solus Maro loquitur. Euanuit illorum temporaria loquacitas. Maronis lingua nunquam silebit. Sermo igitur qui paucissimis uerbis multam sententiaz vim complectitur, simillimus est semini sicco, minutoque & in speciem contemptibili, quod terra conditum ingentem arborem effundit. Quin & in his qui ex dicendi copia laudem affectant, solæ breues argumentaz sententiaz, quas quoniam rei denarratæ, aut argumentationi absolutæ solent accini, epiphonemata uocant, plausus & acclimationes excitant apud multitudinem. Velut in sagittariorum certaminibus, non ille laudatur qui quam plurimum emittit faculorum, sed qui uel uno scopum ferit. Iam & apud philosophos breues sententiaz seu decreta quædam, propter autoritatem appellantur Æsiomata. Nec autoritate caruerunt, qui factis ueluti mutis symbolis quam uerbis indicare maluerunt, quod persuasum esse uolebat. Heracles quum in seditione rogaretur à ciuibus, ut pro concione suaderet concordiam, ascendit pulpitum, & calicem impleuit frigida, ac farinam infusam, indice miscuit, ac bibit, itaque discessit, uidelicet ipsa re loquens, plerunque seditiones ex luxu superfluarumque rerum ad potentia nasci. Concordiam autem facile constare inter eos, qui modicis tantum ac naturæ necessarijs contenterent. Simili compendio Scylarus rex Scytharum filius suis, quos octoginta reliquisse dicitur, commendauit concordiam. Iam morti uicinus missum fascem adferri iussit, mandauitque adolescentibus robustis, ut qui posset, fasciculum ut erat colligatum frangeret, quum singuli tentassent, iamque fatigati ac desperantes conari desisterent, ipse singulas hastas eductas è fasciculo, nullo negocio fregit. Non potuisset oratione quamlibet prolixâ, iuuenibus efficacius persuadere, potentiam illorum inuisitam futuram, si in fraternali concordia foedere perseverarent: Sin dissidijs alius ab alio disiungerentur, facilime posse superari. Aut quando Sertorius oratione quâtuus meditata persuasisset inconditæ barbaræque Lusitanorum multitudini, ne cum Romanis copijs uniuersa acie Martis aleam experirentur, quod exemplo persuasit: Exhibitis duobus equis, altero ualidissimo, altero imbecilli, huic admouit iuuenem uiribus præstantem, illi senicum inuictum, iussitque ut uterque caudam equi, cui fuerat admotus, uelleret. Sed quum iuuenis totam equi caudam complexus, frustra tentando defatigaretur: senex paulatim reuellens, facile totam caudam depilauit. Rursus Lycurgus qui duos canes produxit ad populum, alterum è generosis uenatoribus prognatum, sed domi ad ignauiam alitum, alterum ingenerosum, sed uenationibus exercitatum: deinde emissæ è caueis fera, simul & cibus proiecius, generosus ille consuetudinem referens potius quam naturam, ad cibum accurrerat: alter ut erat educatus, omisso cibo in feram insilij: an potuisset ullo sermone efficacius persuadere multitudini, quantum habeat momenti recta institutio: Simili commento Tarquinius, Tarquinio Sexto filio, per nuncium missum rogati quid de Gabijs faceret quos haberet in manu, nihil quidem respondit, sed nuncium cuius fidei parum credebat in horum seduxit, eoque præsente uelut aliud agens, altissima papauerum capita, baculo quem forte

forte manu tenebat, decussit, qui quum reverus renunciasset quid uidisset, intellexit callidus iuuenis patris sententiam, nimirum ut primores Gabiorum aut in exilium ageret, aut decollaret. Cleantes interrogatus quid interesset inter dialecticam & rhetoricae, pugnum ostendit, ac mox eandem manu explicatam proculit. Quantis uerborum ambigibus hoc alius explicuisset? Nemo tamen potuissest absolutius. Ex hac dictorum sententiosa breuitate præcipuum laudem sibi tulere Lacedæmonij, quemadmodum antea dicitur coepimus. Archidamus enim quum audisset quod Elei suppeditas ferre uellent Arcadiis, nihil aliud scripsit per epistolam, nisi, ἀρχιδαμος οὐλεῖος, στονχία ταλάρη. Archidamus Eleis, quietem agere bonum. Sed illud λαξωνικότερον, etiam. Etenim quū Philippus à Lacedæmonibus petisset, utrum uellent ipsum in ciuitatem recipere anno: illi nihil aliud rescripserunt in charta, quam unicam syllabam grandioribus literis, vix, id est, non. Idem quum ad eos Philippus misisset epistolam, plenam minus, inter quas erat illud, Si Lacedæmonium agrum inuaserero, funditus uos delebo: unica tantum uocula responderunt, αὔξε, id est; si, breuius etiam responsuri, si communī. Græcorum lingua dixissent ē, quæ dictio in Apollinis templo dicata multorum eruditorum ingenia exercevit. Eadem atrocia minanti, nihil aliud rescripserunt quam Λιονύσος γραπτόν, subindicantes illi cauēdum, ne duini, aliorū fines inuadis, ipse suo regno pelleretur: quod acciderat Dionysio, qui ex tyranno factus est ludi literarij magister. Idem ad Demetriū regem unicum, tantum legatum miserant, qua de re quum uehementer indignaretur, subinde repetens, quod unum tantum misissent: Orator Lacedæmonius nihil commotus respondit, unum ad unum. Agesilaus Menecratī cui cognomen erat Iupiter, quum is ad ipsum scribens, nō abstinuisset ab ambitioso titulo, sic exorsus epistolam: Menecrates Iupiter. Agesilaο χαίρετε. Rescripsit hūc in modum, Rex Agesilaus Menecratī νικαίετε, hoc est sanitatem, unius uerbi mutatione exprobans illi insianam, qui Iouis cognomine gloriaretur, quum nihil, aliud esset quam homo, fortasse ceteris deterior. Quin etiam in bellis capitalibusq; periculis semper plus ualuit sermo breuis quam oratio uerbosissima ualuerit. Perierat Tarentini milites de quibus antea meminimus, qui delati fuerant, quod inter pocula fanda, atque infanda in Pyrrhum regem dixissent, ni quidam illorum compendio sic causam expeditisset: Ni nos, inquit, rex lagena defecisset, occidissemus te. Dux autem ille qui milites commissuros sic adhortatus est, Curate nunc corpora, apud Proserpinā cœnaturi: brevi dicto efficacius extauit animos omnium ad fortiter rem gerendam, quam si idem tetasset uerbosa diuīg mesditata oratione. Habet enim simplex ac nuda ueritas genuinā energiam & aculeos suos, quibus multo plus efficitur quam tumultu uerborum. Quemadmodum qui palæstricenni callet, citius minoreq; negocio deſicit hominem, quam aliis eius artis ignarus quamlibet viribus pollens, ac uehementer tumultuans. Croesus Lydorum rex quum captus esset a Cyro rege Persarum, conspiciens exercitum uictorem huc & illuc per urbem discurrere, percontatus est Cyrum quidnam illius milites tanto tumultu agerent. Quid inquit ille a. liud, nisi quod uictores solent in uictos. Diripiūt tuam ciuitatem. Ad quem Croesus, Imo tua rex diripiunt, quādoquidem hic iam meū nihil est. Tam breuis oratio regis animum ueritate commouit, ut cooptam direptionem inhiberet, ueraretq; quod sublatum erat exportari. Epaminondas dux Thebanorum capitis postulatus est cum collegis, quod imperium Boeotiae quatuor menses contra legem tenuisset. Atq; illis quidem suasit, ut crimen in ipsum transferrent, quasi coacti fecissent. Ipse autem apud iudices paucis uerbis causam absoluit, negans se habere uerba rebus meliora, tantum hoc sibi uideri æquum, ut si pronunciantur ipsum esse necandum, crimen inscriberent columnæ, quo cunctis Græcis notum esse posset, Thebanos ab Epaminonda fuisse coactos, Laconicam D. antea annis intactam depopulari, Mesenens c c x x . annis perpetuis seditionibus uexatā componere, Arcades item inter se dissidentes in cōcordiam redigere, Græcis restituere libertatem. Nam hæc erant gesta per Epaminondam in imperio contra legis præscriptum restento. Hæc breuis oratio tantum ualuit, ut iudices, ne suffragij quidem collectis multa cum risu surgerent ac discederent, uidelicet rem uehementer impudentem esse iudicantes agi de condemnando eo, qui sic esset de suis bene meritus. De Scipione maiore referunt quiddā nō dissimile: cū em M. Nauius Tr. pl. aut (ut quidam memorāt) duo Petiliū eum apud populum derulissent reum, multisq; & grauibus criminibus onerarent: Hic dies est

Quirites, inquit, quo Carthaginenses & Hannibale delecti: coronatus in capitolii eo, tcm diuinā facturus, Qui de me suffragia ferre uolent, ferant. His dictis petebat capitolii: eum tēm totus populus consequūtus est, relictis accusatoribus: Ita non dicendo causam dixit efficacius. Tradit⁹ est & illud ab his qui rhetorices p̄cepta reliquerunt, frequenter quę nullis argumentis dilui possint, breui ioco expediri. Obijciebatur Ciceroni quod accepta pecunia reum defenderet, eaq̄ pecunia destinasset mercari domum, Is respondit, agnoscām crimen, si domum emero. Quum eas aedes mercatus esset, & impingeretur manifesta uanitas, elusit ioco, An nescitis, inquiens, prudentis esse patris familiās, dissimulare, si quid uelit emere. Quorundam ea probitas est, ut uel ipso aspectu, soloq; nutu moueāt auditorem. Post Seianum unco tractum multi periclitabantur apud Tiberium Casarem. Quumq; cæteri sese uarijs argumētis ac technis excusarent, Crispinus ingenuus fassus est se fauisse Seiano. Quidni, inquit, fauerem illi, cui uidebam te ipsum tantū tribuere? Persuaſit nuda breuiloquac̄ ueritas, quod a gre persuasisset prolixa elaborataq; oratio. Quum Themistocles apud populū Atheniensem diceret sese habere p̄clarum consilium, sed quod tutū nō esset efferrī apud multitudinē, permisit populus ut Aristidi diceret in aurē, & eius unius iudicio uel probaretur uel reiçeretur. Erat autem de classe Græcorum exuenda. Id quum esset factum, Aristides ad populum: Nihil, inquit, audiū utilius consilio Themistoclis, sed eodem nihil iniustius. Tanta uerborum parsimonia reprobatur est hominis in Republica summi consilium. Narrant & piratam quendam quum ad Alexandrum Magnū adductus, rogaretur qua fiducia fuisset ausus infestare mare, Ego, inquit, quoniam id patuo nauigio facio, pirata uocor, tu quum idem facias numerosa classe, rex appellaris. Pirata dicebat, Tyrannus audiebat, & tamen uerbis tam paucis persuasit ueritas. Magnus Pompeius destinarat omnes Mamertinos interficere, quod Marij partibus adhæsissent. Hunc adiūt Sthenelus eius ciuitatis princeps, ultro confitens quicquid factum esset, ipsius impulsu factum esse. Nam ego, inquit, & inimicis persuasi, & amicos coegi ut Marij partibus accederent. Pompeius miratus hominis animum, qui ciuium salutem anteponeret suę, & ipsum in amicitiam recepit, & Mamertinis in huius gratiam condonauit defectionis culpm. Si tatum ualuit succincta ueritas apud hominem factiosum, quid non efficeret apud int̄egros viros? Reperta est & in foeminiis hæc animi præsentia. Etenim quum accusaretur a fratre Testha Dionysij tyranni soror, quæ Polyxeno nupserat, & conscientia fugæ mariti non eum prodidisset, simpliciter ac fortiter respondit expostulati fratri. Num usque adeo me putas omnium mulierum pessimam & abiectissimam, ut si sensim sem maritum hoc agere, non fuerim illi perpetua comes exili⁹ futura? Hoc dicto non solum amputauit omnem conscientię suspicionem, uerum etiam pudicæ probac̄ matronæ laudē abstulit. Aemylius Scaurus homo senex, multæq; in republica autoritatis apud populū Romanum à Vario quodam non eiusdem existimationis homine, proditionis accusabatur. Is paucis causam absoluit, Varius, inquit, Sucronensis ait Aemylium Scaurus reūpublicā prodidisse, Aemylius Scaurus negat, Vtri creditis? Ad hanc uocem iotius populi suffragijs atq; etiam tribuni sentētia absolutus est. Itidem Iphicrates dux egregius, quum apud populum Atheniensem proditionis reus perageretur, perconatus est Aristophontem accusatorem, num ipse proditurus fuisset reūpublicā, si quis pecuniam dedisset, quumq; is se facturum negasset, Quod igitur tu facturus non eras, ego feci. Tam breuis apologia reum absoluit à crimine. Proinde Gracis ita uisum est, Demosthenē quidem fuisse summum oratorem, Phocionem autem ad dicendum efficacissimum, non ob aliud opinor, nisi quod Phocion paucissima quidem, sed uera & ad rem pertinētia loqueretur, quum Demosthenes multa simularet ad gratiā populi. Vnde factum, ut unū Phocionem metueret Demosthenes, quum reliquos oratores facile cōtemneret. Cæterū ubi Phocion assurgeret dicturus, solitus est amicis in aurē dicere, οὐδὲ μετὰ λόγον τὸν τρόπον τις, id est, mearum orationum securis adeſt: uidelicet efficacem ac uiuideram eius breuiloquentiam, facile dissēcantē arte contorta enthymemata, securim appellans. Nec sine causa uulgo dictum est, mendaces esse multiloquos, quum iuxta tragicū dictum οὐδὲ ὁ μῆνες θλίψεας ἔφη. Sed exemplorum huiusmodi tanta uis est apud scriptores, ut superuacaneum uideatur ea uelle persequi. Hæc quæ diximus, arbitror sufficere ad declarandum quād deceat magnos viros uel silentium, uel orationis breuitas, quantoq; plus obtineat autoritatis

autotitatis & grauitatis brevis & cōcisa sententia, quām loquacium īmensa garrulitas, etiam si hīhil habeat uitij, præter immodicā dicendi copiam. Nunc is morbus ingens, malorum agmen secum adducit, insatiabilem de rebus fruolis garriendi libidinem, de negocijis alienis quæ nihil attinent, nec ad illum qui refert, nec ad eos qui audiunt, periculoso linguæ lapsus, quos uitare difficultatum est semper gartienti, futilitatem in efferendis arcanis, pletunq; cum periculo dicentis, nōnntunquam & illorum apud quos efferuntur, uanitatem, quæ ferē comes est loquacitati, obtrectationem alienę famę, delationem ac sycophantiam. Ad hæc enim mala paulatim proficit intemperantia lingua, etiam si initio nībil aliud sit quām puerile garrulitatis uitium, & risu quām odio dignius. Prima laus orationis est, ut apta sit, habita rei, temporis, loci ac personarum ratione. Hæc quo modo potest obseruare, qui tacere non potest: qui nō iudicio loquitur, sed morbo fundit uerba.
Festivitas orationis, ac ioci sobrij tempestiuq; plurimum habent momenti ad humanae consuetudinis iucunditatem, ac moderata dicendi libertas inter amicos plurimam habet gratiam: uerum hæc non suo loco adhibita frequenter in graue discrimen pertrahit. Necq; enim passim ludendum dicterijs, neque ubiuis licet τὰ σῦνα σῦνα, τὰ σκληρά σκληρά λέγεται. Bene cessit adolescenti, qui rogatus num mater ipsius solita sit aliquando uentitare in aulam Cæsaream, nam adolescens otis liniamētis Octauium referebat: Mater, inquit, nunquam, sed pater sāpe. Hoc apud Augustum licuit, ciuili præditum ingenio, ac festiuiter arguteq; dīctis impense gaudentem. Apud Caligulam & Neronem non fuisse impune. Captus quidam quum ad Antiochum regem duceretur, qui ducebāt homineis, iubebant esse bono animo, experturum enim regis clementiam, posteaquam ad illius oculos uenisset. At ille nullam igitur, inquit, mihi spem salutis esse prædicatis, alludens ad regem Iuscum. Is iocus per se lepidus, sed int̄ep̄stiuus, exitio fuit homini. Rex enim offensus eo dicto, sustulit eum in crucem. Apud Seuerum Cæsarem pessimā iniit gratiam scutra, qui uenienti cupresso coronatus occurrit, quumq; iussu Cæsaris submoueretur à congressu, procul his uerbis adulatus est: Totum fecisti, totum uicisti, nunc deus esto. Apud alium hæc adulatio tulisset præmium, apud imperatorem superstitionis erat ingrata. At gattulus mauult amicum perdere quām dīctum, mauult pro te leuissima grauissimas dare pœnas, quām non obsequi morbo suo. Quum Philippus Alexandri pater præsideret in auctoritate, unus ex his qui uendebātur exclamauit: Parce mihi Philippe, nam sum tibi pater, tuus amicus: Philippo respondēte, unde nam, aut qui nam, o homo? Dicam, inquit, si prius admittar. Admissus clām dixit Philippo, demitte pallium, nam isto modo parum de corē sedes. Rex tempestiu hominis admonitione deleclatus, hūc, inquit, uolo esse liberū, nam me latebat eum mihi tam beneuolum & amicum esse. Prudenter itaq; monuit suum Callisthenem Aristoteles, ad Alexandrum Magnum proficisciēt, ut cum rege aut rāto loquetetur, aut iucunda. Sed dum hīc parum meminit huius admonitionis, sibi calamitatem accersiuit. Nec omnino muliebre fuit consilium quod dedit Parysatis Cyri & Artaixerxis mater, quæ monere solet, ut qui regem aditurus esset, cum libertate byssinis uerbis uteretur. Etenim si quando res ipsa poscit, ut rex admoneat, ueritatis amaritudo, multa uerborum dulcedine diluenda est. Quanquam hic non satis est speciare dignitatem aut etatem hominis, uerum etiam temporis ac loci habenda est ratio. Nec ipsi Platonī tanto philosopho feliciter cessit sua libertas apud Dionysium Siciliæ tyrānum, ac ne Dionī qui dem, & tamen feliciter cessit ahui, quæ quum frequenter interpellaret Philippum regem, uti causam suam cognosceret, atq; ille fatigatus respondisset sibi non uacare. Ergo, inquit, nec rex esse uelis. Philippus eo dicto tacitus audiuit causam. Simile quiddam refertunt de Adriano Cæsare, sic multis prædito uirtutibus, ut eas uitij penè superauerit. Diogenes ingressus castra Macedonū, quum eo adducto clamaret Philippus, Λατασκόπος, Rem, inquit, cōiectas: Nam prorsus huic ueni exploraturus num uere sic despicias, ut rumor est, qui quum possia tuo regno trāquille frui, malis Græcos laceſſendo etiam de salute tua pērichtari. Verum non idem licuerit cuilibet, quod licuit Diogeni, nec temere reperias, qui Philippi moderationem ac ciuitatem referant. Imo ne mediocris quidē sortis homines cutum est laceſſere dīctis. Accidit enim non raro, ut fragili quārenſ illidere dentem, infritat solidū, ac male dicens peius audiat. Stultissimum autem est eos dīctis & cauillis laceſſete, quibus in promptu est τελεῖσθαι την μυστηρια. Quū Polyxenus dialectices professors

Dionysio seniori dixisset ex more dialecticorum: Ego te redarguati: uerbis quidem, testulit ille, at ego rebus ipsis te refello. Ita Cleomenes Anaxandridæ filius, Argius ipsum ut peritum & impium lacerantibus, uobis quidem, inquit, in manu est male loqui, at mihi in manu est male facere. Cohibita est legibus ueteris comedie licentia, posteaquam Iesus exierat in rabiem: & Cynici uulgo pro canibus habiti sunt, non ob aliud nisi quod recte quidem arguerent uitia mortalium, sed absque delectu personarum, temporis ac loci. Porro ut non aliud hominum genus inuisus est his qui quibuslibet de rebus percontantes obtundunt aures omnium: ita multo magis omnibus inuisus est, qui linguam pro autibus habet perforaram, & quem omnium arcana curiosissime scrutetur, nihil tamen potest continere, etiam si capitum periculum immineat, non alijs solum, uerum etiam ipsi qui nullo negotio tacere poterat, nisi morbo tam graui teneretur. Eocum summum inter homines plausum meruere, qui silentij fide praestitere ceteris. Quod enim facinus celebrius, quam Papirii Praetextati, qui nec blanditijs, nec minis matris adduci potuit, ut effutiret quid esset agitatum in senatu. Quumque illa iam adornaret uirgas, puer extemporalis comimento parentem elusit. At illa fabulam protinus in uulgs efferens, ridiculos concitauit tumultus, suamque futilitatem denobilitauit. Pueri continentiae honos habitus est. Consimili de re non in amorem fabulam referit. Plutarachus in libello de nugacitate. Romæ com pluribus diebus quiddam serium & arcanum agitabatur in senatu, de quo quum uariasset hominum suspicio, mulier quædam alij quidem proba & pudica, mulier tamen, cœpit maritum precibus ac blanditijs solicitare, ut arcanum impariret tacituræ, silentij fidem, lachrymis, urensurando, dirisque imprecationibus pollicens: Addidit querimonias illas solennes, quod maritus uxori fidem non haberet. Ibi Romanus quo mulierculæ stulti ciam redargueret, simulat se uictum uxoris precibus, Decreueram, inquietens, tacere, sed uincor. Audi igitur, sed tacitura: Portentum horribile, quod à sacerdotibus nunciatum est, coturnix auream galeam in capite gestans, lanceamque ferens, uolare uisa est, & hac de re consultat senatus, ambigentibus auguribus, utrum boni quippiam an mali monstrum hoc portendat. Tu uero caue ne cui dixeris. Hoc dicto, ibat in forum. At mulier, uelut tergeret aborsus, nacta ex ancillis unam quæ prima occurrerat, cœpit ea præsentie uerberare peccatus, uellere capillos, clamans obiter: Heu mihi, heu patria, quid calamitatis imminet nobis: his rebus ancillam ultro prouocans, ut quid esset mali percontaretur. Percontatur illa, hæc narrauit ordine rem omnem, & addidit clausulam solennem garrulæ omnibus: Cae quisquam ex te sciat, sed sile. Mox ancilla dominæ similis, unam e conservis nacta rem illi denarrat de coturnice. Illa uicissim amatori suo, qui soror aderat communicat: itaque breui fabula ab alijs ad alios transiliens deuenit in forum, tanta celeritate ut præueniret eum qui commentus fuerat. Quum enim quidam notus illi factus esset obuius: modo ne inquit è domo uenis in forum? Modo admodum. Nihil ne igitur audisti: Nihil, sed est ne nouæ rei quippiam: Coturnix, inquit cum lancea galeaque aurea uolare uisa est, atque hac de re senatus cogitur. Ille uero ridet, Euge, inquit, uxor mea, quam probe abs te curatum est, ut arcanum tibi creditum me præcurreret in forum. Mox igitur adit primores, & exposita fabula ciuitatem ac senatum inani trepidatione liberat. Deinde domum reuersus expostulat cum uxore: Heus bona mulier, perdidisti me. Senatus enim resciuit arcanum hoc ex alijs nostris prodisse in uulgs. Itaque cogor in contumeliam linguae tuæ dare poenas, & abi re in exilium. Illa uero conturbata primum inficiari, mox, nonne hoc, inquit, cum trecentis audistis? Quos mihi, inquit, trecentos narras inepta? Quum tu me defatigasses precebusse lachrymis, ut indicarem arcanum, ex tempore commentus sum quicquid tibi credidi, ut delicer quo periculum facerem, quam esses linguae continentis. Prudenter ille quidem qui citra periculum sumpsit experimentum uxoriæ fidei, non aliter quam quoniam bascula uolentes explorare num quæ perfluant, aquam infundunt, non uinum autocoleum, ne magno constet experientia. Badem cautione si fuisset usus Fulvius, non se parcer. Et uxorem conieceret in exitium. Is erat Augusto Cæsari familiaris. Quem quum audisset fam senio grauem, ob desertam orbatamque domum ingemiscerem, eo quod duobus ne potibus suis præmaturo funere elatis, ad hæc Posthumo qui restabat per calumnias in exilium electio, uxor filium imperij successorem instituere cogeretur, ideoque pietate motus de nepote ab exilio reuocando cogitaret, reuersus domum, quod audiuerat, uxori faceret.

Illa mōx Liuia. Liuia grauiter cū Cæsare expositulauit: Si ista, inquit, iam pridē ueritasbas in animo, quin nepotē reuocas? Quur me in odiū coniçis eorū qui in principati successy suri suntr Postridie quū Fulvius harum rerū ignarus ex more uenisset ad Cæsare, eiç dī xisset xāpē; ille tespōdens, nō retulit xāpē, sed vītār, id est, sanus sis, uelut infantā expōbrans, non precās salutē. Quod salutādi genus quid sibi uellet, quū nō falleret Fulvium; recta se domū recipit, & uxori, sensit, inquit, Cæsar arcanū, cuius me sciebat esse cōscium; per me tacitū nō esse. Proinde deeretū est, mihi ipsi mortē cōsciscere. Tum mulier, & merito quidē, inquit, qui mulieris tot iam annis tecum uiuentis incontinentiā aut nō noris, aut si noras nō caueris. Sed age quanç tu culpæ fueris autor, ego tamen in exemplo moriendi dux ero: simulq̄ arrepto ense fēpsam cōfodit. Graues pœnas dedit Fulvius neglegēti prouerbij, quod monet, nec sinuſ, nec mulieri credendū esse, celebrisq̄ sentētē: Quod tacitū uelis, nemini dixeris. Atq̄ adeo si prouerbij credimus, mulieri ne mortuę quidē fidendū est. Utinā autē à mulierib. tantū esset periculum. Nusquā non est tempestiū ille Iud Epicharmi, νῆφε τῷ μέμνηστο ἀπίσεψ, tametsi ſcēmineū genus magis lat orat huius māhi in famīlia. Cato senior dicere cōlueuit inter amicos, se triū duntaxat rerum per omnes uitæ gradus pœnitentiā agere. Primum si quid arcani credidisset mulieri: Secundū, si quō pedetri itinere proficiſci licuifset, eō nauigio perueniſſet: Tertium, si quē diem per incusriā abſq̄ fructu paſſus fuifſet elabi. Felix quidē Cato, quum nunc plerosq̄ discurciet pœnitentia, quod arctissimis etiā amicis ausi ſint aliquid arcanæ rei cōmittere, parumq̄ mēminerint quod prudenter admonet Chilo: Sic habe amicum, tanquā aliquando futurū inimicum. Non probat hāc ſententiā Cicero, uerū huic tutū non fuſt uel fratri credidiffe: Sunt enim amici, quibus & ſi non adſit perfidia, tamen deeft prudentia, aut animi cōſtantia, & ſuperat animi propositū naturæ uitium, qualis inducit in Ecyra Terentiana Parmento ſeruus alioqui non malus, niſi quod quū aueret omnia ſcire, non poterat continere quod refcierat, quumq̄ negaret ſe prolaturū quod rogarabatur audit à puerilla, Ah noli Parmento, quafi tu non multo malis narrare hoc mihi, q̄ ego quæ perconter ſcire. Et agnoscit quidē ille morbum ſuum, Nihilo ſecius tamen ſtipulatur ſilencium, ſi mihi fidem das te rateturā. Nullus autē eſt mortalitū tam continentis linguae, aut animi tam circunſpecti, quin habeat uel unū, cui tantū auſit credere, quantū ipſi creditū eſt: Rursus hic alterū habet, hic rursus aliū, itaq̄ ſimul atq̄ diſceſſum eſt ab unione, cito res ad plurimos propagatur. Simplex enim eſt & ſingulare quicquid unū eſt, nec excedit terminos ſuos, unde & uovēs dicitur. Verū uovēs initū eſt infinitæ differentiæ: Mox ut unū uno conduplicaueris, ſequitur infinita numerofitas: Ita ſecretū quādū permanet apud unū, qui primus & ſolus noſ uit, reuera ſecretū eſt: Vbiſe ſemel in alterū propagarit, in rumore uertitur. Neq̄ enim in tua iam manu eſt reuocare quod emiſſum eſt, aut cohibere quod aliunde alio transuolat ſuo arbitratu. Proinde Homeruſ ſubinde uerba dicit οὐρόγυτα, hoc eſt pennata, ſiue uolucria. Habet & ſagitta pēnas ſuas, ea qui tenet, cohibere potest: qui ſemel miflit, reuocare non potest, quo minus celeres cōmouens alas, huc & illuc cīrcūuolet. Atqui telum emiſſum, nō ſeſe propagat, ſed ut maxime ſit nocuū, unum aut alterū interimit: At ſermo ſemel emiſſus quū reticendus eſt, totas ſāpe regiones in extremas calamitates inducit. Et auis emiſſa ſic uagat, ut una maneat: ſermo pulſilat ac multiplicatur & increſcit, uiersq̄ acquirit eundo, quemadmodū ait Maro. Nauis qua ſemel portū egressa pelago ſe creditū, iactis ancoris, utq̄ cohibetur, & patet in poriū reditus: Cæterū nihil eſt quo ſermo ne alteri creditū uel coerreas, uel reuoces unde prodijt. Rursus telū emiſſum nō recidit in mittentiē, ſed alijs potius adſert exiſtū. Verbuſ emiſſum, nulli certius exiſtū adſert, q̄ ei, uni de fuerat emiſſum. Hæc ita quā ſi habeant, qua fronte de ſilentij fide cū alijs expositulat, qui ſibi ſilentij fidem non ſeruauit: An non huic expositulatori merito dicetur, Quid me incuſas impudens: Si quod creditiſti efferri non oportuit, cur mihi cōmunicabas? An putas alii tibi magis fidum fururū, q̄ ipſe fueris tibi: Ego ſi quid peccaui, tuo exemplo petcaui. Quid ſtultius, q̄ ubi tuam ipſe fidem proſtitueris, ad alienam confugere? Sed dices, apud amicū depoluī arcanum. At ſciebas, & illi amico eſſe amicos. Et primū ipſe tibi deſbebās amicum preſtare. Si tui ſimiliſ eſt, cui creditis arcanū, merito periclitariſ: Si melior, hoc eſt, ſi contineſt quod creditum eſt, felicior es q̄ promereriſ: quippe qui repereris alijs quem uibi fideliorem, quam ſi ipſe tibi. Ne debet quidē fidem ſilentij, cui tu morbo noti

iudicio credis arcānū. Ut enim iuxta sententia Epicharmi, nulla debetur gratia prodigo, qui largitur non ex benignitate, sed animi morbo: ita non debetur silentij fides, ei qui prius silentij foedus uiolauit. Ante cōplures annos cōnabam cū viro prudenti iuxta ac docto, qui tū apud nos tro regis sui nomine legatū agebat. Interuenit quidā Dominicanus, qui Romanī pontificis negotia procurabat. Expertus arcānū colloquium: Secessum est. Dominicanus aiebat arcānū esse quod uellet cōmunicare, non cōmunicaturus tamē, nisi iuraret se tacitū. Alter negabat se iuraturū in re, cuius ipse cognoscendā desiderio non teneretur. Si mihi, inquit, diffidis, ne cōmunicā: Sin fidis, quid opus iure iurādo: Quod etiam si intercessisset & referret principem meū scire quod credidisset, nō cōclarem. Nec enim ius iurandū hoc animo suscipitur à bonis viris, ut dī alteri fidem seruat, principi suo fidem uiulet, cui ego, inquit, nō simpli nomine fidem debeo: Prīmū ut ciuis, deinde ut legatus. Si tale fuerit ut citra impietatē & crimen uiolati officij sileri queat, pollicor silencium, non iuro, nego enim soleo iurare temere, & is sum qui silere possim: Si sectus, serua tibi mysterium. Hac oratione uiclus ille cōmunicatūt nūgamentum, quod nec ad principem, nec ad legatū quicquā attinebat. Quin & mihi non raro uenit usu, ut ab eo qui cōmisserat arcānū serio multumq; monitus, rogatus, obsecratus, adiuratus, ne cui dicerem, præsertim tali, mox idē à cōpluribus audierim; & ab his ipsis quib. nominatim uetus eram cōmunicare. Ego admirans unde rescissent, fingebam me noti credere, rogabamq; quis istius fabulae fuisset autor. Affirmabant ac fidem etiā faciebant, sese ab eodē accepisse, qui mihi crediderat. Atq; hæc quidē futilitas in rebus non magni momenti ridetur. Sed tamen hic gustus nos debet admonere, ne quid cui credamus, quod cum exitio nostro proferretur. Etenim quē morbus hic habet, etiā maiore tuo periculo peccaret, si detur occasio. Est quidē utrumq; uitio datum. Nam omnino nulli fidere tyrannicū est: quibuslibet credere, stultitiae & leuitatis, sed præstat, ut diximus, in latus deflectete, ubi & minus est periculi, & sarcendi quod peccatum sit, facultas reliqua est. Certe qui sibi consciū sunt, quod affines sint huic morbo, à consilijs publicis, & à principiū negotijs ac familiaritatib. abstinere debent, ne non suo tantū sed multorū exitio peccent, si minus contineant, quod reticendum erat, atq; illis usu ueniat quod solet uiperis, quae & ipse feruntur in partu perire, dum à foetu disrūpuntur, & alij nocituras bestias effundunt: aut quod euenire solet aurib. teñeti lupum; aut pueris gremio gestantib. serpentes, quos dum continere nō possunt, & pereunt ipsis, & alios in periculū uocant qui cū ipsis uersantur. Hieron qui post Gelonē Syracusis tyrannidē gessit, negabat eos sibi molestos esse, qui liberius apud ipsū loquerentur, sed qui sermonē arcānū apud se efferrent: ab his dicebat etiā illos lædi, quibus arcana proderent aliorū, propterea quod nō solū odimus eos qui secretū quod tacitū uolebamus esse, runt, uerum etiā illos qui quæ nolimus audierint. Itaq; iudicabat sibi plus odij confliaria apud ciues, per eos qui deferret clanculū aliena secreta, q; qui ipsum liberiorib. dictis incellerent. Sed maiore periculo à potentib. accipimus atcanum, q; ad illos deferimus. Lysimus rex adamauit ingeniu Philippidis, comici poetæ, eumq; inter familiares suos habitu omni benevolentiae genere prosequebatur. Huic quā aliquando dixisset rex, quid rem mearū tibi impātiā Philippides, scite respōdit, quiduis inquiēs o rex, modo ne quid arcāni. Quin & in bellis ut plurimū habet ad uictoriā momenti taciturnitas, ita frequenter ingentes adfert calamitates incontinentia linguae. Laudatur à doctis uox illa Cęciliā Metelli, quem quum quidam ē tribunis militū iuniorib. interrogasset quid acutus esset, gravioriter respondit: Siscirem hanc tunicā esse conscientiam mei consilij, protinus exuerem & in ignem conūcerem. Antigonus rex, cui cogitationē fuit Magno, sciscitanti filio, quanto conflicturus esset: Quid inquit? num metuis, ne solus tubæ signū nō audias? Fottasse poterat tuto uocē credere, cui crediturus erat regnū, sed iuueñē uolebat eruditre, quanto pere debeat imperatorem taciturnitas. Eumenes etiam fucum addidit silentio: etenim quoniam illi clam indicatum esset, Craterum aduersus ipsum cum acie uenire, nulli suorum rem in dicauit, sed finxit Neoptolemu aduenire. Nam hunc ut ignauum ducē milites contemnebant, Crateri uero uirtutem & autoritatem suspiciebat. Itaq; milites cōmisso prælio non prius intellexerunt Craterum fuisse ducem, q; illum inscientes occiderant. Tantam uictoriā peperit silentium ducis. Eumenis autem calliditas miraculo fuit omnibus, siquidem ipsa res persuasit, ne quis illi ob eum fucum succenseret. Et si quis indigne

erat, præstabat ut cautum ac nemini fidentē reprehendi, parta uictoria, q̄ accepta clade, merito uituperari ob incontinentiā secreti. Nullum militū genus bello minus idoneū est q̄ loquaces. Aut enim intempestiuis conuicīs & ante uictoriā, ut aiunt, actis encomijs hostem irritant, aut proditis consilijs præmonent hostē ut sibi caueat, & officio iuuāt dum student lædere. Itaq; sit, ut imprudentes aut obstent uictoriae, aut eā reddant magis cruentam. Agathocles ex figuli filio rex Siciliæ factus est, quod ipse quidem in tantum non insufficiabatur, ut in conuiuīs aureis gemmatisq; poculis fictilia quædā soleat admiscere, hoc argumento iuuenes ad uirtutem extimulans, ego, inquit, qui prius talia fingebam, offensis fictilibus, nunc ob uigilantiam ac fortitudinem talia facio. Is quum urbem Syracusas ob sideret, quidam ē muris conuicia in eum iaculabantur. Figule, quando solues stipendiarii militibus tuis: Ille subridens, quum istam, inquit, cepero. Huiusmodi uoces quid aliud q̄ hostem accendebant ad rem acrius gerendam: Et Agathocles quidē moderate tulit eam petulantia, contentus dīcū dīcto retaliasse. Quum enim urbe capta uenderetur, qui iaculati fuerant ē muris conuicia, si me turfus, inquit, lacessieritis conuicīs, cōquerar apud dominos vestros. Verum ea petulantia Neronem aut Hannibalē animasset ad totius urbis internitionem. Id quod propemodū accidit ciuitati Athenarum, cui quū alioqui non esset admodū infensus Sylla, tamen ineptis conuicīs quæ dīcaces quidā ē muris in ipsum iaculabantur, sic exacerbatus est, ut minimū abfuerit, quin florentissimā totius Græciæ civitatem funditus deleret. Proinde merito laudatus est Memnon dux, qui Darium iuuit aduersus Alexandrū, quod quendā ē mercenarij militibus, dira conuicia iaculante in Alexanderū, lancea percusserit: Ego, inquiens, in hoc alo te ut pugnes aduersus Alexandrum nō ut maledicas. Quemadmodū apud Plautum audit coquus loquacior, manus tua huc conducta est non lingua. Multisq; conuicīs proscissi sunt, qui lingua belligerātur. Audit apud Vergilium Drances. An tibi Mauors ueroſa in lingua pedibusq; fugacib. iſtriſ semper erit: Et apud eundē audiunt procaces Rutuli, Bis capti Phryges, hæc Rutulis responſa remittunt. Nam ignominia plerunq; potentius habet calcar, q̄ collaudatio. Epaminondas uir alioqui miti ingenio Cœsippum Chabriæ quē unice dilexerat filium, ob amici defunctū memoriā moderatissime iulit, tametli multū degenerantem à paternis moribus. Se mel dunctaxat cius lenitas adolescētis importuna loquacitate superata est. Quū enim hūc in expeditione quadam occupatū adolescens ineptis sermonib. obtunderet, percontans, consulens, quædā etiā corrigens, ac ueluti collegam ducis agēs, tandem offensus ait: O Chabria Chabria, ego tibi pro nostra amicitia ingens persoluo præmium, qui filium tuū sustineam. Adeo uir egregius qui iuuenis stultitiae ac luxum alibi patientissime tulerat, loquacitatem in bello ferre non potuit, uel hoc ipso præsagiens inutilem futurū rebus gerendis, quod ibi linguam moueret ubi manib; potius & auribus erat utēdum. Similis militum loquacitas stomachū mouit laudatissimo duci, cui quum milites obstreperent, alijs aliud consilium adferentibus, multos, inquit, hic imperatores uideo, sed paucos milites. Videbat in pugna futuros ignauos, qui tam strenuos se se præbebant in consultatione. Haud lubens digredior à Phocione. Polyeuctus prolixā orationē habebat apud populuſ Atheniensem de bello suscipiendo aduersus Philipū. Hunc quū Phocion uideret inter orandum sudantem & anhelum identidē sorbillare aquam ad refocillandos deficientes spiritus, erat enim ęstas media, & is qui dicebat obeso corpore, parest uero, inquit, Atheniēſea ut huic bellum suadenti fidem habeamus. Quid enim hic faceret in prælio thorace & galea onustus, quum loquens tantum de bello sic laboret, ut periclitetur ne exhalet animam: Præclarū est, quod de Scipione minore narrat historici: Quū enī iuuenis quidam eo tempore, quo Carthago oppugnabatur, placentā in similitudinē urbis cōpositam, cui nomen in diderat Carthago, proposuisset cōuulsus diripiendā, uelutī symbolo præludens urbis excidiū, dux illū equo multa uuit, & rogāti causam ob quā equo spoliaretur, quoniam inquit, me prior Carthaginē diripiūsti. Nec penē solēne est si quādo principes inter se bellū gerātur, inuicē illos exasperare delationib; picturis, titulis, & aefūculis ueteris comœdiae licentia referentibus. Vidiūs atrox bellū inter Iulū Pontificē eius nominis secundū, & inter Lodouicū Galliæ regē eius nominis duodecimū. Nec alia re magis alter in alterum sic exarsit, quam utrīq; delatis aliquot uoculis liberius effusis. Rex enim, ut erat militari libertate, dixit illum ebriosum, id quod nemo Romæ nesciebat esse uerum. Pontifex irritatus

irritatus respondit, se tum fuisse ebrium, quū Gallos uocaret in Italij uelle rursum inebria
 ri semel, & omnes propellere ex Italia, deinde fore sobrium. Huiusmodi dictis sic utriusq
 irritati sunt animi, ut totus orbis duorum senum dissidio concuteretur. Isdē fere temporib.
 quum Henricus Anglorū rex eius nominis octauus Romani pontificis patrocinii susce
 pisset aduersus Gallos, apud Parisios actæ ex more comœdiæ, maiore in modum prouo
 carunt Anglorū animos ad maturandū bellum, & odium uetus quod tempore factū erat
 mitius, renouarunt. Nēq; satis felicitet cessit Nerujs quos hodie Tornacos uocat, quod
 dicaces quidam in Cæsarē Maximilianū prætereuntem scommatū nescio quid tortserint.
 Agebamus id tempori in Anglia, quum Italus quidam homo mire dextri ingenij sed pa
 rum felix eō legatus ueniret Iulij nomine, quo regē ad bellum in Gallos accenderet. Is po
 stequam in concilio perorasset ex more, ei q; regis nomine responsū esset, regis quidē ani
 mum uehementer propensum esse ad propugnationē dignitatis pontificiæ, cæterū Bri
 tanniae regnū iam diuturna pace desueuisse bello, & rem fore cum rege potestissimo, itaq;
 non posse repente fieri quod peteretur, sed opus esse temporis spatio ad tanti belli appa
 ratum. Ille magis incaute & scelerate, quū nihil esset necesse quicquam addere, subiec
 se eadē prædicasse Iulio. Ea vox excepta mox suspitionē iniecit magnatibus, quod pon
 tificis oratorem professus, non nihil faueret Gallo. Deinde quum obseruatus, deprehen
 deretur cum oratore Gallorū nocturnis horis miscere colloquium, abductus est in carcē
 rem, omnibusq; fortunis exutus est, ne uita quidem incolumi, si uenisset in manus Iulij:
 Atq; hic linguae lapsus effecit, ut rex qui forte prorogando negotiō dissidium cōpositu
 rus erat, bellum acceleraret. Inter omnia facinorum genera nullū habetur sceleratus aut
 inuisius, & proditio. Et tamen hæc multis cum infamia, multam felicitatem peperit. Eu
 thyocrates enim ex Macedonicis trabibus, insignem, erexit domū. Philocrates magnam
 auri uim accepit, quam male parta, petus luxu perdidit. Euphorbo & Philagro per quos
 prodita est Eretria, rex agros concessit, alijsq; plūrīmis, si nō bonā famam, certe bonas
 diuitias conciliauit proditio. Garrulus idem facit, nulla gratia, nulloq; præmio, loquacita
 te sua, præmonet hostem allicitq; prodit patriam, liberos, uxorem, ac seipsum deniq; nū
 hilo minus interim inuisus hostibus & suis, propterea quod non cōsilio facit quod facit,
 sed morbo. Etenim qui iudicio ducitur ad perpetrandum facinus, obiectis cōmodis, aug
 ostentatis periculis, uel auocari potest ab instituto uel retineri potest in officio. De garru
 lo nihil est quod tibi pollicearis, quur illi quisquam debeat fidere. Atq; Alaci quidem inq
 temperantius maledico, non indignatur apud Homerum Nestor quod linguae uiri be
 ne gerendæ rei strenuitate pensaret. At naturæ uitio loquax & aliorum uirtuti obstat,
 & ipse usq; adeo non præstat uirtute, ut nemo sit minus ad omnem honestam functionem
 idoneus. Proinde poetarū princeps Homerus quos ut egregios uiros proponit, eosdem
 facit & silentij tenaces. Vlysses tot modis prouocatus, constanter tamen dissimulat quis
 esset. Quin & ipse assidens uxori, nec diu desiderata conspectu, nec illius lachrymis com
 mouetur, ut ante tempus aperiat quis sit. Verum

Θυμῷ μὲν γοσσεργίῃ ἐλυταρπε γυναικεῖ
 ὀφθαλμοὶ δέ οὐσὶ καρψὲ τετελεγέντες οὐδὲ πρότερον.

Απρεμας ὁ βλεφάρεσσιν.

Talem inducit & Telemachum filium, & Penelopen, ac deniq; nutricēanum, cuius ga
 ryilitatem uel sexus, uel ætas excusare poterat, ait enim,

Ἐξ αὐτοῦ τοι εφεν λίθον μὲν σιδηρόν.

Quin in medijs erroribus Vlysses fere dissimulat quis esset. Et apud Cyclopem ἄτην se
 singit esse, & ignota specie obuia Palladi fictio commento dissimulat quis sit. Eandē silen
 tij constantiam poeta tribuit & socijs eius, qui uiui deuorari maluerunt, quām quicquam
 eorum effutire, quæ silenda erant. Nec alium inducit Aeneam Vergilius.

Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.

Iam quum res cominus gerenda ferro est apud Homerū, Barbari magno clamore ruot
 ad prælia: Græci taciti uim spirantes expectat hostem. Si quid discriminis est, tutiores ac
 formidabiliores nos hosti reddit silentium. Et si quid latet rei obtigit, iactantia Nemesis
 prouocat: silentium seruat, augetq; quod partum est. Quin & in Cupidinis militia, si Na
 soni creditimus,

Qui

Qui si let est firmus, qui dicit multa puellis

Probra, satis fieri postulat ille sibi.

Socrates in bello oculos undiq; circunferebat & inconniuēter habebat intētos, linguaq; habebat astrictā. In cōuiuījs diſputabat, ubi nihil erat periculi. Siue captatur occasio componendae discordiae, silentium prāstat, ut id fiat facilius, uidelicet, non exacerbatis odij; loquacitate. Sin decretū est hostem perdere, garrulitas præmonet hostem, ut sibi caueat, nec sinit insidias latere. Quin & hodie uulgas hominū quū audit duos inter se magnis clamorib; debacchantes, aiunt rem abesse à periculo fundendi sanguinis: Nimis illud persuasum habet sensus cōmuniū, bellaces non esse, qui sunt loquaces. Anseres laborat infamia garrulitatis, ac Maroni dicuntur obſtrepere. Et tamen hi quoties ē Cilicia demigrantes Taurū montem, aquilis differtū, transmissuri sunt, guttur obturant hausta arena, ore lapidē gestant, atq; ita silentes noctū transmittunt, ubi montis mediū superarunt deſciūt lapidē, ubi iam in tuto sunt, etiā arenā ē gutture reddunt. Quanq; hæc quæ Plinius narrat de gruibus, Plutarchus ad anseres transfert, certe grues hyemis aduenæ sunt, quemadmo dum æſtatis ciconiæ. Proinde turpe fuerit grues aut anseres, qui utriq; nescio quāobrem laborant infamia stultitiae, hi apud Britannos, illæ apud Gallos, plus sapere q; homines. Qui spōsam ambiant, citius ea potiuntur, si norint silere. Qui formosam habet spōsam, citius habet si fileant. Nam tacitus pasci si possit coruus, haberet Plus dapis, & rixę multo minus inuidiæq;. Antalcidas Lacedæmoniorū dux, quum in Samothrace sacris initiatur admonitus est à ſacerdote, ut ex more ſibi cōſideretur, quod in uita ſceleratissimum perpetrasset: Nam appetet hoc cōmentos impios illos ſacrificos, quo magis haberet obnoxios, quos ad ſua flagitiosa mysteria admisiſſent, ne facile reſilirent à coeptis, & offeſi turpitudine flagitorū, efferrēt in uulgas arcana. Quid opus, inquit: Nā ſi quid tale mihi perpetratū eſt, ipli dī ſciunt. Quanq; hanc historiā quidam ad Lysandrum referunt, qui quum in Samothrace conſuleret oraculū, ac ſacerdos ceu religionis cauſa, iuberet ipsum dicere, quid in uita teterrimū gessifret, utru inquit, tuo an deorum iuſſu id fateri oportet, quum ille respondiſſet, deorum: Tu igitur, inquit, hinc abſcede, & illis ſi percontentur dicam. Adeo ne ſuperſtitio quidem qua tenebatur, prudenti uiro persuadere potuit, ut deorum interpreti committeret quicquam arcani. Hinc appetet & apud priſcos ethnicoſ cultorum criminum confeſſionem fuſſe religionis partem, & fortassis inde fluxit, quod bodie Franciſcani, ſi quem ad instituti ſui mysteria recipiunt, exigunt totius anteactiæ uitæ retectionem. Veteres illi compendium quārentes exiſtimabant unius omniū grauiſſimi criminis conſcientiā ſatis eſſe ad reddendos obnoxios quos initiabant impuris myſterijs. Fortassis inter uirtutis exempla referri non potest, ſed tamen ad silentiū cōmendationē cum primis accōmodum eſt, quod de Lacone puerο quodā prodiderunt. Is uiuatū uulpeculam, quam ſodales furati fuerant, nam id certis diebus permittebatur pubi Laconiæ, ſub uelte celabat. Ea ſauiens quum pueri latus uſq; ad intestina laceraret, perpeſſus eſt, donec abiffent qui uulpeculā quārebant. Quū aut pueri dicerent, ſatiuſ uulpeculā prodere q; ipſum ſic lacerari: Imò prāstat, inquit, cruciatibus immori, quām furtum prodere per ignauia ac mortis metum. Quid hic dicent uirſ graues ac dignitate præditi, qui cum famæ uitæq; ſuæ periculo effutiunt, quicquid concretū eſt: Apud Lacedæmonios ex institutione Lycurgi mos erat, ut natu maximus aſtans pro foribus cuique ingrediuntū ad publica conuiuia diceret, cōmonſtrato ostio, per hanc, inquit, iānuam nullum egreditur uerbum. Et Horatius idem refert inter leges conuiuīj.

Ne fidos, inquit, inter amicos

Sit qui dicta foras eliminet.

Nec inſtituiter Martialis odiſſe ſe dicit memorem compotorem. An feliciter cefſerit audax facinus Gygi, nescio, qui crudeli flagitio ſibi parauit regnum. Certe Cañdaulem regem & principatu & uita priuauit linguae futilis incontinentia, qui apud ſatellitem effuerit uxoris pulchritudinē, ſi quid Herodoto creditus. Lacedæmonij non ferēbant uxores ab hospitibus laudari, quod oportet illas ſolis maritis eſſe notas. Muſto minus deſeret maritos apud alios iactare formā coniugum ſuarū. Sed his quoq; faciunt indecētius, qui quicquid in thalamo, quicquid in lecho cum uxore nugātur, deprædicat in cōuiuījs & in colloquījs apud quoslibet. Si turpe eſſerre quod inter pocula diciū eſt, quanto turpius

Scurrilitas pius est ea non continere, quorum oportebat solum cubile thorumq; cōscium esse? Quidam dum faceti uolunt esse in scurrilitatis uitium incident. Quid autem turpius, quam innochus aut episcopus scurra? Atque utinam pauciores essent istiusmodi. Talibus non arbitror tuto committi confessionum arcana: Nam qui rasebit aliena mala, quemquis hoc morbo tenetur, ne sua quidem reticere possit. Aut qui consulet alieno periculo, qui seipsum mauult in periculum coniūcere, quam tacere. Interim in mentem uenient sycophante, de quibus mox dicam. Horum aliquis calumniasabitur mihi non probari confessionem. Non damno confessionem sycophanta, sed haec admoneo ne quem pœnitentem approbat confessionis, nisi forte medicinam damnat, qui periclitati consulit, ne se malo credat medico. Et quoniam medicis incident mentio, referam obiter & illud, quod Hippocrates iure iurando profundū silemū exigit à medicis: Adeo ne medicus quidem bonus esse possit qui lingua habet incontinentem. Et tamen hic si proferat morbum, tantum pudefacit laborantem. Sacerdos si effutiat, etiam in capitis districmen adducit multos. Multi leuius esse ducunt agrotare, quam medicum perpeti impendio loquacem. Sunt enim quidam quos nemo libenter adhibet coniuicio, quod nimirū & intempestiuiter medici sint, nihil habentes in ore, nisi paralyses, apoplexias, epilepsias, totamq; rationem Anatomie inter pocula differunt, lauissimum etiam coniuicium uertentes in nauitem. Quantā sollicitudine sapiens Hebreus monet ne regibus derur uīnum: Noli regibus oī Lamuel, noli regibus dare uīnum. Quid periculi, si bibant? Quia nullum, inquit, secretum ubi regnat ebrietas. Ergo ne regno quidem gerendō idoneus est, qui secretum continere non potest. Herodes inter pocula donauit saltaticulæ caput Ioannis Baptista. Temere surauit lingua iam effrenis uiolentia. Multi principes inter uīna uoces effundunt, quæ plurimis adserunt exitium. Plutarchus tradit apud Aegyptios nephias fuisse sacerdotibus gustare uīnum. Nunc plerosq; uidemus ebrios baptizare pueros, ebrios audire confessiones, nec tum quicquam minus peccare, quam quum obdormiscentes non audiunt quid dicatur, nisi quod sic quoq; produnt interdum quod audierunt. Ante annos non ita multos accidit quod dicit: Qui dam exorsus apud huiusmodi sacerdotem, ubi sensit hominem altum dormire, surrexit atque abiit interrupto sermone: Hoc digresso successit alter: quicquid rursus obdormisset, excitauit hominem confitens, non, inquit, audis quæ dico: Ille somno delitus, existimans eundem hunc esse qui prius cœperat confiteri, immo probe audio, inquit, dixeras te effregisse scrinium uicini tui, perge cætera dicere. Hoc meminerat ex confessione prioris, uelut insigne, tametsi dormitans ac semisomnis. At confessor ille incanduit, negans se unquam scripiorum fuisse petfossorem. Hoc casu qui successit resculit superioris arcanum. Itaque discessit uterque uinctus ac pudefactus ob unius temulentiam. Non sine causa laudata est Publij Mimographi sententia: Cum absente loquitur, cum ebrio qui litigat. At stultius facit, qui ebrio prodit arcana. Nec enim solum perdit operam, uerum etiam & seipsum & alios adducit in periculum. Si quidem male coniectat, qui credit sacerdotem hic fore continentem, qui quotidie conspicitur indulgere uino, & in colloquijs effutire, quæ ipsius quoq; retulerat obticuisse. Dixerit aliquis, in nugalibus nugatur, in sacris temperans est. Hoc aliis credat suo periculo, tu ne credideris. Ac recte quidem institutum est à maioribus, ne quis nisi ieunus peragat Synaxin, sed uidetur maius opera & premium futurum, si cautum fuisset, ne quis nisi ieunus doceat Euāgelium, aut confidentem audiat. Quos habet epilepsiae morbus, non cadunt ubi uolunt, sed ubiunque morbus eos corripuerit, etiam si stent in præcipito. Ita quos habet hic linguae morbus & que labuntur in maximis atque in minimis, si inciderit paroxysmus, qui quavis leui de causa prouocatur in talibus. Quin etiam in capitali causa soricium exemplo produnt seipso, sibiq; nulla compulsi necessitate peribyces niciem accersunt. Quod enim accidit Ibyci poetæ interfectoribus, etiam proverbio celebatur est. Is dum occideretur in solitudine, grues forte superuolantes testatus est: post multum temporis quum sederent in theatro qui facinus hoc perpetrarent, & forte grues superuolarent, in risum soluti, inter se susurros miscuerunt, dicentes: Ecce grues Ibyci ultrices. Ea uox excepta est à proxime assidentibus, & Ibycus longo iam tempore desiderabatur. Itaque suborta suspitione ad magistratus delatum est. Coniecti sunt in uincula, moxq; non gruum in dictio, sed propriæ linguae petulâtia proditi, dedere pœnas. Veteres dicebât eos qui pataffsent homicidium, aut aliud impiū facinus, à diris ultricibus agitari. At istis lingue

guæ incontinentia furiarum vice fuit. Quod dicam accidit apud Anglos Londini, in quibus tum agebam. *Fur* quidam per tegulas irreperferat in ædes uenandi gratias. Nec successit uenatus: prodidit hominem strepitus, ortus est tumultus, etiam uicinis concurrentibus. Ille uidens tumultum, miscuit se turbæ uelut unus ē humero uestigantū furem: atq; ita fecellit. Quum putarent furem elapsum, desirum est quærere. Fur quoniam frustra tentauerat elab̄i per fenestras uicinis arcentibus, decreuit exire per ostium, credēs futurum ut illī falleret, quemadmodum fecellerat in uenatu. Et fecellisset nisi tam parum continentem habuisset linguam, quām habebat manus parum abstinentes. Offendit pro foribus complures de fure confabulantes. Et hic male precatus est furi, cuius gratia perdidisset pileum: Exciderat autem fugitanti pileum, quod exceptum est in hoc, ut eius indicio fur posset aliquando deprehendi. Ex ea uoce nata est suspicio. Captus est, confessus est, & pependit. Huic nō dissimile est, quod refert Plutarchus: Erat apud Lacedæmonios delubrum Pallidis æreum, unde & cognomen additum Chalcœco. Id sacrilegi quidam spoliabant, & reperta est in medio templi *lagena* uacua. Facto igitur populi concursu, plebīcū disputabant, quid sibi uellet ea lagena. Hic quidam ex astantibus, si uultis, inquit, expōnam, quid ego conieciem de lagena. Arbitror enim sacrilegos, quum hoc facinus adorarent Aconitum bibisse (tamen quod Plutarchus refert de Aconito, cæteri scriptores tradunt esse peculiare cicuræ, cuius uis multo uino diluitur, nam Aconitum arbitror esse immedicable malum) atq; hoc consilio uinum detulisse secum, ut si rem perficeret & latere contingeret, mero epoto ac uenenti uī diluta discederent incolumes: si minus, expedito genere mortis quod doloris sensu uacaret, effugeret questionis tormenta. Hæc quum ita narraret, non quasi diuinans, sed quasi rem cōpertam haberet, aliis aliunde coepit appellare hominem. Heus tu quis es? Quis tenouit in hac urbe? Vnde ista tam exacte scire potuisti? Quid multis? deprehensus est miser, & sacrilegium confessus est. Verum hanc linguæ incontinentiā aliquis fortasse tribuet ultiōnum numini: nec admodū refragabor, modo conueniat inter nos, numen hominis uitio uoluisse ad ultiōnum abuti. In eō quod nunc referam minus erat sceleris, & tamen non minus atrox poena. *Seleucus rex cognomento Callimachus*, infeliciter Martem expertus aduersus Gallos, quum lacerato abies diademate, tribus quatuorue duntaxat comitantibus, equo per iuia fuderet, tandem labore famecū deficiens ad uillam quandam coactus se recepit. Eius dominum natius, panem & aquam petiit: Ille tiero non hæc tantum, uerum etiam quicquid rusticana dotus habebat summa cum comitate exhibuit. Interea regem intuitus agnouit, & gauisus est quod illum fortuna ad suam casam potissimum detulisset. Quod gaudium si contulnere potuisset, retulisset aliquādō magnificum hospitalitatis suæ præmium: At quum ad uiam usq; regem esset comitatus, ne quid omittaret officiū, discessurus ait: Salve rex Seleucus! Rex porrecta dextra ueluti resalutaturus & osculaturus hominem ad se traxit, si multq; tūdam è comitibus innuit, ut ceruicem gladio recideret: Idq; faciū est. Sed infinitum fuerit exempla loquacitatis omnia recensere, quibus tot regna, tot populos, tot civitates funditus euersas, & docent historiæ rerum antiquarum & quotidie uidemus. *Sylla reliquis* erat obsidionem Athenarum, quod hinc urgeret Mithridates, qui occupat Asiam, hinc Mariana factio, qua rursus urbem inuaserat: sed dum seniculi quidam in tonstrina garrientes, inter cætera dixissent, quod heptachalcum esset incustoditum, eocq; periculum esse né ex ea parte urbē caperetur: exploratores qui tum forte aderāt quod auiderant in tonstrina Sylla retulerunt. Ille mox coactis copijs intempesta nocte milites per eum locum induxit in ciuitatem, minimumq; absuit, quin eam funditus deleret, certe cæde & sanguine compleuit, adeo ut Ceramicum crux fluxerit. Tantum attulit calamitas reipublicæ uox non suo loco dicta, quæ si clam dicta fuisset apud magistratum, ingens præmium promerebatur. Sæpe publicum malum, cum priuato coniunctum est, adeo fūnesta res est lingua intemperans. Sub Neroni tyrannide diu gemuerat urbs Roma, uel orbis potius. Vnica tantum restabat nox, qua præparatis omnibus occidendum erat tyrannus. Et erat libera respublica, si is qui necandum Neronem suscepérat, tam habuisset continentem linguam, quām fortē animum. Is enim quum in theatrum proficisciēs uidisset hominem duci, ut Neroni exhiberetur, deploranti fortunam suam intempestiuam misericordia commotus, dixit illi in aurem: Deos ora ó bone, ut hic dies prætereat. Nam

eras sat scio m̄hi gratias ages. Qui ducebatur suspicioñem ex huius oratione conceptam ad Neronem detulit, malens suæ salutis, quām illius qui indicarat, aut publico bono cōfūlere, præsertim quum incertum haberet, quis esset futurus coniurationis exitus. Protinus itaq; consolator ille sublimis raptus est, admoti ignes & uerbera. Quod ulti nullus necessitate coactus effutuerat, diu inter tormenta negauit, donec cruciatus exprimeret ueri confessionem. Infelix eadem opera, & sibi peperit exitium, & publicam libertatem remoratus est.

Cicero infidi silentij Qui coniurarant in necem Iulij Cæsaris, M. Tullium tametsi virum bonum ut dīcūm est, & tyrannidis osorem, excludebant ab huius facinoris conscientia, nō quod diffiderent illius animo, sed lingue. Atq; utinam tam feliciter oppressisset Antonium armis, t̄ fortiter lingua prouocauit. At **Zeno** philosophus, ne coniurationis arcanum, crucifatu ui

Zenonis contentionis clus aliquando prodere cogeretur, suam ipsius linguam mordicus excisam, in tyranni faciem expuit. Nec immerito Leæna mulierculæ ob admirandum silentij exemplum ho-

Leæna meretrice retrix nos habitus est. Ea erat meretrix Harmodio Aristogitoniq; familiaris. Erat his cōiuratio- nis conscientia. Spem enim cum illis communem habebat, ut pote mulier, rē feliciter successu ram: Biberat enim ex communi Cupidinis poculo, ac uelut ijsdem orgijs initiata, myste- riorum erat conscientia: Cæterum ubi non successit, & de illis sumptum esset supplicium, illa uocata ad quæstiones, nullis tormentis adigi potuit, ut reliquos eius cōiuratioñis cōscios proderet. Athenienses admirati tam insignem mulieris cōstantiam, posuerunt illi leænam ex ære sed elinguem, ac pro foribus arcis dedicauere, ut leo declararet inuictam animi forte tudinem, cæterum quod linguam non haberet, silentij fidem significaret. At nō perinde gratus fuit populus Romanus, quamquam non minus admirandum exemplum est in ser-

Seruus fidei silentij uo, q; in foemina. **Marcus Antonius** orator, incesti reus agebatur: accusatores seruū eius ad quæstiones postulabant, quod is eunti ad stuprum domino laternā prætulisse dicere- tur: Seruus erat etiamnum imberbis, & adstabat corā & uidebat rem ad suos cruciatus pertinere: Vbi domum uentum est, uideretq; dominum suum hac de re uehementer soli- citum, ultiro hortatus est ut se iudicibus torqueñdum traderet, affirmans nullum uerbum ex ore suo proditum, quo causa eius laderetur, huiuscq; promissi fidem inter uarios ac

De Plotio saeuissimos cruciatus mira patiētia præstigit. At C. Plotius Plancus, quum ab hostiis ad cædem quæreretur, & seruū diu torti constanter negarent se scire ubi lateret dominus, ul- tro prodij, occidi malens, quām tam fideles seruos sua causa diutius cruciari. Non potuit

Agesilanus plus honoris habere silentio suorum. Agesilaus Lacedæmoniorū rex, quum quidam fas- cinorosus pertinaci silentio duraret in tormentis, quantam, inquit, animi constantiam hic præstat in re scelerata. Admiratus est uim animi, linguæq; continentia, & dolebat tā egre- giam uirtutē absumi in re non præclara, uidelicet summā habitura laudem si recte fuisset

Tonsor utilis collocata. Quum in tonstrina sermo uerteretur de tollenda Dionysii tyrannide, quā quidam dicibat adamantinā esse & insuperabilem, tonsor intēpestiū ioco ridens, qui nam, inquit, insuperabilem, quū ego subinde nouaculam admoueā illius gulæ. Delatū est hoc dictū ad Dionysium, & in crucē actus est tonsor. Quin & cōplures semet in exitū coni-

Alter tonsor ciunt auditate nunciandi res nouas. Cladem quā Athenienses in Sicilia maximā accep- rānt, tonsor quidam à seruo cuiusdā ex ea clade elapsi, cognouerat: mox relicta tonstrina, ueluti timens ne quis primi nuncij gloriā præriperet, quantū potuit ad urbem accurrit, so- tamq; cluitatem rumore compleuit: Orta perturbatione, collectioq; populo, primum hu- ius rumoris autor inquirebatur, protrahitur tonsor, iubetur rumoris autorem aedere, cu- ius ille ne nomen quidem tenebat. Illico rotæ alligatur miser torquendus, ut tristissimi ru- moris confector. Interea uenere qui certum cladis acceptæ nuncium adferrent: iamq; ad suas quisq; calamitates deplorandas domum abiit, relicto ut erat alligatus tonsore. Tā- dein quum sub noctem solueretur à carnifice, etiam tum percontabatur, ecquid accep- set de Nicia, & quomodo fuisset imperfectus, nam is dux erat exercitus. Tanta morbi uis erat, ut eo quoq; tempore prius habuerit de malis alienis audire, quām seu deplorare ma- litiam, aut cauere ne quid in posterum tale accideret. Fit autem, ut quemadmodum qui mo- lesta maleq; olentia pharmaca biberunt, etiam ad ipsos calices unde hauserunt solent natu- seare, sic & illos oderimus qui rem uehementer tristem nunciant. Verū quid opus est his- ius mali exempla ē ueteribus historijs petere, quum tota uita mortalium undique talibus plena sit. Simili morbo laborant, qui gaudent mala futura prædicere, quo uates & astro- logi

logi videantur, aut chiromanties. Hi sæpenumero malunt uitā perdere quām diuinatio-
nem. Quanquam Anglorum rex Henricus eius nominis septimus maluit huiusmodi di-
uinatorem deridere quam tollere. Is ex astris prædixerat regem eo anno peritum. Res
est ad regem delata. Accersiuit hominem uerbis honorificis, dissimulans quod rescierat:
Rex inter cetera percontatur hominem, num ex astris certa prædicti possent, aiebat: num
ipse esset eius artis peritus, annuebat, sperans se tanto pluris habitum iri à rege. Tum rex,
dic igitur mihi ubi tu futurus es his festis natalitijs, instabat enim natalis domini, hære-
bat. Quum urgente rege, negaret se posse certum prædicere, ergo, inquit rex, ego sum ar-
tis peritior quām tu; nam scio te futurum in turri: sic enim uocant locum munitum Londi-
no imminentem, in quo seruantur, quos uolunt esse in tuto, simulq; innuit ut duceretur.
Illi ubi satis refrixerat diuinandi calor, cum risu dimissus est. Atqui satius est ab huiusmo-
di diuinationibus temperare, quod periculum sit, ne non semper obtingat rex eadem ciuitate
præditus. Ad hanc classem pertinent, qui consilijs non in tempore datis, tum sibi tum
alijs accersunt perniciē. Promiserat sibi à Phalaride tyranno gratiā Perillus ænei tauri res Confiditum
pertor, sed suo malo docuit esse uerissimum, qđ scripsit Hesiodus, & prouerbio celebratur: malum
πένιτεν Βαλη τῷ βαλεύσαντι κακίσ.

Referam fabulam quam audiui Lutetiæ quum illi agerem, an ueram nescio, certe uerissi-
malem. Ostenditur in foro frumentario ni fallor, os cloacæ, in qua se sepeliri iusterit, qui
dam quem sero pœnituit mali consilij. Viderat regem tristem ac solicitum. Causa mero-
ris erat, angustia rei pecuniarie. Is quo regem subleuaret, suauit ut ex minutis etiam rebus
quas rusticī deferunt in urbem, unum aut alterum æreum nummulum exigeret, idq; in
biennium duntaxat. Ex eo quū uiderent in urbe frequentissima colligi pecuniae uim non
modicam, uidelicet iuxta sententiam Hesiodi, ex multis minutis, cofiato ingenti aceruo,
non remissum est, quod semel cœptum est dari, χελιπόν χοριών λύνε γένος. Immo ad hoc
exemplum plures exactiones excogitatæ sunt. Qui dederat consilium, quum uideret se
nō idē autoritatis habere in disuadendo, quod habuerat in suadendo, quo de seipso pœnas
fumeret incōsulti cōsilij, simulq; moneret alios ne ad eundē impingeret lapidē, testamēto
cauit, ut in ea cloaca sepeliretur, in quā totius illius foris fortes cōfluent, in quo manet etiā
nū in hūc usq; diē exactionis executio. Que hactenus retulimus de lingue uitij, ferè sunt Lingua mai-
eiū generis, ut stultitiae, aut si quis odiosius interpretetur, insaniæ sint affiniora quām ma- litiosæ
liciæ. Quæ si tantam adferunt perniciem rebus mortalium, quid sentiendum de his, qui
destinata malitia sceleratissimum linguæ organum nunquam non torquent ac uibrant in
priuatum ac publicum humani generis exiūt? Qui studio uulgant ficta prognostica,
ut populos ac reges inter se committat, dum hoc futurum prædicūt quod fieri uellent,
dum nunc huic, nunc illi uictoriā aut cladem denunciant, qui data opera falsa renunci-
ant, ut pertrahant in exitium quos uolunt, qui mendacijs circumueniunt ac perdūt inno-
xios, qui fœdis adulatioñibus dementant animos principum, qui uersutis cōsilijs miscet
res humanas, qui peierant, qui calumniantur, qui susurris ac delationib⁹ dirimunt amici-
cias, fœdera, coniugia, qui seditiones concitant, qui fratris animum conuicij exasperat,
qui docent hæreses, qui blasphemias euomunt in deum & in sanctos eius, ut leue fam uis-
deatur quod summis orbis principibus non magis parcunt quām lupis ut aiunt. Circuns-
spice quicquid est in orbe funestarum tragœdiarum, compieres ferè fontem malorum om-
nium fuisse malam linguam. Atq; utinam hæc lues tantum in aulis principum regnaret,
ac non potissimum inter istos qui pietatis Christianæ columna uideri uolunt, qui Chri-
stianæ religionis & integratatis exemplaria haberet postulant. At ne mihi nimium prolixia
sumatur hæc oratio de adulatoriis nihil dicam, quo genere bipedum nihil esse potest
sceleratus, uel quod alijs à nobis in hos abunde diciūt est, uel quod ex elegantissimo
Plutarchi libello, quem nos latinum fecimus, petere possunt qui uolunt. De malitiosa ua- Vanitas
nitate dicentur pauca. Quod latet in hominibus, ut hac internuncia homo hominis mentem & animū cognoscat. Decet autem ut imago respondeat archetypo. Specula bona fide representant ima-
ginem rei obiectæ. Nam quæ mendacia uocantur, in hoc tantum adhibetur ut risum mo-
ueant. Eoq; dei filius, qui uenit in terras, ut per eum cognosceremus mentem dei: sermo
patris dici uoluit, & idem ueritas dici uoluit, quod turpissimum sit lingua ab animo diffi-

dere. Nunc inter Christianos etiam deum immortalem, quam rara linguae fides? Quam multi sunt qui sic assueuere mentiri, ut se mentiri nesciant? Quod in comedijis servile iudicatur: in nostris moribus uix sacerdotibus ac monachis habetur indecorum, in prithoribus etiam uocatur prudentia. Ne quid interim commemorem de his quorum tota uita nihil aliud quam mendacium est. Nec enim solum mentiuntur oratione, semper habentes in ore religionem, ecclesiam, & Christum, fidem & euangelium, uerum etiam uulnus fictio, ueste prodigiosa, cibis, titulis, ac ceremonijs orbi mentiuntur, non sine graui pernicie religionis quam insincere profitentur. Tales erant apud Graecos philosophi, barba, pallioq[ue] raram quandam sapientiam pollicentes, semper habentes in ore uirtutem, honestum & libertatem, quum illorum pleriq[ue] toti maderent uitij plusquam vulgaribus, ac uentris glosiae essent mancipia. Tales erant apud Iudeos pharisei, qui tristitia uultus, latis phylacterijs, alijsq[ue] fucis apud imperitam plebem uenabantur opinionem sanctimoniaz. Quoniam autem utriq[ue] uirtutem in lingua circunferabant, similiter audiunt utriq[ue]. Siquidem dux ille fortis magis quam eloquens, quum audisset philosophos in Academia de recte uiuendo disputantes, peracta diatriba, rogatus quid de his sentiret, nihil, inquit, superstes, nisi ut quae disputatis, rebus ipsis praestetis. Significabat illos de uirtute per omnem uitam nihil aliud quam disputare. Quid autem audit a Christo phariseus: Recte respondisti, hoc fac & uiues. Vt in autem non essent inter Christianos qui & philosophorum fucos & phariseorum ambitionem hypocrisim superarent. Præterierunt umbras, uenit lax, non decet filios lucis ullus fucus. In quos acris sanguis ueritas Christus, quam in hypocritas. Aut quod nomen olim fuit infamius, quam histrionum? Ethnicon leges subuertunt ab honoribus, qui fabulam saltassent in theatro, & hoc sceleratissimum histrionum genus occupat omnes orbis honores, nusquam non exercens histrionicam, in coniugij, in foederibus principum, in aulis regum ac Cæsarum. In comedijis exhibilatur ille qui audit, non pudet uanitatis: ac respondet: non, dum ob rem: dicitur enim à lenone, & applauditur ei quod mox sequitur, sterquilinum. At in hominum uita, quam multi sunt, qui Dorianem superant uanitate, dum ob rem, quum Platonum & Catonum personam gerant. Poenas dat legibus, qui natus uir, ueste mentitur foeminam, & ludus est quotidianus sub pallio philosophico, sub ueste sacrosancta agere scurram, sycophantam, impostorem, quadruplatorem, & quid non: pudet enim me piget reliqua commemorare. Illis criminis datur uestitus mendax, etiam si nullum alioqui crimen sit admissum: His in omni genere fascinorum uestis fucus patrocinatur. Si semel recipitur mendacium, tolli fidem necesse est, qua sublata simul tollitur & omnis humanæ uitæ societas. Quis enim uelit pacisci cum eo, quem non pudeat mendacij? Aut quis amare hunc possit, qui nihil dicat ex animo? Nec temere uulgo dictum est, ostende mihi mendacem, ego tibi ostendam furem. Leuius esset hoc malum, nisi mentientium uanitas facheret, ut nec uera loquenteribus fides habeatur, non ipsis tantum qui crebro mentiendo sibi merito fidem abrogarunt: neminem enim miseret plani, quem nemo subleuat fractio crure, quod toties illusisset currentibus, quam ille simularet crus esse fractum: uerum etiam alijs qui loquuntur ex animo. Quemadmodum creditores frequenter decepti à malæ fidei debitoribus, etiam his perniciant pecuniam, qui sunt illorum dissimiles. Et tamen leuius improbi sunt, qui naturæ morbo quodam ac libidine mentiendi peccant, quam qui destinata malitia. Sunt enim qui studio spargunt uaticinia, quo concitent seditionem, & principes inter ipsos funesto bello committant. Nec desunt qui in hoc ipsum configunt ostenta, somnia, & uisiones. Monachorum hic ferè ludus est. Alij quos oderunt singulis annis semel atq[ue] iterum sepeliunt, quo tristis rumore uel ad tempus discribent amicos. Nam uero in consuetudinem abiit, fictis titulis & dare libellos famosos, & ipsius quem l[et]dere uolunt in hoc nomine abuti. Ad hanc tam execranda flagitia nunc connuent leges. Sed præstat hæc interim missa facere, quo magis uacet ea persequi, quæ propius ad præsens institutum pertinent. Tantum illud addam, ne pudeat eos mendacij, quos non pudet parentis diaboli, quem autorem mendacij pronunciat diuinæ scriptura: contemnant linguam ueridicam, & stultam, si libet, appellant, qui nolunt esse membra Christi. Veniam ad periuros, quanquam omnis sermo mēdax iuxta doctrinam Euangelicam Christianis periurum est: imò omnis mala uita Christianorum periurum est. Atq[ue] hæc ipsa iurisurandi religio in hoc reperta est, ne mendacio falleretur pro-

xiimus, ne fraude crearetur magistratus aut princeps, ne suscepimus magistratus insincere gereretur, ne secus quam ex fide dicerent testes, ne secus agerent actores & patroni, ne secus pronunciarent iudices. Nunc mihi quae so reuolue priscorum annales, quando complices tantum fuisse iuris iurandi, quantu nunc est inter Christianos, & ubi plus periuriorum: iurandi nullus est finis. Iurat princeps inaugurus, iurant magistratus, iurat populus: magnis ceremoniis res agitur. Excute iuratos articulos, & uidebis ius iurandum non minus esse ludicum, quam est eorum qui suscipiunt professionem septem artium liberaium, aut iuris, aut Theologiae. Iurant qui magistratum suscipiunt, & eum quidam ita gerunt, quasi iurauerint se peieraturos. Quoties autem iurant Cæsares, priusquam coronam sacram accipiunt? Quoties iure iurando coeunt principum foedera? quoties periurio rescinduntur? Iterum atque iterum iurant episcopo, qui sacris initiantur. Pontifici iurat notarij, & episcopi qui dicuntur a suffragijs. Quoties monachii iurant suis abbatibus? Excuse facta, complices periuriorum plena omnia. Nec interim iuratur per Iouem lapidem, aut per Herculem, sed per Christi crucem, per sacra dei Euangelia, per salutem animæ, & quasi hæc parum sint, scinditur ac distribuitur sacrosanctus ille panis, quo symbolo nihil esse potest religiosius. At lingua dirumpit hec omnia iuincula. Miramur in Petro quod ter dominum abnegat, quem humano tantum affectu diligebat, cuius spiritum nondum senserat, quem nondum uiderat surrexisse, nondum uiderat ascendentem in cœlum: nobis ludus uidetur peierare, quasi sit aliud peierare per dei nomē, quam illum abiurare. Et interim hodie quoque submoventur à tribunalibus ac magistratibus infeliciter periuri. At si quorundam magnatum uitam excutias, quantum reperies periuriorum examen? Iam uero plus quam periurium habetur, si quis pro cinericio pallio sumat atrum, aut pro linea ueste sumat laneam. Nam apostasiam uocant, quod crimen olim atrocissimum erat illorum, qui abnegato Christi nomine defecissent ad cultum dæmonum. Nunc quum tota fere uita mortaliū talis sit, quasi baptismi sacramentū ludus sit, nullus agnoscit periurium, neminem puden t apostasias tam impias. Non hic patrocinor his qui temere deferunt honestum uitæ institutum, sed indico præposterum uulgi iudicium. Veniam ad uenena linguis, quibus nulla uipera, nullum aconitum, exitium habet præsentius. Damnantur etiam ethnicon legib. qui segete ex cantarint ex agris alienis, aut qui luem incantarint: at quanto nocetior est lingua quæ dictis impijs eximit pietatem, quæ turpiloquio depulsa pudicitia immittit turpium uoluptatum amorem, quæ principi pto clemētia insibilat crudelitatem & auaritiam, ac publicum fontem unde hauriūt omnes letalibus uenenis inficit. Exuritur sagax, quæ ueneficijs uim admovent animis hominum, aut noxam corporibus, quæ manes euocant, quæ magicis sacris litant dæmonibus, quæ fascino lædunt, etiam si ne horum quidem quicquam geritur absq; linguae ministerio, quemadmodum testatur Vergilius:

Pocula si quando sœuæ infecere noueræ,
Miscueruntq; herbas, & non innoxia uerba.

Ac rufus. Baccare frontem

Cingite, ne uati, inquit, hoceat mala lingua futuro. Atqui hæc omnia quū nocentes linguae perpetuo designent in uita mortaliū, nemo miratur: adeo res in consuetudinē abhīt. An ullum fascinum sceleratus est q; corrupta iuuenium aut uirginum institutio? Quisquis docet impias, nonne miscuit aconitum? Qui rudem ætatem obscoenis sermonibus inficit, nonne virus infundit immedicable? Et aduersus maleficorum artes traduntur quædam remedia, aduersus linguae nocentis uenenū quod remedium inueniās. Sunt incantamenta quibus sopitur anguīs, nullum est incantamenti genus, quo linguam obtrectatoris cohipeas. Iam quum natura, sœuæ noueræ similior quam matri, singulis uenenis, suū quod dā exitij genus attribuerit, atq; hic crudeli uarietate copiæq; luserit, uni linguae tribuit omnia. Mala lingua quæ persuasit habendi sitim, usq; ad fratrum circuventionem, usq; ad templorum spoliationem, usq; ad cædem ac ueneficia, nonne plus noxæ dedit, q; ulla dīpsas, cuius motum sequitur bibendi sitis inexplicabilis, usq; ad uenarū incisionem? Seps minutum animalculum est. Et tamen ea ueneniū uis est, ut quem attigerit sic totus extabescat, ut ne ossa quidem supersint. At noxia lingua, quæ liuoris virus instillauit in animum alterius, quo totus tum animo tum corpore contabescat miser, nonne præsentius indidit uenenum q; seps habet, cui hæc inter omnia serpentum genera palma tribuitur, quod cum

cetera uitam eripiant, solus hic ne cadauer quidem faciat relquum? Nam age lingua, quæ pestilenti sermone uenenū ambitionis inseuit animo, ut adulatrix lingua, quæ sic demenat hominem, ut sibi dīs æqualis uideatur, totusq; turget inani fastu, nōne plus mali desit quam ullus præster, cuius morsum sequitur prodigosus corporis tumor? Homuncio qui sibi sumit diuinos honores, & erigitur aduersus omne quod dicis aut colitur deus, nōne latius tumet ferale ueneno, quam si præsteris dente tacitus esset, cuius ueneno tumeſcit icti corpus ultra modum humanū, sed non usq; ad elephanti magnitudinem? At animus elati, tumescit usq; ad eius celſitudinem, qui immensus est & incomprehensus. Habebat Alexander magnus suos instigatores, qui iuuenem suapte sponte furentem magis incenderent ad bellum, pollicentes nescio quod totius orbis dominiū, subinde uelut nouas faces ſuggerentes, hæc regio tibi ſuperest armis subigēda: hic populus te neglit. Interim miser ille mox periturus, omnia cædibus ac ſanguine miſcebat, ne amicissimis quidē parceris, dum non uſtinet à quoquam contemni. Is nōne peius uenenu ex ſceleratis linguis hauerat, quam quos hæmorrhoides ſerpens momordit, cui hinc nomen eſt apud Græcos, quod is quem percuſſerit toto corpore nihil aliud exudet quam ſanguinem? Rurſum no cens lingua, quæ reuocat à corrigenda in melius uita, quæ incantat ſecuritatem, quæ ſuadet molliter & abſq; futuri ſolicitudine uiuere, quæ dicit: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur, &, non eſt deo curæ quid agant homines, aut nihil habet momēti noſtra ſolicitudo, quādo deus uelimus nolimus hoc de nobis facturus eſt, quod ſemel ſtatuit: Lin gua inquam que huiusmodi dictis letalem ſocordiam inſillauit in mentem hominis, nō ne uulnus inſlixit aſpidis morſu nocentius, quem profoundus ſomnus ſequutus mortem ad fert abſq; ſenuſ doloris? Sic & qui molliter uiuunt, ducunt in bonis dies ſuos, & in puto ad inferos descendunt. Age delatrix lingua, quæ procurat apud potentem, ſed ſtultum prīcipem innocentis hominis proſcriptionem, qui uelut ictus fulmine, prius interit quam ſenſit plagam, an minus nocuit quam ſerpens, cui nomen iaculo, quod ſeſe ſagittæ in morem uibret, impetuq; per hominis tempora effugiat, tanta celeritate, ut mors nō ſit uulnere tardior? Basiliscus & oculis noxius eſt & morſu, cui tam preſentanea uenenuiſis, ut ni protinus amputes membrum, nulla ſit uita ſpes. An non inuidus faſcinum habet in oculis, qui fraternis bonis, quibus gratulari debebat non aliter ac ſuis, uritur, & morſum addit, oculis nocentiorē: arrodens et carpēs que rectiſſime geſta ſunt, interpretatione malitiosa deprauans, quæ bene dicta ſunt: ibi crimen hæreſeos intentans, ubi fuerat laudanda pietas: ibi proditionis inſimulās, ubi fuerat approbandū ſalubre liberumq; conſilium. Obasilicum innocentem, ſi cum huiusmodi linguis conſeratur. Præſens ac uelox uirus eſt basilisco, quod ſubito per haſtam tranſuolat ad dextram configentis: præſentius Narco pisci, qui uulneratus hamo, uenenum per ferrum, per longum funiculum, per arundinis nodos, ad ipsam tenentis dexteram trāſfundit: ſed longius trāſfundit ſuum uirus mala lingua, cuius ſeruo ſerpit ut cancer, nec finem facit donec orbis bonam partem peruerſerit. Per uxorem inficit maritū, per diſcipulum parentes, per unum magistratū reliquos, donec ueneni uis penetrauerit in aulas prīcipū, atq; hinc in orbe muniuerſum. Interim illi Narci torpentes ocio, nec alia re tuti quam ueneno, depaſcuntur impune miſeros: nec enim illis alia res magis expedīt, quam ut nihil ſapiant ſeſinæ, stupeat uulgas, delirent principes. Inter ſerpentes negant ullum uenenu immedicabilius quam aſpidis, quemadmodum inter herbas nocendi palma defertur aconito, cui in hoc conuenit cum aſpide, quod ſomno necat: & tamen nullum eſt omnino tam pefiferum uenenu, quin hominum induſtria inuenerit remedium. Nam M. Varro tradit efficax eſſe remedium, ſi percuſſus ab aſpide ſuam ipſius bibat urinam. Et aconiti uim diluit ruta & erynge in anferis iure decorta, ne quid alias medicorum antidotos cōmemorem, quarum non eſt numerus. Sunt paſræ rerum ſpecies, quibus abigūtur & arcentur noxiæ bestiæ, ueluti ebuli herbæ ſuffitrus, quemadmodū & galbani, tamaricus, id eſt fruticis genus ſterile. Eandem uim habet odor ac fumus costi arboris, & herbæ panaceæ, centaurei, peucedami, tapſi, abrotani, latiſi arboris. Fraxinus autem uim habet tam inimicam ſerpētibus, ut non ſolum ſuccus eius potus, aut ipſa uulneri admota opituletur laſis ueneno, uerum etiam ne matutinas quidem aut uespertinas huius arboris umbras, quamuis lōgissimas, ullus ſerpens attingat. Quod ſi ſic includas ſerpētem, ut fugere non queat, niſi aut in ignem eat aut in fraxinū, in ignem, potius

potius ibit. Id Plinius tamquam experimento compertrum narrat. Idem efficit adustum cor
nu cerui. Quin & ipsum animal serpentibus natura infensum halitu eos extrahit & cauet
nis ac necat. His itaq; remedis legitimis exercitus inter uenena fuisse tuos. Nam & Psyl-
lorum genti peculiarē uim indidit natura, ut non tam ipse tui sint ab omnibus uenenis;
uerum etiā alijs à serpente percussis, carminibus saliuatq; medicentur, atq; ex spissis etiam
bulceribus suetu uirus educat ac reuocat innocui. Sed omnes humanas artes superat ui-
rulenta lingua. Inter oēs pestes, nulla formidabilior, mea quidem senectia. qd ex morsu ca-
nis rabidi. Nam aspidis morsus somno necat mitissimo mortis genere, neq; cuiquam nos-
cet contagio, quandoquidem carnem animantis sic interfici tradunt esse innoxiam. Ac
canis morsus præter mortem crudelem, præter animū rabie uitiatum, etiam crudeli con-
tagio trāfuolat ad plures. Et tamen huic quoq; malo tot antidotis occursum est. Vnius lini
guæ uirus immedicable est. Cicuta potæ uim diluit sumpta uini copia. Quædam uenena
secum ferunt antidotum. Scorpius admotus uulneri quod fecit, retrahit uirus suum. Qui
fæsus est à Cantharide, sentit opem, si alas illius detracias imponat uulnери. Idem affirmat
de pilis rabidi canis. Utinam uel ex contusis maledicorū linguis pastilli fiant, quibus op̄i-
tulentur remedio quos laſerunt ueneno. Sunt regiones in quibus nullum omnino uiuit
uenenum. Nec quodus uenenum quibuscumlibet reperiās locis. At in quem tamē orbis an-
gulum fugies, ubi tutus sis à mala lingua, quæ nullum ueneni genus in se non complecti-
tur. Prodītū est historijs, quosdam sic antidotis munitos fuisse aduersus hæc, ut nullo ue-
neni genere lædi potuerint: sola lingua malum habet insuperabile. Hic adde quod noxiæ
bestiæ non temere quenquam lædunt nisi prouocatae, uidelicet quum calcatur. Noxia lin-
gua ultro profert uirus suum, nec ullos grauius lædit, quam benemerentes. Familiaritas
ac fiducia simplex præbet ansam nocendi. Sic scorpius amplectitur priusquā infigat cau-
dæ aculeum. Rursus non omne uenenum cunctis uenenum est. Ciconijs serpentes inno-
xiū cibum præbent, homini lætiferū: Humanæ linguae uirus exitiale est omnibus. Imo
bestiæ quædam quibusdam regionibus innoxiae sunt. Nam dracones in sola nocent Afri-
ca, alibi placidi atque innoxij: & Perſicum pomum in Italiam translatum toxicum habe-
re dēſij. Rursus serpentes ferè nocturno frigore torpent innoxij, & aquæ quædam nocte
nocent potæ, sine noxa luce bibuntur. Mala lingua nullo non loco, nullo non tempore,
paratum & expeditum habet uenenum. Atque inter uenena præcipue formidantur, quæ
fallaci specie blandiuntur, uelut inter sorba quæ pulcherrima sunt uenenum habent, &
fontes quidam, quum sint limpidisimi, potu mortem adferunt. Est & mellis genus quod
cæteris dulcius toxicum habet. Sunt quæ hoc nocentiora sunt, quod mutant colorem, uel
lut chamæleon. Sunt quæ præter uirus celeritate ualent. At noxia lingua quid blādius: In
quas species non sese transformat? Quid autem uolubilis? Iam ex ipsis uiperis & acon-
cis plurima sunt remedia aduersus grauissimos morbos, ut natura malum abūde pensare
uideatur. At lingua mala nihil aliud quam uenenum est. Sunt & hoc nomine mitiora ue-
nena, quod scorpius non impedit scorpium, & uipera uipera innoxia est. Homo solus in
hominem uenenum habet. Et interim horrestimus rubetas & colubros, hominem his
omnibus nocentiorē amplectimur: Membrum à basilisco percussum incontanter am-
putamus, & hominis maledici conuictū non fugimus: Quis tam demens est, ut uipera
in sinu foueat? Nos uiperis omnibus nocentiore's non nunquam & lecho fouemus. Si Py-
thagoras uetuit, ne hirundinem recipiamus sub teclum, quum hæc auis uenenum ne-
sciat, tantum garrulitate molesta, nos uirulentum hominem non excludimus à consuetu-
dine: Scorpium exhorrescit, qui nec ferit nisi imprudentem, nec semper habet letale
uenenum, denique post iustum tuto uel pugno potest interfici, & admotus uulnéri facit,
quod in fabulis fecit hasta Pelias: at mala lingua simile quiddam habet cum istis dæmo-
niacis, qui malis artibus immittunt malum cui uolunt, at idem non possunt tollere quod
immisere. Serpit enim uirus uel inuito eo unde profectum est, & ita natura comparatum
est, ut lædere facillimum sit, mederi difficultum. Multa sunt instrumenta subuentandæ
uitæ mortalium, lapides, gladij, sagittæ, tormenta, insidiae, bella, uenefice artes, uenena, in-
cursus ferarum ac noxiōrum animantium, pestilentiae, terræ concussio, fulmina, inundas-
tio, alijs casus innumerabiles, ex quibus uniuersis nō proficiscitur tāta pñicies humano
generi, quantam adfert sola lingua; cui debemus & illorum quæ modo cōmemorauī ma-

lorum partem maximam. Nullum calamitatis genus, grauius exitiorum disuuum inuenit quam bellum: Atqui nullum esset bellum inter mortales, si nullae essent malae linguae, quae belli causas subministrarent. Quot hominum milia quotidie subuertit calumnia: quoq; adulatrix lingua: quot impiorum conciliorum incantatrix: quot inuidie fascino nocens: quot obtrectatrix: quot conuictorum spiculis violentia: Repete ueterum monumenta, re lege quicquid est tragœdiarum, quicquid unquam gestum est à tyrannis crudeliter ac tragice, comperies à mala lingua profectum initium. Tantum habet in se malorum membrum illud minutulum ac molliculum, nisi ad sit animus integer rector ac moderator. Hic orationis meæ cursum fortassis aliquis non omnino sine causa interpellabit: Tantum, inquiens, uituperas linguam noxiā, nos medicinam expectamus. Et istud suo loco præstabilis. Atque adeo in animi pestibus bona medicina pars est, penitus nosse mali magnitudinem eam si uobis è sacrī etiam literis demonstraro, conabor & remedia cōmonstrare. Degeneratilitatis morbo uideor mihi satis hactenus differuisse. Illud tantum addam obiter, neminem nec breuius nec efficacius damnaſſe loquacitatis uitium, quam ipsum dominum in Euangelio, qui pronunciauit de omni uerbo ocioso reddendam esse rationem in die iudicij. Quod autem est uerbum ociosum? Omnes fabulae, omnes ioci, qui nibil cōducunt ad salutem æternā. Quid igitur isti dicēt in die iudicij, qui totos dies nugacissimas nugas garrientes, & suum & aliorū oculum pariter & negotiū perdunt? Adhæret ut dixi loquacitati futilitas ac uanitas. Deus autem ut rarissime loquitur, & cōpendio loquit̄, ita loquitur uerissima simul & efficacissima. Semel loquutus est pater, & sermonē genuit æternum. Rursum loquutus est, & omnipotenti uerbo cōdedit unituſam huius mundi machinā. Rursum locutus est per suos prophetas, p̄ quos nobis tradidit sacros libros, sub paucis simplicibusq; uerbis īp̄mēsum diuinæ sapientiæ thesaurū occultantes: postremo misso filio, hoc est, uerbo carne uestito, protulit sermonē abbreuiatum super terram, in uno uelut epilogo contrahens omnia. Coniunxit silentij fidem cum breuiloquentia, cum utroque summam & efficacem ueritatē. Vbi silentij fides? Quia deleto chirographo mortis nulla iam fit mentio præteriorum criminum. Vbi breuiloquentia? quia legem ac prophetas duobus uerbis complexus est, confide & ama. Abolita est figurarum ac ceremoniarum infinita, ut sic dicam, loquacitas, poste aquam emicuit ipsum corpus ac lux Euangelica. Vbi ueritas? Quia quicquid tot seculis fuerat promissum, per filium præstitit. In libro Iob sic loquitur Heliu: Plenus sum sermonibus, & coartat me spiritus uteri mei, en uenter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit. Loquar & respirabo paelulum. Audis hominem loquacem & impatientem silentij. At deus, ut idem ait, semel loquitur, & secundo id ipsum non repetit. Linguam autem ad garriendum præcipitem, sic 4 cohabet Sirach ille sapiens: Noli esse cūtis in lingua tua, & remissus in operibus tuis. Quām bene taxauit uulgatos hominum mores, qui quum lingua sint præstrenui, factis 17 sunt ignavi. Solomon autem idem nos docet: Qui moderatur, inquit, sermones suos, doctus & prudens est, & preciosi spiritus vir eruditus. Quām bene coniunxit sermonis parsimoniā cum prudentia, & animum silendi gnarum cum eruditione. Idem aliquanto 18 post: Qui prius, inquit, respondet quām audiat, stultum se esse demonstrat & confusio, ne dignum. Nouit sapiens ecclesiastes tempus loquendi, nouit & tacendi tempus. Novit & Amos propheta: Ideo, inquit, prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. Porro quoniam de rebus diuinis periculosa est garrulitas, recte admonet Zav 2 charias: Sileat omnis caro à facie domini, quia cōsurrexit de habitaculo sancto suo. Nec aliud docet psalmo 64. iuxta ueritatem Hebraicam: Tibi silentium laus deus in Sion, & tibi reddetur uotum. Rursus utrem multo periclitantem, quām belle depingit nobis Sirach. A facie, inquit, uerbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Ibidem taxatur, immo docetur, qui ne sua quidem arcana potest reticere. Amico & inimico noli narrare sensum tuum, & si est tibi delictum, noli denudare. Audierenim te & custodiens. Audisti uerbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te, confidasc; quod te non 20 disrumpet. Rursus aliquanto inferius. Est, inquit, correptio mendax & ira contumelios, est iudicium, quod non probatur esse bonū, & est tacens, & ipse est prudens. Iterū sicutum. Est, inquit, tacens, qui inuenitur sapiens, & est odibilis, qui procax est ad loquendum. Est autem tacens & nō habens sensum loquela, & est tacens sciens articulū apti temporis.

Eloquens

Homo sapiens tacebit usque ad tempus, lascivus autem & imprudens non seruitabit tempus. Qui multis utitur uerbis, laetet animā suam: Ac mox, lapsus linguae, quasi qui in pa-
uimento cadit. Rursum: Ex ore fatui reprobabitur parabola, non enim dicit in tempore suo. Si bona sententia non suo tempore dicta reprobatur, quid dicendū de his qui stulta garrulitate obtundunt aures omnium? Solomon item: Quomodo, inquit, si spina nasca-
tur in manu temulentī, sic parabola in ore stultorum. Iam probæ mulieris unicum orna-
mentum esse silentium docent & Græcorum sententiæ. Nec tacuit Sirach noster, Mulier,
inquit, sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. Quod decet foeminam, decet
& adolescētem apud natu maiores. Audi, inquit, tacens, & pro reverentia accedet tibi bo-
na gratia. Adolefcens loquere in causa tua, uix cum necesse fuerit. Si bis interrogatus fue-
ris, habeat caput responsum tuum. De futili uero dicit Solomon: Qui ambulat fraudulen-
ter reuelat arcana, qui autem fidelis est, celat amici commissum. Ab huiusmodi cauēdū
esse docet Sirach: Ne sustineas, inquit, ex æquo loqui cū illo, ne credas multis uerbis illius. 13
Ex multa enim loquela tentabit te, & subridens interrogabit te de absconditis tuis. Sic &
Horatius: Percōtatorem fugito, quia garrulus idem est. Iterum docet nos Sirach: Sapiēs
in uerbis seipsum amabilem facit, gratiae autem fatuorū effundentur. Idem rursum: Cor,
inquit, fatui quasi uas confactū, & omnem sapientiam nō tenebit. Audis gattulum non
solum esse stultum, uerum etiam indocilem sapientię: Nunc audi molestam garrulitatem:
Narratio, inquit, fatui quasi sarcina in uia. Nam in labijs sensati inueniet gratia. Ac mox:
Labia imprudentium stulta narrabunt, uerba autem prudentium statera ponderabuntur.
Dixit idem ethnicus quidam: Qualis uir, talis oratio. Et iuxta Esaiam: Fatuus fatua lo-
quitur. Atque iterum Sirach de futili lingua: In ore fatuorum cor illorum, in corde aut sa-
plientum os illorum. Quid est gestare cor in lingua? prius effundere sermonem, quam co-
gitaris, quid sit dicendum. Quid est habere linguam in corde? Est non nisi præcogitata te-
cum & expensa loqui: Atque iterum: Indisciplinata loquela ne assuescat os tuum. Est
enim in illa uerbum peccati. Congruit huic illud Solomonis: In multiloquio non deerit
peccatum, qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Et aliquāto inferius: Qui
custodit os suum, custodit animam suam, qui uero inconsideratus est ad loquendum sen-
tiet mala. De tonsorum loquacitate crebro nobis dictum est. Nūc audiamus Sirach: Dis-
ficile, inquit, exiuit negocians à negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labio-
rum. Nunc audi Ecclesiasten: Verba, inquit, oris sapientis gratia, & labia insipientis præ-
cipitabunt eum. Initium uerborum eius stulticia, & nouissimum oris illius error pessi-
mus. Non hic interim repeto, quot locis Paulus infectatur μεταπολογίᾳ, quanta seueri-
tate cohibet linguae muliebris intemperantiam. Atque hæc quidem habentur uitia lin-
guæ leuissima, stulta garrulitas, incontinentia arcani. At leuia uideri non debent, quæ tot
locis damnat scripture diuina, è quibus nos paucula duntaxat excerptimus. Nam his ut
tuis, ut dictū est, adhæret uanitas. Quod in rebus diuinis est pater ex se progignens filium,
hoc in nobis est mens, fons cogitationum ac sermonis: quod illuc est filius nascens à patre,
hoc in nobis est oratio proficisciens ab animo. Filius dictus est imago patris, adeo similis,
ut qui alterutru norit, utrūq; norit. Et in nobis animi speculum est oratio, unde celebratur
illud à Socrate dictum: Loquere ut te uideā. Adductus erat adolescentē elegante forma, ut
ex aspectu colligeret indolē. At ille non uidebat adolescentē donec raceret, quod nō tam
in uultu quam in oratione reluceat animus. Medici nō tantum è facie, uerū etiam è lingua
colligunt signa morbi. Certissima uero signa animi sani aut ægri, sunt in lingua, quæ men-
tis est facies. Ridentur mulierculæ quæ fucis pingunt faciem suam, sed magis rideantur ui-
ti, si subinde sumant aliam personam, & nunc senes, nunc iuuenes, nunc rubicundi, nunc
pallidi, nunc obesi, nunc graciles prodeant in forum. At istiusmodi sunt, quorum oratio
dissidet ab animo. Et hoc histrionum genus nemo miratur, nullus explodit. Si iuxta pro-
uerbiū similitudo gignit amorem, dissimilitudo odium, nihil inuisius deo, quam menda-
cium, quum sit ipsa ueritas. Proinde lingua quæ mentitur, satanæ ueneno infœcia est, &
hinc pernicies, quemadmodum à ueritate salus. Lingua, inquit Solomon, fallax non
amat ueritatem, & os lubricum operatur ruinas. Veritas lux est, mendacium tene-
brae sunt. Horret lucem quisquis alienus est à ueritate. Porro mentiendi consuetus
do facit, ut frequenter & imprudens mentiaris, non sine graui periculo, uidelicet hoc
est, quod

est, quod adiecit: Et os lubricum operatur ruinas. Videas autem quosdam usque adeo assuetos mendacio, ut ipsi sibi videantur uera dicere, etiam quum impudentissime mentiantur. Habet enim & in cæteris uitijis hoc malum assuefactio, ut posteaquam morbus usu uelut in naturam transiit, non sentiamus malum nostrum, iamque palam & sine cautione pecemus: Atque hinc ruinæ, non his tantum qui mentiuntur, uerum et alijs de quibus aut apud quos mentiuntur. Periculorum malum est, ubi quis ex uolubilitate linguae proficit ad uanitatem: sed longe periculosius, ubi quis ex audacia mentiendi, proficit ad uanam garrulitatem. Proinde duo quædā ceu præcipua mala deprecatur, siue Solomon, siue alius quis.

30 quam sapiens Hebraeus, ueluti felix futurus si id consequatur ante mortem, linguae uanitatem & opulentiam, aut huic contrariam egestatem. Vanitatem, inquit, & uerba mendacia longe fac à me. Quin & alterum malum non ob aliud horret, nisi quod ad mentiendū inuitat. Sic enim habet locus: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tatum uictui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandū, & dicam: Quis est dominus: aut egestate compulsus furer, et peierem nomen dei mei. Nullum autem sceleratius mendaciū genitus, quam negare deum, quod affirmabant Stoici, nec multum dissentient Peripatetici, sed hoc quoque sceleratius est fateri deum esse, nec illi curae esse res mortalium, aut certe fauere uitijis hominum. Id nōne sentire uidetur, quisquis audet per illius nomen peierare?

Periurium & blasphemia Diuitiae quidem abunde sunt infames, uel ipsa rerum experientia, quod doceant dei negligium, præsertim si quis uitam inspiciat quorundam huius orbis monarcharum, quos uulgas propemodū pro diis habent. Sed qua fronte tuentur se, qui mendicitatem accersunt, & non solum id quod habent, si quid habent abiiciunt, uerum etiam ociosæ mendicitatē semet astringunt, quum ipse Paulus nocturnis operis pararit sibi uictum, et his qui ue nabantur ex alieno uiuere detracientes laborem, præceperit, ut manuum labore sibi para rent, non solum unde possent ipsi uiuere non grauatis alijs, uerum etiam unde liceret alijs egestate grauatis opitulari. Tametsi non est dissimulandum, mediocritatem fortunæ, magis in animo possidentis sitam esse quam in modo facultatum. Talis erat ille Paulus uas elec tum Christo literis omnium prædicatus: sed hic elecius à Christo, laudatus à laudatissimis, nullum inuenit imitatorem. Verus pastor erat Christus, uerus imitator Christi fuit Paulus, quemadmodū ipse non ueret dicere: Imitatores mei estote, sicut & ego Iesu Christi. Itaque mendaces apostolos, & Pauli dissimillimos, non potest non odiisse deus, undiquaque uerax. Etenim si displicant illi qui mentiendo prosunt hominibus, quanto magis qui mentiendo perniciem adferunt & corporum & animorū, qui mendacio redigunt illos in potestate satanæ, quos æterna ueritas Christus Jesus à mendacio satanæ liberauit: Nā ille nō stetit in ueritate, sed mendax ab initio fuit & mendaciū pater. Nec uenit in comitata pefstis hæc, sed omnium uirtutū ruinam secum trahit, & omnium scelerū sentinam inuehit.

4 Declarat hoc dominus ipse loquens per os Osee, cōminans ultionem Israelitico populo: Non est, inquit, ueritas, & non est misericordia, & nō est scientia dei in terra: Maledictum & mendaciū & homicidium & furtum & adulteriū inundauerunt, et sanguis sanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra. Observa gradus exitij, ubi non est ueritas, ibi non est misericordia. Veritas enim philosophorum ac pharisæorum supercilium habet pro misericordia. Vbi mendaciū est, hoc est hypocrisis, ibi quantumuis abundant humanæ disciplinæ, tamen non est scientia dei, quæ sapientia iuxta Iacobi doctrinam proficitur è sublimi, nescia contentionis & amarulentia, sed casta, pacifica, modesta, tractabilis, plena misericordia & fructibus bonis, nihil hæsitans, uacans omni fuko. Falsorum quidem non est scientia, nec habet dei scientiam, nisi qui credit sacris literis, has nemo uel intelligit uel credit, nisi quem afflauerit spiritus ille cœlestis. Ab his per satanæ spiritum inundat maledictio: dum iurgijs & conuitijs incessimus errata proximorum, quæ mansueta fraternaque monitione sanare debueramus. Ab hoc gradu deuenitur ad sceleratius mendacium, dum falsis etiam criminibus proximum uocamus in periculum. A calumnia properatur ad homicidium, furtum & adulterium. Quam multis uitam eripit calumnia: quam multos exxit auitis bonis delatio: Et furtum oritur ex mendacio, iunctum homicidio. Quid superest: adulterium. Grauissimum est adulterare coniugem alterius, sed multo grauius adulterare famam proximi. Qui ferro necat hominem, uni iatum eripit uitam, & alioqui morituro: qui facultates alterius cōuerrit in fiscum principis, eodem furto multos fugulari uxorem

Uxorem, liberos ac familiam, quos ad famem ac laqueum adigit. Verum his omnibus vis
detur sceleratus alienæ famæ constupratio. Tollitur vir bonus, sed nomine proditoris aut
haeretici. Scimus quosdam in carcere iugulatos, & miris technis persuasum est populo,
quod sibi mortem concuerint, & huius infamiae haereditas transmittitur ad uxorem ac li-
beros. O diluvium infelix, quod nobis effundit mendacium, sanguinem sanguini miscens.
& impietatem ex impietate serens. Sic inuoluuntur quicunque recedunt a sinceritate scri-
pturarum diuinarum. Rixantur, quem Paulus obsecrat. Fucis agunt, & ceremonijs ueram pietat-
em mentiuntur, quoque tueantur suam tyrannide, nec ab homicidio temperant. Nam occi-
dit & qui falsa docet, uenient porrigens antidotum uice: dumque dei gloriam sibi vindicat, im-
pium furtum committunt: dumque simplices animas, quas Christus sibi desponsauit, alienæ
a domino, ac satanæ tradunt illudendas, sceleratissimum perpetrant adulterium. Nam &
hunc sensum nobis tradit allegoria propheticæ sermonis. Hoc nimirum est illud adulterium,
quod toties in prophetarum libris deus detestatur, exprobrans ingrato populo suam munificenciam, & ingerens sub oculos, à qua dignitate, quod turpitudinis semetipsum deiecerit.
Quin & Hieremias mendacium adulterio iungit. Et in prophetis Hierusalem uidit similitudinem adulterantiū & iter mendacij. Vbi mendacium? Dicunt impie ac blasphemis, pax
erit uobis. Omnibus qui ambulat in prauitate cordis sui dixerunt: Non ueniet super uos
malum. Vbi iam adulterium? Quoties populus corruptus falsis dogmatib. cauponatum
& adulterantium sanctam scripturam, recedit a deo salutari suo, subducit se ab ecclesiæ
consortio. Omiserum ac deplorandum diuortium. Fastidit hunc adulterum auerstantem
ueritatem & adherentem falsitati, dominus in Euangelio. Sponsus enim erat, & sponsam
quærebat simplicem, castam ac fidam, non habentem maculam, neque rugam. Onatio, in-
quit, prava & adultera, quoque uobiscum ero: quam diu uos patiar! Talis & hodie uide-
tur Iudeorū natio: Non agnoscit sponsum, sed quem abnegauit mendacio, sustulit homi-
cidio. Nec cessat illi suffurari suas oves, quas redemit suo sanguine, nec desinit illū in suis
synagogis incessere blasphemis, ad cuius nomē flebit genu, quicquid in cœlis, quicquid in terris, quicquid apud inferos. Quam detestatur, quam abominatur hoc diuortium Paulus
in his quos abductos à iugo diaboli desponderat Christo: Despondi, inquit, uos uni uiro,
ut uirginem castam exhiberetis Christo, sed uereor ne quā fiat, ut quemadmodum serpens
astutia sua seduxit Euam, ita corrumpantur animi uestri à simplicitate quæ est in Christo
Iesu. Nec dissimulat unde metuat hoc adulterium, uidelicet non aliunde quam ex corrupta
doctrina. Nā istiusmodi, inquit, pseudapostoli operarij dolos sunt, sumpta persona apo-
stolorum Christi. Atque haud mirum, quandoquidem ipse satanas transfiguratus in angelum
Iucis. Quis igitur fuit ille primus autor adukerij? Serpens ille uersutus, qui dolo circuue-
nit Euam, abutens illius uirginea simplicitatem, & per Euam corrupit uirum, ut sanguinem
sanguini iungeret. Quomodo circuuenit: Mendacio: Non moriemini, sed eritis sicut dii:
Ipse defecerat a ueritate sibi mentiens, ero similis altissimo: moxque corruit, & inuidit stan-
tibus. Quocque uideretur esse uerax, deum facit mendacem, qui dixerat: Quacunque die gusta-
ueritis ex hac arbore, morte moriemini. Quantam stragem, quantum homicidiorum effus-
dit in orbem hoc funestum mendacium: Sed hac de re non nihil attingemus, quum uentum
erit ad linguam calumniatrixem. Vnde fit, ut quoties deus hominum impietate prouoca-
tus parat ultionem, non alio magis organo soleat uti quam lingua mendacis. Etenim quem
admodum apud Homerū Iupiter destinans Græcos afficerè magna clade, mittit ad Aga-
memnonem οὐλαρὸντες, qui spem faceret Troiae capitidæ: ita a domino in libris Regno
rum mittitur spiritus mendax in ore prophetarum, qui co[n]ciat regem in calamitatē, quam il-
lius impietas merebatur. Ceterum uehementer metuo, ne deus alienatus a nobis sceleri-
bus nostris, frequenter tales spiritum immittat in ora presulū ac theologorum nostrorum,
quo depravatis interpretationibus cogant ipsam etiam diuinam scripturam mētiri, eam
detorquentes non ad correctionē principium aut populi, sed ad ipsorum compendium.
Hinc strages animarum, hinc miseranda lues impiorum dogmatum, quos sanctus Job uocat
architectos mendaciorum, & cultores peruersorum dogmatum, hinc incendia dissidiiorum.
Nullum autem mendacij genus existens, quam ex scriptura diuinitus inspirata, quæ fons est &
regula ueritatis æternæ. Ex hac conteximus mendaciorum centones. Haussisse uident hunc
spiritum & diuinum, uero loqui, arioli, aruspices, augures & astrologi, qui sapienti numero uanis
pollici.

3. Reg. 24

pollicitationibus stultos principes, & credulam plebem ad res nouas concitant, non sine graui generis humani calamitate. Quocq; fallant perniciosius, ex astris & ex inspectis manus alijs pollicentur uictorias, alijs felix coiugium ac salubrem uitam, alijs summos homines, alijs opes Midæ. Nimirum hi sunt de quibus scribit Hieremias: Docuerunt, inquit, lingua suam loqui mendacium, & ut inique facerent laborauerunt. Ars est igitur illis mentiri, & sceleratam artem sceleratior adiuuat & confirmat exercitatio. Nihil interim dicam *An alicubi licet de sophistis, qui præstigijs argutiarum importunt incautis, festinat enim oratio. Nec hic tum mendaciū fuscitabo famosam iuxta ac perplexam quæstionem, an alicubi liceat homini Christiano mentiri.* Illud ausim pronunciare, quemadmodum frequenter prudentia est, si lere aut dissimulare quod uerum est, ita decet, ut qui semel ueritatis spiritu hauserunt, eisq; dedere non men qui ueritas est, ab omni mendactorum genere temperent: Quisquis mentitur sciens, periurio proximus est: quisquis autem peierat sciens, blasphemus uicinus est, quæ iam est extrema impietatis linea. Quo ne periueriatur, dominus Iesus prohibuit in totum ne iuraremus, neq; per cœlum, neq; per terram, neq; per caput alterius. Nunc pro quamvis leui negocio exigitur iuriurandum, nec minore leuitate peieratur. Apud ethnicos infamia no tabatur qui per deos prophanos, aut Iouem lapidem iurassent: apud Christianos per dei nomen peierare, propriezodū ludus est, adeo ut plerosque non pudeat impiæ consuetudinis, per quam non possunt decem uerba dicere, nisi misceant iuriurandum, non obtestantes anserem, sed mortem ac uulnera Christi, sed uentrem & calceos dei, alias à quorum etiam cōmemoratione abhorreat religiosus animus. An isti metuant peierare, si qua solici tet utilitas, quum cōtra ullam necessitatem aut commodi spem quotidie dicerent? Exibit latur in ethnicon theatris impia vox.

Ἄγλωπος ὁμώμοχός τε φραγμὸν αὐθόμοδον. id est,

Iurata lingua est, animus iniuratus est:

Quin potius exploditur uita Christianorū? Ridetur in Plautinis fabulis leno periurus, linguā habens qui rem solueret omnibus, quorū in se Christianos in precio sunt qui idem faciunt quod leno? Olim in ludum uertebatur Venereum iuriurandum, nunc serè pro ludo ducitur omne iuriurandum solenne, ueluti qdod iurat princeps populo, quod in scholis professionem septem artium liberalium fuscipientes, non satis liberaliter iurant ex more potius quam ex animo. Quemadmodum in multiloquio difficillimum est uitare linguæ lapsū, ita qui crebro iurat, uix effugiet perjurium. Apud priscos obtinebat olim religiosa consuetudo, ut pueri qui uellent iurare per Herculem, non sinerentur id facere sub testo, sed iubebātur ire sub diū, ut uel hac mora discesserent iurare parcus ac circūspectius. Sic enim publicum morem interpretati sunt uiri sapientes. Quidam addunt ipsum Herculem ad iuriurandum fuisse religiosissimum ac uere curiosissimum, adeo ut per omnem uitam non nisi semel iurauerit, idq; soli Phylet Augæ filio. Hoc exemplum ut posteris cōmendaretur, aiunt Pythiam hoc iuriurandi genus proposuisse Lacedemonijs, addentem esse satius si cōtra iuriurandum affirmarent. Nos uel ad aras iuramus per Christum, non modo sub testo per Herculem. Apud Romanos nefas erat flamini Diali iurare. Huiusce religionis uarias reddunt causas, uel quod oporteat sacerdotis & corpus & animum inuiolatum esse, quum iuriurandum tormenti genus sit: uel quod absurdum sit ei non habere fidem in rebus humanis, cui diuinam sunt credita: uel quod solemnis iuriurandi clausula sit execratio, deuo ueo me meamq; familiam, si quid scies sefellerō. Cæterū omnēm execrationem, quoniam tristis sit & abominanda, non conuenire flamini Diali, qui nec alijs malum imprecari solet. Vnde non iniuria laudata est illa sacerdos Athenis, à qua quum populus flagitaret ut Alcibiadem execraretur, respondit sese in hoc sacerdotiū suscepisse, ut omnibus precaretur bona, non ut cuiquam imprecaretur malum. Sunt qui hanc quoq; consuetudinis causam adferat, quod quum periurus uelut impius inuisus sit numini, & periurii periculum cinus est quisquis iurat, ne si homo impius quicq; deos habet iratos pro diuitate uocans scipiat, citius prouocet iram numinū, q; fauorem impetret. Hic fortassis obstrepet aliquis: Quid nobis cum ethnicon institutis aut exemplis, in mō talibus exemplis uelut efficacissimis dominus Iesus percellere solet suā gentis duritiam, īgerens illis Cananeam, etiā rationes, publicanos, peccatores, reginam Sabæ, Niniuitas, Tyrios ac Sidonios. Si quidem turpissimum fuerit Christianis nō audire uocem domini dei sui, qui ne quando per occasum nemini.

hem incidamus in periurium, tanta seueritate uoluit nos in totum nō iurare, quum ethni ciuel instinctu naturæ, uel superstitione moti uerius quam religione cauerint à iure iurando. Nisi forte putamus quenquam Christi sanguine consecratū magis esse prophanum, quam Romanis olim fuerit flamen Dialis. At qui nobis primum decalogi p̄ceptū est, profiteri deum esse, & unum esse omnibus cōmunem rerum omnium conditorem ac moderatorem, in cuius bonitate tota nobis salutis spes sit collocanda. Proximum huic est ne sacrosancto illius nomine abutamur ad fallendum proximum. Deus enim non irridetur, Solus deus uerax est, unde tuto iurat ille per semetipsum, cuius uolūtas est immutabilis, & cui in promptu est p̄fertare quicquid promisit: Omnis autē homo mendax, cuius animus mutatur in horas, & si non mutetur animus, tamē frequenter non est nobis in manu p̄fertare quod recepimus. An non igitur periurij periculo lemet exponit, qui iurat homo? Proinde dominus iubet nostrum sermonem cōsistere intra uoces has, est, est, nō, non. At diuus Iacobus ne hoc quidē arbitratur satis tutum, sed monet ut quoties pollicemur nos aliquid facturos, addamus, si uixerimus, & si deus uoluerit. Has quidem conditiones etiam si non explicitur, tamē in omni sermone Christianorū oportet esse comprehensas. Ab hac pollicendi religione quantum abest istoruī lingua, qui non uerentur dicere: Sanabo te in uito deo pariter ac diabolo. Exhorrescit manifestā blasphemia. Ne placeat igitur iurandi temeritas, unde nascitur blasphemia. Si fructum abominamini ueluti letiferum, radicem incide. Blasphemia Græcis idem sonat, quod Latinis conuictiū, aut maledictum. Est parasitorū ac scurrarum genus, quod ob conuictatricem linguam formidatur a probis uiris. Atq; utinam ipsa res tam esset execrabilis mortalibus, quam inuisum est parasiti scurræcū uocabulum. Tanta autem uis est huius morbi, ut ne ab ihs quidem laceſſidis temperent, quibus in manu est si uelint. τοφανημυκησισα. Huius sunt gradus ac genera, & paulatim a leuioribus proficitur ad id quod est omnium grauissimum. Primum enim nobis permittimus, ut in seruos aut ancillas cōuictiū debacchemur. Mox eadem procacia utimur in uxorem, liberos aut amicos, hac assuetudine tandem redditur lingua, quæ liber in quemuis conuictia dicere prompta, quod de scurra p̄dadicauit Flaccus. Ab his iniūtijs sumpta audacia, lingua uibratur in principes ac sacerdotes, nec uoces deniq; continent per iugulū redituras, quum recte moneat sapiens Ecclesiastes: In mente tua regi ne maledixeris, & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuini, quia uolucres cœli auferēt uoce tuam, & habens pennas annunciatib; uerbum. Habet & cor linguā suā, uidelicet cogitationē, qua homo loquitur sibi. Qui tutus uult esse, hanc linguam imprimis cohibeat, ne maledictum corde conceptum aliquo casu, uel ira, uel uiño, uel prouocatione suffundatur in linguam, & redeat per iugulum. Apud Hieremiā indignatur dominus his qui conuictia faciebant in montes Israel: Audiui, inquit, uniuersa opprobria tua, quæ loquiuit es de montibus Israel, dicens: Deserti nobis dati sunt ad deuorandū, & insurrexitis super me ore uestro, & derogasti aduersū me, uerba ueltra ego audiui. Habet Israel, hoc est ecclesia montes suos, habet & mundus hic suos montes, illos erigit in cœlum rerum humiliū contemptus, hos animi tumor extollit supra omne quod dicitur aut colitur deus. Sunt enim montes Gelboe detestabiles, super quos nec ros, nec pluvia gratiæ cœlestis descendit: Sunt rursum montes & colles, qui promissæ salutis spe alacres, exultant ut arietes, & gestiunt ut agnōiū, laudantes dominū de cœlis, nescientes cuiquam maledicere, sed pro maledicētis referētes benedicta. Quoties igitur auditis homines, Platone, Aristotele & Averroë iurgidos, Moysen appellare magum, prophetas somniatores, apostolos rusticos & idios, agnoscite uocem impiorum montiū, blasphemias eiaculantū in montes Israel. Quicquid autem in hos dicitur, qui spiritu Christi fuerūt afflati, in Christū ipsum dicitur: An, inquit Paulus, experimentum queritis, loquentis in me Christi? Eoq; subiicit apud prophetam, & insurrexitis super me ore uestro. Postremo quisquis audet contemnere diuinæ scripturæ autoritatem, in qua uelut in altissimo monte nobis relucet æterna ueritas, et unde nobis prorumpunt cœlestium oraculorum tonitrua: mons est execrabilis, & montibus Israel maledicit, eademq; opera maledicit deo, qui tales montes inhabitat. Est & illud teclum blasphemiae genus, diuinam scripturam, quum autoritatem illius non ausis refellere, subdola interpretatione detorquere ad tuos affectus. Nō est ei negāda uenia, q; in expōendis diuinis literis errore simplici labitur: Cæterum qui idem facit astuta malitia, &

malitiosa astutia, non abest à crimen blasphemiae. A sacris ecclesiæ doctoribus quorum autoritatem ueneratur ecclesiæ consensus, quorumq; memoriam habet sacrosanctam, ali cubi dissentire, tam uitio dandū non est, quām impium esset, si quis illorum autoritatē uellet æquare canonicis uoluminibus, ceterū in Chrysostomū, in Augustinum, in Hieronymum procaciter insultare, non multum abest à blasphemia. Consimiliter de constitutio-
nibus humanis addubitate modeste, tam impium non est, quām impium esset, hominum cōstitutiones æquare præceptis dei. Verū oēs omnium hominum cōstitutiones pro sua quemq; libidine ridere, conspuere, detestari, non uideo quātum absit à blasphemia. Idem arbitror sentiendum de conciliorum decretis, præsertim si consensus populi Christum profitentis accesserit. Iam si prophanis principib; maledicere tutum esset, tamē pī si non esset, quod id quoq; ueterit domīnus. Quæ à deo sunt, ordinata sunt, & omnis publica potestas à deo est. Hoc ordine luxato, quid sequitur nisi rerū omnium cōfusio? Dominus in Exodo præcipit: Dījs nō detrahēs & principi populi tui nō maledicēs. Atq; hoc præcep-
tum agnoscit Paulus in Actis Apostolorū, ne quis caueat per Euangeliū abrogatum: Imò iubet ut uxor christiana morigera sit uiro ethnico, si modo ipse nō sit autor diuinitati: iubet ut seruus Christianus obseruet dominū idololatrā: Iubet ut oēs subditi sint propo-
sitis suis, non solum bonis ac mansuetis, uerū etiam asperis ac morosis: Iubet publicis ma-
gistratibus pendī tributum, pendī uectigal, persolui honorem. Obscurat ut offerant Deo uota pro regibus ac præsidibus, ut sub illis contingat tranquillus rerum status. At qui hęc præcipit docetq; non uidetur probaturus linguam procacem, quæ potentes nō sanat, sed ad atrociorē exacerbat tyrannidē. Et qui tales uult esse Christianos erga præfatos idololatas, quid dicturus sit de nobis, si petulanter conuictijs ac seditionis clamoribus debac-
chemur in principes Christianos, atque etiā sacerdotes: Qui si boni sunt, honorem pro-
merentur non conuicti: sin mediocres: adiuuandi sunt ut proficiant: sin mali quidem sunt
sed sanabiles, moderatis admonitionibus, & secretis ac blādis hortatibus corrigēdi sunt:
sin intolerabiles ac deplorati, aut tolerādi sunt, donec deus ex auditō populi sui clamore,
suo more puniat illos, aut ciuitatum & senatum consensu cohibenda est illorū impot-
tia: sed interim cauēdū, ne remedia sint grauiora morbo, & tyrannis uertatur in Anar-
chiam ac tumultum: perinde quasi lethargus pharmacis depulsus uertatur in phrenesin,
aut podagra, iliumue dolor uertatur in apoplexiā. Est interim & malis principib; suis
deferendus honos, ne populus assuescat & boni oppedere. Ceterū Christianum nō est,
malum in alio propellere, etiam si deus non nunquam impios punit per impios, malo no-
do malum adhibens cuneum. Quin & Petrus apostoli senatus princeps in epistola po-
steriore, uehementer condemnat eos qui spernunt publica præditos autoritate, quiq; ui-
ros dignitate præcellentes, non uerentur conuictijs incessere. Nec à Petro dissonat Iudas,
quē lic̄ emulatur non solū sententijs, uerū etiam ipso dictionis filo, ut alter Petrus esse ui-
deatur. Nam & hic stomachatur in eos, qui pro sua libidine spernunt dominos suos, &
maledicta congerunt in eos qui publica funguntur dignitate. Nec enim isti ideo oderunt
principes ac magistratus, q; impij sunt, sed q; per illos non liceat cuius facere quod libet.
Non enim sine causa gladiū portant. Euenit igit̄ in conditæ multitudini, quod euenire so-
let equis præferocibus, qui posteaq; excusserunt sessorem, seipso deniq; in præcipitum
aut in foueā agunt. Periculosest est uni summa rerū concredere, & populus nihil aliud
q; tumultuatur. Iustissimum igit̄ est, ut quemadmodum elementa se se mutua libratur
coercent, continentq; sic potestas regum, reuerentia pontificū, autoritas conciliorum, se-
natuum, ac primiarum ciuitatum, populic; cōsensus, ita se se uicissim tēperent libremq;
ut res nec in tumultum exeat, nec in tyrannidem. Solet enim alterū malum ex altero na-
sci, uidelicet dum tyrannis uertitur in Anarchiam, & Anarchia dum cōpescitur, gignit
rannidem. Itaq; qui maledicit potestati, quā deus ordinauit, deo maledicit. Quemadmo-
dū qui præfectū Cæsaris uiolat, Cæsarē uiolat. Dicā amplius, quisquis homini Christi
no maledicit, Christo maledicit: ut enim ille uisitetur ac refocillat in mēbris suis, ita ledat
ignominia afficit in mēbris suis. Qui sacerdotē execratur, nō ob aliud nisi q; sacerdotē,
qui episcopū aspernatur, nō ob aliud nisi quod episcopus est, qui Christianū despiciens
ob aliud nisi quia Christianus est, nōne palam Christū afficit ignominia: Ab his igit̄
blasphemij; quæ latent, proficitur ad extremū blasphemij; gradū. Fons autem omnium
idem

Idem est. Ut enim qui sese carnis affectibus manciparunt, ideo detestatur principes ac magistratus, quod per eos non licet impune quicquid libet, sic impij deum odierunt, quod sit ineuitabilis ulti[m]or malefactorum. Et ideo quo suis prauis cupiditatibus utcunq[ue] blandiantur, aut negant esse ullum deum, aut alium deum sibi fingunt, aut negant deo cura esse res mortalium, sed omnia uel fatu uel casu ferri. Vis audire Stoicam aut Avertoicam blasphemiam: ausculta quid dicat psalmus: Dixit insipiens in corde suo, non est deus. Nutic mihi uide blasphemiae fontem: Omnes abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum, non est usq[ue] ad unum. Persuadent sibi mendacium, blandientes uitij suis, quibus frustra pollicentur impunitatem, sed mentitur iniurias sibi. Negant minus peccant qui negant deum esse iustum, quam qui negant esse deum. Iustus autem non sit, si nec prius repenit dat premissu[m], nec impios ulciscatur. Talibus indignatur apud Malachiā: Dixisti uanu[m] est qui seruit deo, & quod emolumen[t]um, quia custodiūimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes corā domino exercituum. Ergo nunc beatos dicitur arrogates, siquidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt deum, & salui facili sunt. Audiamus nunc blasphemiam omniū maxime execrabilem: quū populus Israeliticus abhorrens à legibus dei, fecisset sibi uitulum conflatilem, acclamabat: Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerūt e terra Aegypti. Quae potuit esse maior in deum blasphemia, q[uod] qui potētia, magnitudine, sapientia, bonitate superat omnē humanā & angelicā cogitationem, post haberi bruto animāti. Sed indignius etiā quod mortuo simulacro. Gentes dæmonia sunt colere q[uod] uerū deum, quod hic detestatur omnē turpitudinē, illi fauent uitij & alunt prauas cupiditates, nec offenduntur, quū in ludis ac fabulis tales inducuntur, qualem nemo uir bonus uellet esse suum filium, aut uxorem, atq[ue] adeo ne famulū quidem. Tales dij placent, quia sub talibus licet, ut putant, impune scortari, moechari, fallere, furari, occupare tyrannidem, mouere seditionē, quēadmodum Iupiter exacio & execu[t]io patre, regnum, occupasse fingitur, & quēadmodum reliqui dij seditione mota Iouem cum suis fautorib[us] expulerunt. Fortassis hoc blasphemiae genus non temere nūc reperias inter Christianos, quanquā hoc ipsum prodigium est reperiri. Reperitur enim omnino, nec ea lingua uesaniam uel sanare uel coercere potest tanta legum seueritas. Verum est aliud blasphemiae genus aliquāto quidem teatius, sed haud ita multo minus perniciosum, quoties populus, adulans suis principib[us], defert eis honores diuinos, & principes hoc honoris libenter amplectuntur. Itaq[ue] sit interdum ut princeps pro ciuisbus & consiliarij habeat palpoties & idolatria irratores, populus uicē principū habeat demētes tyrannos, & utrinq[ue] blasphemia proficiatur deus. Est & aliud blasphemiae genus, non hoc quidē multo teatius, sed adeo uulgarū, ut nō habeatur pro blasphemia. Si blasphemus est, qui dicit statuē Louis: Serua me: nō est blasphemia, quū auatus dicit arcæ differtæ nummis, serua me, alioqui pereo: Si blasphemus est qui Loui thure gratias agit pro incolumitate, pro diuitijs, pro regno, blasphemus non est, qui pecunia per fas nefasq[ue] partæ felicitatē omnē suam refert acceptam: qui pro ea multo pertinacijs depugnat, q[uod] quisquam unquam depugnauit pro aris ac focis: ea perdita se clamitat infelicem, & fugit ad laqueum. Videatur hoc impudenter à me dicendum, nisi Paulus scribens Ephesiis ueritus non est avaritiam uocare idolatriam, hoc est, simulacrorū cultum: nihil enim refert rem impiam Græce dicas an Latine, nisi quod Graeca uox etiam apud Latinos magis est infamis q[uod] ueracula. Idem scribens Philippib[us] significat esse quosdā, qui uentrem habeat pro deo. Et ipse dominus in Evangelio Mammonam opponit deo, uelut alterum deum, qui seruunt ac sacrificant īj qui pluris faciunt pecuniām q[uod] deum. Rursum Paulus scribens Corinthijs, declarat non uentrem tantum & Mammonam esse deum quibusdam, sed alios multos esse deos. Nam & si sunt, inquit, qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, siquidem sunt dij multi, & domini multi, nobis tamen unus est deus pater ex quo omnia, & nōs in illo, & unus dominus Iesus Christus, per quē omnia, & nos per ipsum. Quicquid igitur prætuleris dei præceptis, hoc tibi deū facis ac dominū. Scortator Venerē habet pro deo, luxui gulæq[ue] seruies Comū habet pro deo, ebriosus Bacchum colit pro deo. Non maflat illis pecudē, sed seipsum illis pecudem facit ac sacrificat. Non incendit illis thura, sed obscoenæ famæ suffitū adolet gratissimum dæmonib[us], talis turpitudinū autoribus. Qui gloriatur in turpis, facijs, hymnos canit deo suo plenos blasphemiae in deum uerum. Vos igitur appello Christiani, si exhortescitis;

quoties auditis aut legitis impiorum blasphemias in deum, mementote uitam omnium
qui gulæ, qui libidini, qui luori, qui ambitioni, qui divitijs seruiunt, plenam esse blasphemæ,
quaæ quidem hoc ipso contumeliaz plus haberet, quod ab his proficiatur, qui ueri dei
nomen profitentur, quemadmodum expostulat apud Ezechiem dominus, quod no-
men ipsius polluatur inter gentes, ob impiam uitam populi nomen dei titulo profiten-
tis, factis autem negantis, quum dicitur, populus dei iste est. Quam uero non congruit
ut qui quotidie dicunt deo: Sanctificetur nomen tuum, impie uiuendo polluant sanctum
nomen domini. Iam inter conuictatricem linguam, & adulatricem seu obrectatricem aut
calumniatricem, nihil interest nisi quod interest inter eum qui gladio palam adortus in-
gular, & eum qui per insidias aut ueneno tollit hominem. Clamat Semeli furens in Da-
uid: Egredere egredere uir sanguinu, & uir Belial: uidelicet haec est linguae rabies, de qua
scribit Osee: Cadent in gladio principes eorum, à furore linguae suæ. Quid hac lingua cru-
delius, quaæ calamitatibus uallatum incessit dictis atrocibus, perinde quasi quis hominem
collapsum, quem subleuare debebat, ulro faxis impetrat. Tales habebat lob consolato-
res, qui pro lenimentis dolorum, obiurgatione conduplicabant ægritudinem. Nec mini-
ma malorum pars erat uxoris lingua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua: Benedic deo
& morere. Nec prius sacer ille Tobias erupit in lachrymas, q̄ ictus uxoris lingua: Mani
feste uana facta est spes tua, & eleemosynæ tuae modo apparuerunt. Quin & ipse dominus
princeps noster in cruce crudelissime confosus clavis ac spinis, crudelius etiam confor-
ditur conuictijs: Descendat nunc de cruce, Vah qui destruis templum Dei. Dixit filius
dei sum, liberet eum nunc si uult eum. Quæ spicula quamlibet ueneno tincta possint esse
grauiora, quam linguae procacis iacula: Proinde ueluti rara quædam felicitas promitti-
, tur sancto lob: à flagello lingue absconderis, & non timere calamitatem quum ueneris.

Gen. 26

Ab hoc uscio cum primis uult episcopum abesse Paulus, quū ait: non percussorem, Græ-
cē πλάκτην. Multis enim absq; vulnere corporis violenta lingua subita mortem attulit.
Nec desunt, qui in hoc uibrant linguis in fratre, ut occidant. Ad hanc classem pertinent,
qui quilibet leui de causa rixas mouet, ac uel de lana caprina suscitat tragœdias. Rixan-
tur pastores Geraræ aduersus pastores Isaac: Nostra est aqua, unde & puteo nomen inde
cum calunia. Quam plena puteis huiusmodi nunc est Christianorū uita: Qui contraclusus
est, quæ possessio, quod testamentum, quod sacerdotium, quod munus publicum aut priua-
tum, unde nō scatent lites & iurgia: Totius contubernij iucunditatē contaminat lingua-
rixosa: Melius est, inquit sapiens, sedere in angulo domatis, q̄ cum muliere rixosa, & in-

domo cōmuni. Idem alibi dicit: Dolor patris filius stultus, & tecta iugiter perstillantia li-
tigiosa mulier. Non omnibus adeat rixosa mulier, sed cauenda est, nec ubi adsit rixosa mo-
rositas, quæ nihil usq; patitur esse suaue, quam Græci uocat dyscoliam, aut micrologiam,
quo difficile sit cū illis agere, quoniam de minutissimis etiam rebus odiose discep tent. Imo
inter calumniam & conuictum hoc interest, q̄ calumnia nonnunq; fucū habet: frequen-
ter enim clanculus agit, & si cogitur sese proferre, iustitia speciem prætexit, crimen inten-
dens uel falsum, uel uerū, sed hoc animo, ut falso etiā crimine ledere cupiat si possit. Co-
uiciator nō semper obnoxiet crimen, sed nōnunquam dedecus generis, aut calamitates ma-
iorum, aut corporis uitii, quod is qui habet, nec sibi conciliavit, nec corrigeret possit uel
lit: ueluti quū spuriū appellat spuriū, aut luscum uocat luscum, aut cascum cascum. Ob-
rectator hoc abest à calumniatore, quod uel clanculus, uel in absentem uibrat lingue, ser-
pentis similius quam leoni, sed utroq; pestilentior est adulator, qui cōplexu strangulat, &
melle litis uenenis occidit, perinde quasi si quis phalerno uino misceat aconitum. Exces-
ibile malum, sed quo uix aliud in hominū uita receptius. Conuiciator inimicis saepiter
dest, indicans quid sit corrigendum. Et caluniatoris improbitas, nihil nō reprehendens, redi-
git nos in getendis rebus circūspectiores, nōnunquam & illustrat famam nostram, quod
obscure nititur. Idem facit obrectator, uel hoc ipso se profitens inferiorē ed qui
hit, quod clanculus agit susurris, nec audet cominus cōgreedi. At assentator exculpet
dīt insanū, ex insano insanabile. Itaq; Solomon pronunciat adulatore publica
cratione: Qui dicunt, inquit, impio iustus es, maledicent eis populi, & detestabuntur
tribus. Clamat & per Esaiam dominus: Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi
cunt, & uia gressuum tuorum dissipat. Rursus admonet Solomon: Si te laclaueris, uenit
ad te

Adulatio

34 dit nos in getendis rebus circūspectiores, nōnunquam & illustrat famam nostram, quod
obscure nititur. Idem facit obrectator, uel hoc ipso se profitens inferiorē ed qui
hit, quod clanculus agit susurris, nec audet cominus cōgreedi. At assentator exculpet
dīt insanū, ex insano insanabile. Itaq; Solomon pronunciat adulatore publica
cratione: Qui dicunt, inquit, impio iustus es, maledicent eis populi, & detestabuntur
tribus. Clamat & per Esaiam dominus: Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi
cunt, & uia gressuum tuorum dissipat. Rursus admonet Solomon: Si te laclaueris, uenit
ad te

Digitized by Google

ores, ne aequaliter illis. Rursum alibi: Verba susurrantis quasi simplicia, & ipsa peruer-
tunt ad intima cordis: Quum submiserit uocem, ne credideris ei, quoniam septem nequi-
tate sunt in corde illius. Quoniam ut ait Ecclesiastes: Melius est audire increpationem sapientis,
super virum audientem carmen stultorum. Habet habet illa Siren blandissimas cantiones,
sed peccantibus in amarum exitium. Hinc Sirach ille sapiens. Qui sophistice, inquit, loquitur,
odibilis est, in omni re defraudabitur. Hanc pestem regibus infestissimam deprecatur san-
ctus ille Profe^ta: Corripet me iustus in misericordia & increpat me, oleum autem pec-
catoris non impinguet caput meum. Hoc hominum genus execratur et Ezechiel prophe-
ta: Qui dicunt populo, pax, pax, quem non sit pax, qui linunt maceriam absq; temperamento,
qui consuunt blandos puluillos, sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite
uniuersitate, ad capiendas animas. Nisi maximum malum esset adulatio, non tanta solli-
citudine deprecaretur David: Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua do-
losa; Quoq; declararetur q; esset difficile huic mali remedium, audit a domino propheta
clamans: Quid detur aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Nec aliud remedium
ostenditur, nisi ut opponamus sagittas potentis acutas, hoc est, sermonem dei, qui acutior
est gladio anticipiti, pertingens usq; ad divisionem anima & spiritus, & carbones desolato-
rios, ut ex his cognita nostra infelicitate desinamus nobis placere ex falsis adulatorum lau-
dibus, & ex nostrarum opum dissidentia desolati per dei misericordiam respiremus ac reui-
uiscamus. Tales enim sunt sagittae potentis scripturarum: occidunt, sed occisos uiuificant. Ta-
les sunt carbones poenitentiae, denigrant, ac deiciunt hominem: uerum ubi recaduerint,
letitiam adserunt solidam ac perpetuam. Ceterum adulacionem missam faciemus, & ad ca-
lumniam transibimus, si pauca dixerimus obiter de lingua proditrice, decipit lingua quae sug-
gerit perniciose consilia. Talis erat lingua Joab, qui sub specie blandi alloquij occidit Am-
mon: talis erat lingua Dalilae, quae prodidit Samsonem: talis erat Iude: Ave Rabbi. Pestis
lentis consilij exemplum habes in libris Regum, de Ionadab, qui uiam ostendit Ammon,
qua potiretur sorore quam turpiter adamabat, atq; hinc grauis malorum inuidatio. Quis 3. Reg. 21
non execratur impiam Iezabelem, quae suo consilio pertraxit animum regis ad impieta-
tem: iam iuvenile consilium nonne Roboam maxima parte patrum regni spoliauit? Porro 2. Paral. 10
non esse uanum quod Graeco proverbio dicitur: Malum consilium consulenti pessimum Dm. 6
esse, declarant illi, qui dum subdolo consilio hoc egissent apud Darium regem, ut Danielem
perderent, ipsi coniecli sunt in lacum, & a leonibus discripti: iuxta id quod ait sapiens ille 27
Sirach: facient nequissimum consilium super ipsum deuoluetur, & non agnoscit unde ue-
nit illi. Idem alibi monet, ut a malis consiliariis seruemus animam nostram. Ergo uita pe-
nile est a malo consultore, ni uallo te munias aduersus illum. Id quibus rationibus o-
porteat fieri, paulo post differemus. Nunc consideremus quanta pestis humanae uitae sit
lingua calumniatrix, hoc est uere diabolica. Quod enim Latini calumniam dicunt, Greci
uocant diabolen, & hinc potissimum habet nomine ille communis humani generis hostis,
atq; idem Hebreis dicitur satan, quod nobis sonat aduersarium. Deus noster dicitur est
deus pacis, qui per filium reconciliauit mundum ipsi, deleto chirographo peccati, quo tene-
bamur rei mortis: & Christus prophetae dictus est consiliarius pacis. Huic semper aduer-
satur satan, qui primus omnium fecit inimicitiam inter deum, & hominem, deum ipsum apud
hominem suggillans inuidacij: Non morietur, sed eritis sicut dii. Nec hodie desinit resci-
dere sarcina per Iesum gratiam, calumnians nos apud deum. Christus aboleuit uera criminia
nostra, donans nobis suam iustitiam: diabolus etiam falsis criminibus onerare studet pios
homines, quemadmodum calumnatus est Job: Nisi in faciem benedixerit tibi. Nonne uocat
uirum sanctum in crimen blasphemiarum: Christus nostram impietatem in se recepit, diabolus
suam impietatem nobis conatur imponere. Christus pro nostris delictis interpellat patrem,
ut seruemur, diabolus interpellat, ut pereamus. Non semper hoc agit per semetipsum, ha-
bet organa penitus ipso sceleriora. Que nam, inquires: Lingua delatrices innocentium, in
non lingue sunt, sed gladij ueneno tinunt: Lingua, inquit, eorum gladius acutus, & uenenum
aspidum sub labijs eorum. Unde quibus studio fuit sapientum apophthegmata colligere, refe-
runt quiddam non infestiu de Thearida Lacedaemoniorum duce, qui rogatus nunc gladius,
nam gladij acuebat, sat esset acutus, acutior, inquit, calunia. Quam multos olim iugulauit
hic gladius, q; multos hodie iugular: Auditis ex psalmis: Lingua eorum gladius: Et apud 18

Hieremiam dicunt qui lingua habent pro gladio: Venite percutiamus eum linguam. Videamus autem linguam gladii speciem habere, colore ignis. Etenim mala lingua gladius est ut trinque incidens, caelum ac punctum vulnerans, insuper & ueneno tinctus, & ut ait Iacobus, inflammatus igni gehennae. Prætermittam exempla, quæ sub Neronibus, Caligulis, Claudii, Syllis & Marijs, Dionysii & Hieronibus, quæ sub Christianis etiam principib. non nunquam produntur. Numerosiora sunt, q̄ ut receleri possint, notiora q̄ ut debeant. Erat vero referre quæ nobis suppeditat sacra literæ. Huius gladii ueneno sensisti sanctissime Ioseph, proq̄ fide erga dominum, proq̄ continetia erga uxorem domini, carcerem & capitis periculum præmij loco retulisti: Ingressus est seruus Hebraeus ut illuderet mihi, et ad clamorem meum relicto pallio quod tenebam fugit foras. Quid te memor e castitatis ac pietatis exemplar Susanna: perieras seniorum calumnia, nisi te dominus per Danielem e linguarum imputatum gladiis eripuissest. O crudele lingue spiculum. Quid simile potest ullus gladius etiam si nocens ferrum ueneno reddatur nocetius? Vitam eripit, famam non potest eripere. Plus aliquid potest ad nocendum ingeniosa calumnia, quæ morte adferit cum infamia. Petrus erat idem Ioseph antea calumnijs fratrum suorum, qui detulerant illum apud patrem de criminis malo. Sic enim habet translatio Septuaginta, ac mea sententia magis quadrat hæc figura Christo, quæ Iudæi multis criminib. accusarunt apud pontificem & praefidem. Nec probabile est Ioseph adhuc puerum detulisse fratres suos apud patrem, quū eosdē pessime de se meritos, postea nō criminatus sit, sed seruarit. Quin & ipse sermonis cōtextus hic pro nobis facit. Sequitur enim: Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisset eū. Ideo nihil egit fratribus calumnia, quia pater diligebat illū præ ceteris. Postrem Chrysostomus interpres sequitur hæc sensum quæ adduximus. Nec Hieronymus meminit huius loci correcți in traditionib. Hebraicis, quū alia minutiora uenient agitetur. Quā locū mutarunt uidetur offensi, quod putaret non cōuenire Ioseph innocētiae, crimen pessimum, & recte offenderentur, nisi metio fieret de inuidis fratribus & falso criminis. Alio, quā magis offendī debebat, quod dñs noster longe Ioseph innocentior, accusatus fuerit blasphemiae. Mollebatur quidem exitium linguam diabolica, sed Deus alienā maliciā suis uertit in bonū. Siquidē fratrum calumnia magis etiam prouocauit charitatē Jacob erga Ioseph, et dominæ criminatio præbuit occasionē ut Ioseph ad maiores honores uocaretur à rege. Sic & Ioab apud Dauid regē, detulit Abner de rege benemeritū, ac regi quidē nō persuasit, sibi tamē persuasit ut per insidias occideret innocentem. Quid dicā de Iezabele, quæ quo Reg. 21 mederetur dolori mariti, finxit literas nomine Achab regis, easq̄ signauit anulo regio. Signatas misit ad optimates ac ciues Naboth. Literarū hæc erat sententia: Indicite ieiuniū, et ieiuite Naboth inter primores populi, simulq̄ submittite duos viros filios Belial, qui falsum testimonium ferant aduersus eū, dicentes: Benedixit Naboth deū & regē, & educite & lapideate. Quid hic potissimum admireremur, audacia sceleris mulieris, an primatum populi facillitatem impia, qui talibus literis paruerint, an regis stultia, qui anulum suū crediderit uxori. Similem obedientiam Dauid reperit in suis ducibus, quū iuberet Vriam occidi. Vriam et nostri principes non haberet suos ad huiusmodi facinora nimis promptos. Rex Britannus præsul is optimi cæde nobilis, quū audisset à sancto Thoma archiepiscopo Cantuariensi anathemati deditos, quicunq̄ possideret ac teneret res aut loca ecclesiæ, uehementer contumus est, quod episcopus auderet episcopū domos ac prouetus occupo. Et adiecit: Non faceret hæc ille sacrificus, si famulos haberet quales oporteret. Ad hanc uocē tres ex eius proceribus profecti sunt Cantuariæ, & uirum sanctissimum crudelissime necarunt. Quis rex palam impia præcipit, proditor est qui obtemperat, amicus qui deficit ac resistit. Si quidē hic considerandū est, non quid placeat irato, sed quid illi perpetuo sit placitum. Prodigio res erant Alexandri magni, qui lanceam illi reddiderūt, et uino & ira furēti, quæ Clytorium cum confudit. Nam mox sequuta est calidus facinus, inutilis seragis poenitentia. Quæ hodiernum habuisset suis magnatibus, si cōstanter exarmassent ipsum, donec redisset mentis satietas. Qui tum aderat regi, aut per negare debebat arma quū cōmorat mētis esset, aut nō debabant eripere, quū de seipso pararet sumere suppliciū. Paréndū quidē est regibus, si uictus nec reges agūt. Nunc præpostere facimus, morē gerentes illorū cupiditatibus, ubi nequaquam oportet, nō obtemperates, ubi recta præcipiunt. Hoc autem obsequiū genitū uulnus præfice.

Præstat, his ut pro regibus habeamus tyrannos. Ipsa principis fortuna sat habet crudelitatis, etiam si nullus instigator oleum addat camino. Sylla sibi felicis nomine ascivit, quod multa feliciter gessisse uideretur. Verum inter omnes felicitates duabus potissimum sibi placere solebat. Primum quod pium Metellum amicum haberet, deinde, quod Athenas non euerit, sed urbi totius Graeciae celeberrimæ pepercisset. Nec dubium est quin multi tum iratum ^{Malum consilium} huc instigarint, quorum uocibus si sese credidisset, non minus illi displicuissent Syllæ, subuersis Athenis, quam post ipse sibi placuit, seruatis. Cœunximus in disserto proditorem, adulatorem, & malum consultorem, quod haec inter se cognata sint uitia. Vulgo proditor dicitur, qui populi ius defendens obstat cupiditatibus monarchæ. At qui principi prodit tyrannidi, quum bis sit proditor, tam uir bonus habetur ac fidelis. Si principes odissent uere proditores, in nullos magis saeuire deberent quam in adulatores, & infidos consiliarios. Quum Pompeius magnus Cæsaris potentia fugiēs peteret Aegyptum, iamque non procul abesse à Pelusio, agitatum est inter regis adhuc pueri consiliarios utrum recipiendus esset Pompeius an excludendus. Variantibus sententijs, inopia meliorum uocatus est in consilium Theodotus quidam Chius. Is regis puero datus erat præceptor in arte Rhetorica. Itaque rogatus sententiā, censuit Pompeium nec recipiendum in regnum, nec repellendum, sed receptionem occidendum, addens malo consilio, dictum illiberale, mortuos non mordere. Persuasit. Itaque uir tantus, ex tot periculis incoluis, unius Graeculi lingua petiit. Verum consultoribus illis suum consilium, iuxta uetus prouerbium, pessime cessit. Cesar enim ingressus Aegyptum, autores necis Pompei pessime perdidit. Theodotus aliquamdiu pro fugiis, ubi tandem in Brutis manus incidisset, mali consilij penas dedit. Consilium enim non est attemperandum ad præsentes principum cupiditates, sed illorum cupiditates ad ea quæ per se sunt honesta deflectendæ sunt. Quæ turpiter suadentur, tantisper suunda sunt dum manet affectus, at rerum exitus facit, ut diu doleamus quod ad breue tempus delectauit, & execremur eos, qui nobis mali negotijs suisplendi fuerunt autores. Nam principes homines sunt, eosque uarijs distentos negotijs, non nunquam & rerum imperiis multa talkunt. Hic bonus ac fidelis consultor, plane homo homini, quod aiunt, deus est. M. Antonius quoniam obtineret Asiam, quoniam obsequens animo suo & assentatorum uocibus immensam pecunia uim prodigebat, multos præter ius suis fortunis spoliabat, & prouinciam non ferendis exactiōibus onerabat. Itaque quum imperaret Asiaticis altera uectigalia, nec dubium est, quin ea res subuersura fuisset Antonium, dexter aderat Hybreas, qui fideli consilio simul & Asiaticis & Antonio prospexit. Exige, inquit, bis eodem anno uectigal Antonij, si potes efficere, ut eodem anno bia statem, ac geminum auctumnum habeamus. Mox ubi docuisset Antonium Asiaticos ipsi pendisse ducenta milia talentorum, adiecit: Si haec tam ^{magis} pecunia ad te delata non est, fac eam ab illis reponcas, qui à nobis exegere. Rursum si tanta uis aurum ad te delata est & consumpta, nulla spes reliqua est. Haec oratio libera quidem sed ueritate efficax, flexit animum Antonij, ut a secundis uectigalibus exigendis desisteret. Pessime cessit, ut dictum est, Roboam filio Sold monis iuuenile consilium. Et apud Hometum Agamemnon nihil aliud operat ad rem fieri gerendam quam decem Nestores. Naaman Syro saluti fuit seruorum consilium: 4. Reg. 3.

Nam abibat indignans, lepræ malum impio murmure conduplicatus. Reuocatur à servis domino sapientioribus & sanatur. Sed ad calumniam redeamus, quæ potissimum impecnit innocentes. Sic sublatus est Socrates ac Phocion, sic Ostracismo exilius est Aristides, sic periclitatus est Epaminondas ac Scipio. Quid hos cōmemoror? Sic sublatus est omnis innocētia fons Iesus Christus. Tot mucronibus confossus est, pharisaorū falsorumque testium, deniq; totius populi: Tolle, crucifige eum. Quid criminum in eum non intendit? In lumen! Sicarij uocatur qui ferro perimunt hominem, qui idem faciunt linguae gladio. Sicarij non uocantur, sed tamen sunt omnibus sicarijs sceleratores. Venite, inquit, percussiam eum lingua. Quid aufert percussor, nisi corporis uitam? crudelius est bonā famam enipere quam uitam. Et hoc moliebatur quidem Iudeus calumniator, ut gloriosum Iesu nomen in totum aboleretur. Cæterum impios calumnias conatus deus uertit in diuersum. Reuixit dominus, pro mortali corpore recepto immortalis, datū est illi nomen, quo superat omne nomen, siue in coelis, siue in terris. Felicem euētum debemus omnipotenti bonitati dei, nec ideo tamē excusator est calumniatrixis linguae malicia, si quum nihil intentatum

inteneatum reliquerit, non assequitur quod uult. Per Christum omnibus feliciter cedet. columnia malorum, qui pro Christo calumniam patiuntur. Stephano blasphemie crimen intentatum est, & damnatus perire: immo seruatus est. Nunc quid illius nomine, uel glorioius, uel gratioius: Paulus dictus est subuersor legis, ac dux sicariorum, et uicit calumniam ad tempus. Nunc quid illius memoria sacro sanctius: Priscis illis Christum proficiebus, obiectebatur & magia & infanticidiu, quid profecit calumnia? Sibi peperit infamia, Christiano nemini gloriam. Diuum Chrysostomum in exilium egit calumnia, & illud conata ut nomen illius eraderetur ex episcoporum catalogo. Quid nunc illo celebrius? Quid non molire sunt in sanctissimum virum Hieronymum linguae calumniatrices? Testantur hoc illius Praestiones & Apologiz. At cuius nunc magis floret memoria? Et si fas est hic miscere proba norum exempla: habuit Homerus suum Zoilum, Vergilius Peronem, Horatius Meculam, Ouidius Ibim, quorum nunc ne nomina quidem extarent, nisi beneficio eorum quibus obtrectarunt, transiissent ad posteros. Quemadmodum apud Ephesios nomen sibi prauit Erostratus incenso Diana templo, ita apud Athenienses hyperbolica maledicentia nobilitatus est Hyperbolus. Is tantum in hoc uacabat, ut singulorum uitia peruestigaret euulgarerit, multa sciammatu materiam suppeditans ueteris comediae scriptoribus. Idem clam molitus est Ostracismu Alcibiadi. Id erat damnationis genus, quo traditis in comitijs testulis ejiebantur in exiliis viri primates, qui potentia, opibus & autoritate plebis inuidia in se concitarant. Sensit Hyperbolus conatus Alcibiades, et cum diuersae factionis principe Nicia in gratia rediit. Ita factum est ut Ostracismus in autorem reciderit. Cuius rei tam postea poenitentia coepit populum Atheniensem. Nam ex eo tempore sublata est Ostracismi autoritas, quod eo vir obsecrus & improbus, nec alia re potens quam maledicendo, damnatus esset, qui graue suppliciu commeruerat, quum haec tenus Ostracismus expellendis ciuitate viris egregijs inuidiae multitudinis solarium adferre consuessedet. Huic simillimum est quod ipsi uidimus, sed a nominibus temperabitur. Erat mihi Romae domestica consueta cum quodam, qui malis artibus festinabat ad dignitates & opes, nemini non inuidens praecedenti. Resignabat omnium literas, etiam a regibus missas, ut ex his strueret technas suas. In primis autem hoc agebat, ut duos archiepiscopos primos apud suos autoritatis inter ipsos committeret, quod sciret alioqui non admodum inter illos conuenire. Subdoloratus est hominis technas alter. Nam is Romae tum agebat post in cardinalium coetum allelius. Sic igitur ultus est Hyperbolus. In illius odium reconciliatus est alteri archiepiscopo, & ostendit uiam qua possent hominem ulcerisci, si uellet esse fautor artificij. Decomposito missum est diploma nomine principis, quo deferebatur ei dignitas episcopi in Hibernia. Nouerant enim hominem hoc misere sitire, eaque gratia mouere tot machinas. Ille causus cupiditate, nec sentiens diploma fucum esse, petit a lullo confirmationem. Impetravit, numerata pecunia, nullo pontificis periculo. Mox attonsa coma, rarus usque ad aures uertex, sumpta uestis linea. Quid multis? Totus episcopus prodit in publicum. Dissimulabat huius technae fabricatores. Vbi iam Romae nulli esset obscurum quin se pro episcopo geret, eaque de re iam ad amicos omnes perscripsisset, & ab illis gratulatorias receperisset epistles, subornatus est qui in frequenti conuilio proderet technam. Ab hoc rogatus est, cuius loci esset episcopus. Edidit loci titulum. Rogatus est an certum haberet uacare sedem. Affirmauit. Rogatus est, unde sciret esse mortuum cui uellet succedere. Multa fortiter meritus est hac de re. Tandem ubi res coepit ad iurgium tendere, paucis aperuit mysterium subornatus ille. Episcopus, inquit, ille cuius locum tibi uindicas, uiuit & ualet. Inquire rem, sic esse compieres. Moxque rumor per totam urbem loquacissimam sparsus est. Quid faceret Hyperbolus episcopus non episcopus? Totos dies domi se continuit. Pudebat enim gestare uelut quam ante tempus induerat, rursum pudebat recepto pristino cultu confiteri se fuisse delusum, noctu tantum prodibat. Interim paucis diebus dolore contabuit. Apud ethnicos non aliud nomine fuit execrabilis quam delatorum, sectorum, quadruplatorum. Notarius est M. Tullius oratorum princeps, quod iocos affectarit immodice: unde & audiuit a Catone, dñi boni quam ridiculū habemus cōsulem: sed eiusdem candor laudatur, quod quum rex esset fori, tamen admirabilem illam eloquentiam omnem consumperit in patrocinio reorum. Nemine enim reum peregit, prater unum Verrē, cuius accusatio non tam accusatio fuit, que provinciarum quas ille oppresserat defensio. Catonis eximias laudes uenient obsecravit.

obscurauit, quod tortes in ius vocavit & vocatus est. Paulus Aemilius in repudiatam uxorem nihil criminis effutuuit, tantum ostendo calceo pulchro nouo que dixit se solum sentire qua parte pedem urgeret. Continentiam quam praestitit Aemilius in colloquio amicorum, C. Caesar praestitit etiam in iudicij, citatus testis, ut aliquid diceret in uxorem, cum qua fecerat diuortium, negauit se quicquam scire. Adeo uisa est illis uiris res ingenerosa & humilis calumnia, ut ne uera quidem criminis uellent in eas aedere, quas a conuisciu suo semouerant. Quin & gentium leges, calumniatorē ad talionis poenam uocat, non solum lex Mosaica. Sceleratior est qui crimen falsum intendit proximo, quam mendax te stis:nam & hunc ille subornat, & tamen in Deuteronomio deus testem calumniæ conuicuum iuber eodem affici supplicio, quo afficiendus erat is qui delatus erat si conuinci potuisset. Non misereberis, inquit, eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Vnde hoc Satanæ malum irrepit in uitam mortalium. Minus autem mirandum, si apud gentes repertus est calumniator, quæ pro deo colebant dæmonia. Neq; perinde mirandum de populo Iudeorū, quos semper torsit inuidia calumniæ parens. Illud mirandum unde sic inundarit in uitam Christianorum, ut uitium omnium teterrimum ob assuetudinem penè uitium uideri desierit. Excusari fortassis quispiā principiū aula, quæ peculiari quadam natura sua pestes huiusmodi non secus ad se se attrahit, & cæcias, ut alunt, nubes. Sed an nō omni lachrymarū genere deplorandū, quod hæc diabolica lues sic grassatur inter eruditos, sic grassatur inter sacerdotes, sic regnat inter monachos? Quod nam in orbe ferarum genus reperias, quod simili uiesania se se mutuo mordet, lacerat, discerpit? Quis nunc tutus esse potest à sycophanta rum linguis? Non parcitur benemeritis, non parcitur senectuti, cui parcunt & hostes in bello, non parcitur dignitatī principiū, non parcitur Episcopis, non summis pontificibus. Et quasi parum noxiæ habeat diabolica lingua, addūtur infamatrix picturæ, sparguntur famosi libelli, & hic tam sceleratus quæstus, alit multos typographos. Qui sustulit rusticum calceum piclum, membratim dissecatur ut seditionis autor. Nunc quid non loquuntur picturæ quæ passim euulgantur? Olim periclitabatur qui nomine suo prodito libellū famosum euulgasset, nunc passim ludunt libellis anonymis, aut fictis titulos præferentibus, quibus sic ab se depellunt periculum, ut innoxios aspergant infamia. Deprehensi quid adferunt? Vnde cunq; uenor quæstum, inquiunt. Est mihi alenda familia. Si mis alere, desinam facere quod facio. At quis audiat furem aut latronem sic agentem cauam suam? Sed furari tutum non est, minus oportebat esse tutū quod furto sceleratus est, nisi forte uilior est homini fama quam pecunia. Quod si tuti potius quam honesti habetur ratio, profituant uxorem, discantq; ad calicem uigilanti stertere naso. Id certe per leges tutum est. Nunc in re tam atroci dormiunt leges, & impune licet cuiuis in cuiusvis debacchari uitam ac famam. Nunc vulgaris est calumnia, proximum appellare hereticum, heresiarchā, scismaticum & falsariū. Et hoc imprimis faciunt qui iactat se mortuos mundo, qui profiteri se esse de numero illorū quibus Christus præcepit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persecutibus & caluniantibus uos, ut sitis filii patris vestri qui in cœlis est. Ab hac forma, bone deus, quantum absunt, qui calumniantur immerentes, immo qui nocētibus linguis impetrūt benemerentes? Quando pro conuictis benedicta referet, qui pro salubri admonitione crimen heretico impingūt? Huiusmodi telis ueneno tartaro tintis armati sunt isti pauperes spiritu, qui nec perā nec baculum circūferunt. Non habent ballistas, sed iuxta Hieremiā: Sagitta vulneras lingua eorum, & extendunt linguā suam quasi arcū mendacij. Non circūferunt uenenū in pyxide, quamquam & hoc faciunt nonnulli, sed iuxta Psalmographum: Os circumferunt plenum amatitudine, maledictione & dolo, linguam circumferunt sub qua later labor & dolor. Sedent in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiant innocentē. Quibus technis hoc hominum genus se insinuat principum aulis? Quæ uenena quidam insillant in illorum autes? Et malitiam plusquam diabolicam religionis fuso prærexunt, quumq; discrument zelo liuoris & odij, dicunt: Zelus domus dei comedit me. Nimirum hoc est quod sequitur in psalmo: Sedent in insidijs cum diuitibus in occultis, ut interficiant innocentem. Oculi eorum in pauperem respiciunt, insidianter in abscondito, quasi leo in spelunca sua. Insidianter ut rapiant, rapere pauperem dum attrahunt eum:

In laqueo

Deuter. 32

Famosi libelli

Calumniae modi
nachorum

In laqueo suo humiliabunt eum. O p̄scatores hominum. Apostoli p̄scabantur malos ad salutem: Isti bonos p̄scantur in exitium, linguis calumniatrixē habēt pro rete, quā quo uolunt attrahunt, & attractos quocunq; genetē sycophantiarum opprimunt: ipsi se iudicēt faciunt actores ac testes. Quod si manifestior sit calumnia, quā ut dissimulari possit, allegant odium criminis, & prærogatiuam religionis. Itm̄ quo criten est atrocius, hoc grauius est puniēdus, qui per calumniam intendit. Et æquū est scilicet ut innoxius extrema patiatur, ne quis peius sentiat de cucullo Francisci aut Domini. Quin ipsi curant hoc, ne quis de eis male sentiat, aut loquatur? Tales esse studeant, quales haberi uolunt. Compendiaria uia est, ut quā plurimi fiant apud omnes. At designate quicquid libet, & cogere mortales, ut quod uident non uideant, quod sciunt, nesciant, quod execratione dignū est, laudent, an nō plusquam tyrannicum est? Et hi sibi digni uidentur, quos mundus alat, ac ueneretur ociosos, atq; utintam ociosos. His sunt qui uendunt sua beneficia, & quorum puris precibus restinguitur incendium iræ diuinæ. Quæsō ne quis rapiat in contumeliam bonorum, quod in malos iure dicitur ut uel uidentur, uel corriganter. Quanquam uideremus nunc ubiq; tantam malorum inundationem, ut propemodum liceat illud ē psalmo usurpare: Omnes declinauerunt simul intutes facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labijs eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, ueloci pedes eorum ad effundēdum sanguinem. Si Turca depellēdus est a ceteris populi Christiani, nec milites habent nec pecuniam, tum allegant quietē religiosis, & monachos oportere quā longissime abesse ab effusione sanguinis: at calūnia iugare fratrem, linguae spicula confodere proximum nulla religio est, quod & ipsum attigit psalmus: Illuc trepidauerunt timore ubi non erat timor. Si calceus sit integer Francisca nō, piaculū admissum est: si lingua sit homicida, religio est. Quadruplatores execramur, qui furti crimen intendunt, aut damni dati litē mouent, quo lucrī nonnihil sibi conciliant: & non execramur istos, qui falso intendunt crimen heresios, ut uniuersas hominīs facultates diripiāt, simulq; uitam auferant cum bona fama: Non gestant tela militaria, tamē si non desunt qui sicas occulūt sub sacrī pallijs, sed os istis pro armamentario est, quemad modum dicit Salomon: Iaculum & gladius & sagitta acuta, horro qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Quantumvis imponant hominībus fuso sanctimonias, tamen diuinam uindictam non effugient, etiam si ad sinum Domini aut Francisci configiant. Hominem, inquit Salomon, qui calumniatur animæ sanguinem, si usq; ad lacum fugerit, nemo sustinet. Quosdam à fœnitia legiſ tuentes aræ, sepulchra, templū, aut statuæ principū, calumniatori nullum est suffugium ab ira diuina. Veteres dicebant eos qui occidissent hominē, agitari diris ultricibus, nec istis deerunt suæ furie. Habebunt obuias ultrices deas citius q̄ credant. Deplorat & hoc malū humanæ uitæ sapiens Ecclesiastes: Vidi, inquit, uniuersas calumnias quæ fiunt sub sole, & ecce lachrymæ eorum qui calumnias sustinent, nec est qui consoletur eos, & in manibus calumniantiū eos fortudo, & non est eis consolator. Et laudauit mortuos super uiuentes, & melior super utrosq; qui nondū natus est, qui nondū uidit opus malum quod factum est sub sole. Est ne igitur aliquid malū morte formidabilius? At sapiēs pronūciat tale malū esse lingua calumniatoris. Vbi sunt igitur, qui parricidiū execrantur, & calumniam pro ludo ducunt? Quod affirmauit Ecclesiastes, confirmat Ecclesiasticus: A tribus, inquit, timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit. Delaturā ciuitatis & collectionē populi & calumniam mendacem, super mortē omnia grauia. Minitatur apud Osē dominus morti, quæ inter fratres diuidat. Ero, inquit, mors tua, ô mors, & mors tuus inferne. Nihil amore fraternali coniugij: hec omnia uincula disrūpit amara mors, & tamen hæc nos transmittit in uitæ feliciorē, calumnia nocētior est, quæ cū crudeliora designet, q̄ mors, tamē nullo commodo sua dāmna p̄fet. Mortē hoc moderatius ferimus: quod omniū sit ex æquo cois, quod necessitatis nō uoluntatis, quod q̄uis acerba sit naturē, neminē tamē reddit impiū. Nihil aut̄ est malorū quod nō semel inuehat calūnia. Longū est oia persequi. Circūferat quisq; suos oculos, per domos priuatas, per collegia, per monasteria, per aulas principū, per ciuitates, per regna, & cōpendio dīscet, quantā ubiq; pestem ingerat lingua calumniatrix.

Si calum-

Sic calumniæ copulem adulatio[n]ē, fortasse uidebor tale iugum inducere, quale sit, si quis draconem iungat simiæ. Et tamen res tam diuersæ inter se cohærent. Quemadmodum enim reges dum uolunt unum lædere, multis adulentur necesse est, dumq[ue] student unus in seruitutem redigere, prius ipsi multis etiā abieciissimis seruant oportet: ita calumniator quā huic struit falsam calumniā, cogitur multis palpari falsis laudibus. Sicut equus ut op[er]a primeret cerū, sessorem in tergum, & frenum in os recepit. Nam in obrectationis uicio, quām impudenter nobis ignoscimus, imo quām nobis blandit[ur], & festiu[n]i nobis uidentur, dum arrodismus famam proximi. Deus qui prohibuit furtum in Leuitico, eodem in loco prohibuit calumniam & obrectationē: Non mentiemini, inquit, nec decipiet unus quisq[ue] proximum suum, non eris criminator nec susurro in populis, non stabis cōtra san[ct]u[m] proximi tuū. Quām enim detestabile malum sit detractio docet Solomon: Cogitatio, inquit, stultu[n] peccati est, & abominatio hominū detractor. Qui male cogitat de proximo, lingua[m] interim cohibens, non est quidem immunis à peccato, sed apud deū dūnataxat nocens est. Verum qui passim uibrat uirulentam linguam in proximum absentem, ¹⁹ ²⁴ Is etiam apud probos homines abominabilis est & execrabilis. Metuit enim sibi quisq[ue] à ueneno scorpij, & odit hominem tali morbo obnoxium, etiam si uera prædicet. Nā quādquidem morbo id facit, non iudicio, & falsa prædicaturus sit, si ueniat in mentē. Quotusquisq[ue] est hominū, in quē non aliquid uere dici possit: Quod si quis sit alienus ab omni uicio, tamen falsam etiā infamiam metuunt probi. Atq[ue] ab insultu cōuiciatricis lingua[m] cauere licet, à susurronis lingua qui caueris tib[us]. Clāculum & ex insidijs impetit hominem corām blādus & amicus, & si quid expostules, abiurat se dixisse, quod apud multos non tacuit: Sed pestilentiores sunt, qui fucū addunt morbo, præfati laudem ac benevolentiam figurato morbu lædunt. Est uir bonus & mihi paternus amicus, eoq[ue] gratulor illi quod felicititer illud iudicij effugerit: uir est apprime doctus, sed utinā haberet tantū fidēi, quātum habet ingenij. Amicus ille, sed magis amica ueritas. Hic niger succus loliginis, hæc est eru go mera. Sunt enim qui lingua[m] incontinentia, aut alioqui per occasionē sermonū prouocati effutiunt quæ labem aspergunt proximo, quæ tamen non ad sit peruersus animus: His uere sicarij sunt, tegentes telū quo perimunt, hi uerescorpij sunt, prius amplectentes, q[ui] infigant aculeum, hi ueneficis omnibus sceleratores, qui letale uenenū melle prælinunt. Et has artes callent, quibus rhetorica[m] discere religio est. Imo qui damnant disciplinas omnes liberales, nec patiuntur quicquam disci præter nouum ac uetus testamētum, ab hac arte non abhorrent. Obrectator quoniam odio duci uidetur, ferè caret fide. Itaq[ue] reperta est illis ars, qua dissimulent odium, ac fidem sibi arrogant, quo certius lædant. Vitiū hoc maxime solet uideri familiare fœminis, nunc etiam ad uiros demigravit, irrepit in aulas principū, in scholas eruditōrum, in collegia sacerdotum, in sodalitates monachorum. Nec opinor ullum fuisse seculum, quo latius regnarit hæc lues, q[ui] hodie regnat per uniuerſam ditionem Christianam. Dicitur diuus Augustinus hoc distichon affixisse mensa suæ:

Quisquis amat dictis absentum rodere uitam,

Hanc mensam uetitam nouerit esse sibi.

Atqui hæc lex solet antehac etiā in publicis adscribi diuersorū, & obstrepebatur à reliquo conuiuī, si quis orsus fuisset sermonē obrectatoriū. Idem si contigisset in conuiuī principū, ius erat olim caduceatori, quem nunc Galli heraldum uocant, panem impositum inuertere, aut scisso mensa línteo declarare sermonem esse parum dignū mensa principis. Nunc quid aliud auditur in omnibus cōuiuīs, nisi ille plus quām hæreticus est, ille colludit cum Luthero, ille nihil scit rei Theologicē: Ille quū habeatur pro bono uiro, tale flagitium olim designauit, ille pudendis parentibus natus est, ille suū genus de honestauit, ille decoxit. Huiusmodi delitij nunc laici, sacerdotes, ac monachi condunt sua conuiuia. Quām uero parum cōgruunt huius fabulae partes. Inuocatione numinis cōsecratur mensa. A sacra lectione fit auspiciū cōuiuī. Mox ad obrectatrices fabulas. Rursus gratiarum actio. Deinde redditur ad intermissas obrectationes. Talibus fabulis transmittunt temporis, è quoru[m] ore dominus uetus ullum uerbum otiosum excidere. Vehementer indecorum sit in mensa uomere. At quis indecentius mensam cōuomit, quām qui bilem, qui odium, qui pestilens animi pus effundit in conuiuio: Nec ulli peccant hic impudentius, q[ui] hi quos potissimum oportebat sermone salutifero condire stultiā aliorum. Qui Theologi dicuntur

dicuntur, & hoc cognomine gloriantur, quod de rebus diuinis loquātur, qua fronte nunc
 facti sunt maledicentiae magistri: Non incesso ordinem, sed admiror in tali ordine reperi
 ri qui suo ordini tam non respondeat. Qui se prædicatores appellat, pro sacris literis præ
 dicant aliena mala, imò falsa crimina. Qui dicuntur obseruantes, quur hic non obseruant
 linguam, quæ si sit infrenis, uana est omnis illorum religio: Horum sodalitates in hoc ua
 lent, ut unius linguae pus quam ocyssime serpat ad omnes. Quod unus aliquis Franciscan
 us dixerit inter pocula, per ueredarios, quos illi nusquam non habent, spargitur intra men
 sem per uniuersum ordinem. Nec cōuiujs solum ac mensæ reverentia abutuntur ad hoc
 malum, uerum etiam in prælectionibus sacris, in concionibus Euangelicis, in secretis con
 fessionibus obtrectant proximo. Et ibi dicit populus artem diabolicam, ubi cōueniebat
 discere disciplinā Euangelicam. Adolescentes à parentibus mittuntur ad scholas publis
 cas, ut ibi discant artes liberales, atq; illic discunt à præceptoribus artem omnium illibera
 liissimam, uidelicet obtrectandi proximo. Et ars est quæ facillime discitur, difficillime dedi
 scitur. Quin & hymnos quibus deū laudant, inficiunt hoc tartareo ueneno. Oremus deū,
 inquiūt, ut tales ac tales liberet ab hæresi Lutherana. Quin & ipsas sacras literas torquēt
 ad maledicentiam, deprauant Euangeliū, deprauant Mariæ canticum ad uirulentam ac
 mendacem obtrectationem. Et hæc est religio quorundam, qui negat ecclesiam posse con
 sistere, nisi ipsorum pietate fulciretur. Hi sunt illi coelibes, qui diuinam ultionem iam vibran
 tem ultorem gladium orbi, uertunt in misericordiam. Atq; interim sibi mire blandiuntur,
 quod dignis maledicunt, inquiunt, benedictio est nō maledictio. Sed illi dignitatem hanc
 aestimant ex leuissimis nugis. Est quispiam qui parum reuerenter loquitur est de hoc aut
 illo Franciscano, quū quotidie tot flagitia uulgaris etiam deprehendat, nescio quanto ipso
 rum pudore, certe magno dolore nostro: protinus existimat causam esse iustissimā, quur
 ille sexies mille Franciscanorū linguis per uniuersum orbem infametur. De me decreue
 ram nihil meminisse, atamen unum quiddam referam, mihi compertissimum, sed eius gene
 ris, ut ridendum sit magis quam execrandum. Franciscanus quidam legerat paraphrasim
meam in Ioannem Euangelistam: Probabat omnia. Venit est ad appendicem, quam ad
ieceram non ob aliud, nisi ne uacaret charta. Et hæc placebat, donec uentum est ad imum
 calcem, in quo taxo quosdam, imò moneo cunctos, ut si uelint cum bona fiducia exire ex
 haec uita, ne figant ancoram spei suæ in quibus non oportet. Huiusmodi dum differo, hæc
 uerba subiçio: Quod genus, ubi moriturus se tutū credit, si sepeliatur amicus ueste Fran
 ciscani, aut Dominicani. Ibi repente meus applausor uersus in obtrectatorem, damnauit
 omnia, etiā quæ prius approbauerat. Nec hoc contentus, insigauit sodales suos, ut sena
 tus consulto edicerent, ne quis Fräciscanus legeret libros Eraſmi. Si dixissem in ueste Do
 minicani, & omissem Fräciscani, fuisset illi Christianus. Nunc unica uocula faciūsum
 illi hæreticus. At qui quod illuc obiter moneo, deberent ipsi in publicis concionibus doce
 re populum, si modo cuperent esse quod habeti student. Nec enim id assequuntur male
 dicendo, sed integrè sancte uiendo cōsequuntur, ut sint bonus odor deo in omni loco.
 Expedit, inquiūt, ut populus bene sentiat de nostro ordine. Sed magis expedit ut uulgaris
 bene sentiat de sacerdotiū ordine, quem sine controversia Christus instituit. At rursus ex
 pedit ut sacerdotes qui uiuunt impiè, qui ue docent non pia, uel corriganter admoniti,
 uel retegantur, ne seducant incautos. Et tamen in hunc ordinem isti solent seditionis licen
 tia uelut è plaustro, quod aiunt, debacchari, nec abbatibus nec episcopis parcentes, ac ne
 Romano quidem pontifici, quoties ipsis uisum est cōmodum. Qui boni sunt non offenduntur,
 si quid dicatur in malos. Qui mali sunt, sed sanabiles, admonitos se se iudicabunt
 non attaclos, quum nullius nomen ædatur. Qui sunt insanabiles, horum maliciam opor
 ter detegi, ne simplicibus imponant falsa specie sanctimoniaz. Quur ipsi declamant è sug
 gestis in omne genus mortaliū: Ni mirum dicent ut corrigatur uitia, Itane suorū uitia cor
 rigi nolūt, quia nolunt argui: Monarchæ ferunt æquis animis admonetis libris ædiūs, atq;
 adeo reprehendi libere, modo adsit seditionis petulantia: Et Franciscanus qui mansuetudini
 nem Euangelicā profitef, uerbulo tacitus extrema molit: & pro leui cō uitio, si tamen hoc
 conuictū est, regerit crimen hæreſeos. Si q̄s detrahatur maiestati cucullaz, tot linguaſū spicu
 lis confodiēt. An hoc expedit populo, ut credat nemine dānari, q̄ sepeliaſ in ueste Fräciscana:
 Sed expedit ipsis q̄ uiuūt, imò lasciuūt ex publico. Verū interim ubi charitas illa quā
 profitens

proficitur apostolica, quæ non quærit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi? Non deficit eos liberalitas populi si bene uixerint. Et si defecerit, habent suffugium, quod Paulus apostolus non solum indicauit uerbis, sed factis expressit. Ille uir tantus non ueritus est consue te coria nocturnis operis; & in tot milibus, quorum bona pars in oclo uiuit, nullus est qui dignetur opera manuaria uitum quærere si urgeat necessitas? Quis autem coegit illos abi ncerere sua, ut uiuerent de alienis? An pluris faciunt hominum constitutiunculas quam Pauli doctrinam? Iam illud uide quam non sit æquum: si cuiquam istorum benefacias, non habetur nisi ab uno gratia: si quem unum laeseris, uniuersus ordo concitat. Nec minus in quum & illud, quod pro leui ioco dicto in cucullam, regerunt criminis plusquam capita lia. Etiam atque etiam rogo, ne quis haec in contumeliam honorum dicta putet. Amamus pietatem, sub quoque pallio, sub quoque titulo. Nec ista dicuntur propriæ in istos, sed in uniuersos, quibus opus est hac medicina. Denique & mihi ipsi haec dico, ipse mihi monitor sum, ut uobis cum dediscam obtrectationem, sicuti sum obnoxius: quis autem non est alicubi obnoxius? Si non sum obnoxius, ut caueam ne quando incidam in eam foueam. Figurata ob
cationem. Congessit in me falsa crimina, ego si uera, sed malo meminisse quid me deceat. treccatio Illum quidam magnificiunt. At si scirent quæ scio, nihil addam. Et absit ut non uerear ea loqui, quæ ipse non ueritus est facere. Homines cætera prorsus æmuli, hic tenent schema ta rhetorum. Illud ridiculum, quod quum nusquam non effutiant animi pus, tamen apud singulos deierant se nulli præterea dixisse, aut dicturos esse, & a singulis stipulantur silentij sacramentum, quum ipsi ne confessionis quidem, quam ut sacramenti partem tuetur, fidem habeant in religione. Secreti sigillum uocant quod rumor est, & secreti fides non a liò proficit, quam ad impunitatem, & fidem sycophantiæ. Si mordeat, inquit Ecclesiastes, ¹⁰ coluber in silentio, nihilominus eo habet qui occulte detrahit. Nonnunquam & bonis ui ris in rem pessimam abutuntur, præsertim si quos nouerint linguae futilioris. Apud hos clam deplorant uitam huius aut illius, ut non obtrectare sed mederi uelle videantur: Ille non intelligens fucum sycophantæ, quod simpliciter accipit, persuadet alijs, & illi rursus alijs: ita traducitur innocuus artificio sceleratæ linguae, atque obiter inficiuntur audiætum aures, lue ab alijs ad alios proserpente. Si flagitium est in proximum, quum opus non est euomere probra uera, quanto turpius est incerta pro compertis affirmare? Sed longe tur pissimum est malitiose confingere crimina, quibus iugules proximum, quia gladio non licet. Charitas benigne interpretatur & mala, susurro etiam beneficia dictaque depravat. Et hoc sceleratior est susurro, quam calumniator, quod ex palam intentato criminè, monetur is qui calumnia petitur ut se corrigat, si sibi male conscius est, & monetur quidem ab inimico inimice, sed beneficium quum est opus undeliber accipere gratum est: ab inimico sane melius accipitur hoc nomine, quod qui accipit liber est ab onere referendæ gratiæ. Cæterum obtrectator clancularius hoc pro uiribus agit, ut probrum alterius sciant omnes, solus ipse nesciat quem unum referebat scire. Inter homicidas minus execrabilis est, qui palam ferro adoritur hominem, propterea quod id faciat suo quoque periculo: ita minus est detestabilis calumniator, quod alium impetit non sine periculo reddituræ ad ipsum talionis. Cum obtrectatore si uelis agere, quando deprehendas autorem sycophantiæ, quæ per centesimum uix ad te peruenit: & qui primus dixit, dixit uni, dixit stipulus silentij fideli, dixit præmisso uerbo benedicite! Licebit omnibus inficiari. Quod si totum crimen inficiari non licet, negat se sic dixisse, quemadmodum delatum est, & singunt nouam orationis formam. Hic mendacio patrocinatur uulgo notum humanæ memorie lubricum. Quur autem pudeat istos hoc inficiari, quod uni clam, aut in conuiuio paucis dixerunt, quum passim inficiuntur quod in publicis præelectionibus, aut etiam concionibus deprecicarunt? Quod tamen nulli faciunt impunius quam isti, quibus cuculla clypei loco est. Volitant sursum deorsum toto terrarum orbe, quoque se conferunt domi sunt. Habent enim non solum sodales eiusdem cultus, uerum etiam domos habent ac mulier culas oneratas peccatis ac faurices ordinis, quas in hoc lactant & captant. Itaque quoties uisum est istis insigniter e suggesto debacchari in quempiam, subornant scurrâ ad quod quis facinus promptus: locus dicendi datur cucullæ non homini: Nam è delapsa est religio Christiana. Ille deblaterat digna atque indigna, sceleratæ peragè fabulam. Quod sub-

sistit, loco debet & populi modestia. At qui loci religio non subuenit illis, qui in ipso loco facinus admiserunt, ueluti non est homicida tutus in loco sacro, qui illuc occidit hominem. Age cum sycophanta, at ille iam alio demigravit, aut certe demigrasse dicitur. Age cum Priore, responder: non est huius collegij, nec suspicabar illum talia diclrum. Ut iam maxime teneas auctorem calumniae, quod trahes illum in ius: A prophanis iudicibus & episcopis sexcentis diplomatis exemptis sunt, quidam etiam a iure sui ordinis. Quare redus igitur provincialis, aut uicarius, aut generalis, ut ipsi uocant. Horum aliis in aliis reiicit causam, suae quibusque cucullae fauentibus, etiam si facium non possint defendere. O religio, nem prophanam, o columnas ecclesiæ, o terræ saltem. Non haec, inquam, dicuntur in omnes. Nam hoc mihi crebro repetendum est. Sed inter hos boni qui sunt, quorum mussant ad haec facinorat. Quin tales uel ejciunt uel coegerent? Sed plures sunt malii, & inter illos pessimi qui quis rem gerunt. Expendendum igitur, num ob paucos bonos quidem sed oppressos expeditat tot agmina malorum alere, qui bonorum etiam pietate bonaque fama abutuntur ad suam malitiam. Quid singuli potest magis indecorum: Cinericia ueste proficitur Evans, gellcam simplicitatem, & in lingua circumferunt diabolicam uestitutam. Basiliscus omnes uestenis formidinib[us] est. Istorum technas metuunt etiam aulici, metuunt & principes homines innocuos & inermes, nisi quod linguam circumferunt. Ostentant se ueste candida, & in lingua deferunt succum loliginis & sepiæ. Alij pullis uestibus profitentur sese mortuos mundo, quem mortui fraternali charitati, uiuant calumniae & obrectationi. Vendunt sua ieunia, sed interim non ieunant a mendacij ac maledictis. Venter rugit ob inediā, lingua temulenta est. Abstinent ab esu carnium, at interim non uerentur a rodere carnes proximi sui. Continent dentes a morsu pecudum, & dentem viperinum infigunt proximo. Parcunt bubus & ouibus, & non parcunt fratri pro quo mortuus est Christus. Opharis Isaac ac præposteram religionem. Religio est curare ægrotum in sabbato, nec est religio per calumniam moliri nec em inno[n]cēti sabbato. Quorsum mihi iactas uenit in leguminibus & piscibus alitum, si linguam habes carnivoram: Non mordes gallinam, & mordes fratrem: Non uulneras ouem, & uulneras proximum: Non comedis uiscera pecudis, & comedis uiscera fratris: Mordet enim, omnino mordet, uulnerat & comedit fratrem, quisquis obrectat fratrem. Sic enim Paulus scribit Galatis: Quod si inuicem mordeatis & comeditis, uidete ne mutuis mortuis consumamini. Quid prodest carnem fugere, si ipse totus es caro? Ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. At qui detracatio inter opera carnis uel principatus obtinet. Nihil enim magis aduersatur charitati spiritus, quam inuidere fratri, odisse, obrectare, infamare. Quorsum attinet uerbis proficeri Christū, quem te diabolum agas? Abhorres a diaboli nomine, & crucem imprimis fronti, atque hoc ipsum es quod exierat. Ac fortassis hic locum habet quod scripsit sapiens Hebreus: dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. Obedis homini præscribenti ne coenes, & non ostendis deo toties uetanti ne obrecties proximo: Quoties enim præcipit proximi dilectionem, toties prohibet obrectationem. Quid refert in cella angusta claudi, si uirulenta lingua, si libellis sycophanticis per orbem uolites: Iactas psalmos & hymnos quos deo canis, sed eadem lingua canis cantionem diabolo gratissimam, obrectans proximo, sed eadem lingua qua deo uerbotenus benedicis, dei membris maledicis. Observas silentium quod indicat homo, at qui in hoc indicat homo, ut dedisceres obrectationem. In hoc indicat sermonis ieunium, non ut auditus temet ingurgitares ineptis sermonibus, sed ut consuesceres de rebus etiam honestis moderatius ac circumspicilius dicere. Rides ac damnas istorum ieunium, qui per inediā prouocata orexi, bibunt, eduntque intemperatius. At tale tuum est ieunium linguae. Rogarit hic quispiam: Quid igitur: damnas cultum, solitudinem, ieunia & obedientiam monachorum: Ego uero laudo ueluti paedagogem imbecillum donec proficiant ad perfectiora: superstitionem uel hypocrisim fotius istorum damno, qui que sunt in rebus externis religiosi, tam sunt irreligiosi in his, quae uerae sunt pietatis: Eos inquam damno, qui constitutionibus ad instituendam infirmorum infantiam repertis, abutuntur ad prætexium suae malitiae. Pie ieunat, qui per ieunium discit temperare, quem ceteris membris, tum præcipue linguae. Pie obedit præceptis humanis, qui per hoc discit parere legibus diuinis. Utiliter gestat uestem candidam, qui per hanc admonetur præstare candidos mores. Pie canit hymnos deo, qui per hoc assuescit non vibrare linguam maledicam in proximum.

ximum, sed benedicere deo in proximo, & proximo benedicere propter deum. Ut ille se condit in cella, qui per solitudinem discit animi cogitationes ab huius mundi strepitu ad simplicitatem colligere. Recte seruat silentium ab hominibus indictum, qui per hoc discit nunquam laxare linguam, nisi quum aut urget necessitas, aut inuitat magna quædam utilitas proximi. Ut enim nemo recte imperat, nisi prius imperatis parere didicerit: Ita nemo recte loquitur, nisi qui prius didicerit silere. Nam apud oratores fortasse uerum est quod dicunt, dicendo fieri ut bene dicamus: Apud pios contra ex silendo fit, ut bene dicamus. Verum quale cor est, talis est lingua: siquidem ex corde proficiscitur oratio. Proinde qui cor habent instructum pudicitia, modestia, charitate erga deum & proximum, ex hoc uelut ex aromatario uasco exhalat gratissimus ac saluberrimus odor casti benigniæ sermonis. Contra qui cor habent plenum odij, liuoris, arrogantiæ, ac malevolentiarum, quoties aperiunt os, halitum efflant teturum ac pestilentem. Sepulchrum, inquit, patens est guttura eorum, linguis suis dolose agebant, uenenum aspidum sub labijs eorum. Itaque qui ritibus, cultibus & ceremoniis profitentur absolutam pietatem, quum linguam habeant petulante ac maledicā, quid aliud sunt quam sepulchra dealbata, sed aperta? Obturas nares ad exhalationem cloacæ, aut sepulchri, & non obturas aures ad longe pestilentiorem exhalationem obrectatoris: Nemo libenter habet sedem iuxta paludem, aut cloacam publicam; ne ex uicinia contrahat luem corporis, & cum obrectatore libenter habes consuetudinem: Nemo libenter audit cominus loquentes, qui ex corruptis uisceribus animam exhalant grauem, quod medici prædicens corrupti spiritus contagium nocere uiciniis, & tu te tutum putas assidue uersans cum homine maledico? Est obrectandi genus, quum nostram culpam in alios transferimus. Didicerat hoc Adam à diabolo, Mulier quam de disti mihi, seduxit. Et mulier, decepit, inquit, me serpens. Immo sic obrectamus deo, & in opificē optimū malorū nostrorū causas reijcimus. Dederat mulierē, sed ut tu illi dux essem ad pietatem, non ut illi comes essem ad impietatem. Finixerat serpentem, non ut illi plus fideres quam deo, sed ut in omni genere animantium admirareris opificis sapientiam. Pharisæus ille Euagelicus etiam inter preces & gratiarum actionem obrectat publicano cæterisq; mortalibus, & obrectat apud deum: Non sum sicut cæteri homines, raptiores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Imitantur hoc genus & nostri pharisæi, sed sceleratus. Pharisæus enim tantum peccat arrogantia, isti Phormiana malicia: Oremus, inquiunt, pro omnibus qui benefaciunt nobis, ut deus seruet eos ab heresi talis. Et orandum est, ut deus quemadmodum conuertit Paulum, ita conuertat omnes qui amant Græcas literas ad mentem saniorem, ex quibus nascuntur haereses. Atque interim sibi faceti quoque uidentur cucullati scurræ. Nec pudet cum huiusmodi factis frequenter accedere ad mensam dominicam, ac linguis putidis contingere sacrosanctum domini corpus. Sed sibi persuadent eos esse dignos in quos talia dicunt. Hoc illis odium persuadet quod cæcum est, & iudicio caret. Ita sibi blandiuntur & latrones: hic abbas plus satis habet, & ad luxum abutitur quod habet, dignus est qui spoliatur. Ita frequenter monachos quosdam in uehiculariis aut ē suggesto loquentes audire est. Homines sumus. Oritur nonnunquam inter nos murmur & obrectatio: non est hoc uitium tam graue quam quidam existimant. Humanus est lapsus. Haec ita prædicant, quo populo persuadeant nullum aliud inter ipsos uitium inueniri quam vulgarem obrectationem, quod utinam uere prædicarent. Sed qui sic exaggerant aliorum errata, qua fronte suum extenuant malum: Inuentant manricam, si uete religiosi uolunt haberi: Excuset eleuetque Christiana charitas proximi malum, in sua uitia sint censores rigidi. Quam seditione debacchantur in concubinarios sacerdotes, hic tenent omnes amplificandi formas quas docent rhetores, nec uerentur apud populum asseuerare, mulierem quæ dormit cum sacrificio, grauius peccare, quam si coiret cum animali bruto. Non haec à me singuntur. Vox ista audita est in publicis concionibus. Vbi uentum est ad ipsorum flagitia, quæ manifestiora sunt quam ut inficiandi sit locus, tum quod in alijs inexpiabilis erat impietas, fit lapsus humanus, fit imbecillitas humanæ naturæ, fit erratum alijs pluribus beneficiis condonandum, & ob honorem ordinis suppriumendum. Quum fraudatus est creditor, aut mercenarius, quum interuerlum est depositum, aut interceptum testamentum, allegatur fauor religionis, respondeatur deū non esse sua portione fraudandum. Quum datum est uenenum, aut intentata calumnia capitalis,

Translatio
criminis in
alios

allegatur zelus, & hostis ecclesiæ proscriptitur quisquis parum faveret his, qui nurantem ecclesiæ humeris suis fulciunt. Et habent arcana dogmata, quæ nō communicant nisi mystérijs ijsdem initiatis. In his est, ut aiunt, fas piumq; esse ueneno clam dato tollere, qui pestem moliatur ecclesiæ: Certissimam autem pestem ecclesiæ, si quid decidatur ipsorum commodis uel autoritati. At Paulus in gentibus eleuat idolatriam cum tota illa criminum abominabilium lerna, allegans tempora ignorantia, quibus deus ista quodammodo dissimulauit. Petrus impium facinus Iudæorum, quo dominum gloriæ damnatum in crucem eggerat, excusat, imputans ignorantia quod acciderat. Paulus obstinataen Iudæorum maliciam, quoniam excusare non potest, oratione mitigat, appellans excusationem ex parte & ad tempus, quo sustinerentur ab alijs donec resipiscerent. At in sui ordinis homines quomodo tonat ac fulminat? Vbi non destomachatur in pseudapostolos? Appellat illos uentris mancipa, inimicos crucis, canes ac malos operarios. Si Paulus apostolus recte uociferatur in pseudapostolos, ne falleretur illorum technis simplex Christianorum populus, nō oportuit uere monachos in ullos magis saeuire lingua, quam in pseu domonachos, & hic magis erat habenda ratio publicæ synceritatis, quam priuaræ saturitatis. Verum ne longius recedamus à lingua ijs, calumnia & obtrectatione. Laqueo strangulatur, qui furto minuit rem alienā, & obtrectator qui destinata malicia, omni genere calumniarum, manifestis mendacijs debacchatur in famam proximi, nec à libellis famosis & anonymis temperans, quo latius dīmanet uenenum, ut purus accedit ad mensam dominicam, & laudatur zelus dei. Atqui rem chariorem eripit, qui famam eripit, q; qui pecuniā. Olim fur reddebat quadruplum, ut expediret fuisse compilatum. Quid restituet calumniatrix ac maledicta lingua? Aut qua pensatione damnum datum sarcies? Iam si impium est malefactis, hoc est, damnis illatis, aut pulsatione contristare fraternalum animū, qui generosæ sunt mentis magis commouentur maledictis quam malefactis, & citius reconciliantur ijs, qui compilariint scrinium, aut uulnus inflixerint corpori, quam qui famæ labem asperserunt. Nemo fert adulteratam uxorem aut filiam, sed grauius est adulterasse famam. Leges saeuunt in eos qui de derint toxicum, at nocentius uenenum dat obtrectator. Animus est idem dantis uenenum & calumniantis, uterq; molitur existimatum: sed saepius occidit calumniatrix lingua, quam ueneficium. Nam uenenum saepius merito uertitur in remedium. Iam ut occidat uenenum, non occidit nisi cui datū est: lingue uirus ad quam plurimos dīmanat, nec est in manu illi qui dedit cohibere cursum mali longe lateq; uagantis, nihilo magis quam his qui fontem publicum infecerunt. Et qui nihil aliud agunt in uita, quam ut optimo cuicq; suum uirus afflent, blandiūtur tā exitiabili flagitio, nec animaduertunt quantopere detestati sint hunc morbum egregij uiiri, quorum pietas est nobis sacrarum literarum testimonio commēdata. Ne declines, inquit David, cor meum in uerba malicie ad excusandas excusationes in peccatis. Si uere religiosi uideri uolumus, audiamus Solomonem salubriter admonentem: Remoue à te os prauum & labia detrahētia sint procul à te. Nec blandientes nobis ipsis, arbitremur uitam nostram esse acceptram deo, qui deus est pacis & charitatis, si linguam habeamus fraternalē charitatis dīremptricem, odiorum ac malevolentie architectricem. Sex sunt, inquit Solomon, quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius, oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Vides ut obtrectatorem coniunxit cum homicidis, & uelut omnium sceleratissimum extremo loco commemorauit. Sunt uitia quæ deo quidem nos reddunt inuisos, quum benevolentiam concilient apud homines, quod genus est profusio, & in coniuuijs splendor ac luxus. Cæterum obtrectatio etiam malis hominibus iniuria est. Docet hoc Sirach ille, non minor inter sapientes Hebræorum, quam Thales inter Græcorum: Susurro, inquit, coinquinabit animam suam, & in omnibus odio habebitur, & qui permanerit, odiosus erit, tacitus & sensatus honorabitur. Quanquam hic locus apud Græcos aliter legitur Susurro inquinat suam ipsius animam, & in uicinia odio habebitur. Vetus est prouerbium, πημα κερνε γέτωμ. Pessimum autem uicinum habet, qui habet susurronē. Susurro enim, ut idem dicit alibi, & bilinguis maledictus, multos enī turbat pacem habentes. Agesilaus Lacedæmoniorum rex, solitus est dicere, si quando contingat

contingat audire hominem laudantem aut uituperantem quempiam, non minus esse spe
ctando mores eorum qui dicunt, quam de quibus dicitur. Etenim qui laudat improbos
aut inprobe facta, declarat se se aut stultum esse aut improbum. Ediuerso qui uituperat,
bonos aut benefacta, non solum retegit illos de quibus praedicat, uerum etiam suos ip-
sius mores prodit. Obtreclator autem nulli cordato non est inuisus, dum sibi quisque me-
tuuit, sic cogitans, similia de me diceres, si abesse. Antigonus abusus perfidia cuiusdam
ad prodendum hostem, admirantibus amicis, quod potitus ihs quae uoluit, nullam gra-
tiam referret, respondit, sibi proditores esse tantisper charos, dum produnt, ubi prodides-
runt inuisos esse. Octavius item Cæsar simile dicium iecit in Thracem quandam Rhumi-
{ talcem, proditionem sibi placere, proditorem nequaquam. Porro quod Tatius Sabino-
rum dux in Tarpeiam uirginem, quae Tarpeiam arcem prodidit, stipulata præmium,
quod Sabini gestarent in lævo brachio, coniectis armillis & scutis puellam obruit, for-
tasse conuenit priscis illis moribus. Certe probabile non est ullum prudentem ac bonum
uirum ex animo bene uelle proditori. Verum quemadmodum qui felle aut uenenis be-
stiarum ad remedium opus habent, tantisper illis delectantur dum indigent, ubi desierunt
egere, oderunt horrentque: Ita nemo diligit proditorem, nisi dum illius abutitur uitio. Vbi
contigit quod per illum petebat, odit ac detestatur scelerosum, nec audet illi fidere, cuius
perfidiā expertus sit in eos quibus cum primis erat præstanta fides. Sic opinor opti-
mum quenque affectione esse in calumpnatores & obtreclatores, quibus nemo uere fauet,
nisi uel insigniter stultus, uel egregie malus. Inter Solonis leges illa præcipue laudata est
a prudentibus uiris, qua uetus ne quis maledictum iaceret in defunctionis, propterea quod
pium esse iudicaret, eos pro sacrīs ducere, qui demigrassent e uitæ contubernio, & iustum
ab his temperare, qui iam esse desissent, denique humanum ac ciuile, tandem inimicitia-
rum modum statuere, nec pati similitatem in immensum progredi. Quapropter ethnici-
cis etiam execrabile uisum est, mordere mortuos, & cum larvis luctari. At his temporis
bus cui parcit lingua obtreclatrix: non sexui, non ætati, non cognationi, non contuber-
nio, non meritis, non dignitati. Obtreclamus iuuenes senibus, quibus debebatur reue-
rentia, non parcimus uirginibus aut matronis, oblatramus eognatis ac fratribus, male lo-
quimur de benemeritis, obmurmuramus præfeciis, principibus & episcopis nostris. Fer-
endum si ethnicus obtreclat Christiano, ceterum Paulus indigne fert inter Christianos
hanc inueniri pestem. Sic enim scribit Corinthijs: Timeo ne forte cum uenero, non qua-
les uolo inueniam uos, & ego inueniar a uobis qualem non uultis, ne forte contentiones,
æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, inflationes, seditio-
nes sint inter uos. Ne iterum cum uenero, humiliet me deus apud uos. Videtis in quo co-
mitatu incedat detractio, uidetis quam hoc malum non ut uulgare ac leue negligat Pau-
lus. Apostolus ex præcepto domini non uult Christianos idololatria maledicere, sed po-
tius pro maledictis referre beneficia. Sic enim scribit Romanis: Benedicite persequens,
tibus uos, benedicite & nolite maledicere. At quid dices o Paule, si uideres nunc Chri-
stianos à Christianis, contubernalis à contubernalibus, Theologos à Theologis, sacer-
dothes à sacerdotibus, monachos à monachis, denique defunctos à uiuis rabie canina al-
latrari, morderi, dilacerari? Si obsurduimus ad leges Christi, si contemnimus tanti apostoli
monita, saltem audiamus leges Solonis. Cauit defunctis, cauit & absentibus. Si
quis in loco sacro, si quis in iudicio, si quis apud magistratum, aut in conuentu populi ad
publica certamina congregati conuicium dixisset in quempiam, cogebatur ei quem attu-
gisset conuicio tres drachmas, ærario duas pendere. Quis locus, quod tempus nobis
tam sacrum est, ut religio sit in proximum maledicta congerere? Olim nefas erat ab aris
detrahere inocentes. Nunc ex ipsis artis linguae telo proximum impetimus. O mem-
brum anceps, unde tanta scatet pestis uitæ mortalium, unde rursus tanta manat utilitas,
si quis ut oportet, moderetur. Verbum, inquit sapiens noster, malum immutabit cor,
ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, uita & mors, & dominatrix illorum.
est assidue lingua. Ad utrumque pariter principatum habet lingua, siue seruare uelis, siue
perdere. Sed hanc sententiam æmulatus est ex Solomone, qui scribit: Mors & uita in ma-
nibus linguae, qui diligunt eam, comedunt fructus eius. Mundus malorum est mala lingua,
sed ediuerso;

Ἐλάσσος μὲν θυσαρὸς γὰρ αὐθόποιη ἔρις Θ
φειδωλὸς, πλέον δὲ χάρις οὐτι μετρου ἴσση.

Ate est lingua, si careat gubernatore, Copia cotu est si recte utaris. Eris est iurgiorum extitatrix, sed eadem est Gratia benevolentiae conciliatrix. Erinnys est omnium malorum inuenitrix, sed eadem tranquillat omnia. Venenū aspidis est, si adsit malus animus; pantea est, si bona mens illam moderetur: bellorum ac seditionum fons est, sed eadē pacis & concordiae parens est. Subuerit ciuitates & regna, uerum eadem condit & stabilit: postrem mortis est architectrix, sed eadem uitæ largitrix est. Venit uita, inquit Salomon, os isti. Non sine causa Paulo placuit ille comicus uersiculus:

Mores bonos colloquia corrumpunt mala.

Sed idem non improbasset hunc uersiculum, Aegroto animo medicus est oratio.

Vehemens animi morbus est ira. At sermo mollis frangit iram. Lingua Nabal prouocat animum David ad facinus immane, sed Abigail restinxit excitatum incendium. Nec dissimulauit David, quantum debuerit huius mulieris lingua, Benedictus, inquit, dominus deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, & ulciscerer me manu mea. Quid hic uobis referam Græcorum prouerbium: Lingua quo uadis? Sub uersura ciuitatem, & ereclura ciuitatem. Quid est praecarius, quam extructa ciuitate, homines ferarum ritu uiuentes, in legum, moenium, religionis ac fortunarum societatem redigere, & ex hostibus reddere ciues? Hoc quoniam non alia re magis præstatur quam placida lingua, teres fingunt à Mercurio conditas ciuitates: sed eadem lingua demolitur quod extruxit, si se uerterit ad nocendum. Dicat igitur hoc suæ quisq; linguae, quoties rapitur ad loquendum, quoties titillatur ad calumniandum, ad obrectandum, ad obsceniloquiū. Lingua quo uadis? utrum prodesse paras an lardere? Sed quid opus hæc ex gentium monumentis repetere, quū diuus Iacobus tam graphicè tamq; copiose, uiru ancipite lingua depinxerit? Primum igitur ex hoc discamus, quantu adfert utilitatis lingua moderatio. Si quis inquit, uerbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest etiam freno circunducere totum corpus. Si autem equis frenum in ora mittimus, ad consentendum nobis totum corpus illorum circumferimus. Et ecce naues magnæ quum sint, & uenit ualidis agatur, circumferunt modico gubernaculo, quocunq; dirigentis impetus uoluerit. Amoue nauclerum peritum à clavo, pericitantur omnes qui nauis uehuncit: submuere rationem à lingua, pericitatur tota domus aut ciuitas. Exime frenum ex ore equi, pericitatur & equus & sella: permitte linguam suæ libidini, nulli non adfert perniciem. Nunc audi quantā adserat rebus calamitatē mala lingua. Ita & lingua, inquit, pusillum quidem membrū est, sed magna iactat. Ecce quantulus ignis quam magnam syluam incēdit: Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totū corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & uolucrum & serpentum dominantur, & dominatæ sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest. Inquietum malum, plena ueneno mortifero. Ea laudamus deum & patrem, & eadem uituperamus homines, qui ad imaginem & similitudinem dei facti sunt. Ex eodem procedit benedictio & maledictio. Nō oportet fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine profert amaram & dulcem aquam? Nunquid potest fratres mei fucus uvas facere, aut uitis fucus? Sic nec fons dulcem ac saltam potest ædere aquam. Et nos nobis uidemur pulchre religiosi pharisaicis quibusdam fucus, quum ignem gehennæ circumferamus in lingua, quum aliud stantes aliud sedentes loquamur, quum linguam subinde uertamus in plures species, quam ullus se uertat polypus? Vnde autem hæc inconstantia? Quia non habemus cor simplex. Nec mirū est esse bilingues, eos qui non unum habent cor. In corde, inquit, & corde loquuti sunt. At quosdam nunc nō bilingues sed centilingues esse dicas, quos oportet totidem habere corda, quam interim nullum habeant cor. Quisquis baptismum accepit, religionē professus est: audiatur igitur omnis quidem Christianus, sed in primis qui peculiaris cuiusdam religionis professione gloriantur. Si quis, inquit, putat se religiosum esse, non refrenans linguam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Anacharsis quum cœnasset apud Solonem, hoc gestu repertus est dormiens, ut dextram admotam haberet ori, sinistram pudenter uidebat

*Uerba frugum a
Macrino conditas
Cimitatus.*

Iacob. 3 tis repetere, quū diuus Iacobus tam graphicè tamq; copiose, uiru ancipite lingua depinxerit? Primum igitur ex hoc discamus, quantu adfert utilitatis lingua moderatio. Si quis inquit, uerbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest etiam freno circunducere totum corpus. Si autem equis frenum in ora mittimus, ad consentendum nobis totum corpus illorum circumferimus. Et ecce naues magnæ quum sint, & uenit ualidis agatur, circumferunt modico gubernaculo, quocunq; dirigentis impetus uoluerit. Amoue nauclerum peritum à clavo, pericitantur omnes qui nauis uehuncit: submuere rationem à lingua, pericitatur tota domus aut ciuitas. Exime frenum ex ore equi, pericitatur & equus & sella: permitte linguam suæ libidini, nulli non adfert perniciem. Nunc audi quantā adserat rebus calamitatē mala lingua. Ita & lingua, inquit, pusillum quidem membrū est, sed magna iactat. Ecce quantulus ignis quam magnam syluam incēdit: Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totū corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & uolucrum & serpentum dominantur, & dominatæ sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest. Inquietum malum, plena ueneno mortifero. Ea laudamus deum & patrem, & eadem uituperamus homines, qui ad imaginem & similitudinem dei facti sunt. Ex eodem procedit benedictio & maledictio. Nō oportet fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons ex eodem foramine profert amaram & dulcem aquam? Nunquid potest fratres mei fucus uvas facere, aut uitis fucus? Sic nec fons dulcem ac saltam potest ædere aquam. Et nos nobis uidemur pulchre religiosi pharisaicis quibusdam fucus, quum ignem gehennæ circumferamus in lingua, quum aliud stantes aliud sedentes loquamur, quum linguam subinde uertamus in plures species, quam ullus se uertat polypus? Vnde autem hæc inconstantia? Quia non habemus cor simplex. Nec mirū est esse bilingues, eos qui non unum habent cor. In corde, inquit, & corde loquuti sunt. At quosdam nunc nō bilingues sed centilingues esse dicas, quos oportet totidem habere corda, quam interim nullum habeant cor. Quisquis baptismum accepit, religionē professus est: audiatur igitur omnis quidem Christianus, sed in primis qui peculiaris cuiusdam religionis professione gloriantur. Si quis, inquit, putat se religiosum esse, non refrenans linguam, sed seducens cor suum, huius uana est religio. Anacharsis quum cœnasset apud Solonem, hoc gestu repertus est dormiens, ut dextram admotam haberet ori, sinistram pudenter uidebat

Anacharsis

ut delicit ipsa re docens, duo membra maxime esse rebellia, linguam ac pudenda, sed maiore cura coercendam esse linguam, quam pudenda. Factum est hoc a philosopho Scythia, ethnico & barbaro, probatum est ab ethniciis philosophis, & nos nobis plus quam philosophi uidemur, si ueste tantum differamus a planis, scurris et sycophantis. Plura sunt quae de mala lingua dici poterant, sed periculum est, ne quemadmodum Diogenes calcans culcitram Platonis, cum addidisset, calco fastum Platonis, audiuit, calcas tu quidem, sed alio fastu, ita mihi dicat aliquis: Debaccharis tu quidem in linguam maledicam, sed alia male dicentia. Fateor enim & in malis insectandis modis esse debere, nisi quod huius mali nullus est modus, hisce praeferim temporibus. Nunc igitur indicabimus usum bonae lingue, simul & aduersus malam linguam remedia commonstrabimus: quamquam huius quidem promissi bona pars mihi iam dudu*p*raestata est, si quam pernicioса res sit mala lingua satis explicuimus. Si persuasimus quantus sit fructus ex moderata lingua, quanta perniciēs ex effreni, puto uos uestra sponte diligenter auscultatores, quibus rationibus tantam utilitatem cōsequi liceat, tantumque uitare malorum. Iam igitur quemadmodum medicis prior est cura tueri corpus a morbis, quam uegetare, aut si morbus occupauit exhausten-
disnoxij humoribus inanire, quam ea ministrare, quae succum instaurant: ita nos prius conabimur indicare, quibus rationibus uitari possit, ne mali contagium ad nos serpat aeternunde, & si qua obrepit, quo pacto possit propelli, ac dedisci. Geminum autem hic periculum est, unum ex contagio, alterum ex noxa mali, quam infert mala lingua his quos impedit. Ut enim & qui cum balbis assidue uiuit, discit & ipse balbutire, qui cum lippis habet assiduam consuetudinem, afficitur mali contagio, & si prouerbij credimus, qui uicinus est claudis, discit & ipse claudicare: ita qui familiaritatem habet cum linguis ac maledicis, redditur illorum similis. Nullum enim uitium citius trāsuolat ad aliū, quam hoc. Ceterum medendi quoque cura fuerit duplex. Non enim hoc solum agendum est, ut medeamur nostro malo quod contraximus, uerum etiam si fieri possit alieno. Quod si de ploratum videbitur, fuga fuerit tutissima, quae non hic tantum laudatur in remedij, quum ubique ualeat plurimum. Igitur ut hinc auspiciemur medendi rationem, quoties senserimus hominem linguam temulenta, aut obtrectationis ac virulentiae morbo obnoxium, si malum videbitur inueteratum & immedicable, quam primum subducamus nos ab illius confortio, non aliter quam fugimus hominem lepra sordidum, aut pestilentia comprehensum. Primum enim qui cum talibus habet consuetudinem, non sine famae suae periculo id facit, quandoquidem talis quisque solet haberi, cum qualibus agit familiaritatem. Nec raro fit ut periculo inuoluantur, qui proferentem audiere, quae reticere fuerat tutius. Frequenter & afflantur malo qui consuescunt audire garrulos ac fuitiles. Vitium enim quod prius displiebat, primum assuetudine minus ac minus offendit, mox etiam dulcescit & in uoluptatem abit ob innatum homini liuore, & curiositate in aliena cognoscendi mala. Hic si vere Christiani simus, audiēdus est Paulus apostolus, qui Corinthios ac per illos omnes nos salubriter admonet dicens: Si is qui frater nominatur inter uos est scortator, aut auarus, aut simulacrorum cultor, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Iam mihi considerate quanta sit pestis maledicentia, quae autore Paulo tanto pacis ac mutuae benevolentiae praecone, dirimat inter christianos etiam mensae consortium, cum idem uxorem Christianam nolit ab idololatra viro diuertere, nec seruum Christianum ab impi domino discedere. Deinde signandum & illud in cuiusmodi catalogo recenseat linguam maledicam, inter prædones, & idololatras. Et fortassis ab idololatra minus periculi fuerit conuictori, quam a maledico. Annotandum & hoc, quod maledicum & ebriosum eodem iugo copulat, uel quod ex temulentia nascatur linguae petulantia, uel quod intemperantia linguae, temulentia quaedam sit, quemadmodum antea dictum est. Paulus non uietat, quominus uxor Christum professia, cibum sumat cum marito pagano, nec ideo prohibet ne lectio communis iungatur, & Christiano cum maledico Christiano non uult mensam esse communem. Insanus habetur qui non uitat ignem, & sanus uidetur qui, cum maledicis habet familiaritatem: Cum obortum est incendiū, & podagrīcīs & claudis ad fugam adest celeritas. Atqui ex Iacobō dīdicimus. malā linguā nō esse linguā sed ignem, unde cōflagratio profici scitur, non unis iā ardibus, sed ingētibus regnūs, & hūc ignem fouemus in sinu, nec de fuga cogitamus: Vir, inquit Solomō, insipies fodit malū, et in labijs eius ignis ardescit. Homo
Fuga contagij
Cibus cu' maledic.
non sumendus.

peruersus suscitat lites & uerbosus separat principes. Et interim liber ac facetus uocatur, qui re uera incendiarius est. Si quando serpētis sibilus percussit aures, quam uelox fuga, & securus audis sibila uirulentæ linguae. Referunt autem ueterum epigrammata, quendam multis annis podagræ uinculis affixum grabbato, quum adrepens uipera spiris esset, complexa tibiam, subito morbi ueteris oblitum exilisse, nec postea sensisse malum: Tantus erat uenenī metus, & nos securi uiuimus cum homine linguae procacis ac uirulentæ. Atqui docet nos psalmographus, nullum uirus esse præsentius. **Venenum**, inquit, aspidum sub labijs eorum. Nec mitius loquitur Deuteronomij canticum: Vua eorū, uua fellelis & botrus amarissimus. Fel draconum uimum eorum, & uenenum aspidum insanabile. Si quis tibi porrigit cyathum felle draconū, aut aspidum ueneno temperatum, non exhorresceres. At nocentius uenenum tibi porrigit, obtreclator, conuictor, sycophanta, aut adulator, atqui hoc aurib. uidis bibimus. Sunt speluncæ, quæ letale uirus exhalant. Ab his obturatis etiā naribus fugimus, & uerbis maledici præsentius efflantis uenenum inhiatus auidit. Sunt paludes quæ mephitum exhalant, etiā quibus foris superuolanub. mortiferam, at nocētius est uirus quod efflat specus oris maledici. Audistis: Sepulchrum patens est guttur eorū. Nec dissentit Solomon: Fouea, inquit, profunda os alienæ, cui iras tuis est dominus incident. Hanc sententiā recinuit capite proximo. Fouea profunda est metatrix, & puceus angustus aliena. Scorto fouea est quæ nunquā dicit sufficit, unde dicas plurimum esse periculi uiris: Habet & manus furaces, habet uentrem deuoratē latifundia, sed nullum habet membrum lingua nocentius: hac blanditur, hac exagitat animū amans, hac concitat rixas, ac cædes, ferit inimicities inter uxorem & maritum, inter filium ac parentes. O specum pestilentem, in hunc incident cui dominus irascitur. Quibus autem irascitur dominus? Nimirum ijs qui magis auscultant fictis blanditijs putidi scorti, quam præceptis dei, qui citius obtemperant pellicenti in exitium, quam parentibus ad honesta uocantibus. Quencunq; uideris intemperanti lingua, hunc putato tibi scortum esse, ab hac fouea te subducito, ne quod alibi scriptura monet: Amans periculum pereas in illo. Quanta sollicitudine excutimus, si quando obrepit scorpius, priusquam complexus investigat aculeum: & tu iuxta dictum Ezechielis cum scorpionibus habitans, uenenum habentem ultro complectaris: Paulus in insula Melite uiperam quæ prorepserat hærentem manū, protinus excuslit in ignem, & nihil sensit noxæ: Tu hominem instillantem hæreos uenena lentius foues ac retines, donec totus intumesca & incendaris, & concidas malo iam immedicabili. Catonis exercitus fugiens per libycas harenas inuenit remedia, aduersus indigenas bestias, quandoquidem uitare non licuit, & nos inter tot uenena securi dormimus: Nec enim ulla Africæ pars nocentiores haber bestias, quam omnis uita mortalium, quocunq; fugeris. Ambulamus usq; ad mortem in hac solitudine magna atq; terribili, in qua serpētes sunt flatu adurentes, scorpiones, ac dipsades, & quo formidabiliores sint, nullæ omnino aquæ. Ab his tantis malis quis tutus esse possit, nisi duclorē habeat deū, qui salutarē latice elicit de petra durissima: Si ueri sumus Israëlitæ, hoc est si dei præceptis obtemperantes, omnē fiduciā collocamus in illo, nullū ueneni genus nobis nocebit. Hoc em promittit in psal. 90. **Super aspidē & basiliscū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē.** Quoniā in me sperauit liberabo eū, protegā eū quoniā cognouit nomē meum: Quod promittit psalmus, cōfirmat ipse Christus qui in psalmo loquebat: Signa aut, inq; eos qui crediderint, hæc sequetur: In nomine meo dæmonia ejiciet, linguis loquetur nos uis, serpētes tollent, & si quid mortiferū biberint, non eis nocebit. Quisquis nō recessit à præceptis dei, discessit à uenenis linguarū. Caro nostra meretrice est, quæ non definit nos ad exitiabiles uoluptates solicitare, blandiēs, minitās, territās, deniq; nullū nō mouēs lapidem. Itaq; quū omnes malas linguas effugerimus, hæc postrema erit nobis fugienda. Habet caro linguā suam, habet spiritus linguā longe diuersam. Caro ueteri lingua loquitur, spiritus nouā habet lingua, sed ab illa longe diuersam. Si auscultaris linguae spiritus, effugisti linguā carnis. Si quid obstrepit animus, citra noxā obstrepit. Audi sapientis cōsilium, indicātis quid hic fugiendū, quid sequendū: Fili mi, inquit, attende ad sapientiā meam, & prudentiā meā inclina aurē tuam, ut custodias cogitationes, & disciplinā labia tua eos seruent. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & mitius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara uelut absinthium, & lingua eius atra ta luscit.

Inter uenena nūnūmus bentem ultro complectaris: Paulus in insula Melite uiperam quæ prorepserat hærentem manū, protinus excuslit in ignem, & nihil sensit noxæ: Tu hominem instillantem hæreos uenena lentius foues ac retines, donec totus intumesca & incendaris, & concidas malo iam immedicabili. Catonis exercitus fugiens per libycas harenas inuenit remedia, aduersus indigenas bestias, quandoquidem uitare non licuit, & nos inter tot uenena securi dormimus: Nec enim ulla Africæ pars nocentiores haber bestias, quam omnis uita mortalium, quocunq; fugeris. Ambulamus usq; ad mortem in hac solitudine magna atq; terribili, in qua serpētes sunt flatu adurentes, scorpiones, ac dipsades, & quo formidabiliores sint, nullæ omnino aquæ. Ab his tantis malis quis tutus esse possit, nisi duclorē habeat deū, qui salutarē latice elicit de petra durissima: Si ueri sumus Israëlitæ, hoc est si dei præceptis obtemperantes, omnē fiduciā collocamus in illo, nullū ueneni genus nobis nocebit. Hoc em promittit in psal. 90. **Super aspidē & basiliscū ambulabis, & cōculcabis leonē & draconē.** Quoniā in me sperauit liberabo eū, protegā eū quoniā cognouit nomē meum: Quod promittit psalmus, cōfirmat ipse Christus qui in psalmo loquebat: Signa aut, inq; eos qui crediderint, hæc sequetur: In nomine meo dæmonia ejiciet, linguis loquetur nos uis, serpētes tollent, & si quid mortiferū biberint, non eis nocebit. Quisquis nō recessit à præceptis dei, discessit à uenenis linguarū. Caro nostra meretrice est, quæ non definit nos ad exitiabiles uoluptates solicitare, blandiēs, minitās, territās, deniq; nullū nō mouēs lapidem. Itaq; quū omnes malas linguas effugerimus, hæc postrema erit nobis fugienda. Habet caro linguā suam, habet spiritus linguā longe diuersam. Caro ueteri lingua loquitur, spiritus nouā habet lingua, sed ab illa longe diuersam. Si auscultaris linguae spiritus, effugisti linguā carnis. Si quid obstrepit animus, citra noxā obstrepit. Audi sapientis cōsilium, indicātis quid hic fugiendū, quid sequendū: Fili mi, inquit, attende ad sapientiā meam, & prudentiā meā inclina aurē tuam, ut custodias cogitationes, & disciplinā labia tua eos seruent. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & mitius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara uelut absinthium, & lingua eius atra ta luscit.

Dent. 8 Lingua carnis bet caro linguā suam, habet spiritus linguā longe diuersam. Caro ueteri lingua loquitur, spiritus nouā habet lingua, sed ab illa longe diuersam. Si auscultaris linguae spiritus, effugisti linguā carnis. Si quid obstrepit animus, citra noxā obstrepit. Audi sapientis cōsilium, indicātis quid hic fugiendū, quid sequendū: Fili mi, inquit, attende ad sapientiā meam, & prudentiā meā inclina aurē tuam, ut custodias cogitationes, & disciplinā labia tua eos seruent. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & mitius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara uelut absinthium, & lingua eius atra ta luscit.

Lingua carnis Prover. 5 bet caro linguā suam, habet spiritus linguā longe diuersam. Caro ueteri lingua loquitur, spiritus nouā habet lingua, sed ab illa longe diuersam. Si auscultaris linguae spiritus, effugisti linguā carnis. Si quid obstrepit animus, citra noxā obstrepit. Audi sapientis cōsilium, indicātis quid hic fugiendū, quid sequendū: Fili mi, inquit, attende ad sapientiā meam, & prudentiā meā inclina aurē tuam, ut custodias cogitationes, & disciplinā labia tua eos seruent. Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim distillans labia meretricis, & mitius oleo guttur eius. Nouissima autem illius amara uelut absinthium, & lingua eius atra ta luscit.

ta sicuti gladius anceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos gressus eius per
 nent, per semitam uitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles. Nunc
 ergo filii mihi audi me, & ne recedas à uerbis oris mei, longe fac ab ea uiā tuā, & ne ap-
 propinquies foribus domus eius. Nō uerebor hic & ex apologiæ aliquid admiscere, quod
 cum sacrī literis consentiat. Credidit antiquitas esse satyros quosdam in nemoribus, se-
 mi homines & semi capros, alioqui dicaces. Ex his narrant quendam coactum hyemis ri-
 gore, contulisse se in casam hominis rusticæ. Receptus est ad focum, & ut est hoc genus
 maxime curiosum, animaduertit hospitem inflare in manus. Rogauit cur id faceret. Res-
 pondens, ut calefaciam, inquit, manus meas. Quum accubuisse, rursus hospes in polem-
 tam plus satis feruidam inflauit, Satyrus admirans, rogauit cur id faceret. Ut refrigerem,
 inquit, polemam plus satis calidam. Tum Satyrus, quid ego audio, inquit, idem ex eodem
 ore calidum efflas & frigidum: Cum tali animante mihi non est animus habere domestica-
 cam consuetudinem. Surrexit ac rediit in suam solitudinem, potius habens illuc algere, &
 apud talē hospitem refocillari. Quocq; minus mirum uideatur, hoc admiratū fuisse Sa-
 tyrum, vorsit ea res philosophorum ingenia, qui fiat, ut uniuersus halitus ore diducto si-
 mul emissus tepefaciat, contracto per angustum efflatus refrigeret. Nos certe monere de *Esiae* §
 bet hic apologiæ non inutilis iocus, ut à bilinguiū cōmercio nos abducamus, qui dicunt
 bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponen-
 tes amarum in dulce, & dulce in amarum. Ridentur in comœdijs uulgaribus *Iani*, qui fa-
 ciem unam ostendunt à fronte, & alteram ferunt longe dissimilem à tergo: *Ast animi fa-*
cies est oratio. Quid autem prodigiōsius quam hanc esse tam uariam? Apud Solomonem §
 diuina sapientia detestatur os bilingue. Detestatur & Ecclesiasticus bilingues, turpius
 iudicans hoc crimen quam furium. Super furem, inquit, est confusio & pœnitentia, & de
 ritatio pessima super bilinguem. Nec Paulus fert in episcoporum famulitio bilingues. 1. Tim. §
 Quoniam autē uix fieri potest, ut in turba uersans, non incidat aliquoties in homines lin-
 guaces, uideremus laudatissimos uirros relictis urbibus in uastissimas solitudines demis-
 grasse, sic existimantes, innocentiam inter seras tuciorem esse quam inter homines. Quod
 si uitarū non potest, quin tibi res sit cum multis, inter quos & linguaces sunt, duplex cura
 superest. Primum ut homini uito medearis, si licet: si minus, ne læraris. Nec enim fru-
 stra dīcum à sapientissimis uiris: netinem ledi posse, nisi à semetipso. Primum itaq; fue, *Interpellatio*
 rit in conciliabulī, in quibus admixti sunt homines prauæ loquacitatis, occupare sermo-
 nes qui sapiunt pietatem, ne quam ansam arripiat intemperans garriendi quæ non oportet. Excludit stultas & infrugiferas fabulas sacra lectione, aut problema ex eruditiorum li-
 bris prolatum, quod non exeat in contentionem. Quod si cœperit impudenter ingerere
 suas fabulas garrulus, admonitione coercendus, aut falso dicto perstringendus. Salsissi-
 me M. Tullius tetigit quēdam Catoni Iuniori obrectantem quod totas noctes potaret:
 at non addis, inquit, quod rotos dies ludit aleam. Nam *Cato* quum totum diem dedisset
 ciuilibus negotijs, solitus est nonnunquam cum amicis in multam noctem proferre con-
 uiuium, quod his interdiu uacare nō liceret. Ast obrectator quod est malis excerpit, atq;
 etiam deprauat, quod inest boni dissimulat. *Lacedemonius* quidam garrulo cuidam per-
 contanti quiddā quod non ignorabat, quum homini morbum sensisset, prudens respon-
 dit diuersum à uero. Quum uero percontator subiecisset mentiris: Ari non igitur, inquit,
 ipse insigniter stultus es, qui perconteris quod sciebas: Rex quidam Britannus, quodam
 è proceribus in conuiuio multa garrente in abbatem quendam prædiuitem, & commi-
 morante quot genera ciborum, quot missus ad unius mensam inferrentur, finxit se mira-
 ri abbatis ingluuiem: Ille uero quò magis delectaret regem hac fabula, quam existima-
 bat esse perfacetam, studio exaggerabat omnia, non parum etiam, ut sit, affingens ueris.
 Iam ubi tempus esset interpellandi blateronem, rogabat illum rex, abbas ille num gigas
 esset aut cyclops. Respondit esse mediocri statura. Ventrem igitur, inquit, habet præua-
 stum. Ait hac parte non multum præcellere ceteris. Quoniam igitur, inquit, recondit tan-
 tum ciborum: Mihi non sit uerisimile quod narras. Hic rabula constrictus: Non solus, in-
 quid, haec comedit ô rex, habet conuiuas multos, & familiā numerosam. *Phy*, inquit rex,
 quid igit̄ noui narras, si multos habet cibos qui multos alit, alioqui quicquid tibi dictū est
 in abbate, possis & in me dicere. Hac arte rex castigauit inepti cōuiuæ stultæ loquacitatē.
 Id si.

Id si fieri non possit, aut si frustra facturus videare, cauendum est ne respondendo uelut alas augeasq; hominis intemperantiam. Sic enim tandem res exit in rabiem, siue probes quod dicitur, siue repugnes. Quidam tametsi tacent, tamen arridendo nutuq; souent insipientem. Citius desinet si tristis audias quod non recte dicitur, aut sic audias quasi non audias, moxq; dato spatio sermonem alium iniicias, qui male coepit extundat. Inciuile quidem est interrumpere sermonem hominis corde loquentis: at pium est interrumpere fabulas, quae pestem adferunt animis auditorum. Noui quendam qui prudeti uaficie de lusit hominem periculose loquacem. Quum multa dixisset quae nec audire satis erat tumultum, hic interim ceu cogitabundus intendebat codici, quem uel hunc in usum circumferre solitus erat: quumq; rogaretur, qualia uidetur ea quae dixisset, ille uelut experitus è profundo somno: Dabis, inquit, ueniam, ne uerbum quidem accepi omnium quae dicta sunt. Nam interea totus eram Brugis. Huc enim destinatus erat orator principis sui nomine. Siquidem ubi fabula fabulam excipit, ac lebetibus inuicem sese contingentibus loquacitas in orbem obambulat, nihil expectandum praeter insanam linguae temulentiam. Si succinis admodum, recte, pulchre, lepide, quid audio? quid narras, similiaq; pergit ille garris: si refers similem fabulam, ille pro una regerit duas: si repugnes, in crudescit pugna. Aut igitur frugiferis sermonibus seu lectionibus excludenda est inepta loquacitas, aut ad monitione coercenda, aut uultus tristitia corrigenda, aut sermonibus melioribus interpolitis interpellanda, aut si nihil aliud licet, certe silentio, & auribus alio intentis est pudefacienda. Quod si ne id quidem datur, ut obticescas, & aliquid respodere cogeris, optimum fuerit aliquid ἀπροσδιόρυθμον respondere, quo uel non animaduertere uel non intelligere quae dicuntur videaris. Nullus enim surdo libenter canit longam fabulam. Profuerit alius quoties & somnum simulare, si alia uia non datur elabi. Vehementer autem irritant linguam petulantiam, qui inter loquendum ad bibendum inuisant. Nam hoc prorsus est oleum camino addere. Nec enim feliciter cessit apud Lucianum Aristeneto, quod Alcidamanti Cynico, craterem ingentem mero plenum porrigi iussit, existimans futurum, ut occupatus desineret esse molestus conuiuis. Siquidem breve silentium quod impetrarat uinum, ingens tumultus est consequutus, non aliter, quam qui iniecta materia conantur ignem extinguerem, restinguunt quidem ad tempus flamمام: cæterum eadem mox uictrix manus incendium mouet, & omnia corripit. Porro si qui sunt in quos nobis est autoritas, in his linguae uitium uel obiurgatione, uel admonitione, uel institutione diligenter corrigerem, uelut in liberis, discipulis, uxoribus, ac famulis. Vulgus enim in liberis uerberibus castigat resignatam seriam, & negligit eosdem quidvis effutientes: Furtum punit, mendacium impune sinit. A teneris igitur unguiculis docendi sunt, quam indecora, quamq; pestifera res sit lingua effrenis. Mendacium quidam puniunt, garrulitatem risu excipiunt in suis: Atque garrulitas præludium est uanitatis, uanitas periurij, periuriū blasphemiae. Liberos ac seruos ferè tales habemus, quales institutione singimus. Cato Censorius multos bello captos emere consuevit, sed ætatis teneræ, quo facilius illos ad suos mores formare posset. Hos sic instituerat, ut nunquam alienas ædes ingredierentur, nisi iussu ipsius aut uxoris. Percontibus quid ageret Cato, nihil aliud respondere solent, q; se nescire. Amicis huic affinibus morbo ciuilius fuerit secreta admonitione mederi: Aut si non uidebuntur admonitionis pharmacum latiri, profuerit illis præsentibus filium aut famulum acriter uerbis aut etiā uerberib. castigare ob linguae uitium. Hac arte pueri regno destinati, quoniam hos obiurgare aut cædere fortasse nec tutum sit nec utile, discunt in alijs cæsis aut obiurgatis, quid ipsi cōmereantur, eadem cōmittentes, ob quae de illis poena sumitur. Licebit & hac arte cōsulerē pudori amici, quē uerearīs admonere, si uelut per occasionē induxit ad lectionē operis, in quo grauiter reprehendit intemperātia linguae. Cæterū apud discipulos, liberos, & uxores ac famulos, illud in primis erit cauendum, ne hoc ipsum quod in illis castigamus discant à nobis. Obiurgatio nostra caret pondere, si quod in alijs defensione uidetur, filius homo adolescens si habet unam amicā, tu uxores duas: Nihil pudere, quod ἔκπληξη ore illum obiurgabis: responde mihi. Et in alia fabula Clitiphon contemnit patris admonitionē, quod illum audisset inter pocula iactante eadē adolescētiae sua facinora, à quibus sobrius deterrebat filium. Is mihi ubi adbabit plus paulo, sua quae narrat facinora. Nec aliū periculum.

In Phorū stamur, ipsi moribus doceamus. Audit Chremes apud Comicū: Adeon hoc indignū amione uidetur, filius homo adolescens si habet unam amicā, tu uxores duas: Nihil pudere, quod ἔκπληξη ore illum obiurgabis: responde mihi. Et in alia fabula Clitiphon contemnit patris admonitionē, quod illum audisset inter pocula iactante eadē adolescētiae sua facinora, à quibus sobrius deterrebat filium. Is mihi ubi adbabit plus paulo, sua quae narrat facinora. Nec aliū periculum.

periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu siet. Iam apud Plautum, se n̄ex Demænetus ac cubans amicæ filij, quām non decore loquitur. Decet uerecūdum esse adolescentem Argyrippe. Seuera uero grauisq; admonitio, proficisciens à sene, qui se tam inuerecunde gererbat in oculis filij. Quanquam hoc exemplum quod inducit Plautus, incivilius est quam ut conueniat comœdiae. & tamen quod in fabula non ferimus, uidemus in vita Christianorum. Quas ineptias, quas obscoenitates nonnulli præceptores, ac parentes effutunt præsentibus discipulis ac liberis: Recle monuit Satyricus ille:

Maxima debetur pueru reuerentia, si quid

Turpe paras, ne tu pueri contempseris annos.

Imo si quando lubet nugari lingua, ne tu pueri contempseris annos, sed ablega quo piam etatem quamlibet teneram: etiam si tutissimum est, tales esse perpetuo, qualis haberis cupias tuis. Quām male consulunt pudicitiae uirginum suarum, qui præsentibus illis effutunt parum uerecundas fabulas. Memoratur & illud inter eximias laudes Catonis senoris, quod ipse summa cura liberos suos erudierit atque instituerit, nulli pædagogo satis fidens. Apud hos nō aliter uitabat obscoenum uerbum effutire, quām si cum uirginibus uestalibus colloquium habuisset. Idem Censor Senatu mouit Manlium, quod uxorem oborto tonitru pauidam in coniuicio complexus fuisset præsente filia. Sapiens ille Sirach non permittit patri ut uultu parum seuero filias suas intueatur, adeo tenera fragilisq; res est uirginitas: Filiae, inquit, tibi sunt, serua corpus illarum, & non ostendas faciem hilas. Non ostendas faciem hilas. rem ad illas. Olim apud Romanos socii cum generis non ingrediebantur balnum. Hylas & filias.

Nunc cum uxoribus & sororibus balnum intramus, quasi studeamus eas prostatuere, ac liberis arbitris quid non dicimus ac facimus cum uxoribus, ne dicam scortis, quos quidam etiam in lectum communem recipiunt, conscient uoluptatum connubialium. Et postea mirantur si parum castos habeant liberos, quos sic à teneris instituunt. Natura garrulum est seruorum ac mulierum genus. Ab his qua fronte exiges linguæ continentiam, si te subinde uiderint nihil non effutientem? Et miramur nos habere famulos patrum morigeros, si quid recte præcipimus, quum hos nugaram nostrarum habere gaudentiam non consciens modò, sed & ministros? Proinde non solum castigandi sunt, si proddiderint arcanum, si mentiantur, si calumnientur, si sugillent alterius famam, si quid spurre dixerint, uerum etiam si nugentur ociosa, si nō inter rogati responderint, si rogatis pluribus responsionem occuparis natu minor, aut si præceps ad respondendum fuerit, non sat is intellecta sententia percontantis, ut mox audiat illud è proverbijs, ἀπας ἀπάτευη, aut si incircuspeclius responderit, aut si pluribus quām res postulabat. Non abs res fuerit hic res ferre quod de Pisoni narrat Plutarchus, qui quum ob cerebri, opinor, debilitatem, nō ferret seruorum loquacitatem, præcepit illis ne quādo loquerentur, nisi ab ipso interrogati, nec amplius responderent quām de quo rogarentur. Etenim deinde, ut Clodium honoris gratia vocaret ad coniuicium: & curarat apparatum tali magnate dignum. Itaq; quū iam uenisset coenandi tempus, aderant quidem reliqui coniuicæ, solus Clodius cuius gratia ceteros inuitarat, expectabatur. Interim subinde seruum nomenclatorem emisit, exploratum num ueniret. Vbi uero iam immineret nox, nec spes esset uenturum Clodium, tandem ad seruum cōuersus Piso, Nenne, inquit, uocasti Clodium: Vocaui, inquit. Cur igitur non uenit? Quia excusauit. Quamobrē istuc nō statim dicebas: Quoniā, inquit, hoc non percontabar. Ridetur casus, sed tamen laudatur serui continentia. Quanquam huiusmodi nō arbitrari temere reperi, qui peccent in eam partem. Proinde multo commodioribus utemur amicis, uxoribus, liberis, famulis, ac discipulis, si hisce rationibus illos instituimus ad linguæ frugalitatem. Id facilius præstabimus, si qui malis alienis mederi paras, ipsi morbo uacemus. Qua de re iam dudu' interpellat tēpus, ut aliquid dicamus. Linguae morbus in hominibus aut est à natura insitus, aut ex assuetudine accessit, aut naturæ uitium corruptus conuictus & gariendi assuetudo confirmauit. Existimant enim medi ci, & illud ad medendi rationem pertinere, si morbi causam & originem peruestigarint. Plurimū refert utrum pituita nata sit ex humore calido an frigido, & utrum febris orta sit ex immodiça potatione, an ex sanguine corrupto. Sunt morbi quidā ueluti naturales à parentibus traditi, qualis est in nōnullis paralysis, aut morbus comitalis, aut dolor dentium. Rursum sunt aliæ nationes ad alios morbos, pliuiores. Itidē Græcus natura loquacior est Romani.

Loquacitas

uitium ex qui

bus causis

Romano, & hodie Gallus Germano. Et inter Græcos Atticus est Lacone linguacior. Asianus utroq. Iam habet sexus & aetas peculiares morbos. Fœminæ propensiōes sunt ad loquacitatis uitium quām mares : sit hoc in genere dictum. Et adolescentes pariter ac senes loquaciores ferè sunt, quām qui uigēt aetate, siue id accidat ob rationis inopiam, siue quia natura linguae promptitudine pensat, quod uiribus detractum est. Parce sodes, ut possis cum illa, atq[ue] apud Cotticum Nauistrata. Et Nestorem loquaciorē facit Homeruſ, qualem & Catonem seniorē ſuſſe accepimus. Hæc ferè naturam hominis ſpectat. Verū ſi cirkunspicias cauſas, unde p[er]ter naturam accidat hoc mali, deprehendas ferè ab his fontibus proficiſci, ex ocio, ex conuiuio morbidorum, ex curiositate, ex incogititia, ſtultitiaq[ue], & ex intemperantia viſtus. Vnde tonsores iam olim laborat infamia loquacitatis ut ante dictum eſt, quod in illorum officinis deſideant ociosi, quibus nihil eſt quod aſtant domi. Ib[us] quoniam audient nautas iactantes sua naufragia, militem de suis uictorijs gloriantem, alium item alijs de nugis blaterantem, uelut ex contagio redduntur & ipsi tales, quanquam ociosi nō ſunt. Idem accidit balneatoribus, aurigis, nautis, & cauponibus. Vectores enim quoniam non eſt aliud quod agant, fabulis gaudent fallere tempus. Iam

Curiositas ma- eadem opera de contagio dictum eſt. **Curiositatem** autem eſſe nutricem garrulitatis ſupe-
ter garrulita- rius opinor ſatis oſtendimus, quanquam utraq[ue] nutrit alteram. Porro quantum ſaturitas

tis & ebrietas habent momenti, ad linguae licentiam, ſi non aliunde ſiqueret, perſpicuum eſt ex conuiuij uulgaribus, quæ quum initio quieta ſint ac tacita, in quos uocum tumultus nonnunquam exeunt: Dicas eſſe pelagi fragorem. Apud Plautum fœminarum uox eſt quum probe faburratæ ſumus, largiloquaſ ſumus, ſed res uiris cum fœminis eſt communis, niſi quod illas uincimus, nobis iplis Suffeni, illis Catones. Iam ſunt huic uitij cauſe quædam magis etiam peculiares. Sunt enim quædam argumenta de quibus affectu peculiari iuuat hunc aut illum uerba facere, ueluti prouerbio dicitur: Iucundam eſſe malorum actorū commemorationem, ſi modo eius generis ſint, ut cum probro coiuncta non ſint. Gaudent enim ueterani milites, qui crebris prælijs Martem experti ſunt, apud alios deprædicare ſuas pugnas. Gaudent nautæ referre ſua pericula, gaudent hi qui uarias ac longinquas regiones adierūt, memorare quid ubi uiderint aut paſſi ſint. Similiter eorum memoriam quæ uoluptati fuerunt, ſi modo uoluptas cum honestate coiuncta fuit, iuuat refricare commemoratione. Veluti fœminis ferè iucundus eſt referre, quomodo primum adamata ſint à sponsis suis, & quibus munerebus quib[us]ue blanditijs ambita. Denique quicquid uehementer nobis eſt cordi, ſiue iucundum ſit ſiue moleſtum, de eo libenter uerba facimus. Prouerbiū habet: Vbi quis dolet, ibi & manū habet: At nihil ſecius uerum eſt, ubi quid uel dolet, uel deleſcat, ibi quifc[ue] linguaſ habet. Qui uehementer amat quempiam, libenter illius meminīt: Rursum qui uehementer irascitur aut odit, ægre ſileat quod excruciat animum. Ad h[ic] qui multum operæ posuerunt in arte quapiam, & in ea

Ocium uitan- præcellunt cæteris, libenter ſermonem inſiunt, de his de quibus arbitrantur ſeſe cū alio dum rum admiratione poſſe dicere. Tales uideremus medicæ rei peritos, Astrologos, Alcumistas, & in historijs diligenter uerſatos. Dicit aliquis, quorsum hæc tam multa repenis: Ni mirum quo cognitis omnibus rei circumſtantijſ facilius uitemus intemperantia periculum. Primum enim facile uitabimus nugacitatem linguae, ſi ſemper ſimus ſeriae cuipiſ ho- nestæq[ue] rei intenti, præſertim ubi nō ſtemperas in garrulorum cœtum depulit. In curru, in nauि, legere licet aliquid ex bonis autoribus, neq[ue] quicquā idem uetat facere, ſi diuines commorari cogeriſ in tonſtrīnis aut in balneis. **Cato ne in ſenatu quidem abſtinebat à le-**
cione, donec coirent patres. Plinius & in balneis & in conuiujs auſcultabat leſorem. So-
crates moleſte ferebat colloquij musicam à cantoribus interrumpi. Malebat enim audire confabulantes de iuſtitia modetiæq[ue], quām phrygios aut lydios occinenteſ modos. Exim men arbitror à priscis in hoc adhībitam musicam, ut ſermones indignos conuiuio diſcurſent. In quem uſum uideo nonnunquam aut termis notarij. Epaminondas Thebanorum ex-
itor quum audiffet quendam e[st] ducibus in caſtris morbo periffe, dicebat ſe mirari, quod ex exercitu uacasset illi ægrotare. Iuſtius autem miretur aliquis, ſi qui multis magnis q[ue]n- cijſ distinentur, ocium habeant ad audiendas inaneſ fabulas. Quā totu[m] uita genera- deant aulici ac monachi, tamen ferè in linguae intemperantia conſentiant, no[n] ob

et si quod utriusque pariter uiuenti in ocio. Idem usu uenit apud eas nationes, ubi receptum est usu, ut quibus res est lauior, honoris gratia plures alant famulos oculos, quod malum uitiam apud solos Anglos compertetur. At Heliogabalus Caesar, solitus est suis libertis ac seruis mandare quædam in specie ridicula, uidelicet, ut contiocarent ad balneum omnibus herniosos; aut ad conuicium, octo caluos, octo luscios, octo podagrosos, octo surdos, octo insigniter nigros, octo insigniter longos, & octo notabiliter obesos, octo nasutos, ueluti Graecorum prouerbiu[m] exhibens ἄπικην ὕπερβολήν. Mandabatq[ue] iisdem proposito præmio, ut ad se deferrent milena pondo aranearum, & collecta dicuntur decē milia pondo ari[n]earum. Admirantibus quū id faceret respondebat, ex hoc colligi magnitudinem urbis Romæ. Verum ille iudicabat esse satius seruos ac libertos aulæ suæ, uel talibus nugis occupari, q[uo]d facere per ocium quod apud alios Imperatores facere solent, deferentes, calumniantes, uedentes sumos. Idem Heliogabalus in colle Quirinali Senatum muliebrem insituuit, quem senatulum appellauit, ubi per Simiamirā Augustā prodita sunt senatus consuli[n]ta ridicula de legibus matronalibus, quibus quo uestitu fas esset incedere, quæ quibus cedere deberent, quæ ad cuius osculum uenirent, quæ pilento, quæ equo saginario, quæ ali noueherentur, quæ carpento mulari, quæ boum, quæ sella ueheretur, quæ ossea, eborata aut argentata, quæ aurum aut gemmas in calciamentis haberent. Huiusmodi nugis matrem cum matronis quotidie uoluit occupari, ne quod solent in ocio uiuentes, publicis ac principalibus negotijs obstruperent. Simili commento Alcibiades elusit populi maledictionem. Quum enim nullus esset modus aut fias popularium conuicorum, canem insolitam magnitudinis, septuaginta minis emptum, amputata cauda dimisit in ciuitatem. Is quū passim obambularet, & omnibus innotuisset esse canem Alcibiadis, miras omnium fabulas excitauit; quū ea res omnibus inepta stultaq[ue] uideretur. Tandem amicis hac de re priuatim admonentibus, ac sermones qui de eo factarentur deferentibus, risit Alcibiades, plane, inquit, cessit ut uolebam. Nam hoc agebam, ut Atheniensem populum ad huiusmodi sermones auerterem, desirierantq[ue] his occupati peiora de me prædicare. Est ali quid, fateor, à grauioribus malis ad leuiora deuocasse, nobis tamē illud potius conādum est, ut à turpibus ad honesta reuocemus, aut ad ea certe, quæ cum turpitudine coniuncta non sunt: quemadmodum ipse soleo famulis aliquid describendum, aut euoluendum trahere, non quod id mea referret, sed ne illi ocio corrumpentur. Habet h[oc] int̄ cæteras dotes unicus ille studiorum auctor Guillelmus archiepiscopus Cantuarie[n]. ut nec ipse suscitaret unquam esse ociosus, nec suorum quenquam patiatur ocio torpe. Quod exemplum utinam omnes imitarentur monarcae, aut certe episcopi, aut patres matresq[ue] familiæ. Quid autem miraculi est, si hodie intersacerdotes tam multos uideamus ociose loquaces? Vbi demurmurariat illas statas preces, si tamen has quoq[ue] pendunt, quoniam nec operam exercent matuariam, nec sacrarum literarum studio capiuntur, mox ad forū, ad portinas, ad compotatiunculas, ab his ad hemicyclia sese conferunt, ibi mutuis fabulis, & curiosis oculis alunt linguae morbum. Et ab assuetis huic uitæ quid expeties, nisi meras nærias? Atq[ue] interim ubi sacerdos ille quæ nobis descripsit Malachias: *L[et]ex ueritatis in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius: In pace & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate: Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requiriunt ex ore eius, quia angelus domini exercitu[m] est: ubi sal terræ, quo cōditu[m] oportuit populi stultitiam: Nos pro sale uehenū in lingua circumferimus.* Itaq[ue] multos uideamus in quos competit id quod apud eundem prophetam mox sequitur: *Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: Irritum fecistis pacem Leui, dicit dominus exercituum: Propter quod & ego dedi uos contemptibiles & humiles omnibus populis, sicut nō servauastis uias meas, & accepistis faciem in lege. Hæc non eò dicuntur, ut animos addam his qui nunc aspernantur & infestant sacerdotes bonos patiter ac malos, sed ut omnes exhortetur ad uitam sacerdotio dignam. Mutatam uitam, sequetur populi fauor.* Narrant Eugenium pontificem tale responsum dedisse diuino Bernardo, detestanti simoniam in Romanâ curia regnante: *ubi tu sustuleris in turmura ē monasterijs, ego tollam simoniam ē curia meā. Atqui non erit difficile tollere lingua[m] ē monasterijs, si delectentur silencio, si uident luxum ac temulentiam; si sacrarum literarum amore teneantur, si fugiant officium, si uicissitudine precandi, legendi, scribendi, atq[ue] etiam manibus laborandi, fallant ochi.*

tedium. Quid enim illis infelicius monachis, qui tædio contabescunt, ni compotationibus, uenatu, chartis, alea, & scurribus fabulis diem fallant, quum uere monachis omnis dies breuis sit: Proinde qui se senserint natura propensiores ad linguae intemperantiā, aut alioqui contraxisse alicunde huius mali nō nihil, toto se tradant honestis occupationibus, quæ dulcescunt etiam, si assueueris. Proximum erit, ut aut secum uiuant, aut cū his agant consuetudinem, quorum conuictu dediscant seu naturæ seu consuetudinis uitium, uidentq; quod in ipsis est loquacium familiaritatem. Quis, inquit Ecclesiasticus, miserebitur incantatori à serpente percussor: & omnibus qui appropinquant bestijs: Sic & qui committatur cū uiro iniquo, & obuolutus est in peccatis eius. Quoq; magis fugias, natura notas quasdam addidit, unde dignoscas linguae morbum, plechi basitam, Battologiae quæ syllabas aut uoces easdem iterat, balbutiem, aut blesitatem, os insinuiter angustum. Hæc signa tametsi non omnino certa sunt, tamen frequenter arguit naturæ uitium, uani tatem, garrulitatem, ac futilitatem. Sed utinam solos haberet linguae morbus, quos he no

Conuictus bonorum tæ reddunt suspectos. Ut cung deprehensum fuerit malum, fugitanda est talium consue tudo. Si medici præcipiunt, ut qui uelint consulere bona ualeitudini corporum, uiuat in ter homines salubri corpore præditos, succulentos, iuuenes, & hilares, fugiantq; conuictum eorum, quos infelix corporis temperatura reddit graciles, pallidos, iracundos, morosos, aut febriculosos, aut comitalibus morbis obnoxios: quanto diligentius hoc curan dum est nobis, ut ex bonorum familiaritate reddamus meliores, cauentes ne ex assidue malorum consuetudine, morbi contagium accersamus. Multo enim citius transiliunt ani morum uitia quam corporum. Iam quemadmodum tutior est à morbo comitali, qui syn copes & capitis uertigines excludit pharmacis: ita minus erit periculi à linguae morbo, si malum huic cognatum & antistrophon, ut ita dicam, curiositatem uitent, quod & ipsum

Curiositas co grata garrulitati ex ocio plerunq; ducit originem, ut non iniuria dixeris, curiositati garrulitatem esse ger manam. Siquidem utruncq; oculum habet patrem, stultitiam matrem ac nutricem. Quid enim stultius quam quod apud ueteres fingebar Morychus, proprijs negocijs neglectis, alie na scrutari, quales & apud Martialem ridentur Ollus & Afer: aut quid ineptius, quam de rebus alienis garrisce, nulla cum utilitate tua, sed multo cum detrimēto grauiq; peric lo, tum rei, tum famæ, tum uitæ, nec sine tædio audientium, certe nullo cū fructu. Sed quo

Incognititia niam hac de re Plutarchus elegātem addidit libellum, nos breuitati consulemus. Stultitiae simillima est incognititia. Stultus enim iudicio fallitur: incogitans hoc peccat, quod non aduertit animum, quum res attentionem postulat. Stultitiae est quod ferè uidemus ac ride mus idem fieri in dicendo quod in cantu aut saltatione. Qui minimum tenet artis cancio nem aut saltationem primus incipit. Stultitiam effugiemus si prius animū orationis for tem cognitione ueri, & honestis opinionibus imbuerimus, antequam profliamus addi cendum. Deinde ne quando laxemus linguam ad dicendum, nisi morula interposita, que duo præstabit commoda. Primum ne respondeamus ad non intellecta, præterea ne præc ipitantes orationem respōdeamus aliquid cuius mox pudeat. Ea contatio quum omnem atatem decet, tum præcipue adolescentiam. Nec enim simpliciter uerum est quod dicit Seneca, nulli rei prodesse moram nisi iracundia. Profuit & in bellis Fabij cōtatio, ac mea quidem sententia nusquam non habet locum illud, Sat cito, si sat bene. Quin ipsa consu tatio, contatio quedam est, quam adhibere iubemur, non ut celeriter agamus quod opus est factio, sed mature. Alioqui sit frequenter, ut, quod ait Plato, qui initio celerior fueritq; oportuit, serius ad finem perueniat. Hæc autem cautio magis adhibenda uideatur in dicendo, quam in rebus gerendis, propterea quod quum in dicendo lapsus sit facillimus, nihil minus tamen periculi est. Quum uidemus aliquem facinus calidum, ut aiunt, aggredi, præmonemus illum, uide quid agas. Quin ipsi nobis hoc dicimus, quoties sentimus pre tientem linguam: Expende quid dicas. Quoties igitur uerbum aliquod procurrit in lan guam, antequā illi laxemus claustra dentium, sic cogitemus nobiscum, quis hic est sermo, qui sic urget linguā ac uic conatur erumpere? Aut quō nunc se appellit lingua? Quid com modi fuerit si dixero, aut quid incōmodi si reticuero? Nec enim quemadmodum deponimus onus, ita deponenda est & oratio. Qui deponit sarcinam exoneratur, qui deponit orationem magis etiam grauatur. Nec enim unquam promendus est sermo, nisi uideatur aut nobis est necessarius, aut aliquid utilitatis aut voluptatis honestæ allatius.

auditoribus

auditoribus, ut hoc efficiat in hominum consuetudine quod sal efficit in cibis; qui patet, nec nisi cum opus est solet admisceri, alioqui gratiam non habet sed uitiat edulcia. Quod si nee dicenti futurum sit utile quod uersatur in lingua, nec audiētibus necessarium, nec uoluptatem ullam aut iucunditatem allaturum alijs, quorū attinet proferre? Si paras iter, tecum cogitas, quid commodi si proficisci eō? Si uides ex itinere nihil commodi, etiam si nihil sit incommodi, mutas sententiam, dicens: Quid opus est incassum, & frustra hoc facere? At qui hæ uoces, frustra & incassum, non tam locum habent in gerendis negotijs, quam in proferendis uerbis. Nunc quum, ut ante diximus, ex leuisima re plerunque grauissima mala nascatur, quanto diligentius expendendum est utrum magis expedit, silere an loqui. Vidi ego quosdam, qui ex consuetudine tuissebant, ruciabant ac singultiebant. Quod si buc proficit hominum cura, quæ iuxta sapientum dictum, in omni re ualeat plurimum, ne dicam omnia, ut tuum ac singultum ex causis necessarijs nascentem, ægre quidem sed tamen expellant ac uincant, quid negocij fuerit linguae præcipitantiam dedit secer. Quod initio uidetur impossibile, post menstruam exercitationem erit facillimum: mox abibit in naturam, quod habitu confirmatum fuerit. Occupare salutatem fortasse comitatis erit, cæterum in confessu multorum qui primus occupat sermonem, nisi uel aueritas id postula; uel functio, suam ipsius prodit intemperantiam. Proinde non sine causa laudatus est à laudatis uiris hic Sophoclis senarius:

Tarditas ad
loquendum

τὸν τρίτον τοῦ θεού τοῦ Αρά.

Quo significatum est non esse finem eundem consilijs, qui cursus est. Laudatur enim & palam fert quisquis antevenerit in cursu, & ridetur qui tardior est: In consilijs frequenter contra uenit usu. Etenim si qui primus dixit, quod satis est ad propositam cōsultationem attulit, nō debet qui rogatur posterior, ideo uel dissentire, uel addere superuacanea, ne nihil ferat laudis: quemadmodum apud Terentium faciunt tres aduocati, quorū unus ait rescindi posse, alter negat, tertius deliberandum amplius censet: atq; utinam hanc ambitionem in coœdijs tantum rideremus, ac non etiam in principium consilijs deprehenderetur hoc malum, nec quotidie fieret à medicis, quorum uix quisquam est qui citra exceptionem comprobet pharmacum ab alio præscriptum, aut si candidior est, ne parum medicus uideatur, adiicit aliquid his quæ fere nimis multa sunt: imò satis feret laudis, si bonam sententiam candide laudando & comprobando, hominis sinceri, minimeq; suca uel lucrifaciat opinionem. Sunt enim quidā uel tam inuidi, uel tam gloriariū audī, ut non ferant in alienam sententiam iri pedibus, ac iurgijs diē exitiunt potius quam subscribāt bono consilio, cuius ipsi non fuerunt autores. Quod si quid deerit responsoni priorum, licet citra arrogantiā docere si quid illos fugit, aut citra inuidiā imparire, si quid deerat. Hoc quoniam nunquam non est tempestivum, sæpe plurimum habet laudis, qui possumus omnium dixit. Ridetur in coœdijs, sed sæpius in uita communi, quoties alter respondet, prius quam is qui loquitur finierit sermonem. Itaq; consultum fuerit interroganti quum iam dicendi finem fecerit, aliquid præbere temporis spatiū, si quid his quæ dixit uelit addere, aut si quid corrigere. Interim & ipse perpendit, quid aut quomodo convenient respondere. Neq; raro risui sunt, qui celeritate respondendi, quia non intelligunt quod proponitur, aliud pro alio respondent. Id ridiculum est in surdastris aut imperitis linguae, in alijs sæpenumero cum periculo cohuncium est. Dominus noster in Euāgelio nonnunquam responderet tacitis phariseorū cogitationibus, prius quam illi prædidissent quid uellent. Hæc celeritas cōuenit his quos afflauit diuinus spiritus: nobis prius loquens mens discenda est, quam respondeamus, si uolumus apte respondere. Iam non incuile tantum, sed & arrogans est, si quum quæstio proposita sit alteri, alias respondere præcipiat. Is enim præter quam quod sibi multum tribuerit uidetur, etiam in alterum contumeliosus est, quasi iudicatis illum parum idoneum, qui ad proposita respondeat. Etenim qui hoc facit, horine uidetur dicere: Quid attinet ab hoc petere, qui nihil nouit? Aut quid opus quicquam ab alio petere me præsenter? Si qui rogatur parum eruditus respondeat, ueniam meretur, qui prouocatus ut potuit responderit. At quātum risum meretur occupator ille, qui rogatum loco depulit, si minus ut oportebat responderit: Quod si maxime satisfecerit interrogationi, tamen incuilius & ineptus habetur. Audiuit olim Temistocles ab Eurybiade, quum iuuenis ultro se ingeneret ad discendum, etiā oportuna dicturus: O The-

mistocles, in certaminibus qui ante tempus assurgunt, alapis cædi solent. Et in conuictis turpissimum est non expectare dicendi uices. Admiratus olim Franciscani cuiusdam confidentiam qui præter Scotum nihil legerat. Agitabatur in mensa archiepiscopi Cantuariensis inter eruditos nescio quid quæstiunculae: Id ubi sensit ille, nec satis è longinquæ percipere potuisset quid ageretur, erectus clamauit, quid est, quid est istuc quod agitis? eo sane uultu, quasi diceret: Vos frustra agitis, nisi ego nodum explicuero (& erant inter hos aliquot episcopi docti) qui cquid autem est difficultatis à me poterit expediri, qui nihil ne scio. Similis est istorum arrogantia, qui posita cathedra profitentur se ad omnem questionem undecunq; propositam ex tempore responsuros. At fortasse leue periculum est, rideri tantum. Noui quendam magni principis oratorem, qui ob suspicionem quod contra mandata moliretur aliquid, ducus erat in carcerem, id factum est sub noctem. Postrem die rex cognito quod erat factum, misit è procerum numero duos qui docerent id nō esse factum regis iussu, sed à satellitibus erratum esse in persona. Vix p̄fati fuerant se uenire iussu regis, quum ille sermonem interrumpens, incipit obsecrare supplex & abiecius, ut rex secum clementer ageret. At illi fuerant hominem cum exortatione regis dimissuri liberum: Verum ex oratione tam miserabiliter tamq; abiecta, cōiectantes eum sibi male conscientem esse, suppresso quod habebant in mandatis, ad principem suum redeun, expontū rem. Ille miser ad extremam calamitatē deductus est. Quanto malo fuit illi non meminisse quod docuit Iacobus apostolus: Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Si continuisset linguam suam, donec illi quod habebant in mandatis perorassent, ac tum respondisset constanti uulku, & suam ipsius innocentiam, & regiam æquitatem sibi notiorem esse, quām ut hoc suspicari posset regis iussu factum esse: quod autem à satellitibus esset admissum, non in ipsum admissum esse, sed in eum cui se putabant manus iniūcere: primum calamitatem eam effugisse; deinde pristinam apud regem gratiam auxisset etiam, siue uere factum erat in scio rege, siue rex suspicans non nihil decreuerat ea pena cōtentus esse, si sic monuisset ne pergeret nocturnis colloquij cum hostis oratore congregi. Proinde probabile est morem, quem & hodie uideamus in Sorbonicis disputationibus, uel à prudentibus uiris profectu fuisse, uel ab ipsa necessitate inductum.

Mos scho Nulli fas est internūmpere disputationem prōponētis ac respondentis, nisi si quis ad hoc fuerit delegatus. Nec is qui dato silentio succedit prōponit, nisi p̄fatus omniū ueniam ac pacem. Vbi proposuit, non respondet quicquam in hoc productus, nisi repeatat quod propositum est, idq; semel atq; iterum, interim licet prōponēti mutare, corrigeret & adderet si quid uelit. Hac mora mutantis ac repetentis, non unquam rēdio est auditoribus, sed tamen necessariorum habet remedium aduersus tumultuosam uocum confusione. Posteaquam incaluit contencio, dicendi finem imponit cōetus confidentium aut circūstantium, ut & alijs sit dicendi locus. Hic fateor nonnunquam filere iubetur, qui maxime erat audiendus, sed p̄fstat quædam non audiri, quām nihil audiri. Congruit autem hoc rēmedium peculiariter nationi Gallicæ, quæ quum sit humanissima, tamen præter linguæ facilitatem, habet in disputando q̄idēdati cædius ac uehementius. In uniuersum uero quisquis dicit, frustra dicit, si desit fides & attentio. Sed utrumque sibi conciliat suspensus expectationi contatiuncula, quod ipsum etiam proditum est ab his qui addigent de rhetorica cōscriptere. Quisquis enim sic incipit, caret suspicione fuci, quod inibi extenuata cogitare uideatur quid sit dicendum, non secum attulisse commentum, quo falleret. Et in consilijs p̄fertim graue quiddam minimeq; vulgare dicturus uidetur, qui prius meditatur quid dicat. Itaque qui docent esse caput artis artem dissimulare, simulant hanc contationem, quo magis attentos magisq; credulos habeant auditores. Talem Homerus inducit Ulyssem. Itaq; non solum expendendum erit, quid proponatur, sed quo animo proponatur. Nec enim semper ideo percontamur, quod nobis responsione sit operis, sed nonnunquam amicos uerecundiores blandis percontatiunculis ad colloquendū cōfissitudinem prouocamus. Hic qui responsionis locum alteri p̄scrīpit, animusq; de amicis alio conuersas, ad se trahit, nihilo facit ciuius, quām si quis ab alio uolenter offensu excipi, præueniens osculetur ultro, aut si quis oculos in alium coniicientis, in secedente queat obtutum. Si Octauio roganti adolescentem, qui ipsum oris linimentum refecit, cebatur, num mater illius aliquando fuisset in aula Cæsaris, simpliciter responsum datur.

quum ille non simpliciter interrogaret, perisset iocus. Nunc quum adolescēs ex uultu ro-
gantis deprehensō cauillo respondisset, matrem quidem nunquam illic fuisse, sed patrem
sapere, dīcūm in Cæsarīs cognatas retorsit, non sine ingenij laude. Nec hodie pauci sunt,
qui fictis quæstiunculis excitant quorundam loquacitatem, ut rideant. Præsidebat in con-
silio negotiatorum Dominicanus quidam, adhibiti sunt de industria, qui horū prom-
ptum & confidentem rogatiunculis exagitarent. Ille incontanter ad omnia & quidem se-
gio. Tandem inter quæstiones ad negociactionē pertinentes hanc proposuit quidam. Num
recte faceret, qui pactus lacris ouilli duo dolia, lac redderet gallinaceum. Ille nihil cōstatuſ
distinxit. Si lac, inquit, gallinaceū utilius sit illi cui redditur q̄ ouillum, satisfecit qui reddi-
dit. Risus omniū consequitus est. Civilior erit hæc cōtatio, si qui rogatur excusans suam
imperitiam, respondendi partes alijs deferat, ut magis ad explicandum quæstionis nodum
adoneis, quemadmodū faciunt, qui poculum porreſcum, urbanitatis gratia deferunt ipsi
qui porrigit, & acceptū ad alios uelut honoratores deferūt. Nec pudeat interim ingenuū
fateri, nihil in promptu esse quod auditū dignum iudicet, consultis librīs, req̄, perpensa, si
quid occurrat communicaturum. Ea modestia s̄ a numero plus laudis conciliat, q̄ si be-
ne respondeas. Proinde non probantur uiris sapientibus hi, qui studiosius affectant lau-
dem ex tempore dicendi, q̄ bene dicendi. Nec ulli magis abhorruerūt ab extemporaria
dictione, q̄ n̄ qui cæteris dicendi facultate præstiterunt. Demosthenem ferè de scripto di-
cere solitū tradunt, adeo ut ne populi quidem flagitationibus adducā potuerit, ut ex tem-
pore dicturus assurgeret. Marcus Tullius semel dūt taxat hoc, quod sciam, fecisse legitur.
Sed idem quum ad diem præfinitum aclarus esset causam apud centum viros, Ero te ser-
uum libertate donauit, non ob aliud officium, nisi quod nunciarat cognitionem in poste-
rum diem esse dilatā. Tam admirabili, tam exercitato dicendi artifici, qui potuisset etiam
extemporalī dictione cæterorum omnium curam uincere, tanta erat sollicitudo, ne quid
per incuriam secus diceret quam oportebat. Nimirum illos ad dicendum pigros & con-
tabundos reddebat prudentia, in nobis insciā confidentiam parit. Itaq̄ grauiter admō-
net Sirach Hebræus, quod alibi referre coepimus: Audi tacens, & pro reuerētia accēdet 32
ibi bona gratia. Adolescens loquere in tua causa uix, cum necesse fuerit: si bis interroga-
tus fueris, habeat caput responsum tuum. In multis esto quasi inscius, & audi tacens simul
& quærens. In medio magnatum loqui ne præsumas, & ubi sunt senes, ne multum loqua-
ris. Non placet huic sapienti λόγος ακέφαλος. Sed ineptior est quorundam oratio, quæ nec
caput habet nec pedes. Talis est eorum qui quum stulte respondeant, tamen nullum di-
cendi finem facere possunt. Satis erat ad id quod quærebatur respōdere, quod apud Pla-
tonem ab Euthydemo dicit Socrates. Veluti si quis rogetur: Est ne pater domi: satis est si
respondeat, domi non est. Nam si plus scire cupiet qui percōtatur, addet, ubi igitur illum
conueniam: Quod si noto benignius uoles responsum dare, satis est dixisse, nondum re-
diit ē senatu. Superuacaneum autem & ineptæ loquacitatis fuerit, si rogatus an pater sit
domi, dicat nudius tertius clanculum profectum iussū Senatus ad Cæsarem, totam ob-
igationis historiam enarret. Nec facile dījudicari possit uter faciat ineptius, qui uicino ro-
ganti commodato patellam, offerat mortarium, an qui rogati infundibulum totam ob-
trudat supellecilem. Similis est istorum error, qui rogati de re quapiam, ueluti nauci ga-
riendi campum, altius rem repetunt q̄ oportet. Notatur ab Oratio, qui Troianum bel-
lum gemino exorditur ab ouo: sed grauius etiam peccant qui respōdent, τττ γάρ τττ ρρε
ισ άπτόμεν, altero mulgente hircum, altero subiectante cribrum, ut ait Demonax. Adeo
placet illis ἀξιωμα, τὸ Αἰσχρὸν σωπᾶν. In causis forensibus testis loquacitas non raro per-
dit reū, uel quia plus respondens quam oportet, imprudens effutiat qua lādunt, uel quia
difficillimum in multiloquio tibi constate, ac meminisse quæ dixeris, quum hinc maxime
coarguantur testimonia. De uictus intemperantia iam non semel nobis dictum est. Ve-
niamus igitur ad causas magis peculiares, ubi uidetur illud in genere præcipiendum, ne
minem posse temperare linguam, nisi qui motus animi consueferit; obtemperare ratio-
ni. Videmus enim hoc usu uenire his qui bilem habent immoderatam, ut quum certo sta-
tuerint aut obticeſcere, aut moderatissime respondere, tamē ira ceu turbo quidam insur-
gens excusso clavo rapiat linguam in omne coniūtorum genus. Idem efficit impotens
gaudiū, aut dolor, aut metus, aut spes. Porro qui diligent meditatione sic consuefecit an-

tum suū, ut nihil magnopere neq; miretur, neq; oderit, neq; metuat, neq; speret, eadem
 opera moderabitur linguae, qua moderatus est animo. Quemadmodū enim frustra mo-
 neas phreneticum, sic incede, sic compone uestem, sic moderare uultum, nī prius pharmaca-
 cis expurgari bilēm, & alium corporis habitum induixeris: sic in vanum moneas cui do-
 minatur ambitio, ira, superbia, avaritia, libido, zelotypia, amor, odium, quem exctueiat
 spes, aut metus præcipui humanæ uitæ tyranni: Sic loquere, sic moderare lingua, nī
 prius persuaseris, ut rebelles animi motus rationis freno coerceat. Est autem ille præcī-
 pua adhibenda cautio, qua nos sentimus maxime propēlos ad lapsum, qua m ad rem plu-
 rimum adiuuabit, si sibi quisq; iuxta Pythium oraculum notus fuerit. Non sine causa lau-
 datur à multis Socratis patientia, qui præter naturā omnes affectus multa ui multaq; con-
 fuetudine sic domuerat, ac cícurauerat ut prorsus è παθος uideri posset. Ex animi toleran-
 tia parem corporis aduersus omnia quamvis dura patientiam comparauerat. Non infi-
 ciantur philosophi longe difficultius esse ferre sicut quā famem, quā uerumq; sit diffi-
 cillum. Socrates autem hac exercitatione sítim expellere consuevit. Postea quā ex mo-
 re ueteris, ac ualetudinis gratia corpus exercuerat, quo tempore maxime solet appeti po-
 tus, non sibi permittebat bibere, nisi primo cado iam alijs effuso: nō quod periculum me-
 tueret si cum cæteris bibisset, uerum ut irrationaliter appetitum doceret expectare ratio-
 nis imperium. Eadem arte durauerat corpus ad uigilias, stationis, caloris, frigoris ac labo-
 ris incredibilem tolerantiam. Qui sic habet domitas naturae uiolentas cupiditates, si pore-
 rit & lingua prurientem cohibere. Qui uehementer sitiens imperare sibi potest, ut in to-
 tum abstineat à potu, facile temperabit sibi ne plus bibat. Itidem qui quum est obla-
 tendi occasio, & linguam sentit ueluti sitiare, ut se effundat in argumento in quo libenter
 uersatur, sibi potest imperare, ut in totū sileat, donec necessitas aut utilitas exigat oratio-
 nem, idem facile sibi temperabit, ne dicere exorsus semet multa nugacitate ingurgiterat
 que ineptiet. Ea dicendi moderatio non est perēda ab affectu dicentis, sed ab auditoribus,
 id fieri si consideres, non quid sibi iucundum sit dicere, sed quid alios iuuet, aut expediat
 audire. Si nauta aut miles nō prius desinet nugari de suis periculis ac uictoriis, quā ipse
 satietur referendo, quamlibet Iliadem superabit narratio. Verum si cogitet quid haec ad
 istos qui audiunt, iudicabit esse satius eos adhuc inhiantes ac suspensos dimittere, quā
 nauentes ac uomitantes p̄faturate. In fine comœdiarum solenne est addere, vale
 te & plaudite: sic enim desinunt ut spectatorem adhuc famelicū dimittant. At nugacium
 narrationibus plerūq; pro plausu datur oscitatio, pro laude accinitur ohe. Quisquis igi-
 tur in his argumentis, in quibus libenter uersatur ob affectum naturalem, se dictrinen-
 tem cohibuerit, facile temperabit in cæteris. Athenodorus philosophus quum ob ingrā-
 uescensem etatem dimitti petiisset ab Augusto, discessurus admonuit illud, ne quid iratus
 ficeret diceret, nisi prius Græcorū literas ordine recensuisset, uelut in his pharmacutis
 quoddam inesset aduersus iracundiam, at philosophus indicabat moram interponendam
 esse. Cæsar delectatus eo dicto complexus hominem: Adhuc, inquit, te mihi est opus, &
 annum etiamnum apud se detinuit, ut eo magistro disceret silentium. Quorū & nos nō de-
 mus tantum spatiū linguae ad garriendum erumpere gestiēti, quanto literarum numerom
 liceat percurrere. In comœdia Laches senex cū meretrice Bacchide colloquutus, sicut
 pudse loquitur. Videndū ne minus propter iram hanc impetrē quā possum, aut ne quid
 faciam plus quod post me non fecisse satius sit. Persuasum habebat senex Bacchidem ob-
 stare, quo minus Pamphilus reuocari pateretur uxorem. Id si uerum fuisset, erat iusta for-
 machandi causa. Quod si suo animo, ut tum erat affectus morem gesuisse, non habuisse
 fætum exitum fabula. Nunc civiliter expostulanti, civiliter responsum est, cognovit erro-
 rem, impetravit quæ uoluit, totus comœdiæ tumultus, iucunda catastrophia solutus est.
 Si hoc faciunt homines idiotæ in comœdiis, quid decet facere sacerdotes & monachos
 Christianos, in concionibus, præsertim autem in ædendis libriss? Quod apud Homertem
 Pallas facit Achilli, hoc in nobis debet præstare ratio. Tametsi Pallas illa tantum ap-
 gna reuocat, sat habet si stomachetur intra conuicia: At nostra Pallas ne id quidē per-
 tit, ut conuiciis in quenquam debacchemur, etiam si temperetur à manibus. In uobis
 auscultare spiritui Christi, quoties nobis aurem uellicat, pro maledictis refutatis
 sunt benedicta. Est quidem impotens affectus ira, sed magnam habet temula.

Iuptas. Dulce est amanti sine fine gartire de suis amoribus, at non est eadem uoluptas ijs; qui uacant amore. Amantes enim ob impotentiam affectus quo tenentur, non solum exstant, omnibus hominibus esse curae quod agunt, uerum etiam res inanimas perinde quasi sentiant alloquuntur: Velut apud Plautum adolescēs cum pessulis & ostio litigat; sic cum leciulo uoluptratis conscientia; sic cum lucernula conscientia, sic cum uiolis ac strophis & anulis ab amica missis, aut ad amicam ituris, prolixas miscent fabulas. Itidem & in Bulgolicis argumentis pastores imaginantur, & pecori, & montibus, & syluis, & fluminibus suos affectus esse curae. Dulce est in hostem lingua debacchari, sed apud eos qui nec amant, nec oderunt, ac fortasse ne norunt quidem, friget huiusmodi narratio. Nouis quendam qui nuper cooperat discere Graecas literas, eas quoniam adamabat, quemcunq; nancisci potuit, eum Graece salutabat, cum eo multa Graece confabulabatur, etiam si nihil Graece sciret. Tanta erat ostentandi libido. At interim molestus ac ridiculus erat etiam ijs, qui Graece nossent, quod illis promptior esset lingua Latina. Refert Plutarchus de quodam, qui cum casu duos tresue libros Ephori legisset, nullum mortalium non obtundebat, re censendis quae legerat, nec ullum conuiuum patiebat esse iucundum, identidem repetens Leuctricam pugnam usq; ad omnium nauseam. Vnde uulgi focus illi cognomē addidit Epaminondæ, quod insolentius iactaret eius ducis gesta, quam ipse solet qui gesserat. Huic uito sene sunt affines, qui recens ex Academis domum redeunt in aliquo doctrinæ genere titulum ac Lauream assequunti. Verum eam ostentandi libidinem, quam ipsum tempus postea mitigat & corrigit, præstiterat ipsa ratione cohibere. Ut igitur qui metuunt inundationem diligentius munisunt ripas, qua maior esse solet fluminis impetus: ita conuenit illis diligenter aduigilare rationem, moderatricem, quam uoluptas quædam impenitus prolicit ad dicendum. Socrates negabat sibi placere potum aut cibos, qui non sitient, esat esurientes illecebra quadam prouocarent ad bibendum atq; edendum, quod genitus sunt, mulsum, aromatites, placentæ, & Attica bellaria, quod ab his præcipue periculum sit intemperatiæ. Ab his igitur potissimum erit cauendum sermonibus, qui nos dulcedine quapiam rapiunt, & effterunt longius quam oportet. Consultum igitur fuerit, prius quam linguae soluas repagula, circumstantias omnes expendere, qui sis quid dicere paras, quale sit de quo loqui cogitas, quales apud quos dicturus es, quid tempus aut locus postuleret. Deniq; quid boni maliuie ex oratione tua queat proficiisci, uel tibi uel alijs. In his extunt quæ dicendi titillationem temperent, aut silentium suadeant. Sunt & illæ partes pulsandæ, unde iuxta rhetori præcepta ducuntur argumenta suasorij generis: Num rectum sit, num honestum aut decorum, num utile, num tutum, num iucundum, num facile, num necessarium. Harum rerum consideratio gignet in nobis cautionem in dicendo. Vnde fit ut, quemadmodum attigimus, legamus eloquentissimos homines ægre ad dicendum asurgere solitos, & in orationis initio trepidos fuisse. Nimis & hic prudentia timiditas, inscitia confidentiam parit. Pericles qui ob admirationem eloquentiae dictus est tornare ac fulgurare, suggestum ascensurus, Dñs uota facere consuevit, ne quod uerbum excideret imprudenti, quod minus ad rem pertineret. Et apud Romanos solenne erat, dictum pro concione uersiculis aliquot precari deos, ut quod dicturus esset, felix ac faustum esse uellent reipub. Ac decorum quidem saepè pro loci, temporis, ac personarum ratione mutatur, cæterum utilitas, obtrectatio ac maledicētia & obsceniloquii nusquam nō est indecorum. Quanquam in nonnullis aliquod uitium tolerabilius est quam in alijs. Neminem quidem decet sermonis obscenitas, quam Graeci dicunt ἀστερολαγη, uerum ea detestabilior est in sene quam in iuuehe, in sacerdote quam in milite. Rursus apud adolescentes quam apud uiros, apud liberos tuos quam apud alienos. Hic igitur quisq; sibi dictus sit, malum omnibus circumstantijs exaggerans. Quid execrabilius quam canos, senes ac penè decrepitos turpitudinem exercere lingua, quam per corporis imbecillitatem exercere iam diu desierunt? Manus alligauit paralyssis, pedes occupauit podagra, trahuntur ilia, nutat tremulum caput, delirat animus, sola lingua lasciuit obscenis fabulis. Qui tiuitus erant conuiuarum, quæ cogitationes, quorū hæc fieri uideremus? Vidimus enim nō semel. Qui post in illū iam digressum sermones: Referā quod ipse uidi in Italia, sed ita ne quæ attingam aut aspergam suspicione. Aderam tribus Græcis, quorū unus erat monachus, alter eruditus mediocriter, tertius puer XIII fermè natus annos. Monachus obli-

uione prætermiserat horam prandij. Itaq; curatum est a nobis, ut cibi nonib; adferretur. Ille contentus erat duobus ouis, nec passus est adferri plus eduliorum, habuit item quam pateissime. Ipse mihi semper uisus est uir modestus ac bonus, nec incurius sacrarum litterarum, tametsi præter uulgatam Græcorum linguam nihil nouerat. Cultus erat tam uisis, tam horridus & squalidus, ut existimat Hilarionem illum cultius amictum fuisse. Hacie p̄ nos omnia digna monacho. At non respondebant huius conuiuij bellaria. Amoto cibo, reditum est ad fabulas. Docius ille protulit libellum Græce scriptum in quo referebatur miracula. Ferunt autem apud Græcos hunc esse morem, ut sacerdos a sacro recitet apud populum, si quod alicubi miraculum accidit. Hoc quidam satanæ discipulus fuerat imitator, sic ut eadem esset præfati uncula, qua sacerdos solet excitare plebis attentionem, rursum eadem clausula, qua populus audito miraculo consueuit accinere gratias & gloriam deo. In medio erant obscoenitates, quales apud nos uix ullum scriptum auderet in balneis pro loqui. Ad harum recitationem meus monachus tanquam ad rem mire festivam mire coepit hilarescere, gestire, solui in cachinnos, & ad singulas obscoenitates accinebat clausulam solennem. Puer accumbebat in medio, cusus etat! conueniebant fabulae magis pudicæ. Evidem in monacho desiderabam reclam institutionem potius quam bonam mentem. Tales nimur euadunt, qui nihil aliud discunt quam ceremonias. Oblatae fuerant carnes, & erat dies quo fas erat alijs uesci. Ille magna religione recusabat. Nec passurus erat uestem mutari. Et in ea re, quæ pertinebat ad ueram pietatem, tam erat irreligiosus. Saltem adolescentulæ reverentia debebat hominem a tam obscoenis loq; reuocare. Paulus non præscripsit cilicium aut lordinam uestem. Linguæ castimoniam non uno in loco præcipit, uelut ad Ephesios: Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Rursum capite proximo: Fornicatio autem & omnis immunditia & auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sancto. Aut turpitudo, aut stultiloquiu, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiam 4 actio. Vanitate inibi detestatur: dicens: Propterea, inquit, deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Quanta sollicitu 2. Tim. 2 dñe deterret Timotheum ab inanibus uerbis, quas ille λγοφανιας appellat, quanto illo 5 Tit. 1 cho detestatur inania & infrugifera loquencies, quos ματαιολογις appellat. Et Timotheo Tim. 5 scribens, non fert oculos & curiosas uiduas, quæ per alienas domos vagantur loquientes. 1. Tim. 6 quæ non oportet. Eidem scribens detestatur inutiles contentiones, quæ sub eruditioris fuco gignunt dissidia, eas significanti uerbo uocat λεγουμεχιας. Iam futilitas, maledicetia, Futilitas ob, & obrectatio, præterquam quod est indecora Christiano, saepe nec utilis est nec tutia. For rectatio taliis habet nonnullam uoluptatis titillationem, sed in honestam, sed quæ multa doloris usura secum trahat. Effutisti quod erat reticendum, inox sequitur poenitentia perpetua, & sollicitudo, ne quod garriendi temulentia prouectus sic credidisti alienis auribus, interficiare non possis, alij uicissim apud alios effutiāt, donec res permanet ad eos, quos minime tutum sit offendisse. Itidē breuis illa maledicendi uoluptas magno perpetuoq; dolore retaliatur, dum iuxta prouerbium: Vbi dixeris quæ uelis, audire cogeris quæ nolis. Et quæad modūscripsit Hesiodus: Vbi dixeris male, peius audis. Proinde qui paratus est in alijs dicere, seipsum examinet, num uacet omni criminè. Turpissimum aurē fuerit, si qui calumpnatur, deprehendatur in eodē esse criminē, quod intendit alteri, ueluti si in contumio luscum appelleat luscum. Turpius etiā si furti crimē impingat in alterū, qui cōmisit ipse sacrilegium, aut si incesto contaminatus alteri de scorto calumniam struat. Nimurū isthuc est diligere cere festucam in oculo fratri, quū trabem in oculo tuo circumferas. Omnino fieri non posset, quin minus præcipites simus futuri ad male loquendum de alijs, si manticarum inuersio, & quod a tergo pendet reuocetur in pecius. Hic itaq; quem honesti ratio docet, habebit a maledicendo, malū metus poterit cohercere, & linguæ pruritum periculi cognitio, ueluti clavis clavū propellat. Profuerit & illud, animo recolere plurimorum numerum exempla, quibus incontinentia linguæ magno malo fuit, maxime si quid suorum nobis ipsis hinc accidit. Prius itaq; sibi quisque loquatur. Tantum calamitas peperit unicus linguæ lapsus, non cōmittam ut iterum ad eundem impingam. Conducit & hoc, si dum a se quisque rationem exigit acti diei, non manu disloculū uocet, si quid uerbis peccatum sit, q; factis, & si quid deprehendatur.

præstiterat cōtinuisse, uerberet scipsum flagello Hotmericō;

τροιαὶ σὲ ἐπειδὴ φύγε εἰπεὶ οὐλέας:

Hac exercitatione facile parabitur in dicendo frugalitas quædam ac sobrietas, & cuncta specie: cum prudentia coniuncta. Indicat & alterum remedium ille sapiens Ecclesiastes, ne facile cōmoueamur hominum maledictis. Id tale est, ut attracti conuicio recolamus, quod ipsi non raro maledixerimus alijs. Ea res faciet, ut moderatius feramus illatam iniuriam, & si nobis ignosci postulamus, æquum erit & alijs ignoscere. Ecclesiastæ uerba sic habent: Et quidem in omnes sermones quos loquentur impij ne dederis cor tuum, ut non audias seruum tuum maledicentem tibi. Etenim frequenter scit cor tuum, quod & tu maledixisti alijs. Ad quædam hominum maledicta conniuendum est, sic ut audientes nō audiamus. Alioqui si uenemur auribus quid quisque de nobis loquatur, famulorum sermonibus frequenter commouebitur. Diximus quemadmodum & aliorum peccantia mendendum sit, & nobis ab eo morbo cauendum, aut quomodo corrigendum malum quod collectum est: nūc locus mohet ut paucis attingamus quo pacto fieri possit, ut quam minima etiam alienum laedamur alienæ linguae uirulentia seu futilitate. Hic nullum est remedium efficacius, quam ut homo sic moderetur omnem uitam suam, ne quid habeat maledici lingua, quod iure meritorum in ipsum iaculari possit. Est quidem & medax calumnia, nec ueretur innocentes impetrare, uerum uix unquam de nihilo mouet tragediam, sed uel exaggerat, quod erat exiguum, uel deprauat quod ex se quidem sincerum nonnullam tamen speciem habet mali. Vertitur uenenum, quicquid exuxerit araneus, sed non adcepit ad quamvis herbam. Nō enim attingit absinthium, & sunt materiae à quibus abstinet in perpetuum. In Aristidem nulla orta est calumnia, tanta erat morum integritas. Quod si quid mali rumoris oriatur aduersus innocentem, quoniam radicem non habet unde alatur, mox evanescit, & quod de nihilo natum est, in nihil disperit: nonnunquam & in gloriam uertitur eius qui præter meritum aspersus est. Paulus apostolus non ignarus quanta sit sycophantiarum malitia, monet ut non solum abstineamus ab omni malo, uerum etiam ab omnī specie mali. Fatetur idolum & idolothytum nihil esse, & tamē ob impias hominum suspiciones iuber abstinere ab idolothytis, si quis ex accumbentibus monuerit, carnē esse immolatiam. Fatetur esse fas ut qui altari seruit, de immolatis uiuat, & tamen hac potestate non usus est apud Corinthios, quia non expediebat euangelio. Iulius Cæsar Pompeiam uxorem repudiauit, quod rumor esset illam à Clodio uiriatā, post quem Clodius incesti reus ageretur, ac Cæsar citatus quum testimonii dicere iuberetur, negauit se quicquam tale suspicatum de uxore. Mox quum accusator subiecisset, quur igitur illam repudiasti? Quoniam, inquit, decet Cæsaris uxorem etiam rumore sinistro calumnias uacare. Grauiter quidem Cæsar, sed maiorem laude tulisset, si hoc in seipso præstisset, quod exi gebat ab uxore. Cæterum quod ille non præstisset, nobis certe pro uirili præstandum est, ut cum Paulo omnia sustineamus citius, quam ullū offendiculum demus Euangeliō, hoc est professioni nominis Christiani. Paulus in tantum uult episcopum omni uacare criminem, ut non existimet illum dignum eō munere, nisi probatus sit etiam illorum testimonio qui foris sunt. Sic enim ille uocat eos qui nondum amplexi sunt euangelicam professionem: Nec est quod metuamus calumniam, si Christo præstiterimus sincerā conscientiam, quemadmodum eleganter docet Petrus apostolus in epistola priore. Et quis est, inquit, qui uobis noceat, si boni emulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, ut non conturbemini. Dominum autem Christianum sanctificate in cordibus uestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti uocationem de ea quæ in uobis est spe, sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam, ut in eo quod derahunt de uobis confundantur, qui calumniantur uestram bonam in Christo conuersationem. Melius est enim ut benefacientes si uoluntas dei uellet, pati, & malefactores. Verū quoniā difficultissimum est præstare uita sic undique inculpatā, ut nihil inueniat calumniator, quod uel arrodat, uel deprauet, quarēda est ratio qua fiat, ut & minimū noxae nobis adferat maledica lingua. Ad id primū cōducit, si nobis bene conscientia cōmoueamur maledictis, nec attracti cōuicio regeramus cōuictū, sed aut obtice scamus, aut placido sermone satisfaciamus calumniam. Ita, citius cōquiescat exortū dissidiū si nullus irriter repugnādo, alioqui reciprocā conuictiorū uicissimudo semper in derius gliscet, tandem

tandem ex it in manifestam rabiem. Nec pugeat hoc facere Christianum humilem, nec os
 & Pet. 2 in hinc culpa vacante, quod pro nobis est passus omni dominus, qui quum cōuitijs in-
 cesseretur, non regerebat cōūtia, quū pateretur innocuus, non cōminabatur, sed omnes
 ultionem tradebat patrī iuste iudicanti. Imo quod est eximiae cuiusdā charitatis pro cru-
 cifigentibus, prō subsannahibus & insultantibus orauit. Quod exemplum prius om-
 & Cor. 4 nūm retulit Stephanus, & post hunc magnus ille Paulus: Conuictijs, inquit, afficitur, &
 benedimus, persequitionem patiētes sufficiemus, maledictis incessit, & obsecramus.
 Docuit quod præstis, & præstitit quod docuit. Benedicite, inquit, persequētibus vos, be-
 Rom. 12 niedicite & nolite maledicere. Si fieri, inquit, potest, quod in uobis est, cultū omnibus ho-
 minibus pacem habentes, non uosmeripso ulciscētes charissimi, sed date locū ira. Nec
 nos moqueat ille Nasōnis uerſiculus. Que uenit indignie poena, dolenda uenit. Immo quæ
 uenit ex merito poena, dolenda uenit. Quum Phocion uir apud Athenienses optimus
 bibiturus esset uenenum, & uxor muliebri more plorans, diceret: Mihi innocens morio-
 ris: Quid, inquit, uxor, an malles me nocētem mori? Idem rogatus, quid moriturus man-
 daret filijs, ne quid, inquit, ob huius rei memoriam iniquiores sint Atheniēs populo.
 Aristides quum ostracismo damnatus iret in exilium, amicis percontantibus, quid im-
 precaretur Atheniensem populo tam ingrato, qui uirum integrum ac de repub-
 blicenemētū eīceret; Precor, inquit, illis tam perpetuam felicitatem, ut ne unquā illis Ari-
 stides ueniat in mentem. Socrates per calumniam oppressus nihil unquam atrociter di-
 xisse legitur in Anytum ac Melitum, tantum locans suo more, quod refederat in poculo
 post epotum uenenum in terram effudit, dicens se hoc propinare Anyto ac Melito. Idem
 colapho percussus à quodam, admiranti cuidam quod eam contumeliam ferret tacitus,
 quid faciam, inquit. Tum alter, trahē hominē in ius. Hic ille ridens, quid audio? Si alius
 mihi calcem impiegisset, uocarem eum in ius? Quidam ipsi sibi conuictum exasperans, in-
 peiorem partem interpretantes omnia. Quanto cōuictus eleuare contumeliam, dixit ubi-
 ro calore percitus, dixit non ex animo, sed ex uino, dixit ab alijs instigatus, dixit ignarus
 ueri, nec in me dixit, sed in eum quem me esse putabat. Tam multa sunt ethnici exem-
 pla, qui moderatissime tulerunt hominum maledicētiā, & nos qui Christiani dicimur,
 pro leui conuictio, imo pro aerbulo patrum reuerenter emulso, quas blasphemias, quae uer-
 bera regerimus; Cleomenes Lacedæmoniorum rex maledicūm quendam qui non cessa-
 bat ipsum cōuictijs apud omnes lacerare, sat habuit factō dictio castigare. An ideo, inquit,
 male loqueris de omnibus, ne nobis uicissim sit oculum de tua malitia loquendis? Demara-
 ro regi Orontes asperius ac petulatius fuerat loquutus: eo digresso, quum ex amicis qui-
 dam diceret: Acerbius se gessit apud te quam decet Orontes; Imo, inquit, in me nihil pec-
 cauit: Nocebit enim nobis qui ad gratiam loquuntur blandientes, non qui cum odio &
 asperius. Similem moderationē præstitit Leotychidas Aristonis filius. Quum enī illi
 quidam tenūciasset, Demarati filios de ipso male loqui, ille cōtemptim, per deos, inquit,
 nihil miror, neq; enim quisquā illorū posset benedicere? Vir prudens contumeliam ipsiū
 latam in naturā morbum reiecit. Nullus enim indignatur porco quod grunnit, aut cani
 quod latrat, aut anseri quod obstrepet, aut camelo quod blaterat. Lysander item, quū qui
 dam in ipsum conuictijs debaccharetur, nihil cōmotus, agit, inquit, hospes, agit dicitur
 frequenter ac strenue, ne quid omittas, si forte sicuti tu iustis thalib; quibus plenis ui-
 detur exonerare ualeas. Eiusdem moderationis est non perturbari cōuictio, cuā est cō-
 cōmoueri laudibus. Philarchus Leonidae filius, quum accepisset ceu rem nouam, ipsius
 ab homine maledico laudari, demiror, inquit, nisi si quis illi persuasit tibi esse mortuus
 Ne quidem uiuentē laudare posset neminem. Sunt qui tradant Pericles ingenio fulle struc-
 tori. Et tamen uiris præter naturā hanc præstitit moderationē, prudentiā adhibet in eos
 similiū. In hunc quum imperitus quidam linguaq; impotentis conuictijs debaccharetur
 tierbum illi non respondit, sed nihil cōmotus ingressus est portici, inde sub ope pellit
 pit redire domum. Euntem sequutus est maledicus, magis ac magis inardescens, quā
 gligeretur. Vbi tandem uentū est ad ianuam, famq; nox esset, Pericles ē famulis uenit,
 ut accepto lutmine maledicū domū deduceret. Si fas est uicisci maledicētiā, uicisci
 pulcherrimū uicisci genus. Cuius est quod fecit Pericles, sed non nimis excedit
 mi quod Plato. Hunc quā est dimissurus Dionysius, non semper habet

fitter, dixisse fertur: Plato quum redieris ad amicos tuos & studiorum sodales, multa mala illis de me praedicabis. Ad quae Plato subridens, imo, inquit, rex, fieri non potest, ut illic meis sodalibus à disciplinis tantum oīj contingat, ut cuiquam uacet tui meminisse. Declarat animum uere regium & excelsum quod celebratur ab Alberto rege Poloniae dilectum, huius fratre qui nunc regnum illud felicissimis auspicijs moderatur, ac nuper ingenitius victoria ex Turcis relata, non mediocriter & locupletauit & constabiluit. Quum enim ad Albertum delatum esset quendam apud omnes de ipso male loqui, nihil commotus, Malo, inquit, unde apud omnes de me male loqui, quam omnes apud unum. Simile animi celsitudinem sapit quod respōdisse fertur Antisthenes Cynicus, ijs qui deferebat Platonē de ipso male loqui. Regis est, inquit, male audire quum beneficeris. Quod dictum Plutar chus transfert ad Alexādru magnum: nihil enim summo regi similius, quam Cynicus. Volumnius & Saccilio, quorum alter erat mimus, alter histrio, quum essent in castris captiui, ne tum quidem temperabant à conuictijs in Brutum ducem faciendis. Ac Brutus frequenter interpellatus de coercēda hominum petulantia, neglexit. Tandem quum nec illi finem sacerent maledicendi, & Casca uehementer urgente, permisit ut facheret in illos quod ipsiis uideretur. In uno facto gemitum exemplum nobis proditum est, alterū quod effrenis lingua uectigal sit calamitas, alterū, excelsis animis negligēda esse maledicētiā eorum, qui non iudicio sed morbo de ipsis male loquuntur. Nec tales impatientius esse ferendos, quam ferimus eos qui per febrim aut phrenesim nobis male dicunt. Fortasse non hic conueniebat admiscere mentionem sacri Lindij, siue quia fabulosum est quod narrat, siue quia factum est, magis militarem ac barbaricam immanitatem, quam celsitudinem animi generosi sapit. Hercules quum esuriret, & offenderet Lindium quendam iugo boum arantem, rogauit ut alterum boum sibi daret placando stomacho. Non enim eluriebat vir fortis cepas aut legumen, aut oua: sed solidos boues. Quum rusticus excusaret, omnes facultates suas totamq familliam nisi iugo boum, iure commotus Hercules, utrumq bouem eripuit, mactauit & comedit. Interea rusticus senex, quoniam nihil aliud potuit: multa conuictia dixit in Herculem, quibus ille adeo commotus non est, ut negaret sibi unquam accidisse conuiculum iucundius, quod ipsis rusticus motionis esset loco. Hoc exemplum si conferas ad ea quae superius retuli, plane barbaricum est ac militare: sin ad ista quae quotidie designant nostri milites intet agricolas, in ira cuiusdam ciuitatis uideri potest, qui non contenti placasse cibis latrahem stomachum, quicquid ubiq bellissimum reperiunt, deuorant, & quod nec deuorare nec auferre possunt, perdunt aut exurunt ne cui sit usus. Interim miseris adeo non licet animi dolorē ulcisci conuictijs, ut in constupratis filiabus & uxorisbus Indigna pasci, cogantur esse supplices, & agere gratias, quod ipsis uitam reliquata esse uoluerint. Sit barbaricum & immane quod fame coactus fecit Hercules vir de genere mortaliū, uti tradunt, benemeritus, modo doceatur quo nomine dignum est: quod Christiani milites qui conducti, nonnunquam & cōducendi prosperant ad bellum, aut à bello redeunt, faciunt non stimulante fame, sed inuitante ad maleficium licentia: idq non in hostes, sed in suos. Ac tales ubi domum redierint, habentur honesti, & quicquid interea designatum est bello imputatur, quū alioqui leges in predones, fures, incendiarios, & raptore atrocibus sautant exemplis. Sed redeamus ad id quod augebatur, quo pacto fieri queat, ut quam minimum malū capiamus ex aliena maledicentia. Ceterum consultrius est etiam maledicorum uitium in nostram utilitatem uertere. Mōtient quid sit corrindum, indicant à quibus sit cauendum, & omnino socordiam nobis & oscitantiam excutient. Philippus Macedonum rex, quum ab Atheniensium primoris multis cōuictijs lapidaretur, aiebat se illis magnam habere gratiam, per quos ipse tum factis, tum dictis quotidie redderetur melior, dum illos, inquit, & rebus & uerbis uanitatis coarguere studeo. Idem adhortatisbus amicis ut hominem maledicū expelleret. Non faciam, inquit. & admirantibus quur ita sentiret: Ne obambulans, inquit, inter plures de me male loquatur. Quum Smicythus ad eum detulisset, quod Nicanor continententer de ipso male loqueretur, amicis suadentibus ut hominem accersitum puniret: Imo, inquit, Nicanor non est Macedonum pessimus. Videndum igitur nuncibi sit illi à nobis facta iniuria. Itaq cū animaduertisset Nicanorē egestate pressum, uelut in hoc non meminisset officij sui, quod uirum non instrenū neglexisset, iussit illi munus quam prius dari. Hoc facio

facio, quum Smicythus retulisset, Nicanorem iam alium, passim honorifice de Philippo
 prædicare. Ergo uidetis, inquit, in nobis esse situm, ut uel bene uel male de nobis loquam-
 tur homines. Quum Telcro Lacedæmoniorum principi quidam renunciasset quod pa-
 ter de ipso male loqueretur. Nunquam, inquit, ista dixisset nisi causam haberet quur dice-
 ret. Huius frater quum quereretur quod ijsdem ortus parentibus, non similiter in precio
 haberetur a ciuibus. Id sit, inquit, quod tu nescis æque ferre iniurias atq; ego. Huiusmodi
 moderationem legimus præter alios & in Tiberio Cæsare fuisse, ad quem quum defer-
 rentur, quæ plurima uulgas in ipsum petulanter faciebat, noluit ulcisci, sed respondit, in
libera ciuitate & mentem & linguam oportere liberam esse. Rursum quum se hatus cense-
 ret his de rebus instituendam esse cognitionem, quo pœnis hominum petulantia coerce-
 retur, respondit se occupatione esse, quām ut talibus negotijs intendere uacaret, quorum
 actio si semel susceptra fuisset, nullum unquam ocium futurum alij rebus traclādis. Clau-
 dius Cæsar quum Græcus quidam inter dicendum incalescebat, dixisset τὸν οὐρανόν εἶναι
γῆν, dissimulauit con uitum. Similis lenitas fertur Vespasiani. Referā exemplū unum
 aut alterum. Quum Cynicus quidam petulanter in eum latrasset, & illū post casu habuiss-
 et obuiū, nec ille uel assurgere uel salutare Cæsarem dignaretur, sed oblatraret etiā num-
 nescio quid, satis habuit appellasse canem. Saluus quum patrocinaretur reo diuini, ausus
 est dicere: Quid ad Cæsarem, si Hipparchus, nam id erat reo nomen, habet se sterium mi-
 lies. Ea uox ad Cæsarem delata est, quæ illum figurato mortuū petebat, quasi Hipparchio
 per calumniam face esseretur negotium, quo damnati facultates accrescerent fisco Cæsa-
 ris. At Vespasianus quum non ignoraret quo animo dictum esset hoc à cauſidico, tamen
 laudauit etiam, uidelicet detorquens ad suæ sinceritatis argumentum, quod ille in Cæsa-
 ris inuidiam effuderat. Hoc fecit ethnicus, qui Christū non nouerat, qui non legerat Euān-
 gelicas literas, cuī in manu erat ulcisci si libuisset; & nos Christi philosophiā professi, uix
 etiam amicam ac blandam admonitionem pati possumus, etiam illa depravates quæ sum-
 pliciter & amanter dicta sunt. Quum lis esset inter senatorem, & equestris ordinis homi-
 nem de iurgio, ita pronunciauit Cæsar, non oportere quidem maledici senatori, ceterugā
 : remaledici ciuile fasq; esse. Hac sententia subleuauit inferiorem, & deterruit maiores ne
 fretri autoritate potentiaq; sua, con uitio laceſſerent inferiorem, ni uellent audire paria. At
 nos ter imperator Iesus Christus nec remaledicendi ius facit. Archelaus aqua respexit,
 quum ab amicis incitaretur ad uindictam: Non me, inquit, respexit, sed quem me esse pa-
 tabat. Et nos si quid admonendi gratia dictum est in genere, rapimus ad priuatam conu-
 meliam. Quo philosophos quosdam perduxit humana ratio, quo principes malos hu-
 mana prudentia, eò nos nō perducit uel doctrina cœlestis, uel tot exempla capitū nō sp̄ci. Iuuabit & illud, si quum in nos immerentes rabiosa petulantia debacchatur maledica lin-
 gua, sic nostro cum animo loquamur: Quid si deus hoc uoluit, ut per hunc dem pœnas,
 olim male deuoratarum laudum adulotorum, & auide deuoratæ gloriæ, quam sp̄ciam
 oportuit: Dicamus igitur & nos cum David: Sine maledicat, si forte dominus prop̄p̄tus
 misereatur mei. Per longum esset hic tractare quæſtionem, quando & quatenus sit re-
 spondendum maledicis. Legimus, qui negligit famam crudelis est: & legimus, responde-
 stulto iuxta stultitiam suam. Et dominus poster ad quædam maledicta obticuit, ad quæ-
 dam diligenter respondit. Audiuit Samaritanus, & dissimulauit: audiuit, dæmonium ha-
 bes, & accurate refellit calumniam. Sunt probra quæ nobis non est in manu corrigere,
 ueluti si quis apud Scythes, aut ex pudendo genere, aut pauper natus esset; Ea silentio me-
 lius sopiuntur, nisi quod hoc boni licet ex hominis maledici uitio decerpere, ut admoniti
 con uitio, benefactis ac uirtutum eminentia fortunæ maculam aboleamus. Si quod obſ-
 citur uitium est, & nostra culpa admisum est, malevolentiam inimici nobis uertamus in
 officium amici. Siquidem acrius calcar habet ad uitæ correctionem hostis exprobatio,
 quām amici moderata monitio: Si falsum est quod obſicitur, circunspicere conuic-
 tum quam occasione dederimus ei calumnia: Mox amputabimus unde depre-
 mus hoc maledictum pullulasse, & in reliquis cautores erimus. Postremo sapienter
 dicit, qui faciliis dictisq; declarat apud omnes con uitum in se se non competere. In se
 famia recidat in calumniatorem. Nec famam negligit, qui modis omnibus cauſis, nonnullis
 in merentem maledici possit. Est tamen ubi tempus, ac res postular; orationem, quæ
 :

nōstra infamia cum multorum periculo coniuncta est. Si Christus silens agnouisset pro brum, quod in Beelzebūb ejceret dæmonia, periclitabatur omniū salus. Et Paulus apostolus strenue tuetur autoritatem suam aduersus pseudapostolos, quod id omnīū referret. Episcopum falso traductum fœdi criminis infamia, non oportet dissimulare, ne populus exemplum ad se trahat, aut episcopi doctrinam contemnat. Verum aliud est de pellere crimen, aliud est recriminari. Est ubi cōueniat respondere stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi uideatur sapientia. Est ubi non expedit respondere stulto iuxta stultitiam suam, ne reddaris illi similis. Respondit dominus captantibus phariseis: Baptismus Ioannis utrū ex deo est, an ex hominibus, & cōprehensi sunt in astutia sua. Similiter responsum est de censu dando Cæsari, de sanando homine in sabbato. Non responsum est stultis iuxta stultitiam suā, quā diceretur filius fabri, & uini potator. Respondit & Paulus stulto iuxta stultitiam suā Elymē mago, o plene omni dolo & omni fallacia, inimice omnis iustitiae, non desinis subuertere uias domini rectas, & nūc ecce manus domini super te, & eris cæcus & non uidens usq; ad tempus. Respondit & Petrus Ananiæ iuxta stultitiam suam. Id raro factū est sub apostolis, qui poterant dicere: An experimentū queritis habitantis in me Christi? Nobis hominibus magis cōuenit silentiū, aut breuis moderataq; responsio, nisi res alio cōpellat. Ostendimus quomodo medendū sit alienæ linguae morbo, cōmōdū strauimus qua ratione nostrū morbi uel curare, uel tollere liceat: Indicauimus antidotū aduersus malæ linguae nos impotentis uenena, quid supereſt, nisi ut exhortemur Christianos oēs ad Christianæ linguae studiū: Inter signa quæ comitarentur eos qui crederent Christo, nominatim cōmemoratur & illud: Linguis loquētur nouis, quemadmodū ante Lingua nostra diximus, additū est & serpētes tollent. Hacenus promiscuæ multitudinē loquutus sum, nunc procul absint prophani, Christianus appello Christianos. Si sumus quod dicimur, agnoscimus promissa ducis nostri. Is ascensurus in cœlū, his nouissimis uerbis cōfirmavit animos suorū. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Signa aut̄ eos qui crediderunt, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejcent, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & bene habebūt. Hæc potestas sic est tradita primis illis euangelij præconibus, ut quod erat uisibile maneret ad tēpus, quod spirituale semper in omnibus remaneret. Habebant & gentes baptismos suos, quibus se purificari credebāt, habebāt & profissiones suas, pro delubris, pro focis & aris & occidebantur & occidebant. Habebāt & peculiares initiationes suas, ac suæ quisq; religionis ceremonias ac ritus superstitione seruabant. Qui Baccho initiantur, nouerant sua mysteria, qui Cybeli aut Cereri, nouerant suæ religionis arcana. Habebant suos afflatus, habebant suos exorcismos, habebant & nouas linguis quas ante nunquam didicerant, id quod energumenis accidere dubium non est, medici putant cītra miraculum accidere morbi ui. Aduersus serpentes habebant Marsos incantatores, habebant Psyllos qui innocui non solum attractarent uenena, uerum etiam ex alijs uenenum exugerent. Dabat hoc illis natuūtas. Habebant uerba & uoces, habebant Apollinis & Aesculapij phana, habebant annulos in morborū remedia. Hæc omnia oportet in nobis esse perfectissima, nisi uel sefellit nos dominus, uel nos falso titulo gloriamur. Nullus est ex uobis qui si perconterat credat Euangelio, incontanter responsurus sit, credo: an baptizatus sit, maxime. Audio constantem professionem, & video præter communem illam professionem, multos peculiariter initios nō Baccho, non Cereri, nō Osiridi aut Isidi, sed probatissimis diuisi Dominico, Francisco, Benedicto, Bernardo, Augustino, Brunoni, Brigidae. Et interim tamen Christi professio communis est omnium, cui etiam si nihil accederet, sufficiebat tamen ad exigenda signa. Exigamus igitur iniucem à nobis, ubi signa professionis: Quisquis uere credens baptizatur, nascitur cœlitus, non iam Marsus aut Psyllus, sed homo cœlestis. Verum ubi uis tollendi uenena: Discipuli ab ethnicis tollebant uenena, nos ipsi uenena miscemus & ethnicis & Christianis. Belligeramus, occidimus & sicis & uenenis. An nō hoc est serpentes immittere: Venenis ac noxijs bestijs plena sunt omnia, sed ubi Psylli Euangelici, qui incantamentis eruditæ linguis propellant serpentes, qui suctu fraternæ consolationis & admonitionis eximant uirus e uisceribus hominum: Energumētorum ubique plena sunt omnia, nisi forte credimus eos, qui afflati liuore, odio, ira,

ambitione, avaritia, sic insanis tumultibus cōcūtiunt orbem, sic incendijs, rapinis ac cædibus miscent omnia, non agitari spiritu satanæ: sed ubi euangelici exorcistæ? Video qui in apostolorum locum succedant, sed ubi sunt qui in nomine Iesu profligant dæmonia? Num elanguit uis diuini spiritus? num interij uigor illius omnipotentis nominis? num diluta est potentia fidei? Qui fit igitur ut sic impune regnent impii spiritus? Quanta morborum uis in populo Christiano? quanta turba capitalibus malis decumbētum? Sed ubi sunt illæ medicæ manus, quæ sacro contactu propellant morbos? Vbi noua lingua quæ præstat hæc omnia quæ diximus? Ea profligat dæmones, ea tollit serpentes, ea quos contigerit sanitati restituit. Hauserant uenenum Romani seducti per pseudapoëtos in Iudaïsum. Quod ibi genus incantamenti non adhibet Paulus? Aegrotabant Galatae: nam & his pseudapoëtoli salutiferam Pauli doctrinam admixta uenenis inficerant. Quid non facit hic mirabilis ille Psyllus, ut letiferum uirus ex animis illorū educat? nunc leniter palpans, nunc obiurgans & exprobrans, nunc docens & coarguens? Vellem, inquit, esse apud uos modo & mutare uocem meam, quoniam cōfundor in uobis. Qui magicis artibus utuntur, solent ferè require loci dolentis contactum. Et Paulus ut sapiens incantator adesse cupit ut mutet uocem suam, uidelicet pro uarietate personarum ac mali. Hoc non poterat epistola. Corinthiorum autem ulcera quanta sollicitudine tractat ut medeatur, quomodo sese demittit ad suatum usque, nihil quamvis humile refugiens, modo uenenum educat? Vnum incantatorem, unum Marsum, unum Psyllum uobis ostendi. Supersunt & hodie præsertim apud Italos, qui genus suum ad Paulum autorem referunt. Hi precibus quibusdam ac magicis remedij successunt uulneratis à bestijs aut sagittis. Verum ubi sunt ueri Pauli nepotes, qui sacris incantamentis medeantur animis mortalijs? Baptismum uideremus in omnibus, fidei professionem audimus, quanquam ipsa baptismi uis uideri non potest, quemadmodum nec fides audiiri, signis tantum colligitur. Nec enim est ociosa, si latet, uim tamen exerit suam. Certeissima uero indicia sunt in lingua. Proinde si uere Christum induimus, si uere in baptismo exuimus ueterem hominem cum actibus suis, ac nouum induimus, qui secundum deum creatus est, unde in nobis adhuc uetus illa lingua? Illa inquam futile, garrula, precepta, mendax, amarulenta, rixatrix, conuictatrix, delatrix, obrectatrix, impudica, peieratrix, malefunda, impia ac blasphemaria. Si uere Christi spiritum hausimus, aut si uere sumus membra Christi, quum spiritus scientiam habeat uocis, quin auditur in nobis lingua sobria, parca, modesta, pudica, circumspecta, ueridica, mansueta, pacifica, benedicta, simplex, obsecratrix, consolatrix, exhortatrix, confitens, & gratiarū auctrix? Legimus in sacris literis uarias linguas, linguam serpentis ac diaboli, linguam canum, linguam hominum, & angelorum, linguā terrenam ac cœlestem, linguam paruum, ac linguam dei. Quisquis mentitur, peierat, fallit, docet impia, persuadet iniqua, serit dissidiū inter fratres, quisquis contendit, iurgatur, calumniatur, lingua diaboli loquitur. Si uere renunciavimus diabolo, nosq; Christo addiximus, quur adhuc auditur in nobis lingua serpentis? Si uere sumus filij dei, quur in nobis adhuc auditur lingua hominum? Qui de terra est, terrenus est & ex terra loquitur. Tales adhuc erant apostoli quum dicerent: Domine quando regnum Israel: post facti cœlestes, iam cœli enarrant gloriam dei. De lingua canis meminit psalmographus. Canes erant qui clamabant: Tolle tolle, crucifige crucifige. Canes erant, qui oblatabant pendentī in cruce: Vah qui delruit templum dei. Canes erant qui clamabant: Non est spes salutis, nisi iuxta Mosi legem circumcidamini. Hos canes uitari iubet Paulus. Quanquam sunt & boni canes, qui excubias agunt pro domo dei, qui linguam habent medicam, & lingunt ulcera pauperis Lazari. Et sunt canes custodes gregis, qui aduersus lupos muti sunt, aduersus oves uocem habent & dentes. Nocentissimi canes sunt, qui non patiuntur audiri uocem Euangelicam. Reprehenduntur Iudei, qui cor habebant incircumcisum. Utinam non essent inter Christianos, qui linguam haberent incircumcisam. Qui nihil aliud crepat, quam de ædificando, de agricolando, de elocandis liberis, hominum lingua loquitur, & adhuc nihil aliud quam hominem se esse declarat. Qui loquitur inter perfectos sapientiam in mystrio absconsam, fortasse linguis angelorum loquitur. Sic enim Paulus scribens Corintios: Si linguis hominum loquar & angelorum. At idem quū simpliciter erraret in Iudaismo, depugnaret

depugnaret pro lege patria, nec agnosceret Christum legis finem, infantili lingua loquebatur. Quum essem parvulus, loquebar ut parvulus. Quanquam est & aliud parvulorum genus, qui malitia parvuli sunt, sensu perfecti, ex ore quoru deus perfecit laudem suam. Est autem & lingua dei. Sic enim legis apud prophetas: Os domini loquutum est. Et in Iob: Vtinam loqueretur deus tecum & aperiret labia sua tibi, & ostenderet tibi secreta sapientiae. Ad hanc linguam obmutescit omnis hominum & angelorum lingua. Quod enim stultum est dei, sapientius est hominibus. Hanc, opinor, linguam audierat Paulus raptus in tertium coelum, sed huius arcuam humana lingua profari non potuit. Ceterum temperauit deus linguae coelestis sublimitatem, & loquutus est nobis moderatione per filium suum Iesum, ut hunc audientes & imitantes salutem aeternam consequamur. Obserua te quae Christiane, qualis fuerit Christi principis tui lingua. Num garrigt aniles fabulas: num iactauit suas laudes: num quem detulit: num quem occidit: num quem sefellit: Audierunt discipuli hanc linguam, & dicunt: Domine quo ibimus. uerba uitae habes: Prædicabat gloriam dei, docebat errantes, corripiebat delinquentes, exhortabatur cessantes, consolabatur afflictos, benedicebat infantibus, sanabat ægrotos, profligabat impios dæmones, purificabat leprosos, sedabat tempestates, excitabat mortuos, remittebat peccata, orabat pro impijs ut resipiscerent, gratias agebat patri. Ad regerenda conuictia linguam non habebat, ad interpellandum patrem pro suæ necis auctoribus uocalis erat. Quur hanc linguam pro uiribus non imitamur, linguam modestam, linguam medicam, mansuetam, cœciliatricem omnium quæ in coelis & quæ in terris: Sed nemo Christi linguam imitari potest, nisi Christi spiritum hauserit. Nec enim apostoli nouis linguis loqui coeperunt, nisi post acceptum cœlitus spiritum. Quum discipuli dicerent: Domine uis ut iubeamus ignem uenire e coelo, qui consumat hanc ciuitatem, hominis lingua loquebantur. Rursum quum apostoli inter se disceptarent, quis esset maior in regno coelorum, humana lingua loquebantur. Quum ascendentem in coelum rogabant: Domine num hoc in tempore præsentaberis, & quando regnum Israel: adhuc humana lingua loquebantur. Sed acceptis linguis igneis, quid loquebantur? Non primatus, non præsidentias, non latifundia, non uxores, non ædificia. Quid igitur: Loquebantur magnalia dei, & loquebantur uarijs linguis sed consentientibus: erat enim illis cor unum, & anima una, quia spiritus unus impleuerat omnes. Hodie uero quum uidemus tot opinionibus dissidere philosophorum scholas, tot dogmatibus tamq; diuersis digladiari Christianos omnes, nonne referimus structuram turris Babel? Inter elatos qui potest constare concordia, ubi nemo concedit alteri? Hoc non ignorans Paulus scribit Philippensibus: Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, id ipsum sentientes: nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam. Vnde igitur inter nos tanta linguarum & animorum confusio, nisi ex arrogancia? Quur non potius in una stirpe, ut sumus eiusdem uitis palmites, & unu sumus inter nos, quem admodum Christo iungimur? Quur non audimus Christum nobis ore Pauli loquenter: Fidelis Deus per quem uocati estis in societatem filij eius Iesu Christi domini nostri. Obscro autem uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti, sitis integri, in eodem sensu, & in eadem sententia. Si membrum à membro diuulsum est, ubi corpus? Si corpus à capite distractum, ubi uita corporis? Hoc nimis est quod dicit Paulus nos uocatos in societatem filij dei, quod per fidem insiti sumus illius corpori, quod est ecclesia: ecclesia uero congregationem sonat, non diuisionem. Quoniam autem non possumus adhaerere capiti, nisi inter nos consentiamus, mutuaque charitate conglutinemur, ideo dicit: Sitis autem perfecti, hoc est integrum corpus, neq; mutilum, neq; conuulsum, sed solidum & coagulatum in Christo, uinculo spiritus eius. Male habet Paulum quod apud Corinthios audiretur haec dissidiij uoces: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego Christi. Quid diceret, si hoc seculo audiret confusas hominum linguas. Ego sum Theologus transalpinus, ego cisalpinus, ego Scotista, ego Thomista, ego Occanista, ego realis, ego nominalis, ego Parisiensis, ego Coloniensis, ego Lutheranus, ego Carolistadianus, ego Euangelicus.

ticus, ego papista. Pudet me referre cætera. O domus quām dissipata es, o ciuitas quām disiecta es. O corpus, ubi nunc illa felix èras, extra quā quisquis est, in Christo non est. Quin desinimus extruere turrim Babel, turrim superbiæ ac dissensionis, & incipitus instaurare Hierosolymam, ac templum domini collapsum? Vnde nobis exorietur Es-

2. Esdras 13. dras aliquis, qui hanc linguarum confusionem redigat ad linguam Iudaicam, hoc est lin-

Lingua cor- guam profitentem ueritatem Euangelicam? Viderat enim Esdras Iudeos ducentes in rupta matrimonium mulieres Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas, & horum filii, uide-
licet hybridæ, ut erant genere mixto, ita mixtam habebant linguæ, semijudaice loquen-
tes & semiazotice. Si unicus est populus Christianus, quur nescit linguam suam, quur
peregrina lingua corrumpit linguam Euangelicam? Vxores in causa sunt, uxores alienigenæ, quas non notit ecclesia. Quot sectæ sunt, quibus nos addicimus, tot uxores du-

Lingua con- ximus barbaras. Hæc subuerterunt & Solomonem, ne quis sibi fidat commercium ha-

fites bens cum alienigenis. Quod igitur cōmutandæ linguæ remedium? Redeamus ad exor-

dium Euangeli: Poenitentiam, inquit, agite, appropinquat regnum dei. Agnoscat suum

quisque peccatum, uertat uitam in melius, & propiciabitur nobis Dominus, cuius ira

merito saeuit in nos. A planta pedis usque ad uerticem non est in nobis sanitas. Qualis

populus talis sacerdos, & quales principes, tales magistratus ac præfecti. Omnes que

sunt querunt, non quæ Iesu Christi. Qualis præceptor, tales discipuli, qualis pater,

tales liberi, qualis paterfamilias, talis familia. Omnes alij aliorum uitam ac doctrinam

incepsimus, nemo sua studet corrigere. In alijs etiam quæ recta sunt calumniamur, in no-

bis nihil non excusamus. Ergo à lingua confiente profiscatur exordium instaurandæ

concordiæ. Desinamus esse filii ueteris Adæ & Euæ, quorū ille peccatum reiecit inno-

rem, hæc in serpentem. Desinamus esse progenies Cain dissimulantis parricidium. Ne

nobis placeat exemplum Ananias & Sephoræ, ut mentiamur spiritui sancto, confitear-

mur deo, quod illum non latet, etiamsi non confitemur. Sit hic primum labium omni-

um unum. Imitemur linguam Davíd, quæ placauit iram dei, eumq; quodam modo com-

exp. 59. pulit rescindere sententiam. Imploremus cum Esaia misericordiam domini, dicentes:

Rugiemus quasi ursi omnes, & quasi columbae meditantes gememus. Expectauimus iu-

dicium, & non erat, salutem, & elongata est à nobis. Multiplicatae sunt iniuriantes nos

stræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis, quia scelera nostra nobiscum, & ini-

uriantes nostras cognouimus. Peccare & mentiri contra dominum, & auerſi sumus ne

iremus post tergum domini nostri, ut loqueremur calumniam, & transgressionem con-

cepimus, & loquuti sumus de corde uerba mendacij, reliquaq; quæ inibi sequuntur. As-

Dan. 9. sum cum Daniele: Obscurus deus magne & terribilis, &c. Non pigeat quenquā nostrum

īsdem uerbis implorare domini misericordiā, quibus implorarunt sanctissimi prophete-

tz. Nunquam erit bellandi finis, si malitiā nostra malitia superare conabimur,

si errorem errori addemus, si quod praece gestum est, praece defendemus, quod inconfi-

derate dictū est, peruicaciter tuebitur. Sint principes ueri principes, sint episcopi, sine

sacerdotes, monachi ac theologi, uere quod dicuntur. Oues uere sint oves Christi. Qui

lapsus est lingua, benedicendo corrigit, quod male dicendo peccatum est, imitans eva-

exp. 59. templum beati Iob, dicētis: Qui leuiter loquutus sum, respondere quid possum? Manu

meam ponam super os meum. Vnum loquutus sum, quod utinam non dixisse, & ake-

rum, quibus ultra non addam. Superbus exigit humilitatem à superbo, & superbus fati-

perbo repugnat, & auarus auarum spoliat, & hæreticus hæreticum uocat: nec ullus pu-

gnandi, prædandi, rixandi modus. Diruatur hæc turris, & cessabit animorum lingua-

rumq; confusio. Rebūs undiq; perturbatis clamant, quid confiliij? Quem potius confili-

4. Petri 5. torem audiamus, quām Petru ecclesiæ principem? Humiliamini, inquit, sub potenti-

nu dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis, omnem sollicitudinem uestrā propo-

tes in eum, quoniam ipsi cura est de nobis. Valde superbus est qui se recusat submitti-

deo. Si principum & episcoporum dignitas non patitur, ut se submittant homines, men non pigeat illos, sese præbere humiles in cōspectu dei, cuius potentiae uelut subditæ

subditi sunt. Sic demum erunt uere magni. Populus item obediat præceptis diuinis, subiicit

subiectus sit omni creaturæ propter deum. Sic erit uere liber, si nulli seruiat peccato. Fuerimus multiloquiū, in quo nō potest deesse peccatum, quū dominus battologiam daret etiā in orando. Amemus silentiū, diu discentes, quod doceamus, ueloces ad audiendum; tardī ad loquendum. Ne laxemus linguae plectrum in sermones superuacaneos, cogitantes quod iuxta domini denunciationē, de quolibet uerbo ocioso redditum sumus rationē in die iudicij, ac Paulum subinde monentem audientes, uitemus μεταπολογίαν, hoc est hominem sermonem, qui non conductit ad negocium salutis æternæ. Sinamus fastos fatua loqui, nos ambiamus ut de nobis dīcī possit: Os iusti meditabitur sapientiā, & lingua eius loquetur iudicium, & iuxta Pauli doctrinam, Sermo noster sit semper sale Colos. 4 conditus in gratia, ut sciamus quomodo oporteat nos unicuique respondere. Nullus sermo malus proficiscatur ex ore nostro, consentiat lingua cum animo. Si ueritatem diligimus, absit mendaciū ab ore nostro. Si Paulo auscultantes, quæcunque sunt uera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque amabilia, quæcunque bona fama, si quæcunque uitutis sunt, & ad laudem disciplinæ pertinent, cogitamus ac meditamur, eadem & lingua nostra sonet. Dices, quod autem præmium apostole: Audi maximum: Et deus, inquit, pacis erit uobiscum. Si coramat Iesum, de Iesu sit nostra confabulatio, & ille dignabitur esse in medio nostri. Pro scurrilibus facetijs, audiat sermo bonus, qui confert ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Omnis amaritudo, ira & clamor & blasphemia, tollatur à nobis, cum omni malitia. Omnis autem scortatio, immuditia & avaritia, nec nomine inter nos, sed magis gratiarū actio, quod ab his malis nos liberarit diuina misericordia. Absit ebrietas insulcij loquacitatis mater, sed alacritas gaudium nostrum nascatur e spiritu sancto, quo pleni loquamur inter nos quoties conuenimus in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, cantates & psallentes in cordibus nostris dño, gratias agentes semper pro omnibus in nomine dñi nostri Iesu Christi deo & patri. Pro ueneno calumniae, tribuat lingua nostra fraternali correptionē: pro cōuicij consolatiōne: pro deruotionib⁹, preces ad dēū: pro obtrectatione, blandia ac syncera admonitionē: pro seminario dissidiorum, sermonem pacificum: pro ueneno cancri, sanam doctrinā: pro mure, psalmos & hymnos: pro iurgijs, cantica spiritualia: pro stultis fabulis, sermonem scientiæ: pro criminatione proximi, priorum malorum confessionem: pro lapsu alienorum amarulenta insestante, medendi studiū. Quanta cura souemus membrum imbecille, quanto studio succurrimus membro uiciato aut uulnerato, quanta arte luxatum in suum locum reponimus: quā in ægre, q̄ detrectantes ad extrema remedia descendimus, ut sectionem, aut usturā adhibeamus. Postremo frustra tentatis omnibus, quā in dolentes amputamus, cuius sanandi spes non est: Quis nō eandem charitatem ac mansuetudinem in sanando proximo præstamus? Quanta amarulenta lapsus humanos infestamur: Quanta interim indulgentia, ne dicā impudentia, blanditur nostris uiceribus? Quantum in alijs admonendis supercilium: Rutrum quæ tragedia: si quis nos uicissim uel leuiter admoneat errati? Adeo nō adeſt nobis in corrīpiendo fratre, simplex illa charitas, quæ nec suspicatur nec cogitat malum, ut etiā illa lædendi studio deprauemus, quæ recte dicta sunt, dum studemus in alienis libris esse ingeniosi, & ex alteria infamia nobis parare gloriam eruditionis. Liuorem & odium, quo toti mademus, quæstum & arrogatiā, qua toti turgemus, præteximus zeli titulo. Et sic in aliena uitia debacchatur, quali non oderimus sed inuidemus. Est quidem fateor episcoporum arguere peccantes, sed ea debet esse in arguendo moderatio, ut qui arguitur intelligat sibi rem esse cum medico, non cum carnifice. Sic Paulus suum Timotheū obtestatur ut prædicet sermonem Euari gelicum, ut instet oportune, importune, ut arguat, obsecrat, increpet. Verum hæc præcipit illi qui iam præstabat episcopum αὐτῷ, in quem nihil criminis impingi potest. Nec dixit simpliciter, argues, increpa, sed primo loco posuit, prædicta uerbū. Primum est docere. Deinde inter argue & increpa, posuit obsecra, nec hoc cōtentus adiecit: cum omni lenitate & doctrina. Nos simpliciter errantem proximum cogimus tantū, nec dignamur docere. Quando reuocabimus fratrem ab errore si uiderit sibi rem esse cum inimicis? Odio caeci præcipitamus iudicium, nec hic manifestos lapsus nostros corrigimus, ne quid decedat autoritati nostræ. Atqui his rebus potissimum eleuatur Theologorum autoritas. Oblatramus ignotis omnibus, damnatae quicquid nō intelligimus. Oremus Epheſ. 4
2. Tim. 4

igitur dominum, ut effundat spiritu suum in episcopos ac doctores ecclesie, detq; eis lin
guam eruditam, quam sibi datam gratulatur Esaías: Domīnus dedit mihi linguam erudi-
tām, ut sciam sustentare eum qui lapsus est uerbo. Nimírum hæc est lingua boni pasto-
ris, quæ nouit quod confactum est alligare, quod infirmū est solidare; quæ clamora non
est, sed efficax, non extingueens lumen sumigans, nec baculum fractum cōminuens: utq;
lāgiatur illis os Hieremīæ, quod suo contactu purgare dignetur, suisq; uerbis instruere,
dicatq; singulis illorum: Ecce dedi uerba mea in ore tuo, ecce cōstitui te hodie super gen-
tes, & super regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plan-
tēs. Quantum malæ supellecīlis circumfert, qui malam circumfert linguam, gladium
ueneno tinctum, sicam, sagittam, incantamentum, fascinum, aconitum, & quicquid est
usquam ueneni letalis. Contra sacerdos qui linguam habet ipso dignā, quot in uno mem-
bro circumfert instrumenta: Pharmacum habet aduersus omnes animi morbos, antido-
tum præsentem aduersus omnia uenena, gladium spiritus quo refecat omnia noxia. Sic
enim loquitur Esaías: Posuit os meum quasi gladium acutum. Habet sagittam qua feriat
animos ad compunctionem & poenitūdinē uitæ superioris. Sequitur enim & hoc apud
Esaīam: Et posuit me sicut sagittam electam. Habet tubam qua altum dormientes exper-
geficiat ad uigilantiam ac sobrietatem, mortuos excitet ad uitam, uirgam ac sceptrum
habet, quo regibus & reginis imperiet, runcinam habet qua noxios affectus & impias
opiniones reuellat è pectoribus hominum, uectem habet, qua demoliat omniem sub-
structionem erigentem se aduersus ecclesiam dei, sarculum habet, quo disperdat radie-
citus ac dissipet omnem plantationem, quæ non est ex deo, uomerem habet quo repul-
gat noualem præparet Euangelicæ sementi, habet trullam cementariā, qua quodlibet
rūtum est instauret, habet ligonem, quo nouellas plantas inserat. Tam potentem ac ful-
cem linguam precemur episcopis nostris, precemur principib; magistratibus & pop-
ulo cor docile, cor tractabile, cor carneum, cor auritū, & alatum, nec elinguat auritum,
ut pastoribus ad meliora uocantibus libenter auscultent: alatum, ut eos strenue præ-
dentes per uitam Euangelicam, alacriter sequantur, nec desit lingua quæ plebs imperiet
ad episcoporum benedictionē clare respondeat, Amen. Ita fiet, ut si omnes sinceris ani-
mis conuersi fuerimus ad dominum, ille uicissim factus propicius auerat hanc misera-
dam tempestatem à nobis, & redditā serenitate pariter omnes in domino gaudebimur.
Sermonis cursus deduxit nos ad linguam angelicam, quæ sacerdotum est & episcoporū
rum, de qua quod dominus dederit prosequemur in libris de ratione concionandi, quæ
nunc aggredimur, eodem opitulante, cui debetur omnis gloria in ænum.

LINGVÆ PER DES. ERASMVM RÖT. FINIS.

DES> ERASMVS RÖTERODAMVS

CLARISSIMO VIRO D. ANTONIO FUGGERO S. D.



ON sine causa, uiramicissime, ueterem de Ata querelam in tuis ad mea
ris renouas. Nullo enim unquam seculo illa magis suo nomini respondet,
quam hoc, nec latius per omnium mortalium capita diuagata est, cui pen-
ter innumeratas calamitates hoc quoq; mali iure ferimus acceptū, quæ
anmorum benevolentia coniunctissimi, consuetudine distracti uitam
In huius tamen incommodi solatium, nō nihil remedij uideor mihi reperiisse. Nam huius
diebus quum inquirens nescio quid, chartarum mearum aceruos excuterem, ultro
arbitror, deo quopiam ita uolente, uenit in manus, quod ante annos aliquot ueritas
tarum ex Xenophontis tyranno. Id quo minus tum absoluerm, præter alia fuit
in causa, quod Græcus codex uideretur mihi parum emendatus: Ad hoc laboris
integer reuersus, perpetuo cursu, citraq; respirationem ad umbilicū dedit. Ap-
scos nihil intererat inter nomen regis ac tyranni, quum postea tyranni vocabulum
perit esse inuisissimum apud omnes, regis etiā apud eas duntaxat respubli-
cū uigebat Democratia. Alioqui quod Simonides subinde Hieronem appellat
nihil ciuilius esset, quam si quis cum pirata familiariter & amice contabulans.

dem appellaret illum piratam. Fateor hoc argumentum non per omnia temporum horum statui congruere, in quibus sub monarchis præpotentibus tranquillissime degunt, non ut tum singula ciuitates, sed amplissimæ ditiones, multa tamen insunt, quæ nostris quoq; principibus non in utilia cognitu futura sint. In hoc libello tibi dicato quoties ueraberis, Antoni charissime, putato te cum Erasmo tuo colloqui. Ornatissimo viro Ioanni Cholero, salutem ex me plurimam, quo uno nec inter amicos habeo quenquam candorem, nec inter patronos magis inuiculum. Ex eius literis nil nisi mero amores spirantibus tantum capio, mihi crede, uoluptatis ac solatij, ut uix alia quapiam ex re tantundem. Bene uale. Datum apud Friburgum Brisgoæ, Idib.

Febr. Anno à Christo nato, M. D. xxx.

XENOPHONTIS RHE- TORIS HIERON SIVE TYRAN

N V S . D E S . E R A S M O R O T E R O /

damo interprete



IMONIDES POETA die quodam accessit ad Hieronem tyrannum, quumq; ocium forte esset utriscq; Simonides hunc in modū locutus est: Vellésne mihi explicare Hieron, ea quæ probabile est te melius nosse q; ego noui? Et quæ nam, inquit Hieron, sunt ista quæ mihi notiora possint esse quām tibi, viro tam erudito, tantaq; sapientia prædicto? Noui, inquit, te cū esses priuatus, & nunc regno potientē noui; cum igitur utrūq; uitæ genus sis expertus, uerisimile est hinc te nosse melius me, quid discriminis sit inter uitā regiæ & inter priuatā, quātū attinet ad ea quæ uel uoluptatem uel molestiā adferunt hominibus. Quis igitur, inquit Hieron, quoniam nunc adhuc sane, priuatā agis uitam, cōmonefacis me cōmodorum & incōmodorum quæ in priuata accidūt uitæ? Sic enim tibi, ut arbitror, maxime potero, quid inter hanc & illā intersit, explicare. Ad quæ hunc in modū Simonides respōdit: Evidē mihi uideor hoc animaduertisse o Hieron, homines priuatā agentes uitam, uel uoluptate uel dolore affici, per oculos quidē, ijs rebus quæ cernuntur; per aures aut ijs quæ audiuntur, per pares item ijs quæ olfactu sentiuntur, per os uero tum esculētis qum poculis. Ea porrò quæ speciat ad rem uenereā his corporis partibus sentiuntur, quas ponimus omnes. Tum frigida calidaq; dura & mollia, leuia & grauia, toto corpore uidentur, inquit, dijudicare, atque ex illorum sensu uel delectationem uel molestiam percipere. Porro malis ac bonis interdum per ipsum animū ut mihi uidetur, afficiuntur dum his delectamur, illis offendimur, nonnunquam per utrūq; communiter, hoc est, per animam simul & per corpus. Iam mihi uideor utcūq; intelligere, quod somno delectamur, uerum id quo pacto, aut per quid, aut quando fiat, hæc mihi uideor nescire potius quām scire, quomodo sese habeant. Nec id forte mirandum, si quæ nobis uigilantibus accidunt, sensum sui præbent euidentiorem, quām ea quæ in somnis obueniunt. Ad hæc Hieron hunc in modū respōdit. Ego sane o Simonides, haudquaquā dicere possim, quodmodo rex ulla alia re possit affici, præter hæc quæ commemorasti. Itaque hactenus sane non intelligo, qua reuita regia priuatam antecedat. Tum Simonides. Atqui in his tamen, inquit, discriminest. Nam ex horū unoquoc; rex ut multis partibus maiorem capit uoluptatē, sic ex hisdem minus habet molestiarum. Ad hæc Hieron. Non ita, inquit, ut dicis res habet o Simonides. Quin potius illud scito, regem ex hisce rebus ut longe minorem capere uoluptatem, quām priuati capiunt qui mediocri fortuna sunt, ita longe plus auferre molestiarum. Incredibilia narras, ait Simonides. Nam si ita esset ut narras, qui faciūt est ut multis regnū affectarint, præsertim ex eorū numero, qui uidebantur esse uiri ea cōditione, ut maxime sua sorte debuerint esse cōcenti; Rursus qui fieret, ut omnes tyrānis inuident. Tum

C 4 Hieron

Hieron, Quoniam inquit, per Iouem uitam utranque non sunt experti, ideo sic fudicant de negotio. At ego conabor tibi declarare me uera loqui, orsus a visu, quandoquidem tu quoque, ut meminisse mihi videor, ab hoc ipso sermonem ordiebaris. Primum igitur quum reputo quid afferant uoluptatis que cernuntur oculis, comperio tyrannos deterrus habere, quam priuatos homines. In alijs quidem atque alijs regionibus alia atque alia sunt spectatu digna. Ad hæc uero spectacula omnia proficiuntur priuati, inq; ciuitates quæ cunq; uoluerint se conferunt spectandi gratia quod in quaq; uisendum est. Tum ad solennes celebritates populi, conuentus frequentissimos, in quibus uulgas putat esse res maxime spectatu dignas, ijsdem licet accedere. Tyranni porrò non multum indulgent spectaculis, raroq; intersunt, eo quod ipsis eò proficiuntur non est, ubi non sint futuri superiores ijs qui adsunt. Nec quæ domi possident in tuto sunt, ut his apud alios depositis, liceat abesse peregre. Metuendum enim est, ne simul & præcipitatu exutiantur, & facultatem amittant. Uiscendi eos à quibus læsi sunt. Proinde forsitan dices tu quidem? Ista nimirum spectacula ueniunt ad tyrannos, etiam si domi maneant. Veniunt per Iouem ô Simonides, at non solum pauca è multis, uerum etiam quum eiusmodi sunt, adeo chare emenda tyrannis, ut qui uel qualemunque spectaculū adiderint, postulent longe maioribus præmij breui tempore acceptis, à rege discedere, quam quæ per omnem uitam à ceteris omnibus acquirunt. Tum Simonides, Verum, inquit, quanquam inferiores estis in spectaculis, tamen potiores fertis in his que delectant aureis, quandoquidem laudum quibus nihil est auditu iucundius, nulla unquam uobis est penuria. Quocquot enim sunt qui uobiscum agunt consuetudinem, omnia quæcumq; uel dicitis uel facitis, laudant. Ceterum à conuicijs quibus nihil est auditu insuauius, liberae sunt aures uestræ. Nullus enim uult tyrrnum coram & in os uituperare. Tum Hieron, Et quid, inquit, uoluptatis eximias adferre eos, qui non maledicunt, ubi quis euidenter perspicit, quod hi omnes distractant male uolunt tyrranno? Aut quid uoluptatis adferre putas eos, qui laudant, quæ suspecti sunt quod assentandi gratia laudent non ex animo. At Simonides, In hoc quidem per Iouem, inquit, tibi prorsus assentior Hieron, Laudes allatas ab his qui quam maxime liberi sunt, esse multo iucundissimas. Veruntamen illud plane uides te iam nulli mortaliū persuasurum esse, quin in his quibus aluntur homines, uos longe plus uoluptatis capiat. Nec istud, inquit, me fugit ô Simonides, ita pleriq; uideri, nos tum edere tum bibere resuauius hominibus priuatis, eo quod ipsis quoq; sibi uidentur iucundius coenatur etiam, quæ nobis apponitur, quam eam quæ ipsis apponitur. Non enim ipsa res uoluptatem adfert: Sed hoc illos delectat, quod apparatus superat ea quibus assueuerunt. Eo quod cuncti mortales cupide expectant dies festos exceptis tyrannis: semper enim his splendens est apparatus, nec ullam illorum mensæ diebus festis accipiunt accessionem. Primum igitur quod ad hanc uoluptatem, quam adfert spes, attinet, deteriore conditione sunt reges quam priuati. Præterea, inquit, illud sat scio tu quoq; uel experientia compertū habes, quæ cuiq; plura supra quam sat est, ac redundantia apponuntur, tanto citius edendi satiationem oboriri. Ita sit ut ipso quoque tempore, quo cibum capis, si multa apponantur determinat appetit animus, multo plus habent uoluptatis qui splendido uiuant apparatu, quam quibus tenuis uiclus apponitur. Ad hæc Hieron. Itane inquit ô Simonides, putum me qui re quapiam delectatur, hunc protinus maxime affici, ac uehementissimo amore eius negocij? Equidem prorsus arbitror, inquit. Nempe igitur uides reges aliquatenus bentius ad suos apparatus ire, an homines priuatos ad suos? Nequaquam per Iouem, sed non sanè video, sed illubentius, ut uulgo quidem uideri possit. Tum Hieron. Quid igitur ista multo studio arteq; confecta considerasti, quæ regibus apponuntur, aciam austeratq; & his germanis? Prorsus, inquit Simonides, consideravi, planeq; inibi quæ ista uidentur esse præter naturam hominibus ascita. Quid igitur, inquit Hieron, istas hoc genus epulas esse, nisi mollis ac delicijs effeminati animi concupiscentia? quidem ego sanè probe noui, quin nosti tu quoque forsitan, quod qui cupidoq; nihil opus habent istis arte additis condituris. Quin etiā uobis ex odoeis Simonides, istis preciosis quibus ungimini arbitror eos plus boni capere.

quam tuos ipsos: quandoquidem & ingratos odores non sentit is qui se illis expleuit, sed
hī potius qui ad eum qui deuorauit accedit. Itidem, inquit Hieron, uenit in cibis: Cui
perpetuo suppetit omne genus epularū, nihil illorum sumit cum appetentia, Verum cui
quid raro contingit, is demum est qui cum uoluptate satiatur, si quid illi obijciatur. Solæ
igitur inquit Simonides, uenereæ rei delectationes ueniunt in periculum, ne uideantur re
gni cupiditatē adferre. Hic enim solis uobis licet, ut quicq; uisum fuerit pulcherrimum,
cum eo congregari. Nuñ demum, inquit Hieron, cōmemorasti, in quo citra cōtrouersiam
inferiores sumus hominibus priuatis. Principio nanc pulcherrimū esse uidetur uxorem
ducere ex his, qui tum opibus, tum potentia præcellunt, eaq; res putatur adiungere cum
uoluptate dignitatis nonnihil ei qui duxit. Proximum autem est ex paribus uxorem ascis
scere: Cæterum cum inferioribus contractum matrimonū, prorsus contemptum & iniu
cundum habetur. At regi, nisi peregrinam ducat, ex inferioribus ducat necesse est. Vnde
fit, ut nō admodum ad eum perueniat illud amabile, uigorq; charitatis quæ inter eiusdem
ciuitatis cōfuges intercedit. Iam uero & coli captrariq; à foeminiis maxime elatis plurimum
habet uoluptatis. Cæterum quæ ueniunt ab ancillis culturae, quum adsunt, nihil explet
animum. Sin desint alicubi, graues tum iras, tum molestias gignunt in nobis. Porro in pu
ellarum amoribus, multo etiam minus habet uoluptatū tyrannus, quæ in uxoribus quæ
ducuntur gignendæ proli. Nam quod uenerei congressus si adsit amor plurimū adferant
uoluptatis profectio perspicuū est nobis omnibus. At rursus amor cuiusī mauult innasci
quæ tyranno. Negat enim amor appetere gaudentea quæ in promptu sunt, sed ea quæ spe
cantur. Proinde non aliter quæ sī qui nunquam expertus est sitim potum nanciscatur, iti
dem qui est expers amoris, expers est iucundissimæ Veneris. Hunc igitur in modū loquu
sus est Hieron. Simonides uero aridens, Quid aīs, inquit, Hieron? Negas puellarū amo
res inscri regū animis? Quomodo igitur, inquis, amas Dailocham, cui cognomen est pul
cherrimæ? Quoniam per louem, inquit, o Simonides non hoc amo quod ab ea consequi
uidetur esse proclive, uerum ideo iuuat quod minime regem deceat hoc facere. Nam ego
quidem diligo Dailocham, ob quæcunque sunt illa, quæ fortassis natura hominis cogit
à formosis petere. Cæterum his potiri quæ amo, ut cum mutua benevolentia & à uolente
contingat uehementer opto. Ut autem ui ab illa sumam, minus mihi uideor cōcupiscere,
quæ cōcupisco mihi ipsi malū quippiam facere. Nam ab inuitis hostibus aliquid sumere,
rem equidem arbitror omnium iucundissimam. Sed à puellis uolētibus, gratia ut opinor,
iucundissima uenit. Protinus enim ipse mutuus redamātis aspecius iucundus est, iucundę
percontationes, iucundæ responsiones, iucundissimæ uero, & in primis uenereæ tum lites
tum contentiones. At inuitis puellis frui, latrocínio, inquit, mihi similius uidetur, quæ
uoluptati uenereæ. Quanquā prædoni nonnihil adfert uoluptatis, partim lucrum, partim
quod urit inimicum. At quam quis amat eius crucifatu gaudere, & amantem odiſſe, & at
tingere moleste ferentem, an non hoc graue ac miserandum est malum? Etenim homini
priuato protinus argumentum est mutui amoris, ubi quæ diligitur præstat officiū quip
piam, eo quod ueluti amans gratificatur: nouit enim illam quum nulla sit necessitas ex ani
mo inseruire. Tyranno uero nihil est quod fidem faciat animi mutui. Nouimus enim eos
qui nobis ob metum inseruiunt, quæ possunt maxime assimulare amantium obsequia.
Atqui à nullis plus insidiarū regibus tenditur, quæ ab his qui se simulat amare maxime.
Ad hēc ita respōdit Simonides, Ista uero que haec tenus narras mihi uidetur admodū exi
giū momēti. Multos em̄ uideo graues probatosq; uiros esse, qui in hisce rebus sponte sunt
alijs inferiores, quippe tum à cibis, tū à potu, tum ab obsonijs ac rebus adeo uenereis absti
nentes. Cæterum in hoc longe præcellitis homines plebeios, quod ut res magnificas exco
gratias, ita quod excogitatum est, celeriter perficitis. Ad hæc, facultates habetis multas &
opimas, possidetis equos uirtute præstantes, tū arma insigniter pulchra, mundū eximium
uxoribus, & ea magnificetissimas, easq; rebus preciosissimis instructas. Adde his quod
famulos, tū multitudine, tū artibus præcellentissimos possidetis. Præterea maxima uobis
suppetit facultas, uel hostibus nocēdi, uel amicos iuuādi. His ita respōdit Hieron, Multitu
dinem popularēm in iudicio de regno hallucinari nihil admiror. Nam uulgas hominum
mihi uidetur omnino ex his quæ patent oculis arbitrari, alios felices esse, alios contra mi
seros

seros. Regnum autem, possessiones quae uidentur plurimi esse precij, explicatas, expositasq; spectaculo palam omnibus exhibet. Contra quae molesta sunt, in animis regum tenetur abdita: ubi situm est demum hominibus, ut aut felices sint aut infelices. His igitur in rebus falli quidem plebeam multitudinem, ut dicebam modo, haud admiror: uos autem haec ignorare, qui & mente uidemini perspicere melius, quam res plerasque cernitis oculis, id uero finis uidetur admiratione dignum. At ipse o Simonides, & experimentis certo cognitum habeo, & tibi confirmo, tyrannos maximorum bonorum minime participes esse. Contra maximorum malorum illis summatam adesse copiam. Protinus enim si pax hominibus uidetur ingens bonum, huius minima pars redit ad reges, Sin pro magno male bellū habetur, huius multo maxima pars ad reges pertinet. Nam priuatis nisi ipsorum ciuitas bellum commune suscepit, protinus liberum est quocunque uoluerint profici sci, nihil formidantibus ne quis ipsos interficiat. Tyranni autem omnes, quoquā se conseruant, quasi per hostilia castra profitiscuntur. Eoq; necesse putant, ut & ipsi semper sint armati, & alios armigeros fugiter secum circumferant. Præterea priuati, etiam si quando proficiscantur in expeditionem, tamen simul atque domum se receperint, existimant sibi res esse tutas. Contra tyranni quum in suam peruerent ciuitatem, tum intelligunt sese inter hostes esse plurimos. Quod si qui potentiores alij ducant exercitum aduersus ciuitatem, licet qui sunt extra moenia quoniam sunt inferiores, in periculo uideantur esse, tamen simul ac intra munitiones se receperint, omnes se credunt esse in tuto. At tyrannus ne tum quidem liber est à periculo, quum in domus suæ penetralia peruererit, quin potius tum maxime putat esse caendum. Insuper priuatis, interim per foedera, interim per pacem datur à bello requies, Tyrannis autem nunquam pax est cum his quos imperio premunt, neque quisquam tyrannus unquam foederibus possit fidere. Iam bella partim sunt quae gerunt ciuitates, partim quae tyranni cum his quos oppresserunt. Ex his sane bellis quicquid est malorum ea tyrannus cum ciuitatibus habet communia, eo quod necesse sit & tyrannum & ciuitatem tum in armis esse, tum excubias agere, tum periclitari. Et si quid triste acciderit uictis, utriq; super hoc discruciantur. Atq; haecenus quidem par est illis, hec forum conditio. Ceterum quae iucunda accidunt ciuitatibus cum ciuitatibus bellum gerentibus, ea tyranni non habent. Nā ciuitates profecto si quando deuicerint hostes, haud dictu facile sit quantam capiant uoluptatem, dum inimicos cogunt terga uertere, quantam dum fugientes insequuntur, quantam dum trucidant hostes. Quā uero exultant ac gemitunt de rebus præclare gestis, Quā illūstrem referunt gloriam, Quā gaudent, arbitrantes ipsorum opera rem publicā auctam esse. Tum illorū quisq; iactat se & consiliū habet se participem, & quā plurimos dedisse, neci. Difficile uero reperias, ubi non etiam afflignant aliquid, narrantes se plures occidisse, quā reuera perierint. Vsq; adeo res istis uideatur speciosa, uicisse plurimos. At tyrannus ubi suspicatur, aut etiā re cōpertum habet effigie, qui ipsi reluentur, postquam occiderit illos, nouit non totam ciuitatem in ipsius partem concessurā, neq; nescit quod iam paucioribus sit imperaturus, eoq; non potest hilaris esse, neq; se iactat de facinore, sed rem eleuat quantum potest, excusatq; sese, simul hoc agens, ut ne per iniuriam fecisse uideatur. Adeo nec ipsi quod geritur honestū esse uideatur. Deinde de occisis quos metuebat, nihilo magis ob id securus est, quin potius iam magis sibi certus quā ante. Ac tyrannus quidem tale bellum habet perpetuo, quod ipse in me perpeditum facio. Nunc porrò considera amicitias, quarum participes sunt tyranni. Primum quoniam magnum bonum hominibus est amicitia, hoc consideremus. Etenim quae uidelicet diliguntur ab aliquibus, amantes libenter hunc intuentur præsentem, libenter nefaciunt, & si quo decesserit eius tenentur desiderio, ac reuersum summa cum uoluptate excipiunt, cōmodis amici gratulantur, & si quid secus euenerit, opitulantur. Nec solum ciuitates, amicitiam maximum esse bonum ciuitatibus, remq; iucundissimam, habent. Itaque multæ respub. legem habent ac morem, ut solos aduleros liceat impuniter, idq; eo, quod existimant illos esse corruptores amicitiae, quae uiris intercedunt, quibus. Nam quoties uxor per calamitatem aliquam coitum admittit, ob id nūllas causas habet in pretio uiri, si modo appareat amicitiam inuiolatam synceras, non solum sanam ingē bonum iudico, amari, ut exsūpitem reuera ei qui diligunt uirum.

re tum à dījs tum ab hominib⁹. Atq⁹ huius possessionis tam p̄æclarę minus habent ty-
ranni quām aliorū quisquā. Quod si scire cupis o Simonides me reuera loqui, hoc modo
considera. Firmissimę uidetur amicitiæ, quas parentes habent erga liberos, ac liberi uicif-
sim erga parentes, item quas fratres erga fratres, uxores erga maritos, deniq⁹ sodales erga
sodales. Quod si uis animum aduertere, cōperies priuatos ab his quos memorauit, potissi-
mum amari, quum tyranni cōplures liberos suos occiderint, multi à liberis interficiuntur,
quum multi fratres regnum ambientes, mutuo paricidio sese confecerint. Multos autem
tyrannos comperies & ab uxoribus suis extincos, & à sodalibus qui maxime uidebātur
amici, necatos. Ergo qui ab his quos naturæ uis maxime propellit ad armandum, quos eti-
am huc compellit lex, usque adeo habētur odio, qui fieri posse credis, ut ab alio quoquam
consentaneum sit illos amari. Adhac, cui minimum habetur fidei, qui fieri potest ut non
is in magno bono cæteris sit inferior? Nam quæ tandem uitæ consuetudo iucunda est, si
desit fides mutua? Aut quis conuictus uiro cum uxore possit esse iucundus, si neuter alteri
fidat? Imò quis famulus hero iucundus, si illi diffidat? At huius boni, quo quis habet qui-
bus fidat, minima portio redit ad tyrannos. Quandoquidē ita uitam agunt, ut ne cibis qui-
dem optimis fidant, sed hos priusquam hinc dījs libent, ubēt prægustare ministros, haud
dubium quin ob dissidentiā, ne quid uel in his etiam edant bibantque mali. Adde his quod
cæteris hominib⁹ patria sua cuiq⁹ charissima est, eò quod ciues absq⁹ stipendio sese mu-
tuō satellitio protegunt aduersus seruos: protegunt autem & aduersus facinorosos, ne quis
ciuiū per uim occidatur. In tantū autē occuparūt ne sit opus satellitio, ut multis legibus san-
ctum sit, nec eum esse purum, qui cum homicida cōmercium habeat. Vnde sit ut patriæ
debeat, quod unusquisq⁹ ciuiū tuto uiuat. Contra tyrannis hoc quoq⁹ uertitur in diuer-
sum. Ciuitates enim non solum non afficiunt supplicio, sed magnifica præmia decreuerūt
tyrannicidis: quumq⁹ eos è templis ejciant qui priuatos homines occiderunt, his qui tale
quid patrarunt, respublika statuas ponit in templis. Iam si putes, quia tyranni plus habent
opum, ob hoc illis magis delectari, ne id quidem uerum est o Simonides. Imò quemadmo-
dum athletę quum plebeios & artis imperitos superant, non ideo sibi placent, uerū quum
ab eiusdem artis concertatoribus superantur, hoc illos angit: itidē tyrannus, non inde gau-
det, quod plura possidere uidetur priuatis, sed quum minus habet alijs tyrānis, tum discri-
ciatur, eò quod hos arbitratur sibi in diuitijs æmulos esse & concertatores. Ac ne contin-
gunt quidem citius tyranno quām priuato quæ concupiscit, propterea quod priuatus do-
mum, aut agrum, aut famulum desiderat, tyrannus autem uel ciuitates uel amplam regio-
nem, uel portus, uel munitas arces concupiscit, quæ difficilius maioreq⁹ cum periculo pa-
rantur, quām ea quæ concupiscunt priuati. Quin inter plebeios, uix paucos inuenies tam
egenos, quām plerique sunt tyranni. Neque enim multum & satis numero discernuntur,
sed usū. Ita sit, ut priuatis multa sint quæ superant sufficientiam, pauca uero quæ desint
usui. Tyranno autem quæ multis partibus superant aliorum facultates ea minus suffici-
unt ad necessariás impensas, quām homini priuato: propterea quod priuatis liberum sit
indies impendia quomodocunq⁹ uelint contrahere, quod idem tyranno concessum non
est. Nam maxima pars impendorum maxime necesariorum illis in corporis custodes
insumitur. At horum stipendia decurtare exitiale uidetur. Iam qui quisbus opus est iu-
ste sibi parare possunt, quis eos commiseretur ut egenos? Rursus qui per egestatem huc
compelluntur, ut malis ac turpibus artibus sibi comparent uictum, an non hos quis mi-
seros & egenos optimo iure deputet? Tyranni uero multa prædari coguntur, & à tem-
plis sacrilegio, & ab hominib⁹ rapina, eò quod nunquam illis sufficit pecunia ad sum-
ptus necessarios. Perinde enim ac si bellum semper esset, coguntur aut exercitum alere,
aut perire. Sed & aliam tyrannorū calamitatem tibi referam Simonides. Nouerunt tyran-
ni non minus quām priuati, probos, sapientes & iustos uiros, hos quum suspicere debe-
ant metuunt, fortes quidē, ne quid audeant libertatis amore, sapientes, ne quid machinen-
tur, iustos uero, ne multitudo cupiat ab illis gubernari, quos posteaquam ob metum clām
sustulerunt, qui nam fiunt illis reliqui, quibus utantur, nisi uel iniusti, uel intemperates, uel
seruiles. Iniusti quidem qui rempublicam gerunt, eò quod metuunt quæadmodum & ty-
ranni, ne quando ciuitates libertati redditæ ipsos opprimant; Inteperantes ob p̄æsentem
acttempo

ac temporariam potentiam. Porrò qui seruili sunt ingenio, ob id, quod ipsi ne cupiunt quidem esse liberi. Quapropter mihi quidem uidetur & hæc esse magna calamitas, quum alios iudicemus bonos viros, cogi ut alii utamur. Accedit his, quod tyrannū quoq; oportet uelit nolit ciuitatis studiosum esse, siquidem absq; re publica, nec incolumis esse possit, nec felix. Contrà tyrannis ipsa compellit, ut propriam criminentur patriam. Neque enim fortes, neq; bellaces ciues sibi parare gaudent, sed gaudent potius hospites ac peregrinos ciuib; potentiores reddere, atq; horum adhibent satellitium. Quin etiam quum annonæ benignior prouentus adfert rerum ubertatem, ne tum quidem tyrannus quicquam remittit, arbitrans quod illos hoc abiectiores sit habiturus, quo fuerint pauperiores. Sed uolo Simonides & illas uoluptates tibi commemorare, quibus usus sum quum essem priuatus, quibusq; me nunc spoliatum sentio posteaquam regnum adeptus sum: Ego quidem tum quum æqualib; agebam consuetudinem, gaudens illorum familiaritate, sicut & illi uicissim mea. Mecum etiam uiuebam, si quando quietem & ocium desiderabam. Versabar tamen ob id in conuiujs plerumq;, ut omnium obliuionem caperem, si quid molestiarum adferret humana uita, frequenter eousq;, ut & cantilenis, & hilaritatibus, & choreis animum perungerem, frequenter ad communem quoque satietatem tum meam, tum eorum qui aderant. Nunc uero nudatus sum his, quibus mea iucunda est cōsuetudo, eo quod sodales habeo pro amicis seruos. Quin & mihi facultas adempta est cum illis iucunde uiuendi, propterea quod nullam illorum erga me perspicio benevolentiam. Vino, lentiam uero & somnum non aliter quam insidias habeo suspecta. Iam uero metuere turbam, metuere solitudinem, metuere satellitij absentiam, metuere ipsos etiam custodes, ac nec inermes illos uelle habere apud se, nec armatos uidere libenter, an non res est misera? Tum autem & peregrinis potius quam ciuib; fidere, ac barbaris potius quam Græcis, Postremo huc compelli, ut pro liberis habere cupias seruos, & ex seruis cogaris facere liberos, an non hæc tibi uidentur argumenta animi terroribus attoniti percussi? Porrò non solum ipse metus quum insedit animo molesta res est, sed dum nulquam non adeat ac circumfertur, fit omnium iucundarum rerum corruptela. Quoniam autem Simonides tu quoq; non inexpertus es rei bellicæ, nam aliquando aduersus hostilem phalangem cominus in acie stetisti, recordare qualem cibum optaueris id tēporis, aut quem somnum dormieris. Quales igitur tum tibi erant molestiae, tales sunt tyrannorū, atq; his etiam grauiores. Non enim à fronte tantū, sed undiquaq; se putant hostes aspicere tyranni. Hæc quum audisset Simonides, excipiens sermonem ita loquutus est. Nonnulla mihi uideris optime dicere. Nam bellum res sane formidabilis est. Attamen nos Hieron, quum agimus in militia, prius delectis qui excubias agerent, secure tum cœnam tum somnū capimus. Ad hæc Hieron. Sic habet per louem ô Simonides. Nam illorum custodum custodes sunt leges, itaq; & pro se metuunt & pro uobis. Tyranni uero mercede conductos habent satellites, non aliter quam messores. Atqui nulla profectio res magis deberet commendare corporis custodem, quam fidelitas. Cæterum multo difficilius est unum fidelem inuenire corporis custodem, quam uehementer multos operarios cuiuscunque uelis opificij. Quanquam & alioqui quum pecunia causa adsint satellites, si liceat illis exiguo temporis spatio multo maius accipere præmium occiso tyranno, quam accipiunt ab ipso ob diutinam custodiā, accipiunt. Alius uero nos suspicit hoc nomine, quasi summabois facultas sit benemerendi de amicis, contra omnium maxime ualeamus inimicos lassere. Atqui ne id quidem uerum est. Qui nanque possis inducere animum, ut amicis beneficias, quum certo scias, quod ubi quis plurimum beneficiorum abs te receperit, libentissime se ut primum licuerit, subducturus sit ab oculis tuis. Siquidem ex his quæ data sunt à tyranō, nemo quicquam suum esse putat, priusquam illius potestatem exierit. Quo pacto autem dicere possis tyranō summam esse potestatem inimicis nocendi, quum certo sciat omnes sibi hostes esse, quos cunque tyrannde subditos habet, quos omnes nec interficere, nec in uincula coniungere potest, alioqui quibus deinde imperaturus sit? Verum quum sciat illos esse hostes, simul & ab illis sibi caueat oportet, & eosdem familiariter habere cogitur. Quin & illud probe nosti Simonides, quod tyranī ciues quos metuunt ægre conspiuent uiuentes, rursus ægre interficiunt. Quemadmodū si quis equum habet egregium

egregium quidem, sed tamen expauescentem atque artonitum, & unde periculum sit, ne quod malum det immedicable, ut grauate occidit illum ob uitutem, ita ægre potest illo uti, obseruans ac sollicitus ne quod in periculis adferat exitiale malum. Itidem & reliquæ possessiones quæ sic periculosæ sunt, ut sint utiles, molestiam adferunt possidenti, rursum molestiæ adferunt abiçienti. Hæc ubi ex eo audisset Simonides, Videtur, inquit, Hieron, præclara quædam esse res, honor, cuius amore mortales, & laboris quiduis subeunt, & quoduis adeunt periculum. At quum ista tam multa coniuncta sint tyrannidi mala, quæ tu cōmemoras, tamen uos ut appareat propensis animis tenditis ad illam obtinendam, uidelicet, quo sitis in honore. Atq; inseruiunt uobis omnes citra excusationē ad imperata quælibet. Quin & suspiciunt uos cuncti, assurgunt omnes ē sedibus, cedunt uobis de uia, denique uenerantur uos, qui uobis semper adiūtūt omnes, tum dicitis tum factis. Hæc sane faciunt tyrannis qui sub illius ditione sunt, aut si quem aliū forte semper honore prosequuntur. Nam mihi quidem Hieron, hoc distare uidetur homo à brutis, quod honoris est appetens, quum cibo, potu, somno & uenere, cuncta animantia similiter gaudere uideātur. Honorum uero cupiditas nec brutis animatibus insita est, nec omnibus īest hominibus. Ac quibuscumq; īlita est honoris & laudis auīditas, n̄ demum sunt, qui plurimū absunt a peccatis, pro uiris, ac iam non pro hominibus solum habendi. Quapropter mihi quidem non abs re ista omnia sustinere uideāmini, quæ fertis in tyrannide, propterea quod supra ceteros homines honoramini. Nec enim ulla uoluptas humana, propius ad dei naturam uideatur accedere, quam honore gaudere. Ad hæc Hieron, Atqui honores, inquit, o Simonides tyrannorum, tales mihi uidentur esse, quales ego tibi uenereas illorum uoluptates esse iam exposui. Neq; enim obsequia ab his qui non amant mutuo, beneficia nobis esse unq; uisa sunt, neque iucunda uenus quæ uide extorqueretur existimata est. Cōsimiliter igitur obsequia quæ deferuntur ab his qui nos metuunt, honores non sunt. Quoniam enim pacio dixerimus, uel eos qui coacti assurgunt de sedibus, hoc animo assurgere, ut honorēt eos a quibus afficiuntur iniuria: uel eos qui decedunt de uia pótentioribus eō decedere, ut honorent lādentes. Ac pleriq; sane munera quoq; dant his quos odierunt, idq; tum quū metuunt maxime, ne quid mali ab illis patientur. At ista magis arbitrör seruilia facta esse iudicanda, quum honores mea quidem sententia, ex his rebus oriāntur, quæ cum odio mei uisq; seruili pugnāt. Etenim quum homines sic affecti sunt erga quempiam, ut existimant eum uirum idoneum qui possit benefacere, putentq; suum esse cōmodū illo frui, postea hunc in ore habent, uehentes laudib; eumq; spectant non aliter quam si suum quisq; bonum intueretur, ac sponte decedunt de uia, sponte ē sedibus assurgunt, amantes non mercantes, coronantq; ob uitutē ac benefacta erga rem pub. muneribusq; honorare cupiūt, hi demum hi mihi uidentur eum & honorare uere, quicunq; talia præstant officia, & qui his se dignum reddidit, re uera uidetur honorari. Evidem eum qui sic honoratur, felicem arbitror, sciens illum non īsidhs appeti, sed alijs potius esse curae, ne quid illi secus accidat, eodq; sine metu, sine īuidia, sine periculis, ac planè feliciter uitam agere. Contrā, tyrranus uelut ab omnibus ob īnūrias condemnatus sit, ac morte dignus habeatur, ita mihi crede Simonides, noctes diesq; uitam degit. Hæc omnia quū Simonides audisset illum cōmemorantem, & qui fit, inquit. Hieron, ut si adeo misera res est tyrannidem gerere, idq; te non fugit, non abiçias tam ingens malum. Neque tu, neq; alius quisquam unquam lūbens tyrannidem deposuit, ubi semel nactus est. Quoniam, inquit, o Simonides, isto nomine miserrima est tyrannis, quod ab ea non licet discedere. Quomodo enim quisquam tyrranus unquam suffecerit ad pecuniam rependendam ijs quos spoliauit aut quomodo uincula repenset his quos detrusit in uincula, aut quomodo restituet tot animas extintas his quos occidit. Sed si cuiquam alterius Simonides expedit laqueo finire uitam, scito, inquit, me compertum habere, ut id faciat nulli magis expedire quam tyranno, quandoquidem huic uni mala nec retinere nec deponere expedit. Ad hæc Simonides, At nūc o Hieron, te male animatum esse erga tyrannidem nihil miror. Nam quum amari cupias ab hominibus, tyrannidē tibi putas obstare quo minus hoc assequaris. Ego tamen uideor mihi posse docere te rationem, qua fiat ut non solum imperium nihil officiat, quo minus sumeris, uerum etiam hic superes statum uitæ priuatum. Hoc autem considerantes an ita res habeat, nondum illud cōsideremus, an quod princeps potentior sit, ob id etiam plura

largiri possit, sed si in largitudo paria faciant princeps ac priuatus, hic expedite titer pars, beneficijs plus initurus sit gratiae. Ordinar aut ab exemplis infimis. Primum conspectum alii quem salutet obuium amice, hinc princeps, hinc priuatus; hic utrius appellationem iucundorem fore putas salutato? Age uero, si ambo laudarint eudem, utrius laudem existimas plus attulisse uoluptatis? Sacrificio peracto de uictima honoret eundem uterque, ab utro honor habitus uideatur gravior? Itidem si laborantem aequa curent ambo. An non igitur perspicuum est, officia quae praestantur a potentissimis, maximam item adferre uoluptatem? Nam ponatur officiorum aequalitas, An non hic perspicuum est, quod dimidium beneficentiae a potentissimis profectum plus ualeat, quam totum ab priuato profectum? Ad haec mihi quidem uidetur etiam a diis honos quidam & gratia comes addita uiro principi. Non solum enim formosior reddit uirum principatus, uerum etiam eundem hunc pulchriorem uidentur quum principatum gerit, quam quum agit priuatum. Quin & collos qui gaudemus cum his qui honore praezellunt, magis quam cum aequalibus nobis. Nam & adulescentulorum amicitia, quo nomine tu quoque maxime tyrannidem incusabas, minime molesta est principis senectuti, minimeque uenit in probri suspicionem, si cum quocunque habeat familiaritatem. Quin potius hoc maximo est ornameto a principe magnifici. Ita fit ut regnum & quae molesta sunt auferat, & quae sunt honesta magis illustret. Proinde quoniam pars bus officijs uos plus ineatis gratiae, quoniamque uos longe plura praestare ualeatis officio iuuans alijs, multoque plura donandi facultatem habeatis, quomodo non consentaneum est uos magis etiam amari quam nos priuatos? Ad haec protinus Hieron ita respoudit. Quoniam o Simonides cogimur etiam magis quam homines priuati ad exactiones, ob quas nos insulos habent homines. Exigendae sunt pecuniae si uolumus habere quae suppetant nobis in sumptus necessarios. Necesse est etiam adigere ad custodiam, ubique satellitio est opus. Ad haec plectendi sunt qui laedunt, prohibendi qui uim parant. Deinde si quando subito tempus urgens postulat, ut uel terra uel mari sit expeditio facienda, res non est committenda temerariis. Adeo his, quod homini principatum gerenti, etiam conductio misere opus est. Qua quidem re non alia est sarcina ciuibus grauior. Non enim hos solum pertinet aequari tyrannis honore, uerum etiam rapina causa credunt alii. His ita respondit Simonides. At enim non dico o Hieron, harum omnium rerum curam non esse habendam: Attamen functiones mihi uidentur, alias prouersus in odium adducere, alias rursus cum gratia benevolentiacque peragi. Itaque docere quae sunt optima, & eos qui ea pulcherrime praestant, laudibus & honoribus afficere, haec quidem functio cum benevolentia coniuncta est. Ceterum qui secus quam oportet agit quippiam; hunc coniuncti afficere, mulieram dicere punireque, nam & haec facere necessitas est, cum odio malevolentiacque coniuncta sunt. Censeo itaque uiro principi sic agendum, ut si quid egeat coactione, hoc alijs exequendum deleget: ceterum quum premia reddenda sunt his qui rem bene gesserunt, id per seipsum faciat. Quod autem haec recte habent, testatur publica consuetudo. Quoties uolumus nobis musicum certamen exhiberi, premia quidem proponit princeps, ceterum eos in unum cogendi negocium datur choragis, quemadmodum alijs & docendi, uitae adhibendi eis qui minus recte se gerunt partes delegantur. Ita fit protinus, ut in his quod gratiosum est, per principem sit factum: quod uero contraria, per alios. Quid igitur uetas & alias functiones, quae ad prohibendos homines pertinent, simili modo peragi? Nam res publicae omnes diuisae sunt, alias per tribus, alias per classes, alias per manipulos, principes aut singulis partibus praesident. Itaque si quis quemadmodum fit in choris, ita his quoque proponat premia, tum ob egregiam armaturam, tum ob pulchre seruatum ordinem, tum ob equitandi peritiam, tum ob uirtutem in bello praestitam, tum ob iustitiam in conuentis, uerisimile est haec quoque cuncta acrius exercenda si adsit contentio, uincendicque studiu. Ac per Iouem citius impelluntur quocunque opus est, qui honoris sunt audi, citiusque conseruent pecuniam, si quando pecuniam exigat occasio. Et quod est omnium utilissimum, id minime tamen usitatum est, ut per certamen exerceatur agricultura. Haec nimirum est, cui multum accesserit, si quis per agros ac uicos premia constituat his qui quam optime terram excoluerint, iisque qui ex ciuibus maxime in hanc rem incubuerint, si multa bona Reipublicae praestiterit. Quandoquidem & crescent reipublicae prouentus, & sobrietas occupatos magis comitabitur, & operi intentis minus orietur scelerum. Quod si quid ex-

tiam negotiatio conductit Reipublicæ, honos habitus ei qui hanc potissimum exercuerit efficiet, ut plures affluant qui merces importent. Iam si & illi honos habeatur, qui Reipublicæ utilitatem quampliam citra cuiusquam dolorem excogitarit, ne haec quidem cura cessaret. Atque ut sermonem in pauca conferam, si cunctis esset perspicuum, non caritatum præmio, quisquis boni quippiam inuexerit Reipublicæ, plurimos ea res exsiceraret ad studium inueniendi quippiam boni. Sanè quum multis curæ est ciuitatis utilitas, fieri non potest, quin & plura reperiantur ingenio & obeantur functione. Quod si metuis o Hieron, ne si multorum nomine præmia proponantur, nimis sumptus existat, cogita nullam mercem esse magis utilem, quam quæ ab hominibus præmijs emittur. Vides in equestribus, gymnicis ac scenicis certaminibus, ut exigua præmia ad magnos sumptus, ad magnos labores, multumq; studium proliuant homines. Tum Hieron: *Ista quidem, inquit, o Simonides mihi uideris recte dicere. Cæterum habes ne quicquam quod dicas de stipendiatis, quo minus habeamur ob illos odio, an dices principi qui parauit ciuium benevolentiam, nihil iam opus fore satellitio? Ita per Iouem, inquit Si monides, opus tamen fuerit. Noui siquidem quod in equis accidere solet, idem usu uenire in quibusdam hominibus, ut quo copiosius ipsis suppetunt necessaria, hoc euadant ferociores. Tales igitur magis reddit sobrios metus, quem adferunt satellites.* Cæterum honestis ac bonis, nulla ex re mihi uideris tantum utilitatum præstare, quantum præstas ex satellitio. Nam alis haud dubie tu quidem illos tibi ipsi custodes. At iam heri complures à seruis suis interempti sunt. Profuerit igitur unum illud in primis, si preceptum fuerit satellitibus, ut perinde quasi essent omnium satellites ciuium, ita omnibus essent auxilio, si quid tale senserint. Sunt autem quemadmodum scimus omnes, aliqui facinorosi in ciuitatibus. Itaque si fuerit imperatum, ut satellites & illos custodiarit, & iam in hoc ciues inteligerent illos sibi esse utiles. Præterea ut tueantur & hos qui in agris operantur & iumenta, hi nimirum, ut est probabile, tum securitatem, tum fiduciam præstare possent, simul & tuis, & ijs qui in ditione tua sunt operarijs. Nimirum sufficiunt & ad ocium sua custodia præstandum priuatis ciuibus, ut oportuni uacent negoçjs. Ad haec, ad hostium occultas subitasq; insidias uel præsentieras, uel arcendas, qui paratores esse possint ijs qui semper armati sunt, & in acie compositi. Iam & in militia quid est ciuibus utilius mercenarij milite? Siquidem uerisimile est, hos esse promptissimos, ad finitimas ciuitates, tum labore, tum periculis illarum gratia subeundis, tum custodia sua tuendas. An non est necesse, ut propter eos qui semper in armis sunt, pacem maxime exoptent? Nam qui ad pugnam instruti sunt, hi & amicorum tueri fortunas, & hostium res attetere possunt maxime. Ergo simul atq; ciues perspexerint satellites neminem laedere innocentem, sed eos qui male facere conantur cohibere: insuper & his qui per iniuriam laisi sunt opitulari, demum prospicere, ut suo periculo ciues protegant; qui fieri poterit, ut in hos non etiam pecuniam impendant libentissime, quum adhibeant ad ea quæ minoris quam haec sunt momenti custodes. Oportet autem o Hieron, ne de tuis quidem priuatis facultatibus grauissim impendere commodis Reipub. Nam mihi quidem uidentur ea quæ impenduntur Reipub. rectius collocari, quam quæ priuatim insumuntur homini principatum gerenti. Hoc per singulas res consideremus. Vtrum existimas domum immenso sumptu magnifice extrectam tibi plus addere ornameti, an totam ciuitatem, muris, templis, porticibus, foris, portibus instructam? Vtrum autem ipse armis maxime formidabilibus exornatus, terribilior uidereris hostibus, an si tota ciuitas tibi sit pulchre armata? Porro census utro modo credis ubiores fieri, si tuos duntaxat in opere detineas, an si studio effeceris ut omnes ciues sint in opere? At posteaquam exercitium omnium pulcherrimum existimas, studium equos alendi currusq; parandi, utrum putas tibi maiori futurum ornamento, si ipse quamplurimos currus alas, mittasq; ad publica certamina, an si inter ciues tuos plurimi fuerint qui equos alant, plurimi qui in certamen eant. Vtram porro uictoriā pulchriorē esse iudicas, eam ne quam ex laude currus ferres, an quam è Reipub. cui præsidies felicitate? Nam ego sanè ne conuenire quidem arbitror, uiro principi cum priuatis decertare, qui si uicerit tantum abest ut sit admirationi, ut magis sibi conflet inuidiam, ut qui ex multorum domibus faciat impendia. Cæterum si uictus fuerit, omnium maxime

deridetur. Verum hæc mea ô Hieron sententia, tibi cum alijs ciuitatum præfeciis certamen esse, Quos si superaris, tuam ciuitatem cui præsides, quam felicissimam reddendo, illud certum scias, te in longe pulcherrimo inter homines magnificientissimoq; certamine uictorem fore. Atque in primis quidem illud effeceris, ut ameris ab his quibus imperas, cuius sane rei tu percupidus es, tum uero uictoriæ tuæ non unum habiturus es præconē, sed omnes homines laudibus uehent virtutem tuam. Insuper omnibus suspiciendus non tantum à priuatis, uerum etiam à multis ciuitatibus diligenter, nec priuatim modo futurus es admirabilis, sed & publice apud omnes. Ac tutum tibi erit si quo uoles ad spectaculum proficisci, licebit & hac ipsa in urbe manenti spectaculis frui. Semper enim apud te fuerit conuentus eorum qui cupiunt ostentare, si quis quid pulchri boni ue habeat, quem hi cupiant etiam inferire. Præterea quisquis adfuerit tibi, tuarum partium erit, rursus qui abest, te uidere concupiscet, ut non solum diligaris ab hominibus, uerum etiam ameris. Porro formas eximias non oportet ab te tentari, sed quum soliciteris à formosis ipse, feredum erit. Metum autem adeo nullum habiturus es, ut alijs potius metum ac sollicitudinem inieclurus sis, ne quid tibi accidat quod nolint. Quin & habiturus es tuos ultro parentes imperatis, uidebisq; illos ex animo tui curam gerere. Quod si quid incidenter periculi, non solum uidebis illos pugnæ socios, uerum etiam propugnatores. Multis quidem muneribus etiam ultro delatis honoraberis, non tamen egebis cuicunq; tibi bene uolenti hæc impertieris, quum omnes habiturus sis tibi de tuis bonis gratulantes, omnes item non aliter pro tuis priuatis commodis quam pro suis propriis decertantes. In tuis itaque thesauris habes quicquid est opum penes amicos. Age Hieron dita fidēter amicos, sic enim ditas teipsum. Auge Rempub. sic enim tibi ipsi potentiam adiunges. Para Reipub. bellū socios, puta patriam esse domum tuam, ciues uero sodales, amicos existima tuos ipsius liberos, filios uero non aliter habeas quam animam tuam, huc interim admittens, ut hos omnes beneficentia superes. Etenim si amicos tibi adiunxeris beneficiendo, haudquaquam tibi poterunt oblistere inimici. Hæc omnia si præstiteris, illud certum habeto, te tibi paraturum, quo non alia inter homines possessio uel pulchrior, uel beatior, quandoquidem quum felix sis, tamen tibi nullus inuidet.

F I N I S

DES ERASMVS ROT CLARISS

LL. DOCTORI IOANNI RINCO S. D.



ITERAE tuæ uir ornatissime, quibus & pro tua prudentia sagaciter diuinates imminentes Germaniæ calamitates, & eas pie deprecans, permouerunt animum meum, ut ad omnipotentem illum pacificatorem, & ut Paulus uocat μεταπλευτην, preicationem conscriberem, qua simul omnes dominum, iratum quidem ut uidetur, sed exorabilem appellemus. De non mouenda Camarina, amanter tu quidem ac fideliter, sed sero mones. Et merebatur hoc quorundam scurrilis improbitas, nec deerant amici qui per literas huc hortarentur. Bene uale uir amicorum candidissime. Friburgi v die Martij, Anno à Christo nato M D XXXIII

P R E C A T I O A D D O M I N V M I E S V M

pro pace Ecclesiæ.



O M I N E Iesu Christe, qui pro tua omnipotētia condidisti creaturam omnem uisibilem pariter & inuisibilem, pro tua diuina sapientia ordinē pulcherrimo gubernas ac digeris uniuersa, pro tua ineffabili bonitate seruas, tueris, ac uegetas omnia, pro tua immensa misericordia, restituis luxata, reformas collapsa, mortua reuiuificas, dignare quæsumus tandem ad unice delectam tibi sponsam ecclesiam flectere uultū tuum, sed illum placidum ac prop̄itium quo serenas omnia quæ in cœlis, quæ in terris, quæ supra cœlos infraq̄ terras sunt, flectere digneris oculos illos mites ac misericordes, quibus Petrum ecclesiæ tuæ sumum pastorem intuitus es, ac mox resipuit, quibus turbam palantem aspexisti, & misericordia commotus es, quod ob inopiam pastoris errarent, uelut oues dissipatae disiectæq̄. Vides pastor bone quām uaria luporum genera irruperint in caulas tuas, quorum quisq; clamat hic est Christus, hic est Christus, ut in errorem per tra hantur si fieri possit, etiam perfecti. Vides quibus uentis, quibus undis, quibus procellis factetur tua nauicula, extra quam nulli uis esse salutem. Quid supereft, nisi ut illa demera fluctibus, pereamus omnes? Hanc tempestatem accerliuerunt nobis sclera nostra, agnoscimus & confitemur. Agnoscimus tuam iustitiam, & nostram iniustitiam deploramus, sed appellamus tuam misericordiam, quæ iuxta propheticum psalmum, super omnia opera tua. Multum iam poenarum dedimus, tot bellis attriti, tot exactionibus exhausti, tot morborum ac pestilentiarum generibus afflitti, tot inundationibus concussi, tot portentis è cœlo minantibus territi, nec inter haec mala subinde noua lassescientibus, ullus undecunq; portus appetet, sed atrociora uidentur impendere. Non querimur de se, ueritate tua mitissime seruator, sed agnoscimus hic quoq; tuam misericordiam, longe si quidem atrociora merueramus. Verum noli clementissime Iesu perpendere quid nostris meritis debeatur, sed quid tuam deceat misericordiam, sine qua nec angelī possent subsistere, nedum nos lutea uascula. Miserere nostri redemptor exorabilis, non quod ipsi sumus digni, sed hanc sancto nomini tuo da gloriam. Ne permittas, ut Iudæi, Turcæ ac ceteri, qui uel non nouerunt te, uel inuident tuæ gloriaꝝ perpetuo glorientur de nobis, dicantq; ubi est deus eorum, ubi redemptor, ubi seruator, ubi sponsus, quem iactant? Hæc opprobria in te recidunt, dum ex nostris malis æstimatur tua bonitas: desertos credunt, quos non intelligunt emendari. Olim quuin in nauis dormires, & exorta tempestas minaretur omnibus exitium, ad inclinationem paucorum discipulorū experreclus es & mox ad uocem tuam omnipotentem, sub sedere fluctus, consiluere uenti, tumultus subito uetus est in tranquillitatem magnam. Agnouerunt elementa muta conditoris imperium. Nunc in hac longe grauiore tempestate qua periclitantur nō paucorum corpora, sed innumerabiles animæ, ad totius ecclesiæ tuæ periclitantis clamorem, rogamus ut expurgis, scare. Tot hominum milia clamant, Domine serua nos, perimus. Tempestas uicit humanam industriam, imò uidemus opitulari uolentium conatus in diuersum cedere. Tua uoceopus est domine Iesu. Tantum dic uerbo consilescit tempestas, & protinus illucescit optata tranquillitas. Parsurus eras tot sceleratissimorum hominum milibus si in Sodomis reperti fuissent decem iusti. Nunc tot sunt hominum milia, qui diligunt nominis tui gloriam, qui suspirant decorem domus tuæ, an non ad horum preces, iram tuam remittes, ac ueterum misericordiarum tuarum recordaberis? Non coelesti tuo artificio nostram stultitiam uertes in tuam gloriam? Ne improborum mala uertas in ecclesiæ tuæ bonum? Sollet enim tua misericordia cum maxime adesse, quum rebus maxime deploratis, hominum nec uires nec prudētia possunt opitulari. Tu solus res quamlibet discordes redigis in concordiam, unicus pacis & autor & tutor. Tu Chaos illud uetus, in quo nullo ordine nullus decor confusa iacebant discordia rerum semina, digessisti, & admirabili ordine, quæ natura pugnant æterno foedere sociasti. At quanto turpius est chaos, ubi nulla est charitas, nulla fides, nulla foedera, nulla legum, nulla præpositorum reverentia, nullus dogmas, nullus consensus, sed uelut in diffuso choro suam quisq; canit cantionem? Inter coelestes or-

bes nullum est dissidium, elementa suum quæc locum seruant, suis quæc funguntur mōneribus, Et sponsam tuam in cuius gratiam condita sunt uniuersa, siue perpetuis dissidijs ire pessum: Patieris, ut impij spiritus discordiarū autores, in tuo regno tyrannidem exerceant impunē: Patieris illum fortē, quem semel expugnatū deturbasti, rursus occupare tua castra: Quum mortalis inter homines uersabarīs homo, ad tuam uocē aufugiebanū dæmonia. Emitte quæsumus domine spiritum tuum, qui disspellat à peccatorib⁹ omnium tuum adorabile nomen profitentium, spiritus impios, luxus, auariciæ, ambitionis, libidinis, uindictæ, discordiæ, magistros, & ut propheticis uerbis utamur: Cor mundum deus & rex noster crea in nobis, & spiritum sanctum innoua in uisceribus nostris, spiritum sanctum tuum ne auferas à nobis. Redde nobis lætitiam salutaris tui, & spiritu principaliter firma sponsam tuam, ac sponsæ tuæ pastores. Per hunc spiritum terrena coelestibus conciliasti, per hunc tot linguis, tot nationes, tot hominum tam uarias formas in unum ecclesiæ corpus compegisti, quod tibi capiti suo per eundem spiritum cohæret. Eum si dignaberis in omnium cordibus innouare, cessabunt & illæ calamitates externæ, aut si minus cessabunt, certe te diligentibus cedent in lucrum pietatis. Dicere hoc chaos domine Iesu, expandat se spiritus tuus super has aquas male fluctuantium dogmatum. Et quoniam spiritus tuus qui iuxta prophetæ sermonem continet omnia, scientiam habet etiā uocis, fac ut quemadmodum cūctis in tua domo uersantibus, una lex est, unum baptisma, unus deus, una spes, unus spiritus, ita sit & uox una catholicam ueritatem profitentium. Ascendens in cœlum triumphantiū more sparsisti ex alto preçiosa missilia, dedisti dona in hominibus, dilarginus es uaria spiritus tui munera. Rursum ex alto renoua ueterem munificiam tuam, da ecclesiæ tuæ labascens, quod dedisti nascenti. Da principibus timorem tui, ut sic Remp. administrant, tanquam breuitib⁹ regum regi rationem de singulis reddituri. Da throno tuo semper assidentem sapientiam, ut quid sit optimum factu perspiciant animo, factisq; persequantur. Da pastoribus, quibus tuas uices delegare dignatus es, proprieatiæ donum, ut arcana scripturas, non ex humano sensu, sed ex tuo afflatu interpretentur. Da charitatem triplicem, quam à Petro stipulatus es ouium curam illi demādaturus. Da sacerdotibus tuis sobrietatis & castitatis amorem. Da populo tuo bonam uoluntatem obtemperandi præceptis tuis, ac promptitudinē obsequendi ih̄s per quos iuxta tuum animum uoluisti res humanas administrari. Ita fiet, ut si principes tuo munere, te digna imperent, si pastores te digna doceant, populus bene imperantibus ac pia docentibus obtemperet, ecclesiæ simul cum ordine redeat pristina tum dignitas, tum tranquillitas, ad tuu minis gloriam. Niniuitis internectioni destinatis, simul ut ad pœnitentiam conuersi sunt, pepercisti: & sponsam tuam pedibus tuis aduolutam aspernaberis: Quæ pro sacco habet suspiria, pro cinere lachrymas. Pollicitus es ueniam ad te cōuersis, sed hoc ipsum tui miseris est, ut quis ad te toto pectore conuertatur, ut omnia bona nostra redundant in tuam gloriam. Conditor es, instaura plasma tuum. Redemptor es, serua mercem tuam: Salvator es, ne sinas interire qui toti pendent ex te. Dominus es, asse re possessionem tuam. Caput es, subueni membris tuis. Rex es, da legum tuarum reverentiam. Princeps es pacis, inspira nobis charitatem mutuam. Deus es, miserere supplicum, esto iuxta Pauli dictum, omnia in omnibus, ut uniuersus ecclesiæ tuæ chorus, concordibus animis, & consonantibus uocib⁹ pro imperata misericordia gratias agat patri & filio & spiritui sancto, qui ad absolutum concordiæ exemplum, personarum proprietate distinci⁹ estis, natura unum, quibus laus & gloria in æternum,

Amen.

F I N I S

DE S> E R A S M I R O T E R O D A M I

CARMEN AD GVLIELMVVM COPVM BASILIENSEM

De Senectutis incommodis, Heroico carmine, & iambico

Dimetro cataleptico.



Nica nobilium medicorum gloria Cope,
Seu quis requirat artem;
Siue fidem spectet, seu curam, in quolibet horum
Vel ini quis ipse nostro
Præcipuos tribuit Gulielmo liuor honores.
Cedit fugitq; morbi
Ingenio genus omne tuo. Teterima porro
Senecta morbus ingens,
Nullis arceri ue potest, pelli ue medelis.
Quin derepente oborta,
Corporis epotet succos, animi q; uigorem
Hebetet, simul trecentis
Hinc atq; hinc stipata malis, quibus omnia carptis
Vellitq; deteritq;
Commoda, qua secum subolescens uexerit ætas,
Formam, statum, colorem.
Partem animi memorem, cum pectori, lumina, somnos
Vires, alacritatem,
Autorem uitæ igniculum, decerpit, & huius
Nutricium liquorem,
Vitaleis adimit flatus, cum sanguine corpus,
Rifus, locos, lepores.
Deniq; totum hominem paulatim surripit ipsi,
Neq; de pectori tandem
Præterquam nomen, titulumq; relinquit inanem.
Cuiusmodi tuemur
Passim marmoreis inscalpta uocabula bustis.
Vtrum hæc senecta quæso,
An mors lenta magis dicenda est; inuida fata, &
Impendio maligna,
Ut quæ deteriora labantis stamina uitæ,
Pernicitate tanta
Accelerare uelint, rapidisq; allabieralis.
At floridam iuuentam
Visque adeo male præcipiti decurrere filo,
Ut illius priusquam
Cognita sat bona sint, iam nos fugitiua relinquant.
Et cito atque nosmet
Planè uiuere senserimus, iam uiuere fracti
Repente desinamus.
At cerui uolucres, & cornix garrula, uiuunt
Tot seculis, uigentq;
Vni porro homini post septima protinus, idq;
Vixdum peracta lustra,
Corporeum robur cariosa senecta fatigat.
Neq; id satis, sed ante
Quam decimum lustrum uolitans absoluerit ætas,
Tentare non ueretur

Immortalēt hominis, duciamq; ex aetere partem.
 Et hanc laceſſit audax,
 Nec timet ingenij ſacros incessere neruos,
 Sua ſi fides probato
 Conſtat Aristoteli, ſed quorū opus obſecro tanto
 Autore, quando certam
 Ipoſa fidem, heu nimium facit experientia certam.
 Quām nuper hunc Erasmus
 Vidisti media uiridēm florere iuuentas?
 Nunc is repente uerſus,
 Incipit urgentis ſenij ſentīſcere dāmina,
 Et alius eſſe tendit,
 Difſimilisq; ſui, nec adhuc phoebeius orbis
 Quadragies reuexit
 Natalem lucem, quae bruma īneunte Calendas
 Quinta anteit Nouembreis.
 Nunc mihi ſam raris ſparguntur tempora canis.
 Et albicare mentum
 Incipiens, ſam præteritis uernantibus atinis,
 Vīta monet cadentis
 Aduentare hyemem, gelidamq; inſtare ſenectam.
 Eheu fugacis, ohe
 Pars ueluti melior, ſic & properantior æuf
 O ſeculi caduci
 Flos nimium brevis, & nulla reparabilis arte,
 Teneræ o uiror iuuentas,
 O dulces anni, o felicia tempora uitæ
 Ut clanculum excidiſtis,
 Ut ſenſum fallente fuga, lapsuq; uoluci
 Furtim auolaſtis, ohe
 Haud ſimili properant undosa relinquere cursu,
 Virideis fluenta ripas.
 Impete nec ſimili, fugiunt caua nubila, ſiccis
 Quoties aguntur euris.
 Sic ſic effugiunt tacitæ uaga ſomnia noctis
 Simul auolante ſomno,
 Quæ defyderium, curas & præter inaneis,
 Sui nihil relinquunt.
 Sic rosa, quæ tenero modo murice tincta rubebat
 Tenui ſenescit austro.
 Atq; ita, me miserum, nucib; dum ludo puellus,
 Dum literas ephebus
 Ardeo, dum ſcrutor, pugnasq; uifascq; ſophorum,
 Dum rhetorum colores,
 Blandaq; mellifluæ deamo figmenta poeſis,
 Dum necto ſyllogismos,
 Pingere dum meditor tenuis ſine corpore formas,
 Dum ſedulus per omne
 Autorum uoluer genus, impiger undiq; carpo,
 Apis in modum Matinæ,
 Pædias ſolidum cupiens abſoluere cyclum,
 Sine fine geſtienti,
 Singula correptus dum circumuector amore,
 Dum nil placet relinquiri,

Dum;

Dumqe prophana sacris, dum iungere graca latinis
 Studeoqe moliorqe,
 Dum cognoscendi studio, terraqe mariqe
 Volitare, dum niuosas
 Cordi est, & iuuat & libet creptare per alpeis,
 Dulcis parare amicos
 Dum studeo, atqe uiris iuuat innotescere doctis,
 Furtim inter ista pregrum
 Obrepsit senium, & subito segnescere uireis
 Mirorqe sentioqe.
Vixqe mihi spacium iam defluxisse ualentis
 Persuadeo iuuentae.
Quur adeo circumspete parceqe lapillis,
 Quur purpuris & ostro
Mortales utuntur, & ætas aurea, tanto
 Preciosior lapillis,
Et quouis auro, quouis preciosior ostro,
 Prodigitur, inqe nugis
Conteritur miseris nullo uecorditer usu,
 Siniturqe abire frustra:
Adde quod illa queant sarciri perdita, Crassos.
 Spires tibi licebit,
Et Lydos spires Croesos, iam Codrus, & Irus:
 Sed quod semel seuera
Pensilibus fusis Clotho deuoluerit æuum,
 Id nec uenena Circes,
Nec magicum Maia nati gestamina, sceptrum
 Necqe dira Thessalorum,
Medeæ succis reuocare precamina possint.
 Non si uel ipse diuum
Nectare te saturet pater, ambrostoqe liquore:
 Nanqe his ali iuuentam,
Arceri senium, scripsit nugator Homerus.
 Non si tibi efficaci
Rore riget corpus Tithoni lutea coniunx.
 Non si ter, octiesqe
Phaon per Chias Venerem transuexeris undas.
 Non si tibi ipse Chiron
Omneis admoueat, quas tellus proserit, herbas.
 Nec anulus, nec ulla
Pharmacæ, cum neruis annos remoranture unteis.
 Atqui ferunt Magorum
Monstrifico sisti torrentia flumina cantu,
 Isdem ferunt relabi
Præcipites amnes, uerso in contraria cursu.
 Et Cynthiae uolucres,
Et rapidas Phœbi sisti, figitqe quadrigas.
 Sed ut hæc stupenda possint
Carmina, non speres tamen improbus, ut tibi quondam
 Aut iam peracta uitæ
Secla, iterum referant, aut prætereuntia sistant,
 Sol mergitur, uicissimqe
Exoritur nouus, & nitido redit ore serenus.
Extincta luna rursum

Nascitur, inq' uices nunc decrecente minuta
 Sensim senescit orbe.
 Nunc uegeta arride; tenero iuueniliter ore.
 Redit ad suam iuuentam.
 Bruma ubi consenuit, zephyris redeuntibus annus.
 Et post gelu, niueisq'
 Ver nitidum, floresq' reuersa reducit hirundo.
 At nostra posteaquam
 Feruida præterit seclis labentibus æstas,
 Vbi tristis occupauit
 Corpus hyems, capitisp' horrentia tempora, postquam
 Niue canuere densa,
 Nulla recursuri spes, aut successio ueris,
 Verum malis supremum
 Imponit mors una, malorum maxima, finem.
 More Phrygum inter ista
 Incipimus sero sapere, & dispendia uitæ
 Incogitanter actæ
 Ploramus miseri, & consumptos turpiter annos.
 Horremus, execramur.
 Quæ quondam heu nimium placuere, & quæ uehementer
 Mellita uisa dudum,
 Tum tristi cruciant recolentia pectora felle
 Frustraq' maceramur.
 Tam rarum sine fruge bonum fluxisse, quod omni
 Bene collocare cura
 Par erat, & nullam temere disperdere partem,
 At nunc mihi oscitanti
 Qualibus heu nugis, quanta est data portio uitæ.
 Satis haclenus miselle
 Cessatum, satis est dormitum, pellere somnos
 Nunc tempus est Erasme
 Nunc expurgisci & tota resipiscere mente:
 Velis dehinc, equisq'
 Et pedibus, manibusq', & totis deniq' neruis
 Nitendum, ut anteacti
 Temporis, & studio factura uolubilis æui
 Vigilante sarciantur,
 Dum licet, ac dum tristis adhuc in limine primo
 Consistimus senectæ,
 Dum noua canicies, & adhuc numerabilis, & dum
 Pilis notata raris
 Tempora, duntaxat spacium effluxisse uirentis
 Iam clamitant iuuentæ,
 Nec tam præsentem iam testificantur adesse
 Quam nunciant citatum
 Ferre gradum, & sterilem procul aduentare senectam.
 Cuiusmodi uidetur
 Tum rerum facies, quum autumni frigore primo,
 Iam uernus ille pratis
 Decessit decor, ac languescunt lumina florum.
 Iam iam minus nitenteis
 Herbas affirmes, Boreasq', geluq' nocentis
 Iam prætimere brumæ,

Ergo

C A R M E N

Ergo animus, dum totus adhuc constatq; uigetq;
Et corporis pusillum
Detimenta nocent, age iam meliora sequamur.
Quicquid mihi deinceps
Fata æui superesse uolent, id protinus omne
Christo dicetur uni.
Quo, cui uel solidam decuit sacrarier, ut cui
Bis, terq; debeatur,
Principio gratis donata, hinc redditia gratis,
Totiesq; uindicata,
Huic saltem pars deterior, breuiorq; dicetur.
Post hac ualete nugæ,
Fucataq; uoluptates, rufusq; iociq;
Lusus, & illecebra,
Splendida nobilium decreta ualete sophorum,
Valete syllogismi.
Blande Pegasides, animosq; trahentia Pithüs
Pigmenta, flosculiq;
Pectore iam soli toto penitusq; dicato,
Certum est uacare Christo.
Hic mihi solus erit studium, dulcesq; Camoenæ,
Honos, decus, uoluptas.
Omnia solus erit, necq; quicq; ea cura (quod aiunt)
Mouebit Hippoclidem,
Terrea si moles, compagoq; corporis huius
Marcescat obsolescens,
Mens modo pura mihi, scelerumq; ignara, per illum
Niteatq; floreatq;
Donec summa dies pariter cum corpore mentem
Ad pristinum nouata
Conuictum reuocabit, & hinc iam uere perenni
Pars utraq; fruetur.
Hæc facito ut rata sint, uitæ exorabilis autor,
Vitæq; restitutor.
Quo sine nil possunt unquam mortalia uota, &
Vires labant caducæ.

TOMI QVARTI OPERVM DES. BRASMI
ROTERODAMI FINIS

SERIES CHARTARVM
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz. ABCDEFGH
IKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc Dd
Omnes terniones.

Basileæ in officina Frobeniana, per Hieronymum Frobenium
& Nicolaum Episcopium Anno
M. D. XL.

Pescado so gr. bello que non decaer en que quod vult
affirme pot/it

Rogm / plena / facutus 1881



INVENTA ANNO MDCCLXVII
ET ADOPTATA ANNO MDCCCLXVIII

LIBERTATIS ET INDEPENDENTIAE
VIRGINIAE
PRO TERRA VERA
PRO LIBERTATE VERA

SOCIETATIS LIBERTATIS ET INDEPENDENTIAE
CIVITATIS VIRGINIAE
AD 1776

X110057

Digitized by Google

